BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 K
9

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

29.6.28
2 9
A
47
13-18. 6.28

TRACTATVS DE ECCLESIA, SIVE PRACTICABILIA ECCLESIASTICA.

IN QVIBVS, QVAECVNQVE MAGIS VTILIA, quæuè frequentius in praxi occurrunt, ad Eccleſiam pertinentia, ex iure Canonico, Ciuili, ac Feudali.

Et quæ circa Feuda Eccleſiaſtica, Emphyteuſes Eccleſiæ, cæterosq. Contractus, Iudicia, Succeſſiones, Hæreditates, Teſtamenta, Legata pia, difficultates emergunt, & generatim magis præcipua, Eccleſiam, eiusq. Miniſtros, ac forum tangentia, de quibus diſceptari ſolet, facili Methodo definiuntur.

ET IN TRANSCVRSV NONNVLLORVM CANONVM, AC LEGVM, quarum intellectus controuerti aſſueuerunt, germani ſenſus adducuntur.

Opus Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiaſticis Perſonis, Iudicibus, Aduocatis, Lectoribus, atque omnibus in vtroque foro verſantibus, apprimè vtile.

Cum Indicibus Quæſtionum, & Materiarum locupletiſsimis.

AVTHORE


MARCO ANTONIO GENVENSE NEAP. V. I. D.

EPISCOPO ISERNIENSI.

CVM PRIVILEGIO.

Bibliot. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

Ex Legato Ill.mi Cocini



ROMAE, Apud Iacobum Maſcardum. MDCXX.

Sumptibus Ioan. Angeli Ruffinelli, & Angeli Manni.

SVPERIORVM PERMISSV.

SANCTISSIMO D. N.
PAVLO QVINTO
PONT. OPT. MAX.

ET ingentia in me Tua extitiſſe promerita, Pater Sanctiſſime, atque optime, & ea omnino fateor, quibus immortales quidem habere gratias queam, referre vero nequaquam. Sed vbi ſumma, in dante amplitudo eſt, vti nihil officit quod longe ſit impar accipientis conditio, ita neque obeſt quidquam, quod par gratia non referatur. Id enim, vbi omnia deſint, grati certe animi ſincera ſignificatio compenſabit. Mihi vero, quam in me viridis adhuc beneficiorum tuorum memoria vigeat, teſtificari quam maximè meditanti, illa inuaſit in animum cogitatio, tum demum me id aſſecuturum, cum quod Tu in votis habes, opere ego pro mea parte complerem. Quare cum nihil habere Te prius viderim, nihilq. tanto ardore ſtudere, quam quo pacto publicam Eccleſiaſticorum rem tuteris, ornes, amplifices, ad id etiam animum adiungere viſum eſt, vt ſanctiſſimorum votorum Tuorum adminiſtrum me non inertiſſimum exhiberem. Ergo ex ampliſſimo legum campo, ea omnia quæ ad Eccleſiaſticos poſſent aliquo pacto pertinere, quæque vel in controuerſiam caderent, vel enodatione, ac luce aliqua indigerent, collegi, atque in quæſtiones diſcreta quam plurimas, in hoc tandem volumen coegi. Quod qualecunque illud ſit, Tibi offero Pater Beatiſſime, pignus idem obſeruantiæ in Te meæ, meique grati animi, tuorumque beneficiorum memoris argumentum. Neque vero timendum mihi exiſtimo, ne temeritatis id mihi vitio quiſquam vertat, qui exiguo, indiſertarum lucubrationum mune-

re, tantum Te Pontificem donem. Solent enim magnis principibus, qui aliorum opibus non indigent, ſubditorum munuſcula, nullius ferè momenti grata eſſe, in quibus animi deuotio agnoſcatur, idque crebro, & à pleriſque omnibus fieri poſſit. Deus Optimus Maximus Sanctitatem Tuam, vniuerſo terrarum orbi diù ſeruet incolumem.

Sanctitatis Tuæ

Deuotiſſimus Orator

Marcus Antonius Genuenſis Neapol. Epiſc. Iſernienſis.

Digitized by Google

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum ſicut dilectus filius Iacobus Maſcardi Almæ Vrbis noſtræ Bibliopola, nobis nuper exponi fecit, ipſe opus quoddam Practicabilia Eccleſiaſtica inſcriptum, à Vener. Fratre Marco Antonio Epiſcopo Iſernienſi compoſitum, in lucem edere intendat, ac vereatur ne poſtquàm in lucem prodierit, alij qui ex alieno labore lucrum quærunt, opus huiuſmodi Typis cudi facere curent, in ipſius Iacobi præiudicium. Nos eius indemnitati, ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur, prouidere, ipſumq. ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſeriè abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ipſius Iacobi in hac parte inclinati, eidem Iacobo, vt viginti annis proximis durantibus, à primæua operis huiuſmodi (dummodo tamen antea à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij approbatum fuerit) impreſſione computandis, nemo tam in Vrbe, quam in vniuerſo Statu Eccleſiaſtico, mediatè vel immediatè nobis ſubiecto, opus huiuſmodi ſine ſpeciali dicti Iacobi, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentium licentia imprimere, ſeu ab alio, vel alijs impreſſum vendere, ſeu venale habere, vel proponere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum Impreſſoribus ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium, pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia eidem Iacobo, & pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicandorum, eo ipſo abſque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dictis viginti annis durantibus opus prædictum, aut aliquam eius partem, etiam prætextu additionum, aut explanationum, tam in magno quàm in paruo folio, ac tam in Vrbe, quam in vniuerſo Statu Eccleſiaſtico prædictis, ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſum vendere, aut venale habere, vel proponere quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, ac Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Iacobo, eiusq. hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocunque ab eodem Iacobo, ſeu alijs prædictis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die v. Septembris MDCXIX. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquinto.

S. Card. S. Suſannæ.

Locus ✠ Sigilli.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. Patri Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

Cæſar Fidelis Viceſg.

Ego infraſcriptus vidi, & diligenter conſideraui librum inſcriptum *Practicabilia Eccleſiæ Adm. Illuſtris, ac Reuerendiſsimi Epiſcopi Iſernien.* tranſmiſſum ad me à Reuerendiſſimo Patre F. Hyacintho Petronio Sacri Palatij Apoſt. Magiſtro, & in eo nihil reperi quod vel Religioni Chriſtianæ, vel Eccleſiaſticæ immunitati, vel bonis moribus aduerſetur, imò multa ſcitu digna congruentiſſimè digeſta, & practicabiliter deſignata ideò Typis in commune bonum mandari poſſe exiſtimo. Romæ die 13. Maij 1620.

Ita eſt Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnaſio Almæ Vrbis Pontificij iuris veſpertinis horis profeſſor Primarius.

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Romanus, Magiſter, & Reuerendiſs. P. Fr. Hyacinthi Petronij Rom. Sacri Palatij Apoſtolici Mag. Socius Ord. Præd.

Digitized by Google

PERILLVSTRI, AC REVERENDISSIMO

DOMINO. D.

MARCO ANTONIO

GENVENSE NEAPOL.

EPISCOPO ISERNIENSI.

REALIS DE FREDIS TVDERT. I. V. D.

Epigramma.

QVAM tibi deberet Pater alme Iſernia Praxi
Sacrorum, paucos vidimus ante dies.
At quia maiores virtus ſpectata triumphos,
Altius ingenium ſuſtulit illa tuum.
Nec ſatis Vrbis erat ſtuduiſſe ſalutis amori,
Orbis erant etiam commoda amanda tibi.
Ecce potens alios profers virtute libellos,
Omnis vt inde ſuam Curia ſumat opem.
Nimirum nullo claudendum fine laborum
Illi munus erat, qui bene Paſtor erat.

Digitized by Google

IO. ANGELI DE NOZZE
PROTHONOT. APOST.

IN chlamyde, atque toga, Cæſar facundus & acer
Scribebat noctu prælia geſta diu.
Innumeras Præſul lites, quas luce ſopiuit
Scriptis nocte dedit, dignaq́. luce, typis.
Quotquot habet proprias Romana Eccleſia cauſas,
Succinctoq́. ſtylo, perſpicuoq́. notat.
Cauſidicis iterum reſeratur ianua ſacris,
Sacri nunc reſerans abdita iura fori.



IN-

ANNOTATIONES AVCTORIS
Ad infraſcriptas Quæſtiones in hoc Opere impreſſas, pro clariori earum intelligentia.

Ad Quæſtionem 37. fol.43. Annotatio.

An delictum Prælati, in committendo, noceat Eccleſiæ in feudo, referuntur dicta DD. Videtur tamen indiſtinctè tenendum, quod nec in vita Prælati delinquentis, feudum reuertatur ad Dominum directum, propter præiudicium Eccleſiæ, ob difficilem recuperationem poſt mortem Prælati, contra Canones.c. peruenit. de arbitris.& ibi Gloſ.& DD.Facit q.196.infra. & poteſtas data à iure Prælatis, & Capitulis, vt valeat quod ab eis fit, reſpicit negocia, non delicta, vt in titulo de his quæ fiunt à Prælatis, & in titulo de his quæ fiunt à maiori parte Capituli.

Ad Quaſt. 74. fol. 80. Annot.

Opinio quod in emphyteuſi Eccleſiaſtica, non poteſt ſpurius hæres inſtitui à fratre, eſt conformis Conſtitutioni Pij V. contra illegitimos.

Eadem Quaſt. fol.79. Annot.

Refertur opinio aliquorum DD. quod ſi emphytheuſis Eccleſiaſtica à principio fuit conceſſa illegitimo, alijs etiam illegitimis deſcendentibus conceſſa intelligitur, quia origo inſpicitur. iſti DD. non bene dicunt, quia meritã primi inueſtiti fuerunt nota Eccleſiæ non illegitimorum deſcendentium. quibus etiam obſtat Bulla Pij V. contra illegitimos.

Ad Quaſt.113. fol.115. Annot.

Ibi, tu cogita. intelligitur de opinione Bruni. ſed opinio Bartoli eſt vera quod emphyteuſis Eccleſiæ non collectatur.

Ad Quaſt.244 fol.215. Annot.

Non videtur verum quod ſeruiebant in altari Diaconiſſæ, & exercebant officium Diaconorum, & videtur errare Oddo.

Ad Quaſt.306. fol.264. Annot.

Notandum quod Eccleſia ſubſtituta filio, ſi ſine filijs deceſſerit per fideicommiſſum, non poteſt remittere hæreditatem in vita filij ſinẽ aſſenſu Papæ, etiam ſi aliquid detur Eccleſiæ, iuxta primam partem diſtinctionis.n.1.& 2.

Ad Quaſt. 348. fol.293. Annot.

Ibi, ſed ſecus hodie de Iure Pontificio, in Iudæis. intellige de conſtitutione Pontificia Pauli IV. tertia in Bullario nouo, qua prohibentur Iudæi poſſidere immobilia, & ideo nunquam̃ præſcribunt, nec contra Eccleſiam, nec contra priuatum.

Ad Quaſt. 367. fol.302. Annot.

Videtur etiam, in ea notandum, vt ſupra in̄ quæſt. 37. quod nec Prælatus cum Capitulo poteſt Eccleſiæ nocere, quod ſępè fuit dictum in diuerſis quæſtionibus.

Ad Quaſt.460. fol.370. Annot.

De donatione domus facta Eccleſiæ cum pacto præſtandi alimenta donatori, videtur notandum, quod ſi res eodem modo fuiſſet peritura penes donatorem, non videtur Eccleſia ſe obligaſſe ad præſtandum alimenta, ſi res pereat, ſed tantum dum percipiuntur fructus rei donatæ ab Eccleſia, quia contractus intelligitur rebus ſic ſtantibus. c. quanto. de cenſibus. vbi ſuperuenientes caſus grauantes Eccleſiam conſiderantur, & Eccleſia in contrahendo non poteſt facere conditionem̃ ſuam deteriorem, vt in quæſt. 340. & in̄ dubio, etiam in contrahendo iudicatur pro Eccleſia. Gloſ.in cap.in præſentia. de probat. Et ſic præſumitur ſe obligaſſe ad præſtandum alimenta dum percipit fructus, ne deterioretur eius condictio, & non alias.

Ad Quaſt.466. fol.373. Annot.

Notandum, quod poſt Extrauag. Pauli II. dẽ rebus Eccleſiæ, prohibetur etiam hypotheca generalis ſine aſſenſu Summi Pontificis, vt poſt Nauarr. tradit Quarant. in ſumm. Bullarij in verbo alienatio.n.17.

Ad Quaſt.473. fol.378. Annot.

Notandum, opinionem, quod vſusfructus quem habebat pater in bonis aduentitijs filij, tranſeat ad monaſterium quod pater fuit ingreſſus, eſſe etiam valde rationabilem fauore religionis ne impediatur ingreſſus. faciunt notata in quæſt.374. quod Epiſcopalis dignitas liberat filium à patria poteſtate, in ſui vtilitatem non in præiudicium.

Ad Quaſt.477. fol.380. Annot.

Quod dictum ambiguum interpretatur contrã producentẽ teſtem, vel aſſerentẽ aliquid.c.in præſentia.de prob. ſed non contra Eccleſiam. Gl.notab. in d.c.in præſentia.in verbo, dubiũ.

Ad Quæſt. 486. *fol.*383. *Annot.*
De ſoluto Eccleſiæ indebitè, notandum, quæſtionem intelligi de ſoluto pro anima, vel alia pia cauſa.

*Ad Quæſt.*518. *fol.*404. *Annot.*
Notandum, concluſionem quæſtionis poſſe procedere in Clerico qui ſæpè monitus noluit emendare vitam cum ſcandalo, vt poſſit ei imponi pœna amiſſionis diſtributionum in caſu infirmitatis, alias non.

*Ad Quæſt.*520. *fol.*404. *Annot.*
In hac quæſtione quod non fit extenſio de caſu vero ad fictum & præſumptum, in præiudicium Eccleſiæ, eſt ſingulariter notandum, quod ſi vniuerſitas habet iuſpatronatus, non poteſt Baro tanquam primus ciuis à lege fictus præſentare, quando iuſpatronatus eſt vniuerſitatis, quia fieret extenſio de caſu vero ad fictum, contra Eccleſiam, quod prohibetur. intereſt enim Eccleſiæ habere pauciores, & non plures præſentantes. maximè Barones, & potentes, contra quos eſt iuris præſumptio, quod multa vſurpent. c. fundamenta. in fine. de electione in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 9. de reformat. Idem dicendum de Baronibus, qui tanquam primi Ciues prætendunt aliquas prærogatiuas circa præſtationem oblationum decimarum, & ſimilium, quibus gaudent originarij loci, quia non debent gaudere, cum extenſio de caſu vero ad fictum, non poſſit fieri in præiudicium Eccleſiæ &c. faciunt notata in quæſt. 93. nu. 1. & 2.

Ad Quæſt. 544. *fol.*415. *Annot.*
De theſauro inuento in Eccleſia recurrendum eſt etiam ad Bullas Summorum Pontificum.

*Eadem Quæſt. fol.*417. *Annot.*
Notandum Epiſcopum poſſe punire iniuriam propriam notoriam. cap. 1. de pœnis in 6.

Ad Quæſt. 597. *fol.*449. *Annot.*
Notandum, quæſtionem eſſe intelligendam de principali, qui rem alterius detinet, & non eſt notus, vt poſſit in cauſa ciuili compelli cenſuris ad reuelandum, quia hoc remedium datur in ſubſidium, vbi veritas alio modo haberi non poteſt, ſecus ſi eſſet notus.

*Ad Quæſt.*604. *fol.*451. *Annot.*
Notandum, Confraternitates laicorum, etiam in Eccleſijs regularium, non poſſe erigi ſine conſenſu Ordinarij, ex Bulla Clem. VIII. Quæcunq; à Sede Apoſtolica, in qua alia præſcribuntur ſeruanda circa Confraternitates.

*Ad Quæſt.*616. *fol.*456. *Annot.*
De acquiſitione bonorũ infidelium, notãdum in ea referri opiniones DD. ſed propter materiæ grauitatẽ, conſulendus eſt Summus Pontifex.

*Ad Quæſt.*634. *fol.*466. *Annot.*
Notandum, hanc quæſtionem non procedere in præiudicium Epiſcopi, quando cauſa eſt agitanda coram ipſo, iuxta terminos iuris Canonici, & Conc. Trident. de prima inſtantia.

*Ad Quæſt.*636. *&* 637. *fol.*467. *Annot.*
An Clericus poſſit poſtulare pro coniuncta perſona, vel in vna tantum cauſa, notandum has quæſtiones intelligi de poſtulatione in iudicio ſeculari.

*Ad Quæſt.*643. *fol.*470. *Annot.*
De voce Epiſcopi in Capitulo, cum vno vel duobus Canonicis, notandum, in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum à communi opinione.

*Ad Quæſt.*670. *fol.*487. *Annot.*
Et teſtis perſona notabilis, ex interuallo, ſe corrigit. Abb. in c. præterea. de teſtibus cogendis. Capic. deciſ. 142. vbi de religioſo.

*Ad Quæſt.*681. *fol.*492. *Annot.*
Notandum, concluſionem procedere de iure, ſed attendendam eſſe cõſuetudinem locorum circa affixionem cedulorum, vel declarationem in Eccleſia, aut alijs locis publicis, quo ad participationem cum excommunicatis declaratis tantum per ſententiam.

*Ad Quæſt.*682. *fol.*493. *Annot.*
Notandum, concluſionem procedere ſtante graui ſcandalo, & non alias.

IVSSV Reuerendiſſimi Patris F. Hyacinthi Petronii Ordinis Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtri *Prædicabilium Eccleſiaſticorum* librum Perilluſtris, & Reuerendiſſimi D. Marci Antonii Genuenſis Epiſcopi Iſernienſis perlegi, eumque vt publici iuris fiat non ſolum, ex cauſis, quæ ex ſacrarum legum præſcripto, in huiuſmodi negociis impreſſionum librorum conſiderari debent, digniſſimum exiſtimo, ſed ob publicam vtilitatem præſertim Eccleſiarum, & perſonarum, in foro Eccleſiaſtico verſantium, nam multa quæ quotidie vſu venire ſolent, & quæ in tanta iuris vtriuſque ſcriptorum multitudine inuenire non eſt facile, in eo continentur, quibus Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis bona, & iura priuilegiorum ſua iuſtiſſime defendere, ac ſolidiſſime tueri in promptu erit. Cum Auctor antiquorum Doctorum, & eorum præſertim, qui magnæ ſunt apud omnes exiſtimationis innixus ſententiis, & quod plurimum apud ingenioſos, & doctos viros, valet ſolidis rationibus, interpoſito etiam plerumque iudicio ſuo, vbi inter Doctores & controuerſia firmiſſimo, & punctum quæſtionis collimante reſolutionis dubiorum afferat propoſitorum. In quorum fidem his manu propria ſubſcripſi. Romæ die xvi. Iunii 1620.

Franciſcus Ingolus I. V. D.

INDEX

INDEX QVAESTIONVM

QVAE IN TOTO OPERE DISCVTIVNTVR.

I. CAPVT TRICENARIVM.

DE conceſſione Caſtri facta alicui abſque mentione feudi, quod non cenſeatur facta in feudum, ſed in allodium, idq. multo magis in Eccleſia. quæſt. 1. fol. 1
De conceſſione Terræ, vel Caſtri facta Eccleſiæ, an contineat merum & mixtum imperium. quæſt. 2. 2
De Principe an poſſit Eccleſiæ donare Terras quæ ſunt de dominio, & regalia. q. 3. 3
De feudo franco an poſſit alienari in Eccleſiam. qnæſt. 4. 4
De Clerico non conſtituto in dignitate, an poſſit de bonis patrimonialibus creare feudum. q. 5. 5
De Clerico in minoribus, an ſuccedat in feudo. quæſt. 6. 7
De Vaſſallo effecto Clerico, an ſtatim amittat feudum. quæſt. 7. 7
De vouente ingredi religionem, an ob votum ſimplex amittat feudum. q. 8. 9
De Epiſcopo an ſuccedat in feudo. q. 9. 10
De Clerico an poſſit habilitari à Principe ad feudum antiqnum in præiudicium agnatorum. q. 10. 13
De Summo Pontifice an approbet matrimonium nullum, quia contractum contra Canones, etiam mortuis coniugibus, & legitimet filios inceſtuoſos ex tunc, in præiudicium eorum quibus delata eſt hæreditas, ſiue feudum. q. 11. 15
De re feudali reuerſa ad Epiſcopum, quando dicatur effecta de menſa, vt non poſſit amplius de nouo infeudari abſque ſolemnitate. q. 12. 16
De feudo dignitatis an tranſeat in monaſterium. quæſt. 13. 18
De feudo ſolito concedi pro maſculis tantum, an poſſit à Prælato ob merita concedi pro fœminis etiam. quæſt 14. 19
Infeudari an poſſit res relicta Eccleſiæ ſub conditione ne alienetur. quæſt 15. 20
Prælatus ſolus an poſſit remittere felloniã. q. 16. ibid.
De Vaſſallo an poſsit ſubinfeudare Eccleſiæ. q. 17. 21
De re Eccleſiæ ſolita concedi in feudum, an poſſit concedi cum nouis pactis. q. 18. ibid.
De moniali an ſuccedat in feudo in regno Neapolitano. q. 19. 23
De milite ſeu equite Hieroſolymitano, an admittatur ad feudorum ſucceſſionem. q. 20. 24
De Eccleſia an ſoluat releuium, quando ſuccedit vnus Prælatus. q. 21. 21
De feudo legato Eccleſiæ, an debeatur æſtimatio. quæſt. 22. 27
De Epiſcopo an poſſit conſentire legitimationi factæ ab Imperatore ad feuda eccleſiaſtica. q. 23. 30
De obtinente feudum ab Eccleſia, an poſſit alium ſubinfeudare de illo feudo ſine conſenſu eccleſiæ. quæſt. 23. ibid.
De conſuetudine infeudandi res Eccleſiæ ſine ſolemnitate, per quot actus inducatur. q. 24. 31
De feudo an poſſit donari Eccleſiæ inuito Vaſſallo. quæſt. 25. 34
De feudo conceſſo Clerico pro ſe & ſuis hæredibus, an tranſeat ad eius filios naturales. q. 26. 35
De legitimato per ſubſequens matrimonium poſt prolem legitimè ſuſceptam, an ſuccedat in feudo. quæſt. 27. 36
De Epiſcopo quando non poſſit remittere caducitatem in feudo eccleſiaſtico. q. 28. ibid.
De feudo eccleſiaſtico an publicetur propter delictum vaſſalli. q. 29. ibid.
De feudo eccleſiaſtico an tranſeat ad deſcendentes vſque in infinitum. q. 30. 37

II. CAPVT TRICENARIVM.

DE feudo Eccleſiaſtico an in eo habeat locum ius accreſcendi. q. 31. 37
De intellectu Bullæ Pij V. de illegitimis ad feuda, & alia bona eccleſiaſtica non admittendis. q. 32. 39
De legitimato à Papa ad feuda, an intelligatur legitimatus ad feuda eccleſiaſtica. q. 33. 40
De legitimato à Papa ad beneficia eccleſiaſtica, an cenſeatur legitimatus ad feuda eccleſiaſtica. quæſt. 34. ibid.
De Eccleſia agente poſſeſſorio recuperando pro feudo, an teneatur docere de titulo. q. 35. 41
De Vaſſallo Principis rebelli, ac deinde reſtituto à Principe, an recuperet feudum Eccleſiæ apertum ob eius delictum q. 36. ibid.
De delicto Prælati in committendo, nocente Eccleſiæ in feudis quæ tenet à Principe contra regulas iuris. q. 37. 42
De feudo eccleſiaſtico, an illo priuetur eccleſia quo ad proprietatem, ſi Prælatus delinquat in vaſſallum. q. 38. 44
De decimis an poſſint ab Epiſcopo concedi in feudum laicis. q. 39. 45
De Eccleſia habente feudum à laico, an ſi incorporetur alteri eccleſiæ, feudum reuertatur ad dominum. q. 40. 47
De feudo eccleſiaſtico an reuertatur ad dominum destructa eccleſia. q. 41. ibid.
De Prælato an poſſit dare in feudum rem non ſolitam, occupatam à potentiori abſque ſolemnitate. quæſt. 42. 48
An Prælatus poſsit bona Eccleſiæ ſolita infeudari concedere conſanguineis. q. 43. 49
De filio an priuetur Regno, vel Baronia, ob non

adimpletum legatum pium paternum, vel votum. quæſt.44. 50
De inueſtitura feudi eccleſiaſtici quando probetur. quæſtio 45. ibid.
De inueſtitura feudi eccleſiaſtici per alium poſſeſſi, quæſtio 46. 51
De obtinente feudum ab eccleſia, an poſſit illud transferre in aliam eccleſiam, non requiſita eccleſia domina.q.47. 52
De vaſſallo clerico,qui non petijt renouationē inueſtituræ,an poſſit ſatisfactione morā purgare.q.48.ib.
De vaſſallo periuro,quia fecit contra formam fidelitatis,an Papa illum abſoluat.q.49. 53
De vaſſallis an teneantur præſtare ſubuentionem Baroni pro filia monacanda, etiam ſi ſit ſpuria, vel pro ſpuria maritanda ex æquitate canonica. quæſtio 50. 54
De conſtitutione Regni vt de ſucceſſionibus, an habeat locum in feudo eccleſiaſtico.q.51. 56
Filius tenetur ad impenſas funeris patris, licet ſuccedat in feudo ex pacto & prouidentia.q.52. ibid.
De Epiſcopo inueſtiente aliquem de feudo nouo tanquam antiquo, an præiudicet eccleſiæ.q.53. 57
De feudo eccleſiaſtico ob lineam finitam ad eccleſiam reuerſo,an Prælatus teneatur de illo inueſtire conſanguineos defuncti. q.54. 58
De feudo eccleſiaſtico occupato ab hoſtibus, & à Principe recuperato, an poſſit ab eodem Principe alijs concedi.q.55. 59
De filio conſtituto in ſacris, an ſuccedat in feudo conceſſo alicui à Principe, cum facultate quod poſt mortem ſuam relinqueret illud filio fratris ſpurio,ſi à patre fuerit legitimatus. q.56. ibid.
De ſubuentione debita Prælatis ab hominibus feudorum. q.57. 60
De re feudali eccleſiæ ad eam reuerſa, an poſſit de nouo concedi,ſi non durat prima cauſa conceſsionis.q.58. 61
De eccleſia decepta in conceſsione feudi, an habeat beneficium l.2.C.de reſcind.vendit.q.59. 63
De præſcriptione feudi eccleſiaſtici. q.60. ibid.

III. CAPVT TRICENARIVM.

DE præſcriptione feudi an procedat cum mala fide. q.61. 64
De Clerico an ſuccedat in feudo eccleſiaſt. q.62. 65
De fœmina an ſuccedat in feudo eccleſiaſt.q.63. 66
De diſpenſatione Summi Pontificis cum conſtituto in ſacris vel regulari, vt ſit laicus, an præiudicet agnatis in feudo, & quid ſi diſpenſet cum regulari religionis incapacis vt tranſeat ad capacem. quæſt.64. 67
De vita,& militia an debetur Clericis ſecundogenitis. q.65. 69
De inueſtitura abuſiua fauore eccleſiæ transferente dominium.q.66. 72
De feudo eccleſiaſtico quid ſit.q.67. ibid.
De aliquibus cauſis priuationis feudi eccleſiaſtici. quæſtio 68. 73
De eccleſia paupere, an ſoluat melioramenta facta in emphyteuſi ad eam reuerſa. quæſt.69. ibid.
De eccleſia an teneatur ſoluere melioramenta facta in re emphyteutica, cum pacto expreſſo de meliorando, vel ſine pacto. q.70. 74
De melioramentis an ſemper debeantur eccleſiæ, finita emphyteuſi ob culpam emphyteutæ.q.71. 77
An emphyteutæ eccleſiæ fiat remiſsio mercedis ob ſterilitatem.q.72. ibid.
De emphyteuſi eccleſiæ conceſſa cum pacto de affrancando,an in ea ſuccedat illegitimus. q.73. 78
De emphyteuſi eccleſiaſtica, an in ea poſsit ſpurius hæres inſtitui à fratre.q.74. ibid.
De emphyteuſi eccleſiaſtica an tranſeat ad hæredes extraneos, quando res ſterilis eccleſiæ fuit redacta ad culturam. q.75. 80
De emphyteuſi eccleſiaſtica an tranſeat ad hæredes extraneos,ſi penſio correſpondet fructibus, & an tali caſu emphyteuta cadat à iure ſuo, ſi non ſoluit penſionem per biennium q.76. 82
De re eccleſiæ an cenſeatur perpetuo locata, ſi per triginta annos à colonis fuit ſoluta vniformia merces, ſiue penſio. q. 77. ibid.
De eccleſia an teneatur renouare emphyteuſim, finita generatione, ſi velit pro ſe retinere. quæſt.78. fol. 83
De re eccleſiæ an poſsit hodie concedi in emphyteuſim cum diminutione ſextæ partis. quæſtio 79. fol. 85
De penſione in emphyteuſi eccleſiaſtica quanta eſſe debeat. q.80. 86
De emphyteuſi eccleſiaſtica ad 29. annos cum pacto de renouando. q.81. ibid.
De emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & perſona nominanda, ſi non nominetur, an hæres poſsit nominare. q.82. 87
De emphyteuſi conceſſa pro ſe & perſona nominanda,an tranſeat ad hæredem vniuerſalem, nulla facta nominatione, vel ad filium. & alia circa hanc materiam. q 83. 89
De emphyteuſi eccleſiaſtica pro ſe & perſona nominanda, an ſi perſona nominata decedat ante emphyteutam, poſsit ille aliam nominare. quæſt.84. fol. 90
De emphyteuſi eccleſiaſtica an tranſeat ad illegitimos, quando fuit conceſſa cum poteſtate libere nominandi quoſcunque voluerit.q.85. ibid.
De emphyteuſi eccleſiaſtica an poſſit donari irrequiſita eccleſia. q. 86. 91
De emphyteuſi priuata an poſsit legari eccleſiæ in præiudicium directi domini.q.87. 92
An emphyteuta eccleſiæ poſsit legare rem emphyteuticam. q.88. 93
De emphyteuſi eccleſiaſtica an veniat in reſtitutione fideicommiſſi.q.89. ibid.
An eccleſia teneatur conſentire emphyteutæ volenti alienare rem emphyteuticam in tertiam generationem,ſi emphyteuſis erat duratura tantum in vita ſua. q.90. 94

IV. CAPVT TRICENARIVM.

AN fauore eccleſiæ ex ſolutione vniformi certæ penſionis annuæ ratione alicuius fundi, præſumatur contractus cenſualis; vel emphyteuticus. quæſtio 91. 95

An fauore eccleſiæ in dubio pro caducitate iudicandum ſit in emphyteuſi eccleſiæ. q.92. 97
De emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa filijs, an concludat filias fœminas. q.93. ibid.
Emphyteuſis eccleſiaſtica an præſumatur perpetua, vel temporalis, ſi nihil eſt expreſſum. q.94. 99
De emphyteuſi eccleſiaſtica, quæ peruenit ad aliam eccleſiam, an poſſit per eccleſiam directoriam reuocari. q.95. ibid.
De emphyteuſi eccleſiaſtica, an in ea ſuccedatur in capita, vel in ſtirpes. q.96. 101
De emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa nobilibus vſque ad quartam, vel quintam generationem, an tranſeat ad filios filiarum natos ex plebeis. quæſtio 97. 102
De emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus, an tranſeat ad hæredes extraneos. quæſtio 98. ibid.
Cui incumbat onus probandi rem eſſe emphyteuticam, eccleſiæ vel emphyteutæ neganti. quæſt.99. fol. 104
De emphyteuſi eccleſiaſtica, an reuertatur ad eccleſiam, ſi vnus ex pluribus hæredibus non ſoluerit ſuam partem canonis. q.100. 105
De emphyteuſi conceſſa cum pacto de affrancando, an poſsit affrancari ſi fuerit finita propter caducitatem. q.101. ibid.
De emphyteuta eccleſiæ alienante partem, irrequiſito domino, an cadat à toto. q.102. 106
De emphyteuſi eccleſiaſtica ob extinctionem lineæ, an tacite renouatur per patientiam Prælati. quæſtio 103. 107
De emphyteuta eccleſiæ, an teneatur ad cenſus, ſi contractus eſt nullus ob defectum ſolemnitatum. quæſt.104. ibid.
De iure accreſcendi an habeat locum in emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa duobus fratribus vſque ad tertiam eorum generationem. q.105. 108
De emphyteuſi eccleſiaſtica ſolita concedi pro maſculis tantum, poſtea pro anno 40 conceſſa etiam pro fœminis. q.106. ibid.
De emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa cum pacto de alienando, an poſsit alienari irrequiſita eccleſia. quæſt.107. 109
De emphyteuſi eccleſiaſtica alienata in aliam eccleſiam, an valeat alienatio ſaltem quo ad extimationem. q.108. 111
De emphyteuſi eccleſiaſtica, an in ea valeat pactum quod emphyteuta ita demum expelli poſsit, ſi per triennium ceſſaſſet à ſolutione canonis. quæſtio 109. 112
De emphyteuſi eccleſiaſtica an veniat in generali obligatione. q.110. ibid.
De eccleſia declarante caducitatem ob non ſolutionem canonis, an poſsit ab emphyteuta petere penſionem temporis præteriti. q.111. 113
De eccleſia an priuetur emphyteuſi, ſi eius Rector non ſoluit canonem directo domino, & an in integrum reſtituatur. q.112. ibid.
De emphyteuta eccleſiæ an poſsit collectari: quæſtio 113. 115
De eccleſia an amittat emphyteuſim ſi non ſoluit canonem per biennium. q.114. ibid.
De emphyteuſi eccleſiaſtica finita ob lineam, an ſit renouanda proximioribus agnatis, re non integra, quia iam eccleſia alium extraneum inueſtierat. q.115. 116
De emphyteuſi priuati an poſsit alienari in eccleſia, quæ nunquam moritur. q.116. 117
Emphyteuta eccleſiæ ſi vagatur per mundum, & ignoratur an viuat, an præſumatur mortuus, & emphyteuſis redeat ad eccleſiam. quæſtio 117. fol. ibid.
Bona eccleſiæ ſolita concedi in emphyteuſim, an poſſint concedi in feudum ſine ſolemnitatibus. quæſtio 118. ibid.
Eccleſiæ ſi ſoluatur canon ab emphyteuta non integer ſed pro parte, in duabus vel tribus vicibus, an poſsit illum priuare emphyteuſi. q.119. 118
De emphyteuſi eccleſiaſtica, an poſsit concedi poſt mortem primi emphyteutæ, alijs non deſcendentibus ab eodem Prælato. q.120. ibid.

V. CAPVT TRICENARIVM.

An quarta debeatur vxori in re emphyteutica eccleſiæ. q.121. ibid.
An eccleſia reſtituatur aduerſus præſcriptionem 40. annorum ex capite ignorantię, & an data ſcientia. q.122. 119
An eccleſia reſtituatur aduerſus præſcriptionem centum annorum. q.123. 120
De reſtitutione in integrum, ſemper competente eccleſiæ data enormiſsima læſione. q.124. 121
De eccleſia læſa citra dimidiam iuſti pretij, an reſtituatur in integrum, & quid ſi læſio eſt modica. quæſt.125. 122
An eccleſia reſtituatur in integrum aduerſus alienationem factam cum decreto commiſſarij Apoſtolici, continente illam cedere in vtilitatem euidentem. q.126. 123
De legato facto eccleſiæ pro celebratione anniuerſarij ſingulis annis cum pacto reſolutiuo, quod in caſu negligentiæ tranſeat ad aliam eccleſiam, quæ requirantur vt fiat reſolutio. q.127. 124
De donatione facta eccleſiæ ſub modo præſtandi alimenta, an reuocetur ipſo iure ſi non præſtentur, & an modus præſumatur cauſa finalis donationis factæ eccleſiæ, vel Deus, & remiſſio peccatorum. quæſt. 128. 125
De mora irregulari inducta fauore eccleſiæ, & an eccleſia teneatur denunciare venditori rem ſibi euictam. q.129. 127
De alienatione rei eccleſiæ an præſumatur interueniſſe in ea aſſenſus Summi Pontificis, quando ex inſpectione inſtrumenti apparet non interueniſſe. quæſt.130. ibid.
De contractu inutili non transferente poſſeſſionem fauore eccleſiæ. q.131. 129
De procuratore eccleſiæ, quod non poſsit habere fidem de pretio. q.132. 130
Res eccleſiæ quando datur in ſolutum, eccleſia eſt priuilegiata in multis. q.133. ibid.
De re eccleſiæ non concedenda indiſtincte plus offerenti, ſed ſatis ſit recipere iuſtũ pretiũ. q.134. 131
De ſingulari eccleſia, vt per apprehenſionem poſſeſsionis

ſeſsionis eccleſię tantum, intelligatur capta poſſeſſio omnium rerum, & iurium ipsius. q. 135. ibid.
Eccleſiæ res licet quandoque alienare ſine ſolemnitate in eius fauorem. q. 136. 132
Eccleſię fauore, ſi locatio rerum fiat à Prælato, etiam nomine proprio per triennium, ſucceſſor tenetur ſtare locationi ſi ſit eccleſiæ vtilis. quæſtio 137. fol. ibid.
An fauore eccleſię pro eius dote inducatur tacita hypotheca, & de tacita hypotheca in bonis Prælati malè adminiſtrantis. q. 138. 133
De priuilegio eccleſię, quod ex mutuo non obligetur, niſi probetur verſio in eius vtilitatem. quęſtio 139. 134
De probatione dominij incerta, fauore eccleſię valida. quęſt. 140. 136
De dominio tranſeunte ad eccleſiam abſque traditione, & quomodo id procedat. q. 141. ibid.
De eccleſiæ pecunia an poſsit à Prælato mutuo dari. quæſt. 142. 137
Eccleſię fauore, an in dubio præſumatur donatio. quęſt. 143. ibid.
Eccleſia an & quando dicatur potentior, vt ei prohibeatur fieri ceſsio iurium. q. 144. 138
De priuilegio conceſſo eccleſię, an cenſeatur eius fauore reale, & quid ſi Eccleſia ipſa faciat conceſſionem. q. 145. 139
De abſolutione à iuramento non petenda ab eccleſia, quando venit contra contractum. q. 146. ibid.
De eccleſię priuilegio quod habeatur loco filij. quęſtio 147. ibid.
Eccleſia acquirit poſſeſsionem bonorum ingredientis religionem abſque apprehensione. q. 148. 142
Filia, cui pater legauit mille ſi nupſerit, & ducenta ſi ingrediatur religionem, an conſequetur mille, ſi ingrediatur religionem. q. 149. 143
De eccleſię fauore, vt in eius damnum ſolus Prælatus non poſsit repudiare legatum, vel hæreditatem, iuxta veriorem opinionem. q. 150. 145

VI. CAPVT TRICENARIVM.

DE donatione facta eccleſię abſenti, an poſsit reuocari ante acceptationem. q. 151. 148
Eccleſiarum reparatio, an præferatur hoſpitalitati peregrinorum. q. 152. 149
Legatum Calicis factum eccleſiæ, eius fauore intelligitur de meliori, vel honorabili. q. 153. ibid.
Priuilegium eccleſiæ, eius fauore non amittitur per non vſum, niſi longiſsimi temporis, quod ſecus eſt in priuatis. q. 154. 150
Statutum non tollitur per vnicum actum contrarium ſi eſt fauorabile eccleſiæ, ſecus in priuato. q. 155. 151
De vaſſallis Eccleſiæ quod ſint immunes ab angarijs, & parangarijs. q. 156. ibid.
An l. bene à Zenone. C. de quadrienn. præſcript. procedat in rebus eccleſiæ. q. 157. ibid.
De priuilegio conceſſo Eccleſiæ à Principe, an ſit irreuocabile. q. 158. 152
De Eccleſia hærede inſtituta, & vxore relicta Domina & vſufructuaria, an debeantur vxori alimenta tantum, vel vſusfructus omnium bonorum. quæſt. 159. 153
Eccleſia relicta domina & vſufructuaria, filio hærede inſtituto, an habebit tantum alimenta, exemplo vxoris, vel etiam vſumfructum omnium bonorum. q. 160. ibid.
De re donata eccleſiæ cum pacto, quod non ſeruato modo honeſto res reuertatur ad donantem, & liceat capere poſſeſsionem auctoritate propria. quæſt. 161. 154
De re donata eccleſiæ cum pacto quod non poſsit alienari, an imminente neceſsitate poſsit non obſtante pacto alienari. q. 162. 155
De paſcuis eccl. ab alijs non præſcribendis. q. 163. ibi.
Eccleſia vulgariter ſubſtituta, an tacita pupillaris excludat matrem. q. 164. 156
Eccleſia an habeatur loco filij in terminis l. fin. C. de repud. hæred. vt poſsit exemplo filij ad repudiatam hæreditatem intra trienniū redire. q. 165. 157
Locatio anticipata ſolutione, an aliquando fauore eccleſiæ præiudicet ſucceſſori. q. 166. 158
Legata facta eccleſiæ, an diminuant legitimam filij. quæſt. 167. 159
De teſtatore mandante debitum reſtitui eccleſiæ pro exoneratione conſcientiæ, an ſi fuerit præſcriptum poſsit hæres opponere præſcriptionem. q. 168. 160
De confeſsione extraiudiciali debiti pro exoneratione conſcientiæ, facta inter viuos, vel in teſtamento, an ſit efficax, & reuocari non poſsit. q. 169. fol. 161
An teſtator poſsit grauare hæredem vt reſtituat malè ablata, & ſtet iuramento petentis. q. 170. 162
De teſtatore mandante eccleſiam conſtrui in fundo ſuo, an cenſeatur donaſſe totum fundum eccleſiæ. quæſt. 171. ibid.
De ſtatuto puniente omittentem aliquid facere, quod non includat eccleſiam. q. 172. ibid.
De ſtatuto prohibente contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, an poſsit cum eccleſia. q. 173. 163
Eccleſiæ fauore tenetur quis edere arma contra ſe. quæſt. 174. ibid.
An fauore animæ, & eccleſiæ cui facienda eſt reſtitutio, bona debentis reſtituere, ſint tacitè hypotecata. q. 175. 164
Aequitas in cauſis eccleſię, an præferatur rigori ſcripto. q. 176. ibid.
Eccleſiæ fauore legatum mobilium, comprehendit etiam mobilia acquiſita poſt teſtamentum. quæſtio 177. 165
An fauore eccleſiæ, ſi feudum ei detur in pignus, ipſa non computet fructus in ſortem, ſi erat directa domina. q. 178. 166
De pecunia legata pro tot Miſsis celebrandis, an ſi augeatur merces, ſiue eleemoſyna danda ſacerdotibus, debeat augeri in præiudicium hæredis, vel diminuendus ſit miſſarum numerus, quæſt. 179. fol. 167
Sententia lata contra eccleſiam, abſente aduocato, eſt nulla. q. 180. 168

VII. CAPVT TRICENARIVM.

SEntentia lata contra eccleſiam ex ſpeciali fauore prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum. quæſtio 181. 169

Fauore

Fauore eccleſiæ, inſtrumento deperdito, teſtes non periti poſſunt deponere ſuper tenore inſtrumenti. quæſt. 182. ibid.

Eccleſia contrahendo cum priuato, præfertur in bonis poſt ſuam obligationem. q. 183. ibid.

Legatum eccleſiæ relictum ab vno hærede nominatim, poteſt peti ab alijs cohæredibus. q. 184. ibid.

Pactum futuræ ſucceſſionis, eccleſiæ fauore valere in vim vltimæ voluntatis. q. 185. 170

Creditor eccleſiæ tenetur recipere partem ſolutionis debiti. q. 186. 171

Si res eccleſiæ ſit legata, an debeatur æſtimatio. quæſtio 187. ibid.

Eccleſiæ fauore non præſumitur donatio, ex coniecturis contentis in l. procula. ff. de prob. q. 188. 174

De legato dotis quinquaginta aureorum, & plus, relicto puellis quæ educantur in eccleſia, an poſſit importare magnam quantitatem vſque ad dotem ſufficientem propter illam dictionem, plus. quæſt. 189. ibid.

Eccleſiæ fauore poteſt quis locare operas ſuas perpetuo. q. 190. 175

De legitima, an debeatur filijs ſtatim patre faciente profeſſionem in aliquo monaſterio, vel debeat expectari ius monaſterij, vt interim monaſterium capiat fructus. q. 191. ibid.

De legato male ablatorum pro exoneratione conſcientiæ, an ſuper eo poſſit tranſigi. q. 192. 177

De ſilua conceſſa à Barone eccleſiæ, reſeruato ſibi vſu venandi, an poſſint illi de eccleſia etiam venari. quæſtio 193. ibid.

De molendino eccleſiæ minante ruinam, ob fluminis impetum, an poſſit ab eccleſia in alium locum transferri. q. 194. 178

De ſtatuto Ciuitatis habentis plura molendina, quod euntes ad molendum extra Ciuitatem, teneantur ſoluere nouum datium, an præiudicet eccleſiæ habenti molendinum extra Ciuitatem, ad quod homines recuſant ire propter datium nouum. q. 195. 179

Eccleſiæ fauore eius fundi fructus pro debito Clerici non poſſunt aſsignari creditori, durante vita Clerici. & ibi quod eccleſiæ ſuccurrendum ſit, etiam quando ſolum timetur damnum futurum, & non ſolum quando timetur damnum de iure, ſed etiam de facto. quæſt. 196. 181

Eccleſiæ quomodo ſuccurrendum, ſi perſona potens non colit agrum, ne ſoluat decimam. q. 197. ibid.

Eccleſiæ fauore quomodo ſuccurrendum, ſi à potente cum difficultate conſueuit exigere decimam. quæſt. 198. 183

Eccleſiæ ſingularis pietas, vt eius bona alienet pro redimendis carceratis ex maleficio. q. 199. ibid.

Eccleſiæ humanitas in exigendis decimis à pauperibus. quæſt. 200. ibid.

Eccleſia pauper, an debeat reparari à clerico diuite ex patrimonio, ſi non ſufficiunt redditus ad reparandum. quæſt. 201. 184

Eccleſiæ res pignori datæ à Presbytero pro eius ſuſtentatione, an ſint redimendæ ab eadem eccleſia, ſeu Rectore ſucceſſore, vel ab hærede Rectoris defuncti. q. 202. ibid.

Eccleſiam pauperem ſi quis recipit, non poteſt in eius extinctionem petere illam alteri eccleſiæ vniri. quæſt. 203. 185

Rectores eccleſiarum, etiam Hoſpitalium fundatorum pro maritandis puellis, an poſsint deſcribere non nobiles. q. 204. ibid.

Eccleſiæ an acquiratur dominium per alluuionem. quæſt. 205. 186

Fructus beneficij iuſtè excommunicati, an debeantur eccleſiæ. q. 206. ibid.

De Eccleſiæ æquitate, quod non expellit conductorem, qui labore fundum ſterilem reddit fertilem. quæſtio 207. 187

Eccleſiæ fauore proceditur ad diffinitiuam ſententiam contra Prælatum dilapidatorem, lite non conteſtata. q. 208. ibid.

Eccleſiæ fauore maior pars Capituli Canonicorum attenditur in his quæ reſpiciunt ſingulos vt ſingulos, licet minor pars contradicat. q. 209. 209

De ſponſa poſt oſculum ingrediente religionem, non priuanda medietate antefati. q. 210. ibid.

VIII. CAPVT TRICENARIVM.

De renunciatione bonorum facta à moniali patri, exiſtentibus fratribus maſculis, & fœminis, ſed poſtea mortuo patre, an ſit valida, itaut pater poſsit libere diſponere inter extraneos. q. 211. 189

De emptore fructuum ab eccleſia, an teneatur ad collectas, ſiue gabellam. q. 212. 190

De legato facto eccleſiæ pro fabrica, vel ornamentis quibus non indiget, an poſsit commutari in alios vſus auctoritate Epiſcopi, aut aliqua alia rationabili cauſa, non tamen neceſſaria. q. 213. 191

De legato facto pauperibus concurrentibus ad domum defuncti, an poſsit diſtribui eccleſiæ hoſpitalis in quo ſunt pauperes infirmi. q. 214. 193

De eccleſia, ex priuilegio vel ſtatuto ſuccedẽte deſcẽdentibus inteſtatis, an ſuccedat pupillo. q. 215. 194

De legatis factis eccleſiæ in qua educantur puellæ, pro illis maritandis, aliqua practicabilia. & ſignanter de legato dotis pro maritandis puellis ciuibus, an poſsit dari puellæ, cuius mater domini eſt ciuis. q. 216. 195

De legato dotis facto eccleſię in qua educantur puellæ, ſi teſtator commiſit hæredi, & Magiſtris, ſiue Rectoribus eccleſiæ electionem puellarum, an poſſint Rectores numero plures, contradicente hærede qui eſt vnus, eligere puellas. q. 217. 196

De dote legata puellis quæ educantur in eccleſia ſecundum quantitatem & numerum puellarum ab hærede declarandum, ſi hęres fecit exceſsiuam declarationem dotis, & numeri puellarum, an fideicommiſſarius poſsit contradicere in præiudicium eccleſiæ earum cuſtodis. q. 218. 197

De legato dotis facto eccleſiæ pro puellis quæ in ea educantur dotandis, poſt mortem tamen hæredis, an poſsit ab hærede adimpleri in eius vita in præiudicium puellarum quæ ſuperuiuent tempore mortis ſuæ. q. 219. ibid.

De eccleſia alienante duobus, & tradente ſecundo poſſeſsionem, an teneatur, non obſtante traditione, ſeruare contractum cum primo perfectum. q. 220. 198

De terris eccleſiæ, qui ſint immunes à ſuperindicto. quæſtio 221. 199

De eccleſiæ adminiſtratore, quod non poſsit emere res eccleſiæ, etiam palam, & publicè. q.222. ibid.

Eccleſia, & eccleſiaſtici litigantes coram iudicibus laicis, debent ab illis benignius, & fauorabilius tractari. q.223. 200

De legato dotis mille aureorum, facto puellis, quæ educantur in eccleſia, ſi puellæ nubant cum minori dote, an debeatur reſiduum puellis, quæ nuptæ ſunt. q.224. ibid.

De legato facto eccleſiæ viginti aureorum, an extinguatur in prima vice, vel ſit perpetuum fauore eccleſiæ. q.225. 201

De legato facto eccleſiæ pro celebratione Miſſarum, an ſtetur fidei Rectorum de celebratione Miſſarum. q. 226. ibid.

De ſcriptura priuata, non habente diem neque conſulem, an probet fauore eccleſiæ. q.227. 202

De Rectoribus, ſeu adminiſtratoribus eccleſię ditatis, poſt adminiſtrationem an præſumantur ditati ex bonis eccleſiæ, ita quod detur eccleſiæ repetitio. quæſt. 228. ibid.

De re legata eccleſiæ cum onere Miſſarum, an ſi augeatur, debeat augeri onus Miſſarum. q.229. ibid.

De oblationibus factis imagini alicuius Sancti depictæ in pariete, publico vel priuato, & cui debeantur, laicis an eccleſiæ, & cui eccleſiæ. q.230. 204.

Inſtrumenta reperta poſt concluſum in cauſa, an poſsit eccleſia procedere data ipſius negligentia. quæſt. 231. 206

De ſucceſſore ſingulari eccleſiæ, an teneatur ſtare colono. q.232. ibid.

De filiofamilias habente liberam adminiſtrationem peculij profectitij, an poſsit donare eccleſiæ. quæſt. 233. ibid.

De eccleſia habente rem in communi, quæ ſemper poteſt prouocare ad diuiſionem. q. 234. 207

De taciturnitate inducente conſenſum in præiudicialibus fauore eccleſiæ. q.235. ibid.

De taciturnitate, an inducat conſenſum fauore eccleſiæ in diſſolutione pignoris. q.236. 208

De excommunicato abſoluendo pro vtilitate eccleſiæ, etiamſi non petat abſolutionem. q.237. ibid.

De excommunicato, quod poſsit eſſe reus voluntarius, & ſe opponere pro defenſione eccleſiæ. quæſtio 238. ibid.

Pro intereſſe Eccleſiæ, an poſsit Canonicus magnæ auctoritatis & prudentiæ, compelli ad dandam vocem in Capitulo per ſe ipſum, & non per procuratorem. q.239. 209

Pro Eccleſiæ negocijs poteſt Epiſcopus mittere Clericum, aut Canonicum ad Vrbem, vel alia loca, nec poteſt Clericus reluctari. & poteſt pro vtilitate eccleſiæ compelli Clericus ad ſuſcipiendos ordines non ſuis beneficijs annexos. q. 240. 210

IX. CAPVT TRICENARIVM.

DE eccleſiæ fauore, quod pro ea conſtruenda, vel amplificanda, cogitur quis vendere domum propriam. q.241. 211

De Eccleſiæ fauore, quod meretrix ſit expellenda de eius vicinia, & à domo propria. q.242. 213

De Eccleſiæ fauore, quod vicinus non poteſt extollere domum ſuam, ſi habeat proſpectum ad Monaſterium, nec facere feneſtras, ſed debent claudi. q.243. ibid.

De Eccleſia ſeculari, an faciat deficere conditionem ſi ſine liberis deceſſerit, & præſertim Cathedralis ſiue Epiſcopatus. q.244. 214

De ſubſtitutione fideicommiſſaria facta ſimpliciter pluribus, ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerint, ita vt poſt mortem eorum conſtruatur eccleſia, an debeat expectari mors omnium. q.245. 215

Eccleſiæ conſtruendæ donari non poſſe, & quomodo id procedat. q.246. 216

De legato facto eccleſiæ conſtruendæ, an debeat tradi cum fructibus medij temporis. q.247. 217

De eccleſiæ reparatione, vel conſtructione, cuius fauore poteſt dominus Caſtri cogere ſubditos ad molendum in ſuis molendinis, & coquendum in ſuis furnis in damnum aliorum, dummodo lucrum conuertatur in eccleſiæ inſtauratione. quæſtio 248. ibid.

De ſolo cedente ædificio fauore eccleſiæ, & quomodo id procedat. q. 249. 220

De Fiſco eccleſiæ, an ſit vere fiſcus, & gaudeat priuilegio tacitæ hypothecæ, alijsq. priuilegijs fiſci. quæſt. 250. 221

De eccleſia, an gaudeat omnibus priuilegijs fiſci, vel tantum in caſibus expreſsis à iure. q.251. 222

Eccleſia gaudet priuilegijs militum, libertatis, alimentorum, dotis, pupilli, & Reip. q.252. 224

De eccleſia, an poſsit exigere pœnam conuentionalem vltra intereſſe. q. 253. ibid.

An Eccleſia poſsit exigere pœnas legales. q.254. 226

Hæres non fecit inuentarium, an teneatur vltra vires hæreditarias ad legata facta eccleſiæ. q. 255. fol. ibid.

De renunciatione bonorum facta à Moniali, reuocanda per monaſterium, ſi non ſeruentur promiſſa. quæſt. 256. 227

De renunciatione generali facta à moniali, an extendatur ad legitimam, ſiue eius ſupplementum. quæſt. 257. ibid.

De Moniali illegitima, an poſsit petere legitimam in bonis paternis, & dicere inſtrumentum nullum, ſiue eius Monaſterium. q.258. ibid.

Monialis cui fuit dos relicta à patre ſi fiat Monacha, ſi moriatur ante profeſsionem, an poſsit de illa diſponere in fauorem Monaſterij. q.259. 228

De filia hærede vniuerſali inſtituta ſi ingrediatur Monaſterium, & ſi nupſerit tantum in legitima, an ſi nupſerit habebit totam hæreditatem in præiudicium monaſterij. q.260. 229

De exequutoribus deputatis ad dandam dotem puellis maritandis, an poſsint etiam dare monachandis. q.261. 230

De regulari, qui donauerat bona ſua monaſterio, vel conſanguineis, an ea recuperet ſi promoneatur ad Epiſcopatum. q.262. 231

De legato facto eccleſiæ cum onere celebrandi Miſſas, & anniuerſaria, & in caſu non adimplementi, quod tranſeat ad aliam eccleſiam, legataria concordat cum hærede pro minori ſumma reiectis

Digitized by Google

ctis oneribus, an alia eccleſia poſsit petere legatum q.263. 233
De regulari effecto Epiſcopo, an poſsit de redditibus Epiſcopatus emere bona immobilia monaſterio ſui Ordinis, vel ea repetat eccleſia Cathedralis. & quid ſi pater legauit filio religioſo tria millia aureorum in caſu promotionis ad Epiſcopatum, an poſsit ea donare ſuo Ordini, vel conſanguineis. q.264. ibid.
De profeſsione facta cum poteſtate retinendi bona patrimonialia, an impediat eorum translationem in Monaſterium. quæſtio 265. 234
De legato dotis facto eccleſiæ conſtruendæ, an debeat ſtatim ante conſtructionem, vel debeat expectari conſtructio. q.266. 236
De alienatione voluntaria certæ rei legatæ eccleſiæ, an extinguat legatum. q.267. 237
De regulari, an poſſit poſt profeſsionem reuocare teſtamentum antea factum in fauorem Monaſterij, vel aliorum. q.268. 238
De eccleſia inſtituta hærede poſt mortem Titij non inſtituti, quod poſsit ſtatim adire hæreditatem, non expectata morte Titij. q.269. 241
De filijs poſitis in conditione, quod cenſeantur poſiti in diſpoſitione, quando eccleſia eſt ſubſtituta. quæſt.270. 242

X. CAPVT TRICENARIVM.

De fideicommiſſo vniuerſali, an tranſeat ipſo iure in eccleſiam, ita quod ei competat actio ante realem, vel verbalem reſtitutionem. q. 271. fol. 242
Eccleſiæ fauore, ſi habens domum communem mandet in ea conſtrui eccleſiam, tenetur ſocius inuitus vendere partem ſuam. q.272. 243
De legato facto regularibus, vel Canonicis ſub conditione vt certam partem diuidant inter pauperes, an ſit conditionale, ita quod ſi non diuidant legatum amittant. q.273. 244
De eccleſia vocata in caſu alienationis faciendæ à deſcendentibus, an poſsit iuſte retinere, aut acquirere rem alienatam. q.274. 245
De eccleſia an cenſeatur hæres inſtituta, ſi defunctus inter amicos dixerat, quod volebat eccleſiam poſt mortem inſtituere, & poſtea inteſtatus deceſſit. q.275. ibid.
De priuilegio eccleſiæ quod trahat ad tribunalia regia reum extra proprium domicilium. quæſt.276. fol. 247
Prælatus ſi potuit acquirere eccleſiæ, & non acquiſiuit, tenetur de ſuo reſarcire damnum. q.277. 248
De re conceſſa ab eccleſia, an cenſeatur conceſſa in feudum, vel cenſum, vel ſimplicem donationem. quæſt.278. ibid.
De legato quinquaginta aureorum facto puellis, quæ educantur in conſeruatorio eccleſiæ, & non habent dotem, an poſsint dari illis quæ habent aliquam dotem ſed non integram, cum qua poſsint ſe dotare. q.279. ibid.
De emptore rerum eccleſiæ ſine ſolemnitate, an recuperet pretium. q. 280. 249
De locatione rerum eccleſiæ vltra triennium facta, cum obligatione bonorum rectoris pro obſeruantia contractus, an afficiat rectorem vt teneatur exiſtente locatione nulla. q.281. ibid.
De eccleſiæ defenſione aliqua ſingularia. quæſtio 282. 250
Mulier nobilis cui conceſſa eſt diſpenſatio vt nubat conſanguineo, cum ſibi parem inuenire non poſſit in loco,ſi inueniat ignobilem diuitem,an poſſit vti diſpenſatione.q.704. 510
De monitionibus ad finem excommunicandi, an debeant eſſe iudiciales.q.705. ibid.
De excommunicatione lata ſine vlla monitione, an ſit iuſta,vel nulla.q.706. 511
De monialibus an incurrat excommunicationes latas à iure.q.707. 512
De citatione perſonali quod non requiratur in ſententia declaratoria excõmunicationis.q.708.ibid.
De excommunicato qui ſatisfecit, an teneatur præſtare cautionem idoneam de parendo in futurum mãdatis eccleſiæ,vel ſufficiat iuratoria.q.709.ibid.
De excommunicato ob manifeſtam contumaciam, quod non ſit abſoluendus cum iuratoria cautione cum communi contra Decium.q.710. 513
De reuelante vigore monitorialium obſcure,& confuſe,an incurrat excommunicationem.q.711.ibid.
De inſordeſcente in excommunicatione per annum, an debeat prius moneri antequam pœnas inſordeſcentis incurrat.q.712. 514
De excommunicato an ſit ſtatim priuatus fructibus beneficij ſi in ſentẽtia non ſuit expreſſũ.q.713.ibid.
An quis poſſit ſe obligare apud alienum Epiſcopum, vt poſſit ab eo excommunicari,ſiue ſit clericus ſiue ſit laicus ſine conſenſu ſui Epiſcopi.q.714. 515
An in foro eccleſiaſtico admittatur quod filiusfamilias poſſit diſponere de proprietate bonorum aduentitiorum, in quibus patri quæritur vſusfructus.q.715. ibid.
An in foro eccleſiaſtico probatio veriſimilis concludat.q.716. 516
Clericus non tenetur præſtare cautionem de ſtando iuri.q.717. ibid.
Purgatio canonica, an ſit indicenda propter infamiam ortam ex dicto ſocij criminis, vel debeat eſſe orta aliunde.q.718. ibid.
De clerico degradato actualiter ſine cauſa à ſolo Papa reſtituitur.q.719. 517
De ſacerdote victo non condemnando in expenſis. q.720. ibid.

XXV. CAPVT TRICENARIVM.

De clerico interficiente conſanguineam adulteram qua pœna ſit puniendus.q.721. 518
De plus petente in foro eccleſiaſtico non condemnando ad pœnam tripli.q.722. ibid.
An in foro eccleſiaſtico vendens ad menſuram ſi fuit deceptus, poſſit portionem ſuperfluam repetere poſt triginta annos.q.723. ibid.
An in foro eccleſiaſtico debeatur ſalarium non conuentum procuratori,vel famulo q.724. 519
An de æquitate canonica debeat fieri editio inſtrumentorum ad fundandam intentionem actoris. q.725. ibid.
De Vicario conſtituto ab Epiſcopo abſque commiſſione in ſcriptis,an abſoluat à reſeruatis Epiſcopo, & diſpenſet prout Vicarius prædeceſſor qui habebat commiſsionem in genere.q.726. 520
Confeſſus tantum, & non conuictus, an appellet de iure canonico.q.727. 521
De degradatione clericorum, an Epiſcopi, vel Abbates vocati aſsiſtentes, debeant dare votum vel tantum aſsiſtere.q.728. ibid.
De pœna ſine maturitate,& male excommunicantis. q.729. 522
De cauſa ciuili clericorum,an poſsit committi laico. q.730. ibid.
An de iure canonico teneatur quis præciſe ad factum.q.731. 523
An id quod eſt ſpeciale de iure ciuili, ſit generale & debeat obſeruari pro regula de iure canonico. q.732. ibid.
An æquitas canonica non ſcripta, præferatur rigori iuris ciuilis ſcripto.q.733. 524
An de æquitate canonica valeat teſtamentum nuncupatiuum factum.q.734. 525
Pater an poſsit denegare dotem filiæ quæ nupſit indigno,in fraudẽ libertatis matrimonij.q.735.ibid.
An ſit contra libertatem matrimonij conditio appoſita in legato relicto mulieri ſi Titio nupſerit. q.736. 526
An de iure canonico non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias.q.737. 527
De iure canonico an in cauſis minimis poſsit procedi ſine ſcriptis q.738. ibid.
De ſententia excõmunicationis ſi eam iudex eccleſiaſticus nõ protulerit ore,an ſit ſuſpẽſus.q.739. 528
An aliquando de iure canonico ſuſpicionis cauſa non ſit proponenda,nec probanda.q.740. 528
De appellatione extraiudiciali, quod non poſsit fieri ad Archiepiſcopum,& quid in arreptione itineris. q.741. ibid.
De clerico carcerato pro furto,an non obſtante carceratione poſsit excommunicari ſi non reſtituit. q.742. 529
De Epiſcopo,an poſsit de nouo inquirere contra beneficiatum in cuius fauorem protulit ſententiam. q.743. 530
An infamatus infamia facti, poſsit priuari beneficijs.q.744. ibid.
An de iure canonico poſsit imponi pœna ordinaria, quando proceditur per inquiſitionem.q.745. 531
Eccleſiam non reparans, non ſolum poteſt compelli ad reparandam,ſed etiã poteſt puniri.q.746. ibid.

An

An in foro eccleſiaſtico ius ſuperueniens lite pendente ex cauſa de præterito, poſt litem conteſtatam, validet iudicium. q.747. 532.
An in foro eccleſiaſtico admittatur libellus alternatiuus, quãdo plures actiones cõpetunt. q.748. ibid.
De iudice delegato, quod non poſsit implorare brachium ſeculare niſi prius requiſierint Epiſcopum. q.749. ibid.
De ſtatutis Epiſcoporum, an iudicentur ius ciuile, vel prætorium. q.750. 533

XXVI. CAPVT TRICENARIVM.

De delegato Summi Pontificis, an poſsit ſubdelegare cauſas prophanas laicis, & non perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis. q.751. ibid.
De excommunicatione lata contra participantes cum excommunicatis. q.752. ibid.
De petente reſtitutionem vxoris, cui opponitur nullitas matrimonij ob conſanguinitatem, & offertur probatio incontinenti. q.753. 534
Recedi an poſsit de iure canonico à perſona non declarante cuius arbitrio res commiſſa eſt. quæſtio 754. ibid.
An in foro canonico bona ſubiecta fideicommiſſo poſsint alienari à filio grauato, condemnato ex delicto, pro ſe redimendo in præiudicium fideicommiſſarij. q.755. 535.
An in foro canonico donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, cum iuramento, ſit valida ſi non fuerit reſeruata vigeſima pars patrimonij. q.756. ibid.
An in foro canonico teſtamentum ſit validum ſi relinquatur aliquid filio, ſed non iure inſtitutionis. q.757. 536
Pœnitentia in contractibus innominatis, an ſit admittenda in foro canonico. q.758. ibid.
An clericus pro homicidio proditorio debeat tradi curiæ ſeculari, & mori. q.759. 537
De matrimonio contracto ad preces Principis. quæſtio 760. 538
De præſcriptione viginti annorum in delictis, quod non currat contra clericum. q.761. ibid.
De excommunicato occulto, repellendo in iudicio abſque ſententia declaratoria. q.762. ibid.
An pater in ſpiritualibus admittatur pro filio ſine mandato tanquam coniuncta perſona. q.763. 539
An in foro canonico poſsit dari curator infanti cum non detur de iure ciuili. q.764. ibid.
An in foro canonico delegatio debitoris inducat nouationem abſque ſtipulatione. q.765. 540
An in foro canonico ignorantia ſtatuti in facto damnato à iure communi, excuſet à pœna ſtatuti. quæſtio 766. ibid.
An in foro eccleſiaſtico minor effectus maior, qui per quinquennium tacuit, poſſit alienationem antefactam reuocare. q.767. 541
An confeſsio facta abſente parte, in foro eccleſiaſtico plene probet. q.768. ibid.
De clerico tradito curiæ ſeculari pro delicto de quo ſecundum canones non veniebat puniendus pœna mortis, an poſsit à iudice laico puniri pœna mortis. q.769. 542
An in exorbitantibus & correctorijs, fauore animæ fiat extenſio, ex identitate vel maioritate rationis. q.770 543
An ratificatio de actu nullo, vel ſententia, operetur quod valeat vt tranſactio de iure canonico abſque ſtipulatione. q.771. ibid.
An valeat pactum in contractu matrimoniali appoſitum, quod vir teneatur perpetuo habitare in domicilio vxoris, nec poſſit eam ad alia domicilia transferre. q.772. ibid.
De aliquibus pœnis poni permiſſis, vel prohibitis in contractu matrimoniali. q.773. 545
Dos ciuilis an detur de iure canonico, & ſit admittenda in foro eccleſiaſtico. q.774. 546
De ſponſa diuite effecta paupere, an ſit iuſta cauſa non compellendi ſponſum ad contrahendum matrimonium. q.775. ibid.
An in foro eccleſiaſtico fideiuſſor nudo pacto abſque ſtipulatione obligetur. q.776. ibid.
Contrauenieus præcepto ſibi facto ſub pœna excommunicationis ferendæ, an poſsit excommunicari ſi factum eſt, in retractabile. q.777. 547
De probatione impedimenti matrimonialis obſcura non admittenda. q.778. ibid.
Reſtringens ſe ad probationem per ſcripturam tantum, an in foro eccleſiaſtico poſsit probare per teſtes. q.779. 548
Teſtibus an poſsit fieri præceptum, vt compareant ad deponendum ſub pœna pecuniaria, ſuſpenſionis, excommunicationis, & depoſitionis, in eiſdem litteris. q.780. ibid.
An excommunicatio extendatur ad ſucceſſorem in officio, vel dignitate. q.781. 549
An quod eſt licitum de iure canonico in foro exteriori, ſit ſemper licitum in foro conſcientiæ. quæſtio 782. ibid.
An de iure canonico poſsit quis ſtipulari. q.783. 550

FINIS.

PRA-

PRACTICABILIA ECCLESIASTICA.

PRIMVM CAPVT TRICENARIVM QVAESTIONVM.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum conceſſum Eccleſiæ, an cenſeatur conceſſum in allodium, vel in feudum ſi non fuit facta mentio feudi.*

2 *Res qualibet præſumitur allodialis niſi probetur feudalis.*

3 *Iuriſdictio conceſſa abſque mentione feudi, an cenſeatur conceſſa in allodium.*

4 *Eccleſia concedens iuriſdictionem, vel penſiones, cenſetur concedere in feudum.*

QVÆSTIO I.

De conceſsione caſtri facta alicui abſque mentione feudi, quod cenſeatur facta in allodium, non in feudum, idq; multo magis in eccleſia.

1 COMMVNIS eſt DD. concluſio, quod ſi fiat conceſſio caſtri à directo domino abſque mentione feudi, cenſetur facta in allodiũ, non in feudum, cum qualibet res præſumatur allodialis non feudalis, niſi probetur, ea ratione, quod feudum eſt ſpecies ſeruitutis. gl. in l. ſi vſusfructus legatus. ff. de vſufr. & qualibet res præſumitur libera niſi ſeruire probetur. l. altius. C. de ſeruitutibus. ita tradunt Hoſt. Io. Andr. Ant. Im. Abb. in c. nimis. de iureiur. Bal. in c. 1. & c. cæterum. de iudicijs, & de communi poſt multos quos allegat teſtatur Gabr. de feud. concl. 3. ſequitur etiam Card. Mant. de tacit. & ambig. conu. lib. 13. tit. 14. Quæ opinio multo magis procedere debet in Eccleſia, cuius fauore conceſsio latiorem interpretationem recipit quàm ſi fieret priuato, arg. l. vt inter diuinum. C. de ſacroſan. eccl. & tradit Oldrad. conſ. 252. Idque in Eccleſia eſt adeo verum, quod procedit etiam in illis regionibus & prouincijs, in quibus quodlibet caſtrum cum vaſſallis præſumitur quaternatum, vt firmat in conſtit. regni iuſtitiarij nomen & normam, Andr. de Iſernia in feudali materia DD. auriga nuncupatus. idque probat ea ratione, quod cum aliæ res quas poſſidet Eccleſia in dicta prouincia ſint liberæ, & tales præſumantur: idem erit iudicandum de caſtris Eccleſiæ, niſi expreſſe probe-
5 tur quod fuerint conceſſa in feudum. Limitat tamen ſupradictam concluſionem, vt procedat, quando eccleſia tenet feudum libere non præſtando redditus, ſecus ſi præſtitiſſet ſeruitium per quadraginta annos, licet in laico ſufficerent triginta. §. ſi quis per triginta. ſi de feudo fuerit controuerſia: vel ſi Rex dixiſſet concedimus in feudum. Et hæc Andr. opinio eſt communiter recepta à regnicolis eã tamẽ aliqui DD. declarant non procedere in iuriſdictione, quæ ſemper præſumitur conceſſa in feudum ſecundum eos, quia iuriſdictio non tenetur iure priuato, ſed publico, quod conſiſtit in magiſtratibus. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſtitia & iure. & iuriſdictio dicitur poteſtas de publico introducta. l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. & omnis iuriſdictio inferior deriuatur à pleniſſima, quæ eſt in Principe

l. 1. ff. de officio eius. Et hāc opinionem tenent
Iacob. de S. Georgio de feudis in verb. de
caſtro rubei montis. n. 16. Paul. de Caſtr. conſ.
129. vol. 5. Caſſan. In conſuetud. Burgun. rubr.
3. §. 4. n. 18. Capic. in inueſtitura in verb. feu-
dorum appellationes. Card. Mant. loco citato
ſub num. 4. Nihilominus contraria opinio, vt
etiam iuriſdictio præſumatur allodialis, niſi
probetur feudalis, eſt verior. Primo quia iu-
riſdictio licet dicatur dependere à Principe,
& ab eo tanquàm à fonte fluere, Bal. in cap. 1.
quis dicatur Dux, tamen poteſt etiam à lege
conſuetudine, vel præſcriptione induci l. 1.
C. de emancipat. liber. vbi gl. & DD. ſ. & quia
vbi DD. ff. de iuriſd. omn. iud. Innoc. in c. cum
ab Eccleſiarum Prælatis, de officio ordinarij,
Andr. de Iſernia in titulo, quæ ſint regalia, in
verb. poteſtas. ergo non ſequitur, quod neceſ-
ſario debeat dependere ab alio, & ſic firma
remanet regula, quod res præſumitur libera,
& allodialis. Preterea iuriſdictio poteſt à Prin-
cipe concedi, vel in feudum, vel in allodium
iux. not. per Dominic. Franch. & alios in cap.
Romana. §. debet, de appell. in 6. ergo militat
eadem ratio prout in caſtro, vt pręſumatur ex
regula iuris potius allodialis quam feudalis.
Videtur etiam abſurdum, quod caſtrum præ-
ſumatur conceſſum in allodium, & iuriſdictio
in feudum. ad quid enim deſeruiret caſtrum
eſſe allodiale, & iuriſdictionem feudalem? Et
hanc opinionem late defendunt doctiſſimi iu-
reconſ. & feudiſtæ Regnicolæ Io. Franc. de
Ponte deciſ. 2. collater. conſ. Neap. & Io. Andr.
Georg. Regius Conſiliarius in alleg. 10. Am-
plia ſupradictam concluſionem in donatione
caſtri facta eccleſiæ cum remiſſione Adoæ,
quia intelligitur facta liberè & in allodium in
omnibus, multo magis in Eccleſia. Andr. in
c. 1. §. huius autem generis, ex quibus cauſis
feudum amittatur, & ibi Liparol. Afflict. in
conſt. Regni, quam plurimum notab. 9. Vinc.
de Franch. deciſ. 131. Eſt aduertendum, quod
Franc. de Amic. in repet. tit. de his qui feu-
dum dare poſſunt fol. 64. dicit, quod ſi Præla-
tus qui acquiſiuit caſtrum à Principe, præſtitit
poſtea ſeruitium, & ſoluit Adoam, cenſetur
3 facta conceſſio in feudum, quamuis non fue-
rit dictum, quia per iſtum actum tacitum, &
poſitiuum, declaratur intentio vtriuſque con-
cedendi, & recipiendi in feudum. ad notat.
per Bart. in l. poſt venditionem. C. de pact. Li-
mitat tamen in Prælato ſucceſſore, qui non
poteſt neque imponere onus eccleſiæ, neque
declarare fuiſſe impoſitum, cum non poſſit
actum facere. Sed iſta opinio non videtur pro-
bari. cum enim dominium caſtri ipſo iure tran-
ſiuerit in eccleſiam. l. fin. C. de ſacroſan. eccl.
non poteſt Prælatus in re quæſita pręiudicare
Eccleſiæ. regula delictum. de reg. iur. in 6. ad
not. latiſſime per Felin. in c. fin. de præſcript.
vnde dicit ſingulariter Bald. in procemio feu-
dorum, non probari feudum eſſe antiquum ex
confeſſione Epiſcopi, quia iam erat ius quæſi-
tū. procederet tamen opinio Franc. de Amic.
concurrente tēporis diuturnitate, ſcilicet qua-
draginta annorum, iuxta doctrinam Andreæ
4 ſupra relatam. Pro complemento huius mate-
riæ notandum, quod quando Eccleſia conce-
dit iuriſdictionem, cenſetur in dubio concede-
re in feudum, Bald. in cap. ad audientiam. de
pręſcript. Iaſ. in l. ſi prius. ff. de oper. nou. nunc.
Curt. Iun. conſ. 158. Ruin. conſ. 22. volum. 1.
Gabr. d. concl. 3. de feud. limit. 3.

SVMMARIVM.

1 *Donato caſtro Eccleſiæ, an veniat merum & mixtum imperium.*
2 *Donatio ex perſona Eccleſiæ donatariæ, late interpretatur.*
3 *Donatio facta pro remiſſione peccatorum, & ad pios vſus, late interpretatur.*
4 *Immenſitas eſt menſura in donatione facta Eccleſiæ.*

QVAESTIO 2.

De conceſſione terræ vel caſtri, facta Eccleſiæ, an contineat merum & mixtum imperium.

1 QVAERITVR an in donatione
caſtri vel terræ, facta Eccleſiæ,
transferatur merum & mixtum
imperiū. dicendum, quod quan-
do conceſſio fit priuatæ perſonæ
ſunt variæ DD. opiniones. Nam aliqui diſtin-
guunt, quod ſi conceſſio fit à Principe, tran-
ſeat merum & mixtum imperium, ſecus ſi ab
inferiore, quia tūc ſi ex contractu oneroſo, non
transfertur, niſi pretium eſſet tantum quod
æquipolleret mero imperio. arg. ff. de iur. dot. l.
cum in fundo. §. vxor. in donatione vero, & ſic
ex titulo lucratiuo, quia fit latiſſima interpre-
tatio, dicunt tranſire. Alij diſtinguunt vtrum
Princeps fecerit donationem talem motu pro-
prio, & ex mera liberalitate, vt tranſeat. ſecus
ſi ad preces alterius. Alij dicunt, quod ſem-
per transfertur niſi per donatorem excipiatur.
Alij

alij dicunt nunquam transferri, quia merum
imperiũ adeo inhæret oſſibus Principis, quod
nullo modo poreſt illud à ſe abdicare, prout
has opiniones cum iuribus in quibus fundan-
tur refert Oldrad. conſ. 252. eſt igitur alter-
catio magna in conceſſione facta priuato, ta-
men in Eccleſia nulla eſt dubitatio quin in
eam tranſeat merum, & mixtum imperium
ea ratione, quia donatio latiſsime interpre-
tatur non ſolum propter perſonam donatoris,
vt ſi eſt princeps, cuius munificentia, & libe-
ralitas freno non ſubiacet, vt l. donationes
quas, C. de donation. inter vir. & vxor. l. hac
ſaluberrima. C. de agent. in reb. lib. 12. ſed
2 etiam propter perſonam donatarij, quæ eſt
Eccleſia, arg. C. de ſacroſ. Eccl. l. vt inter diui-
num, & l. Titia. §. Seia. ff. de auro, & argento
legato, l. cum perſonæ. ff. de relig. & ſumpt.
fun. & propter cauſam donandi ob remiſſio-
3 nem peccatorum, & ad pios vſus, arg. C. de
ſacroſan. Eccl. l. ſancimus, & l. illud, & ne ac-
cuſetur princeps, cui plurima dedit Deus, ſi
non donet maximè ſanctiſsimis Eccleſijs, in
quibus optima menſura eſt rerum donata-
4 rum, immenſitas. §. ſi minus, in auth. de non
alienan. aut permut. & eſt communis opinio,
quam tenet Bal. e. 1. de Capitan. qui curiam
vendi, & in l. cum multa. C. de bonis, quæ li-
ber. Io. Andr. addit. ad Specul. de iuriſd. omn.
iud. in addit. quæ incipit, vt vidiſtis. Roman.
conſ. 44. Bertran. conſ. 276. vol. 3. Bened. in c.
Raynutius, verſ. & vxorem nomine Adela-
ſiam, n. 316. & in verſ. ſi abſque liberis mo-
riatur l. 2. n. 27. Boer. deciſ. 50. Lofred. conſ.
24. Io. Vinc. de Anna alleg. 52.

S V M M A R I V M.

1 *Rex an poſſit donare demanialia, & regalia.*
2 *Rex poteſt Eccleſiæ donare demanialia, & regalia.*
3 *Deuotiſſima oblatio Regis Dauid neceſſariorum pro templi ædificatione.*

QVÆSTIO 3.

De Principe, an poſſit Eccleſiæ donare terras, quæ ſunt de demanio, & regalia.

1 COMMVNIS eſt DD. reſolu-
tio, quod non poteſt Princeps
alienare ciuitates, caſtra, & iu-
riſdictiones Regni, nec donare
regalia in graue præiudicium Coronæ, vt tra-
dit Andr. in tit. quæ ſunt regalia in rubr. &
ibi Afflict. Innoc. in c. intellecto. de iureiuran.
& ibi Abb. Bal. in 1. conſt. Cod. col. 4. vbi quod
ſi ex donarione facta per Regem læderetur
Corona, vel diminuerentur iura Imperij, vel
Regni donatio reuocarur; ſecus ſi eſſet mo-
dica, latiſsimè Luc. de Penna in l. quicunque.
C. de omni agro deſerto. lib. 11. vbi pluribus
probat Principem non poſſe iura demanialia,
vel regalia alteri concedere, ne decreſcant
iura Regni propter multas modicas donatio-
nes, arg. C. de agric. & cẽſit. l. fin. & ne reſpub.
ad nihilum redigatur. 17. q. 1. §. his itaque, ſed
intelligendus eſt Luc. iux. Afflict. loco citato,
quando eſſent plures modicæ donationes, ſe-
cus ſi vna non in læſionem Coronæ; ſed tota
die contrarium ſeruari teſtatur idem Afflict.
quia Reges ſolent dare magnas prouiſiones
conſiliarijs, & eorum hæredibus de introiti-
bus regalibus ex diuerſis cauſis, quicquid ta-
men ſit in priuatis poteſt Princeps ſine men-
ſura, & ad libitum donare Eccleſiæ, vt fecit
Conſtantinus 96. diſt. c. Conſtantinus, quia in
2 ea immenſitas eſt menſura. §. vt autem, in
auth. de non alien. vt tradit Andr. de Iſern.
de his, qui fœudum dare poſſunt in verb.
valuaſſores, & Luc. de Penna in loco cita-
to, vbi limitat ſupradicta in donatione fa-
cta Eccleſiæ. Domini enim eſt terra, & pleni- 2
tudo eius, neque dicitur Conſtantinus donaſ-
ſe, quin potius reliquiſſe, vel dimiſiſſe, vnde
Archid. in c. ego diſt. 36. dum facit tex. men-
tionem de donatione prædicta, & ponit con-
cedo, ideſt, non inquieto, non moleſto habere
permitto, non reſiſto, quin pacifice, & quiete
poſſideas; quem refert, & ſequitur Luc. Alex.
& Aret. in rubr. ff. de verb. oblig. probatur in
cap. auditis. de in integr. reſtit. vbi ſecundum
Hoſt. & Imol. Reges donauerant quandam
vallem de Eueſca, in qua potuerunt regalia
remittere. Notabilia mihi videntur verba
Dauid Regis, quando obtulit Deo ligna, &
alia neceſſaria pro templi ædificatione, vt ha-
betur in lib. 1. Paralipom. c. 79. inquit enim:
quis ego? & quis populus meus, vt poſſimus
3 hæc tibi vniuerſa promittere? tua ſunt omnia,
& quæ de manu tua accepimus dedimus tibi;
& infra, omnis hæc copia, quam parauimus,
vt ædificaretur domus nomini ſancto tuo, de
manu tua eſt, & tua ſunt omnia, & cuncta, quę
in cælo ſunt, & in terra tua ſunt, tuæ diuitiæ,
tua eſt gloria dominaris omnium; non igitur
eſt mirum, ſi DD. excipiant donationem, quæ
ſit à regibus Eccleſiæ; & hæc eſt verior opinio

quicquid Affl. loco citato, n.16. in contrarium dixerit, quod donatio demanij facta Eccleſiæ non debet per Eccleſiam acceptari, & male dixiſſe Affl. dicit ex modernis Ioan. Franc. de Ponte de his, qui fœudũ dare poſſunt n.41. & vltra donationem Conſtantini multa loca tradidit Ludouicus Imperator Eccleſiæ de qua habetur in cap. ego Ludouicus. 63. diſt. & alij innumeri Principes, vt in Cronicis habetur.

SVMMARIVM.

1 *Fœudum francum, an poſſit alienari in Eccleſiam latè diſcutitur.*
2 *Fœudi natura mutatur in expreſſis, non in alijs.*
3 *Iuramentum fidelitatis non eſt de ſubſtantia fœudi, ſed fidelitas.*
4 *Fœudum francum dicitur liberũ à fidelitate.*
5 *Fœudum dicitur quadam ſeruitus.*
6 *Fœudum dicitur francum, quando transferuntur directa iura, & vtilia.*

QVÆSTIO 4. De fœudo franco an poſſit alienari in Eccleſiam.

1 ARDVA eſt quæſtio an fœudum francum poſſit alienari in Eccleſiam, & affirmatiuã tenuit Bal. in l. ſi plures. C. de condit. inſert. & in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. quem ſequuti ſunt Iaſ. in præludijs fœud. deciſ. 8. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum. col. 3. de conſtit. Alex. conſ. 10. vol. 5. Dec. in c. in præſentia. col. penult. de probat. Barbat. in rubr. de fœud. Duenn. reg. 103. limit. 7. Capic. deciſ. 64. & in inueſtit. in verb. fœudatarij habili verſ. Franc. Curt. latè in tract. de fœud. par. 1. 8. q. n. 29. Ruin. conſ. 18. vol. 1. Natt. conſ. 600. lib. 3. & omiſſis alijs Rot. Rom. diuerſ. p. 1. deciſ. 41. n. 4. præcipuè rationes afferuntur à Bald. in locis citatis, nam in l. ſi plures, dicit fœudum francum, ideſt ſine fidelitate, & quod infœudata eſt proprietas; & in auth. niſi rogati vocat fœudum francum ideſt liberum. Contrariam opinionem, quod non tranſeat in Eccleſiam, nec poſſit alienari in illã tenent multi DD. Franciſc. Tumbeſch. in tract. de fœud. par. 4. n. 31. Camerar. in l. imperialem. de prohib. fœud. alien. per Federic. fol. 37. litt. B. Camill. de Curte in diuerſ. iur. fœudal. fol. 40. n. 35. Io. Franc. de Ponte de Poteſt. proreg. de aſſenſibus Regijs. n. 41. Carolus Tapia in auth. ingreſſi, in verb. ſua. cap. 14. n. 9. C. de ſacroſan. Eccl. horum præcipuum fundamentum eſt, quia licet tale fœudum ſit francum à ſeruitio: regula tamen eſt, quod in his, in quibus eſt derogatum naturæ fœudi remanet alteratio, in alijs verò non, ſed iudicatur ſecundum propriam naturam fœudi c. 1. de fœudo non habente propriam naturam, vbi omnes Iſern. in c. 1. §. huius autem generis. n. 12. ex
2 quibus cauſis fœud. amittatur, & de natura fœudi eſt, vt non tranſeat ad Eccleſiam, nam tranſiret ad manus mortuas, & numquam adeſſet ſpes reuertendi ad Dominum c. 1. de alienat. fœud. quid dicendum? Cardo quæſtionis vertitur in cognoſcenda natura huius fœudi, an ſit francum, & liberum à ſubſtantialibus, nempe à fidelitate, & eius obligatione, vel ab alijs ſeruitijs, quæ debentur de iure communi, vel ſecundum conſuetudinem regionis, vel in erectione fœudi ſunt conſtituta, quæ non ſunt de ſubſtantia fœudi; ſed ipſa fi-
3 delitas: nec iuramentũ fidelitatis, vt per And. in d. §. huius autem generis, & variæ ſunt opiniones, nam Bal. dicit eſſe ſine fidelitate, idem Card. Zabarell. in c. fin. de fœudis, idem Dec. loco citato refert Bal. & nonnullos, qui ipſum ſequuti ſunt; ex quo ſequeretur quod deficeret ſubſtantia fœudi, quæ eſt fidelitas, & ſic non eſſet fœudum; & ſucceſſiuè tranſiret in Eccleſiam; magis enim poſſet dici donatio allodij, quàm fœudi. Camera. loco citato dicit remitti omnia ſeruitia, ſed non fidelitatem, quoad omnia præcepta; ſed tantum quoad affirmatiua, non negatiua, & ſic remanere fœudum: Camill. de Curte improbat hanc diſtinctionem Camerarij dicens fidelitatem eſſe indiuiduam; quemadmodum iuramentum ex ea deſcendens: vnde ipſe arbitratur non remitti fidelitatem, ſed tantum ſeruitia de iure communi, vel ex conſuetudine, vel in erectione fœudi conſtituta Rota Roman. deciſ. 41. & deciſ. Mohed. 5. de fœudis dicit remitti iuramentum fidelitatis: idem Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 16. n. 4. ſed vt fuit dictum iuramentum non eſt de eſſentia fœudi, ſed ipſa fidelitas. mihi vero videtur verior opinio Baldi, vt remittatur etiam ipſa fidelitas, & non remaneat foeudum, & ſucceſſiuè tranſeat ad Eccleſiam, cum enim non habeamus tex. de hoc foeudo loquentem, vt optimè conſiderat Oldrad. conſ. 234. huius verbi francum vulgaris eſt interpretatio ad quam recurri debet in talibus l. anniculus. ff. de verb. ſignif.

ſignif. l. ſi ita fuerit libertas. ff.de teſtam.ma-
4 num. & ſubdit francum ideſt liberum, quod
cum ſit indefinitè prolatum intelligitur omni
libertate liberum, & ab omni ſeruitute libera-
tum, & abſolutum, arg. ff.communia prædior.
l.ſi quis duos, in princ.l.in tradendis, in princ.
hæc Oldrad. Ego etiam conſidero, quod foeu-
dum dicitur quædam ſeruitus, quia multa de-
5 bet vaſſallus Domino, vt dicit gl. in l.ſi vſuſ-
fructus. §.pe. ff.de vſufructu. Bal.in l.ſi vxorē.
C.de condit.inſert.& in l.fin. C.de ſuis, & le-
gitimis, vnde concedere foeudum liberum, &
francum, idem eſt, ac concedere in allodium
ſecūdum vulgarem interpretationem, nec vi-
detur induci repugnantia, vt dicatur fęudum,
& non foeudum, vt notat Oldrad. loco citato,
qui ad euitandam repugnantiam l. vbi repu-
gnantia.ff.de reg.iur. dicebat vaſſallum tene-
ri ad ea, quæ in fidelitate continentur, nam
nulla inducitur repugnantia cum lex decla-
rat ad iudicandam qualitatem cōtractus non
eſſe attendenda verba, ſed rei effectum l. in
inſulam, & ibi Bal.& alij.ff.de præſcript.verb.
Dec. in l.ſi paciſcenda. C.de pact. Tiraq.in
tract.Lignag.§.32.n.34. vnde ſi quis donaret
foeudum pro centum, quamuis non diceret
vendo erit venditio, tex.not.in l.vbi ita dona-
tur.ff.de don.cauſa mortis, vbi pactum contra
ſubſtantiam tranſit in alium contractū quan-
do natura verborum hoc patitur, vt ibi dicunt
Bar. Ang. & tale eſt verbum francum, ſiue li-
berum contrarium ſeruituti, & obligationi fi-
delitatis, & eius natura patitur, vt tranſeat in
allodiū, & arguendo de emphyteuſi ad foeu-
dum, quod argumentum eſt validum ſtante
identitate rationis, vt latè tradit Euerar. in lo-
co de emphyteuſi ad foeudum, ſi concedatur
expreſsè in emphyteuſim res cuius pēſio cor-
reſpondeat fructibus cenſetur potius locatio,
quàm emphyteuſis, vt per Bal.in c.litteræ.de
dilat. Mant. qui alios adducit de tacit. & am-
big.lib.22.tit.19.n.27. Rimin.latè conſ.44.&
conſ.160.conſil.461. & eſt communis, tanto
magis dicendum eſt, quando dicitur concedo
in foeudum francum ideſt liberum, cum foeu-
dum ſit ſeruitus; qua de re vbi princeps, quod
erat foeudum tradit alicui, vt francum abſque
dubio erit allodium non foeudum facit, quod
6 dicit Aret. conſ.14. quod ſi Dominus conce-
dens foeudum nihil ſibi retinuit directè, tunc
foeudum aſſumit naturam cōtractus cenſua-
lis, in quo transfertur plenum dominium, &
adeſt deciſio Rotæ Rom. Card.Seraph.1505.
par.2. vt ſit francum, & ſuccedat foemina,
quando fuit conceſſum cum trāſlatione om-
nium iurium, & actionum directarum, & vti-
lium, inſuper ſi conceſſio caſtri facta ſimplici-
ter Eccleſiæ non facta mentione foeudi cen-
ſetur facta in allodium ex communi, vt pro-
bauimus ſupra in q.1. multò magis, quando
conceditur foeudum francum. Item cum con-
cedatur, vt francum, & liberum debet fieri ple-
niſſima interpretatio fauore Eccleſiæ, ad no-
tata per Oldrad. conſ.252. & diximus in q.2.
agitur enim de refrigerio animarum ad l. ſan-
cimus.C.de ſacroſ.Eccl. & ſic debet intelligi
francum à fidelitate, & alijs: & ex his mihi ve-
rior videtur prior opinio. ſciebat enim bene
Bald. quod foeudum non poterat alienari in
Eccleſiam retenta ſubſtantia foeudi; non ob-
ſtat, quod remanet alteratio in expreſſis tan-
tum; nam id intelligitur dummodo remaneat
foeudum, & naturalia mutentur, non ſubſtan-
tialia ex ſupradictis, & probatur in d.c.1. de
foeudo non habente propriam naturam, & te-
net Alciat.l.2.n.21.ff.ſi cert.petat.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, an poſſit creare fœudum de rebus propriis.*

2 *Ruſticus, an poſſit conſtituere fœudum de bonis propriis.*

3 *Eccleſia poteſt habere ſeruos adſcriptitios.*

QVÆSTIO 5.

De clerico non conſtituto in dignitate, an poſſit de bonis patrimonialibus creare fœudum.

1 AN clericus poſſit foeudum crea-
re de bonis proprijs, Andr.de
Iſern.in c.1.de cler.qui inueſtit.
fecit in fin. dicit, quod clericus
non poteſt infoeudare de bonis
proprijs, quia non eſt Comes Marchio, Capi-
taneus maior, vel minor Valuaſſor. Idem ſen-
tit in alijs locis, vt per Liparull. in rubr.de his,
qui foeudum dare poſſunt in verb. poſſunt, fa-
cit tex. in c.1. de his, qui foeudum dare poſ-
ſunt, vbi connumerantur perſonæ in dignita-
te conſtitutæ, quæ foeudum dare poſſint, ergo
aliæ excluduntur arg. l.cum prætor. ff.de iud.
nam compilationes voluerunt tradere certam
regulam: facit etiam, quod habere vaſſallos
eſt quaſi dignitas cui, & iuriſdictio ineſt c.1.
§.pen.de prohib.foeud.alien.per Feder. quare
conueniens eſt, vt ab habentibus dignitatem

fœudum conſtituatur,& hanc opinionem tenuit Nicol.de Neap.vt refert Curt.in tract. de fœud.par.1.4.q.& latè eam defendit Camill. de Curte in diuerſ.iur.fœud.fol.3.& 13.Contrariam opinionem, quod hodie etiam Ruſtic. dummodo habeat adminiſtrationem liberam
2 bonorum ſuorum poſſit fœudum dare, tenet Bal.in c.1.de his,qui fœud.dar.poſſ.& ibi Aluarot. præpoſit. Card. Zabarell.in cap.fin.de fœud. & alij innumeri, quos refert & teſtatur de cõmuni Roſſenta de fœud.de his,qui fęud. dar. poſſ. c.3. Curtius etiam teſtatur de communi loco citato, quam etiam ipſe ſequitur; pro qua opinione facit tex.in c.1. de natura foeudi, vbi etiam minimi Valuaſores poſſunt infoeudare, & tex. in c.1. per quos fiat inueſtitura,vbi dicitur,quod non poteſt infoeudare, qui non habet liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum, & loquitur de minore,ergo quilibet habens liberam adminiſtrationem poteſt facere foeudum, valet enim argum. à contrario ſenſu c.cum Apoſtolica, de his,quæ fiunt à Prælatis l.1.§.huius rei.ff.de off. eius, ſed Camill. de Curte loco citato reſpondet poſt Curtium dictis iuribus, quod tex.in c.1. de natura foeudi nõ loquitur de infoeudatione,ſed de ſubinfoeudatione,& tex.in c.1. per quos fiat inueſtit. non loquitur affirmatiuè, quod quilibet habens liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum poſſit dare foeudum, ſed negatiuè quod nemo poteſt dare,qui non habet liberam adminiſtrationẽ, & argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, quando ſequeretur legum correctio c. à nobis, el ſecondo,de ſent.excomm.l.conuenticulam. C. de epiſc. & cler. vnde non debet ſequi correctio tex.in d.cap.1.qui foeud.dar.poſſ.in quo ſolum conſtituti in dignitate infoeudant; ſed debent dicta iura concordari,vt ſolùm conſtituti in dignitate infoeudent iux. d. cap.1. qui foeud. dar. poſſ. ſed quia poterat dubitari de minoribus in dignitate conſtitutis,ideo tex.in cap. 1. per quos fiat inueſt. declarat, quod non infoeudant, qui non habent liberam adminiſtrationem, & hæc opinio contra communem placet Camillo de Curte, qui magis in ſpecie loquẽs de clerico,id affirmat fol.13. n.71. & ſeq. vt debeat eſſe in dignitate conſtitutus,& expreſſius n.23.nihilominus cẽſeo communẽ opinionem in clerico eſſe veriorẽ, pro qua adduco tex. in d.c.1. qui foeud. dar. poſſ. in quo non omnes Eccleſiaſtici in dignitate conſtituti infęudãt; nam inter eos numeratur præpoſitus alicuius Eccleſiæ rector ſcilicet plebanus, qui vocatur Dominus plebis, vt in c.1.Epiſcopum,vel Abbatẽ per Andr.& plebanatus poteſt non eſſe dignitas, quia eſt tantum dignitas, quando eſt collegiatus, vel quando habet ſub ſe diuerſas capellas iuxta tradita per gl.& Dominic.in c.1.ne clerici,vel monachi lib.6.& in d.c.1.Epiſcopũ,vel Abbatẽ,vbi fit mẽtio de Epiſcopo,Abbate,vel Abbatiſſa,vel Domino plebis,vt poſſit infęudare bona Eccleſiæ ſolita:& And.exponit Dominũ plebis, id eſt rectorem Eccleſiæ parrochialis, & eſt clarum beneficium curatum non eſſe dignitatem, vnde de eo fit mentio tanquam de re diuerſa à dignitate in c.de multa. de præb. itaque nos habemus regulam, quod clericus habens beneficium,quod non ſit dignitas poteſt infoeudare bona Eccleſiæ ſolita, & ſic dignitas non eſt neceſſaria, ſed adminiſtratio bonorũ, multò magis id poterit de bonis proprijs,de quibus clericus poteſt magis liberè diſponere cap.1.& fin.de pecul.cler.cap.1.de teſtam. præterea tenẽdo communem opinionem non eſt inconueniens, quod quilibet de bonis proprijs poſſit facere foeudum, cũ quilibet poſſit habere ſeruos adſcriptitios, & cẽſitos, qui ſunt liberi l.cum ſcimus.C.de agric. & cenſ.lib.10.& ex pacto libertate carent,vt 3
de loco ad locum non moueantur, nam ſunt perpetuò adſcripti glebe terræ, qui non habent facultatem inde recedendi, & ſunt magis adſcripti, quàm vaſſalli, & tales etiam de iure canonico permittuntur,& poteſt illos habere etiam Eccleſia c. indicatum. de immun. Eccl. & hanc opinionem,quod clericus poſſit de patrimonialibus facere fęudũ tenet Iacob. de Belu. in d.c.1. qui fęud.dar.poſſ. ſequitur Curt.d.q.4.& hanc opinionem videtur etiam tenere And.in d c.1.qui foeud.dar.poſſ. dum dicit, item prædicti omnes dant foeudum de rebus proprijs: nec interpretatio Camill. de Curte loco citato facit,quieſcere intellectum: dicit enim quod Andr. loquitur in clerico, qui habebat foeudum, quod res proprias hoc eſt demaniales foeudi dabit in foeudum, non autem intelligitur de rebus patrimonialibus ipſius clerici; nam contradicunt iura,& communis vſus loquendi etenim in c.1.de teſtam. patrimonium Epiſcopi dicitur propriũ, & hæc eſt vulgaris interpretatio, & communis vſus loquendi,qui attendi debet l.cum delanionis. §.Aſinam. ff.de fundo inſtructo, cũ ſimilibus. & hoc modo loquitur Andr. pro parte contraria adductus in c.1.de cler.qui inueſtit.fecit, & Andr. in d.c.1. qui foeud. dar.poſſ. loquitur

quitur in infoeudatione non in ſubinfeudatione, & ex his patet reſponſio ad alia, & præſertim ad c. 1. de his, qui foeud. dar. poſſ. vt ille tex. loquatur de rectoribus Eccleſiarum infoeudantibus non omnibus in dignitate conſtitutis, & non loquitur de clericis infoeudantibus de bonis proprijs, & beneficiatos exprimit ratione maioris frequẽtię, quia raro clerici de bonis proprijs infoeudant; nam ea alienant ad libitum, ſed bene infoeudant, & concedũt in emphyteuſim bona Eccleſiæ præſertim ſterilia, quæ indigent magnis impenſis pro vtilitate Eccleſiarũ, & expreſſio frequentiæ cauſa non excludit cæteros caſus Corſet. in verb. frequentia poſt gl. in Clem. 1. de reſcriptis, & leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt l. nam ad ea. ff. de legib. & alij caſus, qui de raro accidunt; ſed non miraculosè iudicantur ſecundum eaſdem leges Dec. in reg. ea, quæ raro. ff. de reg. iur. & pro hac opinione videtur facere tex. aper. in d. c. 1. de cler. qui inueſt. fecit ſecundũ Iac. de Belu. nec poteſt reddi diuerſa ratio ergo idem ius.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus an ſuccedat patri in feudo, & an teneatur ſtatim dimittere habitum clericalem.*

2 *Clerici in minoribus non prohibentur exercere negocia ſecularia.*

QVÆSTIO 6.
De Clerico in minoribus, an ſuccedat in fœudo.

1 QVAERITVR an clericus in minoribus ordinibus conſtitutus ſuccedat in feudo, & videtur negatiuè reſpõdendum ex c. 1. §. qui clericus ſi de foeud. defun. fuerit contr. & cap. vnico, de beneficio foeminæ, & c. vnico, de vaſſallo milite, qui depoſuit arma bellica redditur ratio in d. c. vnico, de beneficio foeminæ; quia miles Chriſti non poteſt eſſe miles ſæculi: vtrum Andr. de Iſern. in d. c. vnico, de milite vaſſallo, qui arma bellica depoſuit, dicit, quod ſi viuente patre filius clericus etiam poſt mortẽ patris fit laicus antequam ſibi eſſet mota quęſtio de feudo, non perdit foeudũ; quia quando erat clericus non erat Dominus foeudi, & non poteſt perdi, quod non habetur l. nec vtilem. ff. ex quibus cauſis maior, & poſt mortem patris cum re integra ante motam quæſtionem ſit laicus cenſetur ſemper fuiſſe laicus; non enim videtur diuertiſſe, quæ in breui reuerſa eſt l. 1. ff. de repudijs, & non videtur natus maſculus, qui ſtatim poſt mortem patris deceſsit, & ſic foemina exiſtentibus maſculis non ſucceſſura ſuccedit, quãdo maſculus natus ſtatim deceſſit iuxta gl. in c. 1. Epiſcopum, vel Abbatem, ſequitur Luc. de Penna in l. nulli. C. de numer. liber. 17. Affl. in d. §. qui clericus. Capic. in inueſt. in 5. foeuda amittuntur, & multi alij, quos refert, & ſequitur Roſſen. de foeud. c. 7. q. 10. n. 1. nam dimittendo habitum clericalem poſt mortem patris videtur ab initio habuiſſe animum ſuccedendi, & non perſeuerandi in clericatu; ſed videtur quod filius poſſit perſeuerare in clericatu primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, & retinere foeudum; nam regula illa, quod milites, & miniſtri Chriſti non debent ſe immiſcere negocijs ſæculi, vt toto titulo ne clerici, vel monachi procedit
2 in conſtitutis in ſacris, non in minoribus non beneficiatis, vt tradit Innoc. Io. Andr. Hoſtien. Ant. Card. Abb. in c. 1. ne clerici, vel monachi per illum tex. vbi fit prohibitio miniſtris altaris, quos vocat milites Dei allegans authoritatem Apoſtoli; nemo militans Deo iux. tex. in d. c. vnico, de beneficio foeminæ, & conſtitutus in minoribus ſemper poteſt eſſe paratus ad pugnam pro Domino, cum non teneatur deferre habitum niſi cauſatiuè, quatenus velit gaudere priuilegio clericali, & poteſt quandocunque illum dimittere cap. fin. & ibi Ant. Abb. & alij de clericis coniugatis: & non dicitur impeditus, qui facilè impedimentum remouere poteſt l. qui poteſt facere. ff. de reg. iur. l. quibus diebus. ff. de cond. & demonſtr. ſed vide in quæſt. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus ſi efficitur clericus prima tonſura, an ſtatim amittat feudum.*

2 *Religioſus ſi fiat vaſſallus, an ſtatim amittat feudum.*

QVÆSTIO 7.
De vaſſallo effecto clerico, an ſtatim amittat fœudum.

1 QVAERITVR, an Baro ſi efficiatur clericus primæ tonſuræ, vel minorum ordinum ſtatim amittat foeudũ Andr. de Iſern. in c. 1. de vaſſallo milite, qui depoſuit arma bellica, tenet quod ſtatim amittit foeu-

fœudum, & non eſt locus poenitentiæ ex c. 1. de beneficio foeminæ, in fin. vbi gloſ. idem in ingreſſo religionem, vt ſtatim amittat foeudum, etiamſi poeniteat ante annum probationis, tenet Andr. in cap. 1. §. qui clericus, ſi de foeudo defuncti fuerit controuerſia ea ratione, quod quamuis in alijs bonis certum ſit, quod ea recuperat non ſequuta profeſſione auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccl. & auth. de monachis, in princ. tamen aliud eſt in foeudo ex d. c. 1. de beneficio foeminæ; quia cum ſtatim ſit apertum agnatis, vel Domino ius ſemel illis quæſitum, non deſinit ex facto alterius l. ſi poſt mortem. ff. de contratab. l. fin. ff. de pact. & licet id videatur durum tamen lex dura ſeruanda eſt l. proſpexit. ff. qui, & à quibus nec debet videri durũ, quia ideò dedit foeudum, vt defenderet Dominum. vnde ſtatim quod facit id, per quod non poteſt defendere ex voluntate concedentis Domini ius in aliũ transfertur foeudum aperiendo Domino (qui concedit illi, vel illis, qui defendant) vel agnatis, qui Dominum defendant. Poenitentia ergo illius, qui iam perdidit, non recuperat, arg. C. de contr. empt. l. non idcirco, nec obſtat quod aliæ res reſtituuntur d. auth. ingreſſi, quia non agitur de intereſſe alterius, ſed in foeudo ſic, quia datur gratia vtriuſque videtur etiam ludibrioſum, vt deſinat foeudum propter clericatum, & redeat foeudum ad eum ſi clericatum dimittat, arg. l. cum alijs. C. de curat. furioſi hæc Andr. in d. §. qui clericus, ſequitur Luc. de Penna in l. nulli. C. de numer. liber. 12. Affl. in c. 1. de vaſſallo milite, qui depoſuit arma bellica n. 10. dummodo clericus primæ tonſuræ habeat beneficium, & hanc opinionem, quod per clericatum, vel ingreſſum religionis ſtatim Baro amittat foeudum, latè defendit Io. Franc. de Põte de Poteſt. proreg. tit. de aſſenſibus regijs. §. 4. & in deciſ. 4. Collater. conſ. vbi conſiderat, quod dominium ſeruitium, & fidelitas non debent reſpectu Regis eſſe in ſuſpenſo, nam d. §. qui clericus, dicit foeudum amittere eo ipſo, quæ verba idem important, quod ipſo iure, vt ibi declarat Bal. & per aſſumptionem clericatus oſtẽditur voluntas permanendi in clericatu, quando iam poſſidebat foeudum, ſecus in filio clerico viuente patre, qui non poſſidebat, & poſt mortem patris laicatur, tunc iſte declarat ab initio voluiſſe ſuccedere. Contrariam opinionem, quod per clericatum primæ tonſuræ, & minorum ordinum nullo pacto foeudum amittatur, tenet Bal. in c. 1. de beneficio foeminæ, & ibi Iacob. de Beluiſ. Card. Alex. in d. §. qui clericus. Aluarot. ibi n. 4. Afflict. in c. 1. de vaſſallo milite, qui arma bellica n. 10. dicit idem niſi clericus haberet beneficium: & eſt communis opinio, quod clericatus primæ tonſuræ, vel minorum ordinum non inhabilitat ad foeudum, de qua teſtantur plures allegans Roſſen. de foeud. c. 7. q. 10. & hanc opinionem cenſeo veriorem in vaſſallo effecto clerico primę tonſuræ, vel minorum ordinum, quia non datur incompatibilitas à iure ab And. de Iſern. conſiderata; nam vt diximus in quæſtione pręcedenti titulus ne clerici, vel monachi negocijs ſæcularibus immiſceanr, tanquã milites Chriſti non procedit in conſtitutis in minoribus ex Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. Ant. Card. Abb. & alij in c. 7. d. tit. quia clericus cum non teneatur deferre habitum niſi cauſatiuè, quatenus velit gaudere priuilegio clericali iuxt. Abb. Ant. & alios in c. fin. de cler. coniug. poteſt eſſe ſemper paratus ad pugnam pro Domino ſuo, quando vocatus fuerit, & per actum contrarium renunciare clericatui, ad not. per Innoc. in c. 1. de Apoſtatis, & non dicitur impeditus, qui poteſt de facili remouère impedimentũ, l. qui poteſt facere. ff. de reg. iur. l. quibus diebus. ff. de cond. & demonſtr. & ſic non militat ratio, quod ſeruitiũ, & fidelitas ſint in ſuſpenſo. Conſtat enim quod clericus in minoribus poteſt recedere à ſtatu clericali ad libitum, c. cum ex eo, de elect. in 6. multi etiam ſunt conſtituti in minoribus, qui nec gaudent priuilegio clericali, vt quia non ſeruiunt in diuinis, nec habent beneficium, c. 6. ſeſſ. 23. de reform. Conc. Triden. & ſic habentur pro laicis, quare durum eſt aſſerere, quod ſtatim per aſſumptionem primæ tonſuræ amittat foeudum, nec videtur obſtare conſideratio d. Io. Franc. de Ponte, quod quando vaſſallus efficitur clericus oſtendit eius voluntatem permanendi in clericatu; nam id procedit in ordine ſacro, vel profeſſione, vel quando ex alijs id appareret; ſed in minoribus ordinibus, in quibus licet ad libitum à ſtatu clericali recedere; id conſiderari non poteſt, cum ſtatus ſit variabilis, tex. eſt notab. in c. 2. de regularibus in 6. vbi in ingreſſo religionem ante profeſſionem non præſumitur voluntas perſeuerandi in ea, niſi clara probatione, vel competentibus indicijs oſtendatur ibi, quod tamen non præſumitur niſi clara probatione; idem habetur in c. beneficium, eod. tit. vbi hac ratione beneficium ingreſſi religionem non eſt infra probationis tempus alijs conferendum, & in

c.cum

Digitized by Google

c.cum ex eo, de elect.in 6. dicitur quod multi etiam beneficiati in minoribus conſtituti ſolent retrocedere, & ideo Papa in caſu illius tex. cum promotis ad parochiales diſpenſatis ex cauſa ſtudij imponit poenam, ſi non ſuſceperint ordinem ſubdiaconatus intra annum, idem ſtatuitur in Clement. vt ij, de ætate, & qualitate, cum Canonicis Cathedralium, vel Collegiatarum, multi etiam ſæpè ordinantur ſub prætextu clericalis priuilegij, vt mitius, ſi aliquando deliquerint, puniantur, vt in Clement. 1. de offic. ordin. quos tandem matrimonium contrahere experientia demonſtrat: ex quibus patet, quod per ſuſceptionem ordinum minorum non præſumitur voluntas perſeuerandi, & ſic tex. in d.cap.1.de benef. foeminæ videtur intelligēdus in promoto ad minores obtinente beneficium requirens reſidentiam, maxime ſi debet intra annum promoueri ad ſacros ordines, vt Canonicarum in Cathedrali iux. d.Clem. vt ij, nam præſumitur hoc animo acceptaſſe beneficium ex regula, quod qui vult conſequens, vult & neceſſarium antecedens, c. ex parte, de ſponſal. l. illud. vbi Bar.ff.de acquir.hæred. Ex his etiam poteſt colligi reſolutio de ingreſſo religionē,
2 qui non emiſit profeſſionem, vt in eo non præſumatur voluntas perſeuerandi intra annum d.c.7. & c.beneficium, de regul.in 6. & recuperet omnia ex d.auth.ingreſſi, quæ non conſtituit differentiam inter foeudalia, & allodialia, & probatur in d.§.qui clericus, vbi votum religionis aſſumit; nam intra annum non aſſumit votū religionis, vt conſiderat ibi Card. Alex. ſed obſtat reſponſio Andr. de Iſern. vt enim dicit vaſſallus ſtatim ingrediendo religionem priuat Dominum ſeruitio ſuo, & intereſt Domini, vt fiat locus alio agnato, qui ſeruiat; ſed poteſt reſponderi, quod ingrediendo religionem non priuat ex toto Dominum ſeruitio, imò quia tranſit ad frugem melioris vitæ, vel tranſire intendit tanquam iuſtè impeditus excuſatur à ſeruitio Domini, ſi eſt perſonale, vel ſeruiet per ſubſtitutum durante anno probationis, vt fit in minore, c. ſi minor. ſi de foeud. fuer. controu. facit ratio, quod quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.funerum, & quaſi vocatus à maiori Domino, interea excuſabitur c.1. de pace iuramento firmanda, cap.1.§.præterea ducatus, de prohib. foeud.alienat. per Feder. ſed facta profeſsione, quia impedimentum eſt perpetuum, ſuccurritur indemnitati Domini, cap.1.§. matris Epiſcopum, vel Abbatem, & c.1. de beneficio foeminæ loquitur in egrediente poſt profeſſionem, vt reſpondet, & optimè Card. Alex. in d.§.qui clericus, facit ſingulariter tex. in d.c. beneficium, vbi non obſtante, quod beneficiarus durante anno probationis priuet Eccleſiam ſeruitio, non poteſt conferri beneficium, & ſic agitur de intereſſe alterius, ſed fauore religionis id toleratur; & hanc opinionem tenet etiam Roſſenta alios allegans de foeudis, c.7. q.10. Iacobus verò de Ardizzone, quem ſequitur Aluarot. in d. c.1. de vaſſallo milite qui arma bellica, dicit quod ſi exiret re integra nondum habita quæſtione de foeudo illud recuperabit, & videtur ſequi Capic. in inueſtit. in verbo, foeuda amittuntur, verſ. 42. Concluditur igitur priorem opinionem eſſe veriorem fauore religionis, faciunt notata in ſimili in §.ſed & hoc præſenti, & in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis, in c.in præſentia, de probat.

SVMMARIVM.

1 *Vouens ingredi religionem perdit fœudum ipſo facto ſecundum Andr. de Iſern.*
2 *Opiniones non debemus formare ex noſtra fantaſia contra litteram Textus.*

QVÆSTIO 8.
De vouente ingredi religionem, an ob votum ſimplex amittat fœudum.

1 QVAERITVR an emittens votum ſimplex ingrediendi religionem amittat foeudum. tex. in cap.qui clericus ſi de foeudo defunct. fuerit controu. dicit, qui clericus efficitur, aut votum religionis aſſumit hoc ipſo foeudum amittit: dicit noſter Andr. de Iſern. quòd durum eſt contra litteram ire, & quod ideò perdit foeudum non eſt obligatus per votum ad religionis ingreſſum l.2.§.voto.ff.de pollic.& Pſal. Vouete, & reddite, & Dominus rectè dicet, nolle tunc vaſſallum in peccato mortali exiſtentem, maximè in prælio, vbi debet eum iuuare, ſicut illum, qui ſine dedecore non poteſt etiam in curia Domini c.1. an ille qui interfecit fratrem Domini c.1. an ille qui interfecit fratrem Domini, & qui in peccato eſt non poteſt dici ſine dedecore 22.q.2. faciat ex hoc quando eſſet al-

ligatus, & deberet eſſe perpetuo religioni illi,
ſicut ſunt Hoſpitalarij, vel in voto dixiſſet,
volo eſſe in religione, & non exire infra an-
num: hæc ſunt verba Andreæ, qui in effectu
concludit ex voto ſimplici ingrediendi reli-
gionem ipſo facto foeudum amitti, & dicit
hanc legem eſſe valde duram, ſed ſeruandam
eſſe l.proſpexit. ff. qui,& à quibus: ſed contra
hoc dictum Andr.quod ſit priuandus foeudo,
quia eſt in peccato mortali, facit, quia periu-
rus, qui eſt in peccato mortali non priuatur
foeudo. §. illud quæ ſit prima cauſa benefic.
amittendi, & omnes ferè amitterẽt foeudum,
ſiue multi propter peccata, quæ fieri ſolent,
ſed Card. Alex. defendendo Andr. in d.§.qui
clericus, replicat aliud eſſe in ſimplici periu-
ro, aliud eſſe in voto de ingrediendo religio-
nem, quia vaſſallus voto aſtrictus poteſt cogi
adimplere c.vlt.32.q.fin.præterea poteſt Do-
minus dicere, nolo te in vaſſallum, quia non
potes mihi fidelitatem debitam facere; quia
iam voto es Deo aſtrictus: & ſi illi non vis eſſe
fidelis, nec mihi eris fidelis, cap.paruulos.22.
q.5.Afflict.etiam in d.§.qui clericus,ſequitur
Andream dicens,quod certè ſi littera non eſ-
ſet hic aliqui fortè dicerẽt,quod propter ſim-
plex votum non deberet vaſſallus perdere
foeudum; ſed fatuus eſſet ille, qui vellet ve-
nire contra determinationem huius litteræ;
nec debemus formare opiniones ex noſtra
2 fantaſia,vt dicit Ang.in l.quod dicitur. ff. de
acquir. hæred. contra hanc opinionem facit,
quia votum ſimplex religionis non ſemper
obligat ex imbecillitate, infirmitate, vel alio
impedimento, & cauſa, cuius cognitio tan-
quam rei ſpiritualis pertinet ad Epiſcopum,
vel ad ſummum Pontificem,c.magnæ,c.quod
ſuper his, c.ex multa, cum alijs de voto; ergo
non poteſt Dominus temporalis compellere,
vel priuare vaſſallum foeudo ob inobſeruan-
tiam voti: Inſuper qui vouit religionem in-
gredi intelligitur vouiſſe prout de Iure,vt gau-
deat anno probationis, & facta probatione
non ſit ille obligatus, & ſit abſque peccato,&
infidelitate erga Dominum,ergo non videtur
poſſe ipſo facto ex ſolo voto priuari foeudo,
qui forte non tenetur illud adimplere, eſſet
enim abſurdum, item Bal. qui fuit maximus
Canoniſta, illa verba votum religionis aſſu-
mit, intelligit in eo, qui eſt ingreſſus religio-
nem, & ponderat illud verbum, aſſumit, nam
verba ſunt intelligenda cũ effectu l.1.ff.quod
quiſque iuris. & ſic videtur ſentire de voto
ſolemni profeſſionis, & Andr. noſter etiam
magnus Canoniſta ſentiens difficultatem re-
ſtringit ſe,quando vouens deberet eſſe perpe-
tuo religioni obligatus, vel vouiſſe non exire
infra annum; ſed hæc opinio non poteſt pro-
cedere niſi facta declaratione per Epiſcopũ,
vel in voto religionis in genere emiſſo infra
annum in religione, quod obligat ad religio-
nem in genere iux. c.conſult. de regularibus,
& quia hodie ex Concil. Trid. ex voto emiſſo
infra annum, neque quis obligatur religioni
in genere,difficile eſt ſeruare in Praxi opinio-
nem Andreæ; & melior mihi videtur opinio
Bal. vt tex.in d.§. qui clericus, non loquatur
de emittente votum,ſed de aſſumente votum
religionis, & adimplente, vel faciente votum
profitendo in religione poſtea reperi Roſſenta
l. ſequentem opinionem Bal.in tract.de foeu-
dis,c.7.q.29.n.18.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an ſuccedat in fœudo.*
2 *Perſonæ illuſtres, an ſeruiant per ſubſtitutũ.*
3 *Clericorum appellatione, non veniunt Epiſco-pi in materia odioſa.*
4 *Perſonæ magnæ auctoritatis, non veniunt in generali ſermone.*
5 *Clerici vouentes pugnare pro Hieruſalem recuperatione, ſatisfaciunt ſi mittant bellatores.*
6 *Princeps indecentia facere non poteſt.*
7 *Princeps quæ digna ſunt Principe, cogitare debet.*
8 *Scipionis Africani humanitas.*
9 *Imperator Epiſcoporum conſilio vſus eſt in legibus condendis.*

QVAESTIO 9.
De Epiſcopo, an ſuccedat in fœudo.

1 QVAERITVR an Epiſcopus ſuccedat in foeudo: & videtur quod non; nam clericus non ſuccedit c.1. de vaſſallo milite, qui arma bellica,c.1. de beneficio foeminæ. §. qui clericus. ſi de foeudo defunct. fuerit controuerſia, ea ratione, quia miles Chriſti deſinit eſſe miles ſeculi, quæ ratio militat etiam in Epiſcopo, & quia non debet habere beneficium, qui non poteſt agere officium c.fin. de reſcript.in 6.& hanc opinionem tenent Ruin. conſ.42.& 142.vol.1. Me-
noch.

noch.conſ.54.vol.1.& 181.& 202.vol.2.Roſ-
ſent.qui alios adducit in tract.de fœudis,c.7.
q.30. & in Regno dicit Andr.de Iſern.in c.1.
col.fin. quis dicatur dux, & in c.1.§.fin. de
Capitan. qui cur. vendidit, Rex poteſt com-
pellere fœudatarios ad ſeruiendum ſibi per-
ſonaliter, quod non erat de iure communi,
ſed in electione vaſſalli ſeruire perſonaliter,
vel præſtare pecuniam pro ſeruitio,c.Imperia-
lem.§.firmiter,de prohib.fœud.alien. per Fe-
deric. ita tenet Afflict. deciſ.320. vbi Vrſillus
Capic. deciſ. 37. loquens de Archiepiſcopo
Surrentino, & nouiſſimè eſſe indubitatum in
Regno,tradit Io.Franciſc.de Ponte in deciſ.4.
Collater. conſ. & in tract. de poteſt. proregis
de aſſenſibus regijs.§.4.licet alibi vigeat con-
ſuetudo contraria in Epiſcopis, & Cardinali-
bus, de qua per Clar.in §.foeudum,q.8.addit
Affl. aliam rationem, & meminit à Ponte d.
deciſ.4. quia in Regno præſtatur iuramentum
fidelitatis, quod continet illa de quibus in
c.1. de noua forma fidelitatis, quæ non poſ-
ſunt omnia per monaſterium adimpleri, poſt
Felin. & Atet.in c.in præſentia, de prob. & ſic
ſupradicti regnicolæ tenent in regno non ſuc-
cedere Epiſcopos, clericos, aut monaſteria.
Contrariam opinioné,quod Epiſcopi, & Car-
dinales ſuccedant in fœudis,tenent Bald.in c.
inter dilectos, per illũ tex. de fide inſtrumen-
rorum,vbi erat Epiſcopus, & Comes, quem
ſequitur Abb. mentionem faciens de Archie-
piſcopo Neapolitano, qui ſuo tempore erat
Comes, & Archiepiſcopus,Card.Alex.in c.1.
§. & quia, n.47. de his, qui fœud. dare poſſ.
Barbat.in rubr. de fœud.n.2. in tract. de præ-
ſtantia Cardinaliũ in 1.par.q.5.Iaſ.conſ.117.
lib.4.Cephal.latiſſimè conſ.1. vbi dicit eſſe
communem,& in conſ.2. Olar.loc.cit.teſtatur
de communi obſeruantia, Affl. videtur ſequi
eandem opinionem in c.1. de vaſſall. milite,
qui arma bellica, licet poſtea referat Anan.
contrarium dicentem Io. Vinc. de Anna ſing.
Duenn. reg.103. limit.12. Rimin. Iun. conſ.
505. n.44. lib.5. & poſt alios Carolus Tapia
conſ.5. Reg. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan.
Eccl. in verbo, ſua, c.14. n.45. & hæc opinio
non ſolum eſt verior, ſed etiam practicata in
regno, vt teſtatur Affl. vir magnæ auctorita-
2 tis,& verſatiſſimus in Praxi in d.c.1.de vaſſal-
lo milite his verbis, (& in regno vidi multos
Epiſcopos ſuccedere,) & pro hac opinione
vltra tex.in d.c.inter dilectos,facit,quod per-
ſonæ illuſtres poſſunt Principi ſeruire per ſub-
ſtitutum,vbi alij tenerentur de perſona,l.nul-
lus.C.de decurion.lib.10. & nullus tex. fœu-
dorum loquitur de Epiſcopo, ſed de clericis,
ergo id relinquendum eſt diſpoſitioni iuris
communis l.cómodiſſimè.ff.de liber.& poſth.
3 nec clericorum appellatione veniunt Epiſco-
pi in materia odioſa, Abb. in rubr. de vita, &
honeſtate clericorum,poſt gloſ.in c.2.de præ-
bend.in 6.c. quia periculoſum, de ſenten.ex-
commun. in 6. nec etiam appellatione digni-
tatum, quia Epiſcopus eſt in culmine digni-
tatum,c.quamuis,de præb.in 6. & nunquam
perſonæ magnæ auctoritatis veniunt in gene-
4 rali eloquutione, Affl.deciſ.265. & materia
prohibitiua ſucceſſionis eſt odioſa, ſicut per-
miſſiua eſt fauorabilis. §. diſponat, in auth.
de nuptijs, l.1. C. de ſacroſan. Eccleſ. l. le-
ge 12. tab. ff. de verb. ſignif. vt conſiderant
Iaſ. Cephal. Riminal. loc. cit. Ripa reſp. 4.
nec Andr. de Iſern. reſpectu regni loquitur
de Epiſcopis, vt ipſi promittant ſeruire per-
ſonaliter ad electionem Regis, ſed genera-
liter de foeudatarijs, quare credendum eſt
Andream legum, & Canonum peritiſſimum
de eis non ſenſiſſe ex ſupradictis, quinimmo
idem Andr.in c.1. §. ſi quis deceſſerit, ſi de
foeudo defuncti fuer.controuer. loquens in
vaſſallo laico,inquit,quod ſi dignitas magna
accreſceret vaſſallo poſt receptum foeudum,
tunc ſeruiat per ſubſtitutũ allegat. ff.de oper.
libertorum, l.interdum, & l. ſed & hæ, tanto
magis id dicendum eſt in Epiſcopatu, qui eſt
culmen dignitatum,vt fuit dictum. Præterea
quamuis Andr. in locis ſupra citatis videatur
tenere electionem eſſe Regis ſeruitij perſona-
lis, vel per ſubſtitutum, tamen in c.1.§. firmi-
ter,n.31. de prohib.foeud.alien. per Federic.
loquens in regno id intelligit,quando intereſt
Domini habere ſecum perſonam vaſſalli, vt
quia eſſet nobilis,& famoſus,qui veniret aſſo-
ciatus, & ſubſtitutus ſolus, quia his conſide-
ratis ſubſtitutus non eſſet æquè idoneus, niſi
vaſſallus vellet dare tot, quot ſecum eſſet du-
cturus: Item ponit exemplum, quando vaſ-
ſallus eſſet ſtrenuus conſilio, non ſic ſubſtitu-
tus; & conſilia valent in bello, arg. l.inter ar-
tifices. ff. de ſolution. alias dicit Andr. ſi non
interſit obuiandum eſt malitiæ Domini. ff. de
rei vendic. l. in fundo, & proinde dicunt ibi
Aluarot. & Præpoſ. quod ſi ex pecunia poſſet
vaſſallus reperire ſapientem, ſicut ipſe eſt,
non intereſt Domini. In effectu mens Andr.
eſt, & verba clara, quod ſi nullum adeſt in-
tereſſe Domini,debet admittere ſubſtitutum,
quod etiam eſt rationabile ex illa regula,
quod

quod tibi non nocet, mihi prodeſt, l.fin.ff.de ſenator. & ita fuit expreſſum de iure communi foeudorum, vbi datur electio vaſſallo, vt in d.§.firmiter, & ibi notat Bal. & quamuis And. ibi dicat in Regno non habere locum iura Imperatoris Federici, & aliorũ, qui fuerunt poſtquam Regnum fuit conceſſum à Romana Eccleſia; tamen dicit, quod ſi ſunt rationabilia ſeruanda ſunt non tanquam leges, ſed tanquam rationabilia continentes: nec videtur obſtare, quod Epiſcopus non poſſit ſeruire Domino in proelio, nam ſufficit quod vaſſallus præſtaret auxilium Domino prout poteſt, & decet, & non reperiatur excluſus à lege prout foemina, vt in tit. de noua forma fidelitatis, quinimò etiam ſi Epiſcopus iuraſſet ſeruire, intelligendum eſſet iuramentum ſano modo iuxta qualitatem perſonæ, & ne præiudicium afferat dignitati, & Eccleſiæ ſuæ, c.veniens, de iureiurando: nec obſtat iuramentum fidelitatis, quia id etiam præſtatur ab Abbatiſſa c.vnico. §. verum, de ſtatu regularium, in 6. ſed intelligitur ſano modo, vt verior opinio eſt, quod in iuramento fidelitatis non eſt expreſſum, quod vaſſallus de perſona debeat eſſe in proelio cum Domino, Iſern. & Aluarot. in c.fin. de capita, qui cur. vendid. Socin. conſ. 257. n.1. lib.2. Decian. conſ.58. n.47. lib.2. Rota Rom. deciſ. diuerſ. 41. par. 1. facit ſecundum me à ſimili tex. notabilis, in c. ex multa, §.fin. de voto, vbi Eccleſiaſtici, qui emiſerunt votum eundi vltra mare ad recuperationem Terræ ſanctæ, cum eis non liceat pugnare, ſa-
5 tisfaciunt Deo per voto ſubſtituendo viros bellatores, & nulla eſt differentia quo ad vinculum inter iuramentum, & votum, & talis rationabilis ſatisfactio ſufficit Deo, (licet votum ſit de iure Diuino) ex declaratione Eccleſiæ, eadem etiam æqua ſatisfactio ſaltem, quo ad Epiſcopos pro animarum cura continuo laborantes deberet ſufficere Principi, cuius iudicium debet eſſe pro viribus conforme iudicio Dei, quo ad æquitatem ſequendam, c.vnico, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, & ibi gloſ. iuxta Pſal. De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates, & hæc opinio eſt etiam practicata in regno, iuxta Afflict. vt diximus. Præterea etſi id Principi liceret iuxta primam opinionem, quod negatur, deberet princeps prius cogitare an deceret, c.magnæ, de voto, vbi ſumm. Pontif. in omni negotio tria eſſe conſideranda, an liceat, an deceat, an expediat, nam indecentia dicuntur Deo impoſſibilia, Afflict. in c.1. §.moribus, ſi de foeudo defuncti fuer. controuer. vbi inquit, quod licet Papa poſſit vti plenitudine poteſtatis, non tamen debet facere indecentia, & vt dicit Molin. de primog. lib.4. c.3. n.20. ciuili modo loquendo Princeps indecentia facere non po-
6 teſt cum nemo dicatur poſſe, niſi quod honeſtè, & decenter facere poteſt, l.nepos proculo. ff. de verb. ſignif. vbi ponit alia exempla, &
7 Iſaias cap.32. dicit: Princeps quæ digna ſunt Principe cogitabit. & vt ad rem deueniamus, tradit ſingulariter Bal. in l.& in legatis. C.ad l.Falcidiam, quod licet princeps poſſit de legatis detrahere Falcidiam, tamen de honeſtate facere non debet, quia proprium principis eſt, quod ſit liberalis, & gratioſus, l.vnica. §.ſi. C.de caduc. tollen. l.ſi quis rogatus. §.fin. ff. ad Trebell. tex. notabilis in c.1. de donat. vbi habetur nobilium eſſe, vt debere ſe exiſtiment, quod ſponte impendunt, & niſi in beneficijs creuerint nihil ſe præſtitiſſe putent, quod maximè ad principes pertinet, à quibus aliorum nobilitas deſcendit, quæ liberalitas præcipuè conuenit principibus erga Epiſcopos, qui principum, & regum dicuntur patres, & magiſtri, c. quis dubitat. 96. diſtinct. ſunt columnæ Eccleſiæ. Clemen.1. de poenitentijs, ſummi Sacerdotes, c.1. de ſacra vnctione, quos principes tenentur fauoribus, & beneficijs proſequi, quare in c.boni principis. 96. diſt. ſic habetur boni principis eſt Eccleſias contritas, atque conſciſſas reſtaurare, nouaſq. ædificare, & Dei Sacerdotes honorare, ac tueri, & dicit Oldr. conſ.252. quod princeps debet eſſe liberaliſſimus Eccleſijs, ne accuſetur ingratitudinis, eo quod plurima à Deo receperit, & in donatione, quæ fit Eccleſiæ omnis immenſitas eſt menſura §.ſi minus, in auth. de non alienan. aut permutan. & iſta non eſſet donatio, ſed æquitas ſine dãno principis, vt Epiſcopus intentus curæ animarum ſeruiat per ſubſtitutum, ac vita durante non priuetur foeudo; hac æquitate vſus fuit Sci-
8 pio Africanus gentilis cum Siculis: cum enim pertranſiret Siciliam oppugnaturus Carthaginem trecentos Siculos milites cum equis, & armis ſibi per vniuerſitatem Siciliæ oblatos remiſit, vt non irent cum eo ſi vellent dare equos, & arma, quod Siculi voluntariè fecerunt, & principum exempla ſequenda ſunt, l.apud Iulianum. §. Antiſtia. ff. ad Trebell. refert Andr. de Iſern. in d. §. firmiter, quamuis ad alium finem, nec etiam videtur inconueniens Epiſcopos ſuccedere in foeudis, quorum

rum

tum conſilio ante Duces, & alios proceres ſe-
9 culares vtitur Imperator in condendis legibus
feudorum, vt in c. 1. ibi, habito ergo conſil.
Epiſcoporum, Ducum . de prohib. feud. alien.
per Feder. extra miſſas facio ampliſſimas do-
nationes, & innumeras Prouinciarum, Ciui-
tatum, Caſtrorum à principibus Eccleſijs fa-
ctas, quæ erubeſcere facerent ſubtiliter con-
ſulentes principi, ne Epiſcopos ab ipſo ho-
norandos, & fauendos ad feuda eorum vita
durante admittat; ſed ſi libet poteris videre
in c. Conſtantinus. 95. diſt. vbi de donatione
Conſtantini; de donatione Ludouici Pij ha-
betur in c. ego Ludouicus. 63. diſt. de dona-
10 tione Romandiolæ, & Bononiæ facta à Ro-
dulpho Elemanorũ Rege, tradit Bal. in addit.
ad Specul. de reſcriptorum præſentat. §. fin.
verſ. item quod obtentum. de donatione Iu-
ſtiniani Imperatoris nonnullarum ciuitatum,
& locorum facta monaſterio Caſinenſi, ac de
ampliſſima donatione plurimorum locorũ fa-
cta à Tertullo Patricio Romano patre S. Pla-
cidi eidem monaſterio, habetur memoria &
aſſeruatur copia in eodem coenobio: de Co-
mitibus Regni, quam fuerint liberales in do-
nando Eccleſijs, tradit Marin. Frecc. de ſub-
feudis, fol. 70. n. 64. & liberalitates Regum,
& Principum erga Eccleſias, & Eccleſiaſticas
perſonas omnes ferè hiſtoriæ recenſent. Ex
quibus concluditur, quod etſi Principi lice-
ret, non tamen deceret Epiſcopos priuare
ſucceſſione feudi eorum vita durante, maxi-
mè tempore pacis. ſed ſecunda opinio, vt ne-
que liceat eſt verior de iure communi. quid
autem ſeruetur in regno intellexiſti, moder-
nus Io. Franc. de Ponte dicit Epiſcopos non
ſuccedere, Affl. refert contrarium; ergo id re-
mitto iudicio cuiuſlibet melius ſentientis, lo-
quutus ſum enim ſecundum ius commune.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit habilitari à Principe ad feu-*
dum antiquum in præiudicium agnatorum.
2 *Dominium acquiſitum artificio iuris ciuilis,*
an poſſit auferri à Principe, & n. 4.
3 *Fœmina magis prohibetur ſuccedere in feu-*
do, quam clericus.

QVÆSTIO 10.

De clerico, an poſſit habilitari à Principe ad feudum antiquum in præiudicium agnatorum.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an
princeps poſſit habilitare cleri-
cum ad feudum antiquum in
præiudicium agnatorum. Affl.
in c. 1. §. qui clericus. ſi de feu-
do defunc. fuer. controuer. tenuit quod non;
ſequitur Liparul. ad Andr. in c. 1. de clerico,
qui inueſtituram fecit in verb. Dominus. Idem
tenet Roſſen. de feud. c. 7. q. 29. n. 17. & pro
hac opinione facit tex. in c. 1. de alienat. feu-
di, vbi voluntas Domini nõ præiudicat agna-
tis in alienatione, niſi ipſi conſentiant, & ibi
notat Bald. qui idem dicit in c. 1. §. hoc quo-
que, de ſucceſſione feudi, arg. l. per fundum.
ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. & clericus cum
reperiatur excluſus à lege, debet haberi pro
extraneo: item facit doctrina Andr. de Iſern.
in c. 1. §. præterea, quæ ſit prima cauſa bene-
ficij amittendi, vbi dicit, quod ſi moritur pa-
ter exiſtente primogenito rebelli, vel incapa-
ce, ſuccedit ſecundogenitus, & ſi primogeni-
tus reſtituitur non præiudicat ſecundogeni-
to, cujus dicti meminit Vinc. de Franch. deciſ.
213. n. 3. Item facit, quod licet dominium
feudi acquiratur de iure ciuili, non de iure
naturali, nec gentium, & ſecundum nonnul-
2 los DD. tanquam acquiſitum artificio iuris
ciuilis cui princeps dominatur, poſſit à prin-
cipe auferri, Bal. in l. fin. C. ſent. reſcind. non
poſſe, Paul. Iaſ. Alex. qui dicit communem in
l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. &
poſth. tamen magis cõmunis opinio eſt, quod
princeps id facere non poſſit, Bal. in l. 1. in fin.
C. de iure aureorum annulorum, & in l. reſcri-
pta. C. de precib. Imperatori offerendis, Iaſ.
in l. fin. C. ſi contra ius, Alex. in l. cum hære-
des. ff. de acquirenda poſſeſſione, & de magis
communi teſtatur Pariſ. conſ. 101. vol. 1. Felin.
in c. quæ in Eccleſiarum, verſ. ſecundus caſus,
de conſtit. Gabriel. qui cumulat DD. in lib. 3.
comm. concl. de iure quæſito non tollendo
concl. 1. limit. 3. & tanto magis ſi in inueſtitu-
ra primi acquirentis, fuiſſet expreſſum quod
non admittantur inhabiles de iure, quia tunc
eſſemus in contractu, qui eſt de iure gentium,
cuius ratione ius quæſitum tantum in ſpe,
nec princeps tollere poteſt, Bal. in c. 1. de na-
tura feudi, vbi inquit, quod quamuis Deus
4 ſubiecerit principi leges, non tamen ſubiecit
illi contractus, idem Barbat. in c. 1. de conſtit.
vbi inquit, quod quamuis princeps ſit ſupra
caput iuris ciuilis, eſt tamen ſub pedibus iu-
ris gentium, Bal. in c. 1. §. notandum, ait, quod
ius naturale eſt potentius, quam principatus;

Alex. conſ. 30. lib. 5. & eſt communis concluſio, in l. ſi. C. ſi contra ius, quod ius quęſitũ de iure gẽtium princeps tollere non poteſt. Et in ſpecie, quod contra tenorẽ inueſtituræ princeps non poſſit habilitare clericum ad feuda in præiudicium agnatorum, tenet Crauet. cõſ. 303. n. 6. faciunt multa latiſſimè adducta per Molin. de primogen. lib. 1. q. 8. & lib. 3. q. 3. & lib. 4. q. 3. vbi concludit nõ poſſe principem alterare ſucceſſiones maioratuum, & tollere ius quæſitum ſucceſſoribus. Verum his non obſtantibus contrariam opinionem cenſeo veriorem, pro qua facit primo, nam quod clericus non admittatur ad feudũ fuit introductum in fauorem Domini, ne ei ſeruiatur per extraneum ſubſtitutum, de quo veriſimiliter non ita confidit, ſicut de vaſſallo, & non fuit introductum in fauorem agnatorum, ergo poteſt Dominus ſuo fauori renunciare, l. ſi quis in conſcribendo. in ſimil. C. de pact. Secundo facit, quia poteſt princeps tollere impedimentum, ſeu obicem ab aliquo, qui eum incapacẽ alicuius iuris reddebat, l. quæro. ff. de natal. reſtituend. §. ſi quis verò, auth. quib. mod. natur. effic. legit. vnde illegitimi prohibiti ſuccedere parentibus ſecundum leges, poſſunt ex principis reſcripto fieri capaces non obſtantibus legibus: facit gloſ. notab. communiter recepta, in c. 1. §. naturalis. ſi de feud. defunct. fuer. controuer. quæ dicit poſſe principem, illegitimum efficere legitimum ad feuda conſequenda. hinc procedit alia DD. concluſio, quod poteſt princeps fœminas à feudi ſucceſſione excluſas ante delatam ſucceſſionem eiſdem, habiles & capaces reddere, Curt. Iun. conſ. 1. latè Franciſc. Curt. de feud. 3. par. q. 1. Iacobin. de feud. verſ. & fœminis, Pariſ. conſ. 4. lib. 1. Crauet. conſ. 135. n. 27. Socin. Iun. conſ. 76. lib. 1. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 6. n. 3. vbi reddit rationem, quia fœminæ prohibentur ſuccedere in foeudis propter leges, & conſuetudines feudorum, quæ diſpenſatione, & reſcripto principis tolli poſſunt. Poterit igitur princeps tollere obicem clericatus, & admittere clericũ ad feudum. Tertio hanc opinionem videtur tenere expreſsè Bal. in c. 1. §. qui clericus, ſi de feud. defunc. fuer. controuer. vbi inquit, quod ſi vaſſallus efficitur Sacerdos, ita demum perdit feudum, ſi Dominus velit. ſequitur Capic. deciſ. 31. Andr. etiam de Iſern. in c. 1. de clerico qui inueſtituram fecit, in fine, dicit, quod Dominus poteſt facere gratiam clerico, vt habeat feudum, & Bal. & Andr. loquuntur generaliter, ſed magis in ſpecie, id tenet Crauet. d. conſ. 303. n. 6. ea ratione apud me irrefragabili, quod id fuit inductum in fauore Domini, qui poteſt iuri ſuo renunciare. Hic animaduertẽdum cenſeo differre prohibitionem
3 fœminæ ne ſuccedat in feudo, à prohibitione clerici. nam fœmina non ſolum excluditur, quia eſt inhabilis ad pugnam, ſed etiam quia non decet vt in coetu virorum conuerſetur, eſt inſtabilis, eius conſilium eſt fragile, & non ſolet retinere ſecreta, vt tradit Bald. in l. quoties. C. de ſuis, & legitimis, & tamen poteſt princeps eam habilitare, vt diximus, multo magis clericum, in quo hæ rationes non militant, cum ſit de ſanguine primogenitus, ad quem pertineret feudum, ſed vnica tantum ratio, quia non licet ei pugnare ob honeſtatem clericatus, & ideo ſi Dominus velit, vel pecuniam, vel ſubſtitutum recipere nullam iniuriam facit agnatis; ceſſat enim ratio prohibitionis in ſui fauorem non agnatorum, l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatr. Eandem opinionem tenet Franc. Curt. de feud. 3. par. 2. memb. n. 21. verſ. vel aliter, & tertio, Andr. etiam noſter in c. 1. n. 4. de vaſſallo decrepitæ ætatis tenet poſſe principẽ vaſſallum ex ſententia priuatum feudo, reſtituere ad feudum ad alios deuolutum, quia ſententia eſt de iure ciuili, & quæ ſunt iuris ciuilis tolli poſſunt à principe, inſtit. de iure naturali. §. penult. l. fin. C. ſi cõtra ius. Remanet vt contrarijs reſpondeamus, & primo non obſtat, quod conſenſus Domini non præiudicat agnatis in alienatione foeudi, quia id eſt verum, quando fit in extraneos, clericus autem eſt de ſanguine ad quem pertineret feudum, & ſolum excluditur in fauorem Domini, quia non poteſt pugnare: vnde agnati conqueri non poſſunt, ſi princeps recipiat ſubſtitutum. Secundo non obſtat dictum Andreæ, quod princeps non poteſt facere gratiam primogenito rebelli in præiudicium ſecundogeniti, nam Andr. dicit contrariũ in d. c. 1. de vaſſallo decrepitæ ætatis, ſed intelligendus eſt iuxta reſponſionem ad tertium. non obſtat tertio, quod ſecundum magis cõmunem opinionem non poteſt princeps tollere ius quæſitum etiam artificio iuris ciuilis, nam DD. vt concordarent opiniones
4 vſi fuerunt hac diſtinctione, quod aut dominium quæſitum de iure ciuili habet annexam æquitatem, & tunc tolli poſſit, & ita procedit opinio affirmatiua, ita Abb. in cap. per tuas, de arbitris, Felin. in c. audientiam, il ſecondo, verſ. nihilominus attende bene, de reſcriptis,

ſcriptis,

ſcriptis. Ant. de Burg. in rubr. de empt. & vend. Hippol. de Marſil. in l. 1. S. ſi quis vltro. verſ. etiam faciunt dicta Domini. Alex. ff. de quæſt. Ruin. conſ. 46. vol. 1. Crauett. conſ. 135. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionibus. Ant. Gabr. d. concl. 1. de iure quæſito non tollendo. nullam autem haberet æquitatem priuare clericum primogenitum de ſanguine ad quem pertineret feudum ea ſola ratione; quod non licet ei pugnare, cum vacet publicæ vtilitati cultus diuini: conſiſtit enim ius publicũ in ſacris & Sacerdotibus, l. 1. ff. de iuſtitia, & iure, & poſſit princeps recipere ſubſtitutum, quod eſt rationabile, & etiam de iure communi, c. 1. §. firmiter, & ibi notat Bald. de proh. fœud. alienat. per Federic. vbi quod poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum, quod an procedat in regno diximus in quæſtione præcedenti, vnde ceſſante æquitate poteſt princeps tollere ius quæſitum de iure ciuili, & ſecundum hanc diſtinctionem eſt intelligendus Andr. noſter de Iſern. qui videtur ſibi contrarius, quin etiã habilitatio clerici reſpicit cauſam publicam cultus diuini. Et hoc dicimus, quia circa habilitationem fœminæ multi DD. tenent debere fieri à principe ob cauſam publicam, & non alias, quæ cauſa ſemper conſideratur in clerico. Hanc concluſionem amplio etiam ſi in inueſtitura fuerit expreſſum, quod clerici non admittantur niſi expreſsè dicatur, quod excipiuntur in fauorem agnatorum, nam intelliguntur excepti in fauorem Domini, prout de iure eſt expreſſum, cum non liceat eis pugnare, c. 1. de benef. fœminæ: idque ex illa regula, quod verba contractus intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam perſonarum contrahentium, Bal. in l. expulſos. C. de actionibus empti. gl. & Imol. in l. Lucius. S. tres hæredes. ff. ad Trebell.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt approbare matrimonium nullum ex impedimento iuris canonici, etiam mortuis coniugibus de facto, & legitimare filios vbique.*

2 *Papa poteſt annullare conſtitutionem canonicam, cum inde ſequutis ex tunc, ita quod ex communi vigore illius non indigeat abſolutione.*

QVÆSTIO 11.

De ſummo Pontifice, an approbante matrimonium nullum, quia contractum contra Canones etiam mortuis coniugibus, legitimet filios inceſtuoſos ex tunc in præiudicium eorum, quibus delata eſt hæreditas, ſiue feudum.

1 QVAERITVR, an ſummus Pontifex approbans matrimonium nullum, contractum contra Canones etiam mortuis coniugibus, ex tunc legitimet filios, vt ſuccedant in feudo, & alijs in præiudicium agnatorum, non ſolum in ſtatu Eccleſiaſtico, ſed etiam in terris Imperij, & videtur quod non: nam poſtquam matrimonium eſt diſſolutum per mortem coniugatorum, ſumus in re perempta, & extincta, & approbatio, ſiue ratificatio requirit extrema habilia, ſcilicet extremum à quo, & extremum ad quod, l. fin. ff. rem ratam haberi. & debet conſiſtere in rerum natura, id de quo agitur, alias eſſet agere ſuper nihilo, c. diſſoluendum, de diſpenſatione impuberum. Et ſic videtur quod diſpenſatio Papæ matrimonium iam extinctum, non approbat, & per conſequens, nec prolem legitimet quo ad ſucceſſionem bonorum temporalium, ad not. in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Præterea cum ius ſuccedendi in feudo, vel adeundi hæreditatem ſit agnatis proximioribus quæſitum, & tanto magis ſi fuit adita hæreditas, non videtur quod Papa per eius approbationem tollat ius quæſitum alijs, c. quamuis, de reſcript. in 6. l. Gallus. S. & quid ſi tantum, vbi DD. ff. de liber. & poſth. c. ex tuarũ, de auctoritate, & vſu pallij. In contrarium eſt veritas, vt poſſit Papa talem approbationem facere ex tunc, etiam mortuis coniugibus, in præiudicium agnatorum, & in terris Imperij, dummodo matrimonium fuerit nullum ex impedimento iuris canonici, non iuris diuini: cum hac tamen diſtinctione, quod aut agitur de prole ſuſcepta ex coitu, non matrimoniali ſaltẽ conſenſu, & affectione, & non prodeſt diſpenſatio, quia ex quo inter parentes non fuit matrimonium ſaltem de facto, Papa non intendit inducere matrimonium ſupplendo conſenſum, & ſucceſſiuè nec intendit legitimare. aut proles fuit ſuſcepta ex coitu matrimoniali licet matrimonium de iure non tenuerit, & tunc abſque dubio cenſetur approbare ex tunc, quaſi à principio:

ratio eſt, quia filij ſunt procreati in figura
2 matrimonij matrimoniali affectu, & ſolum lege Canonica prohibēte, & Papa poteſt tollere conſtitutionem canonicam ex tunc quaſi à principio fuerit matrimonium legitimum, gl. eſt notabilis, in Clem. 1. de immunitate Eccleſiarum, in verb. pro infectis, per illum tex. ex quo infert, quod ſi Papa annullat conſtitutionem aliquam ex tunc excommunicatus vigore illius non indigebit abſolutione, & ibi gl. dicit, vide quanta eſt Papalis poteſtas circa ea, quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo, quia reuocat illa, vt ex tūc. Facit etiam quod Imperator pariter legitimat, vt ex tunc retrotrahendo ad tempus natiuitatis. ff. de ritu nuptiarum. l. quidam in prouincia. Item Papa approbat matrimonium contractū contra interdictum Eccleſiæ, etiam quo ad prolem, vt notatur in c. quod nobis, qui filij ſint legitimi. pariter prolem illegitimam per longum tempus ante natam, reddit legitimam per ſequens matrimoniū, c. tanta, qui filij ſint legitimi. Nec videtur obſtare, quod fictio non poſſit retrofingere poſt diſſolutum matrimonium, & ius quæſitum venientibus ab inteſtato. nā dici non poteſt non fuiſſe matrimonium ſaltem in figura, & affectu, quæ figura multum operatur, l. 3. ff. de donat. inter virum, & vxorem, c. plerumque, eod. tit. qui filij ſint legitimi, c. nuper, de bigamis. Conſtitutio igitur canonica prohibitiua ipſius, erat cauſa differendi, & deuoluendi in aliam ſucceſſionem; ergo ſine iniuria alicuius poteſt Papa ſuam conſtitutionem tollere, & lucrū quo ad agnatos impedire, & filijs natis in figura matrimonij conferre. Et hanc opinionem tenet ſingulariter Io. Andr. in d. c. per venerabilem in nouella, quam dicit notabilem Abb. ibi. Card. Zabarell. ibidem. Petr. de Anchar. eleganter in conſ. 409. viſo, & diligenter inſpecto, vbi agit de matrimonio contracto, & tertio, & quarto gradu, quod de iure ciuili non erat prohibitum. §. duorum inſtit. de nupt. Ruin. conſ. 189. n. 16. lib. 2. Crauet. conſ. 704. n. 4. quod conſilium ego non inueni, ſed illud refert, & ſequitur Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 20. n. 20.

S V M M A R I V M.

1 *Solita concedi in feudum, quando dicantur effecta de menſa Eccleſia, & non poſſint de nouo infeudari abſque ſolemnitate, referuntur variæ opiniones.*

2 *Infeudatio rerum Eccleſiæ ſolitarum ab antiquo concedi, debet fieri cum euidenti vtilitate.*

3 *Alienare non poſſe liberè, & abſque licentia, eſt grauamen.*

QVÆSTIO 12.

De re feudali reuerſa ad Epiſcopum, quando dicatur effecta de menſa, vt non poſſit amplius de nouo infeudari abſque ſolemnitate.

1 IN hac quæſtione ſunt variæ opiniones, nam Bart. in l. ſi vacantia. C. de bonis vacantibus, lib. 10. tenet requiri, quod Prælatus eam deſcribi faciat inter bona menſæ, & ſic expreſsè eam incorporet. & hanc opinionem eſſe communem tradit Curt. de fœud. 2. par. principali, q. 5. principali, n. 5. idem tenet Card. c. 2. de fœud. Ang. Io. de Platea, in d. l. ſi vacantia, Barbat. in c. vt ſuper de rebus Eccleſiæ, & alij quos congerit Menoch. conſ. 79. lib. 1. Sed difficultas eſt, quando abſque declaratione, vel deſcriptione Prælatus poſſedit rem reuerſam, quantum tempus requiratur, vt dicatur incorporata. Archid. in c. 1. 35. q. 8. tenuit, quod ſi Prælatus per annum ipſam poſſideat non dicitur amplius ſolita infeudari, nec poterit infeudare ſine debitis ſolemnitatibus, & multi ſequuntur Archid. Card. Alex. in c. 1. qui feudum dare poſſunt, & ibi Aluarot. Abb. in d. c. vt ſuper: ſed Curt. loc. cit. dicit Archid. id non firmare, ſed tantum quod ſi Prælatus iurauit non infeudare, niſi feuda noua non poterit poſt annum infeudare, & ſic ſentit, quod niſi ſic iuraſſet poſſet infeudare poſt annum. Secundo Petr. de Anchar. conſ. 155. incipienti: propter tria, reprehendit illos, qui dicunt quod retinendo per annum res dicitur effecta de menſa, quia taciturnitas, ſecundum eum tenet medium inter velle, & nolle; nec iſta annalis præſcriptio reperitur ſtatuta à iure hoc caſu. Bald. in c. 1. qui inueſtituram fecit, fuit in alia opinione, quod eo ipſo, quod Eccleſia reperitur in poſſeſſione, præſumitur facta incorporatio, & res effecta de menſa. ſed communis eſt in contrariū, vt teſtatur Claud. de Seiſello in ſpeculo feudorum, qui feudum dare poſſunt. Idem Bald. contrarium ſentit in

d. l.

d.l.ſi vacantia. Alia fuit opinio Barbat.in d.c.
vt ſuper, quod requiratur ſpatium decem an-
norum, vt res detineatur per Prælatum non
infeudando alijs. arg.l.ſi filius. C.de petitio-
ne hæreditatis, ſed non probat efficaci ratio-
ne, vt aduertit Menoch.loc.cit. ſed Claud.de
Seiſello dicit opinionem eſſe veram, quando
aliud cum tempore occurrit. Alia fuit opinio
noſtri Andr.de Iſern. in c.1. qui feudum dare
poſſunt, quod requirantur triginta anni; quia
quemadmodum requiritur ſpatium triginta
annorum ad inducendam conſuetudinem in-
feudandi, eodem modo à contrario requiri-
tur triginta annorũ ad tollendam ipſam con-
ſuetudinem, quia tanto tempore mutatur na-
tura rei, l.eum qui. C. de feud. rei priuatæ,
lib. 11. Eandem opinionem tenet Imol. licet
non alleget Andr. in d.c. vt ſuper. vbi fortius
dicit, quod immo requiritur ſpatium quadra-
ginta annorum, per tex. in c.cum de benef. de
præb. in 6. & ſubijcit ſingulariter, quod Præ-
latus non poterit etiam expreſsè incorporare
talem rem conſuetam infeudari menſæ ſuæ;
Sed hanc opinionem improbat Curt. loc.cit.
quia, vt inquit ipſe, falſum eſt fundamentum
ſuper quo fundatur non enim eſt verum, quod
ad inducendam conſuetudinem infeudandi
requiratur curſus triginta annorũ; immò ſuf-
ficit vna infeudatio ſolemniter facta etiam ſi
intra octo dies res rediret ad Eccleſiã. Card.
Alex.in c.1. qui feudum dare poſſ. & latè tra-
dit Curt. in 4. q. præcedenti, vnde dicit ipſe
deſtructo fundamento Andr. deficit ædifica-
tum cap.paulus. 1.q.7. Alia fuit opinio ipſius
Curt.d.q.5. qui dicit ſolum curſum temporis
non ſufficere, ſed requiri omnes ſolemnita-
tes quæ interuenerunt ad inducendum, quod
dicatur res ſolita, ex illa regula quod ſolem-
nitas requiſita in actu conficiendo requiritur
in eo deſtruendo auth. è contra ſi filij. C. de
repud. poſtea dicit, quod ipſe ſequitur opinio-
nem Bart. quod ſit neceſſaria incorporatio fa-
cta per Prælatum, quia regula prædicta, quod
ſolemnitas adhibita in actu faciendo requiri-
tur in deſtruendo, recipit ſingularem limita-
tionem, vt non procedat, quãdo res deſtruen-
da reducitur ad priſtinum ſtatum, & ad ius
commune primæuum, ad latè tradita, per Fe-
lin. in c.cum omnes, & c.cum acceſſiſſent, de
conſtit. Vnde ſolus Prælatus poterit incor-
porare ſine alia ſolemnitate. credit tamen
Curt. quod quando longo tempore Prælatus
tenuiſſet talem rem ad proprios vſus licet non
conſtaret de expreſſa incorporatione conſul-
tius faceret Prælatus, ſi tunc non alienaret ſi-
ne debitis ſolemnitatibus, & ita ſaluat opinio-
nem Barbat. & aliorum tenentiũ requiri de-
clarationem expreſſam, vel tacitam, hoc eſt
per multum temporis Prelatus collegerit fru-
ctus. & ſic perſpicis, quod iſta opinio eſt du-
bia, & non probatur concludenti ratione. Me-
noch. loc.cit. omnes ſupradictas opiniones re-
probat, nec ſuam ponit, dicit tamen nunquam
tempus currere Prelato detento aliquo impe-
dimento, ne rem illam ad ſe reuerſam iterum
concedere poſſit, vt impedimentum litis, vel
quando Prælatus ea mente diſtulit concede-
re, vt inueniret bonum emphyteutã, qui me-
liorem faceret Eccleſiæ conditionẽ. Quid igi-
tur dicẽdum in hac varietate opinionum, ego
minimus omniũ arbitror eſſe diſtinguendum,
quod aut incorporatio eſt vtilis Eccleſiæ, ita
quod ſit magis vtile incorporare rem reuer-
ſam menſæ, & eam retinere, quam alij de no-
uo in feudum concedere, & tunc abſque ali-
quo temporis interuallo cenſeatur res reuerſa
effecta de menſa; quia infeudatio rerũ ſolita-
rũ concedi debet fieri ob Eccleſiæ vtilitatem
c. 2. de feud. ibi ſi videris expedire, tex. no-
tab. in extrauag. ambitioſæ, de reb. Eccl. non
alien. in qua prohibetur infeudatio, vel con-
tractus emphyteoticus preterquã in caſibus
à iure permiſſis, ac de rebus, ac bonis in em-
phyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc
cum Eccleſiarum euidenti vtilitate, vt dicunt
verba tex. Et quamuis illa verba cum euiden-
ti vtilitate videãtur reſpicere bona ſolita con-
cedi in emphyteuſim, tamen reſpiciunt etiam
ſolita concedi in feudo, valet enim arg. de
emphyteuſi ad feudum, quando caſus de
quo eſt quæſtio non reperitur expreſsè deci-
ſus in feudis, & quando eadem ratio militat 1
in vtroque alias ſecus, Iaſ.in l.1. col.13.C.de
iure emphyteotico, Euerard. in loco ab em-
phyteuſi ad feudum. tantò magis, quod in
d. c. 2. de feudis videtur expreſsè deciſum de
vtilitate Eccleſię: quare ceſſante vtilitate pro-
hibetur ſubinfeudatio, & ſucceſſiuè conſue-
tudo nihil operatur. ſi verò incorporatio eſſet
damnoſa menſæ, & vtilis infeudatio, tunc
non poſſet Epiſcopus, nec expreſsè incorpora-
re, quia tractatur de præiudicio Eccleſiæ il-
lam incorporando menſæ, ex quo non poteſt 1
ſine ſolemnitatibus alienari; nam non poſſe
liberè, & abſque licentia alienare, eſt onus, &
grauamẽ maximum, l.dudum. C.de contrah.
empt. l.non vſque. ff. ſi quis à parente fuerit
manumiſſus, maxime quod hodie ex d.extra-

uaganti ambitioſæ requiritur conſenſus Summi Pontificis, quando ceſſaret conſuetudo infeudandi, prout ceſſat in re effecta de menſa, & quæ dependent à Principis voluntate dicuntur difficultatem habere, cum ſoleat deputare cōmiſſarios vulgata, l.apud Iulianum. §.conſtar. ff.de leg.1. Cum itaque hoc ius ſit quæſitum Eccleſiæ non poteſt Epiſcopus illi afferre præiudicium, c. ſi Epiſcopum. 16.q.6. c. cū venerabilis, de exceptionibus cum ſimilibus, niſi forte quando eſſet dubia vtilitas ad præſumendum iuſtā cauſam, & eſſet elapſum tempus triginta annorum, iux. l.ſciendū. ff.de verb. oblig. vel quadraginta, quo præſcribitur etiam contra Eccleſiam, cap. de quarta, de præſcription. & hac ratione poteſt ſuſtineri opinio Andr. de Iſern. de ſpatio triginta annorum, & melius Imol. de temp. quadraginta annorū. Colligitur etiam, quod ſi vtilis eſt infeudatio non poteſt Epiſcopus, nec expreſsè incorporare menſæ, in præiudicium Eccleſiæ cui eſt Ius quæſitum ex antiqua conſuetudine infeudandi; poſtea reperi Riminal. Iun. conſ.32. n.13. lib.1. tenentem aliam opinionem, quod cum res ſemel ſit effecta alienabilis perpetuò durat talis, ex l.pater filiū. §.quindecim. ff.de leg.3. l.tutor rerū, & ibi Bart. ff.de adminiſtrat. tutor. concludens rem ſolitam cōcedi in emphyteuſi reuerſam ad Eccleſiam poſſe perpetuò concedi. Sed eius opinio eſt intelligenda niſi de nouo ſit effecta de menſa, de quo principaliter quęritur, & videtur tempus quadraginta annorum neceſſarium, vt diximus.

SVMMARIVM.

1 *Feuda dignitatis, an tranſeant in monaſterium.*
2 *Monaſterium, quando ſuccedat in feudo.*
3 *Monachi an ſuccedant in maioratu, ſiue monaſterium.*

QVÆSTIO 13.
De fœudo dignitatis, an tranſeat in monaſterium.

1 QVAERITVR an feuda titulata Comitatus, Ducatus, Marchionatus, & alia habentia dignitatem tranſeant in monaſterium, ſi ſeruitium poſſit honeſtè præſtari per monaſterium, prout alia feuda, iuxta communem DD. concluſionem, in auth. ingreſſi. C.de ſacroſan. Eccl. & in c.in præſentia, de probat. quo ad commoditatem tantum durante vita monachi. Et quod non tranſeant, tenet Bal. in l.Deo nobis. C.de Epiſc. & cleric. & in l. data opera, vbi voluit, quod quando ſubſtantia ingreſſi eſt naturæ talis, quod non poteſt pertinere niſi ad hæredes ſanguinis, vt Regnum, Ducatus, & Baronia, & huiuſmodi non tranſeunt ad monaſterium, Speculat. de ſtatu monachorum. §.1.n.15. Card. Alex. in c.1.§. & quia, de his qui feud. dar. poſſ. Clar. in §. feudum, q. 78. verſ. ſi tamen vellemus Frecc. de ſubfeudis, fol. 252. differentia 31. Molin. de primogen. lib.1.c.13.n.81. vbi plures allegat, concludens proinde monachum non ſuccedere in maioratu, cui eſt annexa dignitas, Intrigliol. de feud. q.46.n.103. pro hac opinione adducitur gl. notab. in c.ſcripſit. 27. q.2. vbi ex illo tex. dum dicitur ſcripſit nobis Zebergha Regina ſe regia dignitate, vel maritali copula velle exui profitendo religionem, dicit gl. in ver. dignitate, argue quod hoc ſolo, quod quis efficitur monachus deſinit eſſe Rex, vel Imperator; idem de Comitatu, Ducatu, Marchionatu; ſed ad ſucceſſiones ſanguinis tranſeunt, & hæc ratio affertur etiam à Bal. Molin. loc.cit. addit aliam rationē, quod quamuis Monachus ſit profeſſus in monaſterio capaci bonorum, non tamen poteſt ſuccedere in oppidis, & caſtris iuriſdictionem habentibus, per tex. in c.recolentes, qui loquitur in monachis Ciſtercientibus, de ſtatu monachorum, per quem tex. vt dicit Molin. dicit Abb. ibidem ante numerum primum, quod monachi non poſſunt ſuccedere in oppidis cū iuriſdictione incontrarium facit, quod in vſibus feudorum dicitur Abbates, & Abbatiſſas poſſe habere feuda, c.1. qui feudum dare poſſunt, c.1. Epiſcopū, vel Abbatem, nec iura diſtinguunt, nec videtur diſtinguendū à DD. l.de pretio. ff.de public. Secūdo facit tex. in c. dilectus, de off. ordin. & c. auditis, de præſcriptionibus, in quibus locis apparet monachos poſſe poſſidere caſtra, oppida, loca cum iuriſdictione, & ibi notant DD. quæ loca poſſidentur à Baronibus. Tertio facit, quod quo ad feuda æquiparantur Epiſcopus Abb. Abbatiſſa d. c.1. qui feud. dar. poſſ. & c.1. Epiſcopum, vel Abbatem, ſed Epiſcopus poteſt eſſe Comes, Dux, c. inter dilectos, de fide inſtrumentorum, & eſt communis concluſio, & obſeruantia, latè diximus in q.9. & æquiparatorum eadem debet eſſe diſpoſitio, l.illud. ff.ad

l.Aqui-

l. Aquileam, l. à Titio. ff. de verb. oblig. nec etiam videtur inconueniens, Abbates & monaſteria ſuccedere in feudis dignitatum, cum Imperator, Abbatum, qui ſunt capita monaſteriorum in condendis legibus pro Reip. gubernatione ante Duces, & alios proceres ſeculares conſ. vtatur, vt in auth. habita. C. ne filius pro patre ibi, habita quidem ſuper hoc hoc diligenti inquiſitione Epiſcoporum, Abbatum, Ducum. ad ſupra allegata propriori opinioni poſſet fortè reſponderi, ſed non eſt recedendum à communi opinione, & attendi debet conſuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſolitum dari pro maſculis, an poſſit à Prælato concedi, ob merita pro fœminis etiam.*

2 *Prælatus an poſſit benemeritos remunerare donando ei res Eccleſiæ, & n.4.*

3 *In feudis Eccleſiaſticis ſtandum eſt diſpoſitioni iuris feudorum niſi contrarium ſit expreſſum de iure canonico.*

QVÆSTIO 14.

De feudo ſolito concedi pro maſculis tantum, an poſsit à Prælato ob merita concedi pro fœminis etiam.

1 QVAERITVR an Epiſcopus, vel alius Prælatus Eccleſiæ feudum maſculinum, ſeu ſolitum concedi pro maſculis tantum poſſit concedere etiam pro fœminis ob merita inueſtiti. DD. communiter tenent non poſſe Prælatum alterare ſolitam formam inueſtituræ; ſed multi limitant, quando merita inueſtiti præceſſerint. Iacob. de Beluiſ. Aluarot. Prępoſ. in c.1. de his, qui feud. dar. poſſ. Card. Zabarella in cap. ex parte, de feud. Iacobin. de S. Georgio in inueſtitura feudali, in verſ. in feudum, n.38. Iaſ. in l. ex hoc iure, n.61. ff. de iuſt. & iur. Curt. de feud. par. 2. q.6. n.5. Zaſ. conſ. 13. n.28. lib.1. conſ.22. n.26. lib.2. pro qua
2 opinione facit, quia Prælatus poteſt benemeritos remunerare de bonis Eccleſiæ, cap. per tuas, de donat. c. relatum, il 2. de teſtam. Bart. per illum tex. in l. iuxta cauſa. ff. de manumiſſ. vind. Abb. in c. conſenſus, de reb. Eccl. non alien. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.23. tit.20. n.28. vbi dicit eſſe communem quam etiam ipſe nititur probare, quia vt inquit expedit Eccleſiæ benemeritos ad bona, quæ ſunt ſolita in feudum concedi, admittere, vt alij eorum exemplo ad ſeruitia præſtanda Eccleſijs alliciantur, nam ſimili modo laicis conceditur Iuſpatronatus, vt alij inducantur ad fundandas, & dotandas Eccleſias, cap. nobis, de iurepatronatus DD. in c.3. eodem, & quia merita eorum, qui ſeruiunt Eccleſijs ſunt remuneranda, & præmijs adhortanda l. ſemper. §. negociatores. ff. de iur. immun. Præterea adducit, quod licet feudum ſecundum tenorem primæ inueſtituræ deficientibus maſculis ad Eccleſiam reuertatur, tamen adhuc filiæ vltimi vaſſalli ex æquitate debent inueſtiri, arg. l.1. §. permittitur, & ibi Bart. ff. de aqua quotid. & æſtiua. Socin. Iun. conſ.76. n.121. lib.1. & conſ.104. lib.2. Decian. conſ.57. n.51. lib.2. Menoch. conſ.148. n.29. ſubdens id multò magis recipiendum eſſe, ſi benemerita patris præceſſerunt, c.1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat; qui tex. videtur decidere quæſtionem ponendo gladiũ ad radicem. dicitur enim ibi, quod defuncto vaſſallo ſine filijs maſculis filia fœmina non ſuccedit, niſi Dominus ei dare voluerit feudum propter ſeruitium, & amorem patris, & in feu-
3 dis Eccleſiaſticis ſtandum eſt diſpoſitioni iuris feudorum niſi contrarium reperiatur expreſſum de iure canonico, iuxta communem in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. quam opinionem magis communiter receptam teſtatur Rolan. conſ.41. n.20. & 21. lib.2. Contrariam opinionem tenet Mart. Laudenſ. in d. c. 1. qui foeud. dar. poſſ. ea ratione, quod licet Prælatus poſſit benemeritos remunerare de bonis Eccleſiæ; tamen hoc intelligitur de bo-
4 nis mobilibus, non immobilibus præſertim ſi alienatio ſit perpetua, Bar. in l. iubemus, & ibi Paul. de Caſtr. de ſacroſan. Eccl. Io. Andr. in rubr. ad Specul. de reb. Eccl. non alien. Abb. in c. cum in officijs, n.6. de teſtam. & in c. fin. n.1. & 3. de pecul. clericor. Aret. conſ.24. n.15. ſed feudum non poteſt conſtitui niſi in rebus ſoli, & ſolo cohærentibus, quæ inter immobilia computantur c.1. in fin. vbi Bal. & alij de feudi cognitione. Ergo Prælatus non poteſt feudi naturam immutare, & foeminis contra conſuetudinẽ Eccleſiæ concedere, & ideo dubitat etiam Natt. conſ.414. hæc ratio videtur multum vrgere; ſed ei obſtat tex. in d. c.1. quemadmodum ad filiam feudum pertineat, vbi videtur caſus deciſus. nihilominus

ex alia

ex alia ratione hæc poſterior opinio verior videtur. quandoquidem licet de iure antiquo in alienatione rerum Eccleſiæ eſſent quatuor, vel quinque neceſſaria nempè auctoritas Epiſcopi, tractatus, & conſenſus Capituli, cauſa, & ſubſcriptio Canonicorum, vt in c. ſine exceptione 12. q. 2. & inter caſus alienationis permiſſos de iure numeratur remuneratio ſeruitiorum, vt in dictis iuribus, tamen hodie poſt extrauagantem ambitioſæ, de reb. Eccl. alien. etiam in caſibus à iure permiſſis requiritur aſſenſus ſummi Pontificis, dicitur enim ibi, quod alienans contra formam illius conſtitutionis aut inconſulto Romano Pontifice incidit in poenas, & alienatio eſt inualida. & cum ad veritatem diſiunctiuè ſufficiat alteram partem eſſe veram, regula in alternatiuis, de reg. iur. in 6. l. plerumque. ff. de iur. dot. conſequens eſt, quod tam alienans inconſulto Romano Pontifice, quam qui alienat contra illam conſtitutionem incurrit poenas, & alienatio eſt nulla, vt tradit ſingulariter Nauar. in comment. de alienat. rer. Eccl. n. 13. & ita ſe habet praxis, quicquid aliqui voluerint in contrarium dicere. & in d. extrauaganti in ſpecie prohibetur infeudatio rerum Eccleſiæ. quare ſtandum eſt iuri Canonico determinanti requiri aſſenſum ſummi Pontificis etiam in caſibus à iure permiſſis; & non eſt habenda ratio tex. in d. c. 1. quemadmodum feudum ad filiam perueniat; vult enim ſummus Pontifex committere cauſæ cognitionem commiſſarijs, vt in Bulla Pauli Quarti de rebus Eccleſiæ. vix enim ſine aſſenſu Apoſtolico alienantur ſolita alienari Rota Rom. deciſ. 1451. Card. Seraph. deciſ. 1490. vbi quod deficiente beneplacito Sedis Apoſtolicæ requiritur ſolemnis diſpoſitio rei Eccleſiæ, niſi eſſet ſolita concedi; ratio eſt quia in re ſolita non poteſt dici noua alienatio, & infeudatio, ſed potius executio præcedentis, vt per Cald. conſ. 11. de feud. Abb. Card. & communem in c. 2. de feudis ſub ſpecie enim meritorum ſæpè poſſet fieri fraus Eccleſijs; & eſt amputanda occaſio malignandi c. Imperialem §. callidis, de prohib. feud. alien. per Feder. recurrendum eſt igitur ad ſummum Pontificem, à quo tanquam Oceano æquitatis, & benignitatis facilius foemina conſequetur feudum ob merita patris.

SVMMARIVM.

1 *Res relicta Eccleſiæ ſub conditione ne alienetur, an poſſit infeudari.*

QVAESTIO 15.

Infeudari an poſſit res relicta Eccleſiæ ſub conditione ne alienetur.

1 IN hac quæſtione communiter tenetur, quod non, per tex. in §. ſanctiſſimas, in auth. de alien. in emphyt. ita Iacob. de Beluiſ. Andr. de Iſern. Aluarot. Cardin. Alex. in c. 1. qui feudum dare poſſunt, Curt. de feud. 2. par. princ. q. 23.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus ſolus, an poſſit remittere felloniam.*

2 *Prælatus ſolus non poteſt remittere iniuriam illatam ſcilicet Capitulo.*

3 *Prælatus ſolus an remittat caducitatem in emphyteuſi.*

QVÆSTIO 16.

Prælatus ſolus, an poſſit remittere felloniam.

1 IN hac quæſtione Bal. in c. 1. qui feudum dare poſſit diſtinguit, quod aut ſolus Prælatus eſt collator feudi, & tunc cum fellonia reſpiciat ipſum tantum, poterit ipſe eam remittere; aut collatio feudi eſt communis Prælato, & Capitulo, & tunc ſolus Prælatus ſine Capitulo non poteſt remittere, arg. eorum, quæ notantur in l. 2. C. de liber. & eorum liber. & in l. fundis. C. de auctor. præſtand. adducit notata, per Io. Andr. in c. cum deſideres, de ſent. excomm. vbi dicit, quod ſo-
2 lus Prælatus ſine Capitulo non poteſt remittere communem iniuriam, ſed ſuã propriam. Et hanc Bal. diſtinctionem ſequitur Curt. de feud. 2. par. princ. q. 26. pro qua facit gloſ. communiter recepta in c. potuit de locato; vbi
3 quærit, an Prælatus poſſit remittere emphyteutæ caducitatem, & diſtinguit inter Eccleſiam collegiatam, vt primo caſu non poſſit Prælatus præiudicare Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli. Secundo vero caſu poſſit ſolus Prælatus remittere, quod etiam tenet Specul. & ibi Io. Andr. de locato. §. nunc aliqua verſ. vigeſimoſexto, quamuis Imol. in d. c. potuit conetur ſuſtinere poſt Card. quod in Eccleſia collegiata ſolus Prælatus poſsit remittere caduci-

Digitized by Google

ducitatem, tamen ipſemet dicit prædictam gl. diſtinct. ſeruari in pract. Barbat. etiam in d. c. potuit, reprobat opin. Cardin. ſequitur Curt. loc. cit.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus an poſſit ſubinfeudare abſque conſenſu domini.*
2. *Vaſſallus an poſſit ſubinfeudare Eccleſiæ abſque conſenſu domini.*
3 *C. 1. de alienat. feudi variè intelligitur.*

QVÆSTIO 17.
De vaſſallo, an poſſit ſubinfeudare Eccleſiæ.

1 CLARVM eſt, quod vaſſallus poteſt ſubinfeudare abſque conſenſu domini, iux. gl. communiter receptá, in c. fi. §. prçterea, de capit. Corrád. & diximus in alia quæſtione, modo quæritur, an poſſit ſubinfeudare Eccleſiæ, & videtur, quod non per tex. in cap. 1. de alien. feud vbi vaſſallus prohibetur concedere ad libellum perpetuum
2 fœudum alicui Eccleſiæ, quia nunquam reuerſurum eſſet ad dominum, cum Eccleſia non deſinat eſſe hæres; & ibi gloſ. quia Eccleſia nũquam moritur. Sed in contrarium facit reg. quod reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, l. lex vectigalis. ff. de pignor. quæ regula ſeruatur in feudis, vt in §. rurſus. quib. mod. feudum amitt. propter hanc obiectionem dantur plures intellectus, ad tex. in
3 d. c. 1. Nam Iacob. de Beluiſ. tenuit, quod tex. malè loquatur, ſed ponit aliam rationem, non quia Eccleſia ſemper viuat, quia reſoluitur ius moriente vaſſallo ſine hærede; ſed quia durum eſt litigare contra Eccleſiam, iux. notata in l. fin. C. de iur. emphyt. & in c. potuit, de locat. Aluar. dicit, quod tex. non habuit reſpectum ad dominum feudi directum, ſed ad ipſum vaſſallum infeudantem, quem appellat dominum, ad quem libellus perpetuus factus, in Eccleſiam non eſt reuerſurus. & iſto modo intelligendo d. regulam reſoluto iure datoris &c. non obſtabit Cardin. Alex. dicit rationem illius tex. eſſe optimam; nã Eccleſia nunquam moritur, quandoquidẽ nec Imperium, c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. §. licentia, in auth. quomodo oportet Epiſcopus; & dicit Iacob. de Beluiſ. non eſſe Doct. tantæ auctoritatis, vt valeat reprobare tex. quia auctoritatis Doct. eſt probabilis, ſed auctoritas tex. eſt neceſſaria gloſ. in l. 1. C. de leg. Et ego dico, quod alia ratio adducta à Iacob. de Beluiſ. quod durum eſt contra Eccleſiam litigare, nec eſt vera; quia Eccleſia ratione feudi conuenitur coram eodem domino laico, c. cæterum de iudic. & cap. verum, de foro competenti; non obſtat, inquit Card. quòd regula reſoluto iure datoris &c. nám in caſu d. tex. alienatio fiebat in perpetuum libellum: & hic intellectus videtur mihi verior, & ſecundum litteram; intellectus verò Aluar. eſt contra litteram. Redeundo igitur ad quæſtionem dico, quod aut vaſſallus infeudat ſimpliciter in Eccleſiam, & valet infeudatio; ſed reſoluto iure ipſius vaſſalli feudum reuertetur ad dominum ex regula ſupradicta allegata, ſi verò ſubinfeudatio expreſsè fiat in perpetuum non valet.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ ſolita concedi in feudum, an poſſint concedi cum nouis pactis vltra ſolitũ:*
2 *Contractus alienationis rei Eccleſiæ, licet ſit nullus ex defectu ſolemnitatis, modo alias ſit vtilis Eccleſiæ, poteſt Eccleſia illum approbare, nec receditur ab eo, niſi volente Eccleſia.*

QVAESTIO 18.
De re Eccleſiæ ſolita concedi in feudum, an poſſit concedi cum nouis pactis.

1 QVAERITVR an res Eccleſię ſolita concedi in feudum poſſit concedi cum nouis pactis, veluti ſi ſit conſuetudo infoeudandi vſque ad tertiam generationem poſſit fieri vſque ad quartam, vel ſi fiebat in maſculos, poſſit fieri in maſculos, & foeminas. Et quod non poſſit alterari forma conſueta tenet Iacob. de Beluiſ. in cap. 1. qui feud. dar. poſſ. & ibi Nicol. de Neap. Aluar. Præpoſ. & eſt communis opinio, vt teſtatur Curt. de feud. 2. par. princ. 6. q. princ. Et pro iſta opinione facit, quia conſuetudo eſt ſtricti iuris, & proprios terminos non excedit, cap. quod tranſlationum, vbi Abb. de off. legat. Bar. in l. poſt dotem. ff. ſolut. matrim. facit tex. not. in c. 1. §. profectò. de l. Corradi, vbi dicitur

profectò ille, qui ſuum beneficium alij dat in
feudum non debet alia lege dare, niſi qua ip-
ſe habet, vt ſi habeat pro ſe, ſuiſq. hæredibus,
quod intelligi debet de ſolis maſculis, non
debet alij dare, vt habeat ipſe, & ſui hæredes
maſculi, & fœminæ. Tertiò facit, quia Præla-
tus non poteſt facere deteriorem conditio-
nem Eccleſiæ, l. iubemus. C. de ſacroſan. Eccl.
Eandem opin. tenet Alex. in conſ. 5. vol. 5.
Cuman. conſ. 99. Fulgoſ. conſ. 10. Zaſ. de feud.
par. 5. n. 59. Scrader. de feud. par. 4. c. 2. n. 22.
Roſent. de feud. c. 4. concl. 37. vbi tenent in-
ueſtituram prorogantē ſucceſſionem ad alias
perſonas, per quas feudum tardius ad Eccle-
ſiam redire poſſet, fieri nō poſſe; intereſt enim
Eccleſiæ, vt pauciores compræhendantur in
inueſtitura, & ſit facta ad modicum tempus,
vt citius bona ad Eccleſiam reuertantur, &
dicit Fulg. d. conſ. 10. quod Epiſcopus non
poteſt in noua inueſtitura apponere, vt vnus
alteri ſuccedat. Facit etiā quod Epiſcopus ad-
dendo dicitur facere nouam diſpoſitionem
Bald. in l. Titius. ff. de excuſ. tutor. Felin. Dec.
in c. de cauſis, de off. deleg. & princeps adden-
do, vel minuendo, vel aliquid immutando de
iuriſdictione ordinaria dicitur eam alterare,
& delegatam facere, c. licet in corrigendis, de
offic. ordinar. Surd. conſ. 38. & conſ. 35. late
Propoſit. loco citato concl. 37. Contrariam
opinionem tenet Calderin. conſ. 11. de feudis
vbi conſiderat quod interdum mutatur for-
ma ſubſtantialis actus, interdum ſeruata for-
ma ſubſtantialis fit alteratio qualitatis, vel
accidentis, vel ad illam fit additio. primo caſu
non valet, quod agitur. 12. q. 2. c. ſine exce-
ptione, 1. q. 1. c. detrahenda, Baptiſmo cap. 1.
ſed quando accidentalia omittuntur, vel ſer-
uata forma ſubſtantiali aliquid agitur dum-
modo non fit contra ſubſtantiā actus non vi-
tiatur, de conſecr. diſt. 4. c. ſi non ſanctificatur:
& proinde poteſt Epiſcopus conditiones ap-
ponere, dummodo non ſint cōtra ſubſtantia-
lem formam inueſtituræ feudi: nam propter
diuerſas conſuetudines locorum, & propter
diuerſa pacta & conuentiones, certa forma in
illis non eſt tradita, ſed ſtatur regulę quæ ha-
bet quod contractus ex conuentione legem
accipiunt, l. cōtractus. ff. regul. iuris. l. 1. ff. de-
poſit. & Calderin. ſequitur Dec. in auth. qui
rem. C. de ſacroſan. Eccl. Zaſ. conſ. 17. n. 17.
Natta conſ. 467. n. 20. & 25. Corbor. de ca-
duc. ob non ſolut. cation. ampl. 12. n. 13. Ma-
gon. deciſ. Lucan. 14. n. 30. & 39. vbi adden-
tes, Duen. in reg. 223. limitat. 2. Burſat. conſ.
356. n. 17. in fin. & conſ. 127. n. 125. latiſſime
Riminal. conſ. 32. n. 24. diffuſe Carol. Barde-
lonus conſ. 26. vbi multa tradit ad compro-
bationem opinionis Calderin. ad formam
feudum ſolitum concedi vni, poſſe concedi
pluribus inſolidum, nec dicitur à Prælato al-
terari formam. Quid igitur dicendum in hac
quæſtione, pro reſolutione conſidero, quod
iſta opinio Calderini vno reſpectu videtur
vera, ſed altero reſpectu non videtur vera
ſi enim agitur de alteratione accidentium, &
qualitatum, non ſubſtantialium, non eſt du-
bium, quod verum dicat Calderin. vt non
mutetur ſubſtantia actus; ſi vèro agitur de
præiudicio Eccleſiæ, & clarum eſt, quod ex
qualitatibus, & accidentibus poteſt illi afferri
præiudicium, ſicut habetur in dicto c. 1. de l.
Coradi. Canones enim generaliter prohibent
Prælatis, ne Eccleſijs præiudicent c. cum ve- 1
nerabilis, de except. Quinimmò res Eccleſiæ
concedi ſolitas infeudum, vel emphyteuſin
mandant concedi ſtante euidenti vtilitate
Eccleſiæ, & non alias c. 1. de feudis. extrauag.
ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien. Ergo
neceſſario ſequitur quod qualitas etiam non
ſubſtantialis afferens præiudicium Eccleſiæ
imponi à Prælato non poteſt, & ſi imponatur
reijcitur, ſi commodè ſeparari poteſt iuxta 2
veriorem, & communem opinionem, de qua
teſtatur Curt. loco citato ſequitur etiā quod
ſi qualitas addita continet euidentem vtilita-
tem Eccleſiæ poteſt apponi ex illa vera con-
cluſione, quod contractus alienationis licet
ſit nullus ex defectu ſolemnitatis, modo alias
ſit Eccleſiæ vtilis, poteſt Eccleſia illum ap-
probare, & ratificare, & non receditur ab eo,
niſi volente Eccleſia, Abb. in c. cauſam quæ 3
el ſecondo, de re iudic. Zaſ. in l. non eo minus.
C. de procuratoribus, & in l. cum ſit. §. eam
tranſactionem. ff. de tranſaction. Rota Roma-
na deciſ. 256. Card. Seraph. Put. deciſ. 3. & 4.
de exceptionibus, tantò magis id poteſt pro-
cedere in qualitatibus, & accidētibus adiun-
ctis. Poſtea reperi Scrader. idem tenentem
de feudis par. 4. c. 2. n. 22. ibi, niſi forſan, nec
pacta noua, vel mutatio inueſtituræ vtilita-
tem Eccleſiæ reſpiciant. Cauendum eſt igitur
ab opinione Calderini ſimpliciter intellecta
nam poſſet eſſe præiudicialis Eccleſijs, & me-
rito eius opinionem nouam fantaſiam appel-
lat Card. Alex. in c. 1. qui feudum dare poſ-
ſunt. Eſt igitur vera prima, & communis opi-
nio, quod alteratio formæ non debet fieri in
præiudicium Eccleſiæ. An autem poſſit al-
terari

terati forma ob benemerita diximus in quæſtione præcedenti. Alias limitationes ad hanc communem concluſionem vide vt per Curt. Scrader. Roſent. & alios in loc. citat.

S V M M A R I V M.

1 *Monialis, quando ſuccedat in feudo.*
2 *Habilitatus ad aliquid vigore legis poſterioris corrigentis priorem, non dicitur diſpenſatus.*
3 *Diſpenſatio extenditur ex identitate rationis, quando ratio eſt expreſſa in ea.*
4 *Diſpenſatio extenditur ad conſecutiuum neceſſarium.*

QVÆSTIO 19.
De moniali, an ſuccedat in feudo.

1 AN fœmina habilitata ad feudum ex conſtitutione Regni, vt de ſucceſſionibus deficientibus maſculis cenſeatur habilitata, ſi fiat monialis, ita quod feudum tranſeat in monaſterium ſi eſt capax. Afflict. in deciſ. 20. tenet quod non. ea ratione, quod ſi ſoror habet diſpenſationẽ, vt ſuccedat frater, & per conſequens, quod ſeruiat per ſubſtitutum, non tamen habet diſpenſationem, vt ſi ſit fœmina, & monialis ſuccedat, quia diſpenſatio ſuper vno defectu non extenditur ad alium. alleg. Bal. in l. eam quã. C. de fideicomm. Oldrad. conſ. 147. Ludouic. in l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matrim. c. poſtulatis, de reſcript. & quia fœmina non ſuccedit de iure communi feudorũ, ſed per diſpenſationem iuris ſpecialis regni: nam diſpenſatio dicitur, quando quis admittitur per principem ad ſucceſſionem, vbi de iure communi excluditur, vt dicit Specul. in tit. de diſpenſat. & probat. 2. q. 3. §. 2. & ideo ſoror monialis non ſuccedat, quia non eſt diſpenſata, niſi vt ſoror laica ſuccedat, & tunc ſeruiet per ſubſtitutum, ſed ſi eſt monialis, non eſt aliqua conſtitutio, vel capitulũ regni, per quod admittatur, & quæ de gratia eſt admiſſa ad vnũ non eſt admiſſa ad alterum, int. Andr. in c. 1. §. donare qualiter olim feudum alienari poterit. non obſtat dicit ipſe conſ. Alex. 10. vol. 1. vbi voluit, quod ſi eſt habilitata fœmina ad ſeruiendum per ſubſtitutum ergo, & monaſterium ſuccedens ex eius perſona, quia Alex. loquitur in feudo, quod tenetur ab Eccleſia;

2 vel ab Epiſcopo nomine Eccleſiæ, & Epiſcopos, vel Eccleſia recepit iuramentum ab illa fœmina, quæ ſuccedebat, & poſtea fuit facta monialis, quod tunc monaſterium ſeruiet per ſubſtitutum, quia ibi fœmina non ſuccedebat virtute diſpenſationis ſuperioris alicuius, qui non poteſt diſpenſare contra ius feudorũ, ſed ſuccedebat virtute pacti cõtenti in inueſtitura Prælati Eccleſiæ, & feudũ à principio erat Eccleſiaſticum, & Eccleſia ſeruit per ſubſtitutum, & per conſequens habet cauſam ab ipſa Eccleſia, quia à primordio tituli l. 1. C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 10. non mirum ſi tranſit, etiam in monaſterium, ſecus in feudo quaternato, quod nunquam fuit conceſſum Eccleſiæ, ſed laico militi cum iuramento fidelitatis ligij, & cum præſtatione ſeruitij militaris, & hæc Afflict. ſequitur Caſſan. in tit. des feudes. §. 5. limit. 3. Goffred. in paraphraſ. c. ſi clericus. ſi de feud. defunct. contra Afflict. tenent Capic. deciſ. 10. & 31. Vrſill. addit. ad Afflict. in d. deciſ. 320. Minado. in conſtit. Regn. in aliquibus. §. 1. n. 58. Piſtor. q. 33. lib. 20. n. 28. Et pro hac opinione facit, quod conſtitutiones regni faciunt ius in regno, vt dicit Andr. in c. 20. de eo, qui ſibi, & hæredibus, & ſic venit vocata à l. non per viam diſpenſationis, ſed in vigore legis nouæ corrigentis anteriorem, probatur in l. meminimus. C. de leg. hæredib. vbi eſt ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, nec dicitur diſpenſatio: item ſublatæ ſunt pœnæ ſecundo nubentium, cap. fin. de ſecundis nuptijs. nec per hoc vidna dicitur diſpenſata, vt nubat. alind enim eſt ius corrigere, vel conſuetudinem tolli per legem nouam, aliud eſt habilitare perſonam tollendo ius, aliud remanente iure in ſuo eſſe, tunc enim dicitur diſpenſatio, vt notat per DD. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. in c. 1. & 2. de filijs presbyterorum, vt latius per Minado. & quod non dicatur diſpenſata tradit etiam Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 49. qui affert duas alias rationes. nam poſito, quod eſſet diſpenſatio eſſet gratioſa diſpenſatio, quæ latiſſime debet interpretari, & extenditur de caſu ad caſum ex Abb. & Dec. in d. §. de adulterijs, & in c. ad aures. de reſcript. Gemin. c. 1. & 2. de fil. presb. in 6. ſecundo quia ratio eſt expreſſa in conſtitutione ne videamur accuſatores; & vbi ratio eſt expreſſa, diſpenſatio ex identitate rationis comprehendit caſum non expreſſum, & non eſt extenſio, ſed ex propria intelligentia, qui reſultat ab expreſſa ratione. Dec.

in d.

in d. §. de adulter. Bald.in auth. poſt fratres. C.de legit.hæred. Alex.in l.cum mulier.ff.ſolut. matr. quæ ratio æque ſubſiſtit in laica ſicut in moniali, ne plus habeat vita coniugalis quam cælibatus, & caſtitatis. Et ex his remanet firma concluſio DD.quod quando ſeruitium poteſt fieri per ſubſtitutum admittitur monaſterium ad commoditates vita monialis durante. Cyn.Salic.Iaſ.in authen.ingreſſi. C.de ſacroſan.Eccl.DD. communiter in c.in præſentia.de probat. Alex.conſ.10.volum.5. Curt. de feud. par. 3. q. 10. & tenendo hanc opinionem vltra adducta per Minado. conſidero, quod iſta ſi eſſet diſpenſatio extenderetur ad conſecutiuum neceſſarium Gloſ. &
4 Abb.in c.quia in tantum. de præben.Hoſtien. in c.cum in cunctis de electione,quare ſi illud ſuper quo diſpenſatur erat ſolum cauſa,quod non veniebat conſecutiuum, remoto impedimento per diſpenſationem venit ex ſe. hinc dicit Felin. in d.c. poſtulaſti, quod ſi quis diſpenſatur,vt poſſit promoueri ad ſacros ordines ante tẽpus,de quo in Clem.2.de ætate & qualitate poterit dare vocẽ in capitulo, quia non excluditur à voce niſi propter defectum ordinis, item ſi diſpenſetur cũ Epiſcopo prorogando tempus ſuæ conſecrationis poterit retinere beneficia, ex quo negligentia conſecrandi eſt cauſa vacationis beneficiorum ergo facta prorogatione remota cauſa remouetur effectus conſecutiuus. Ant.Abb.in d.cap. cum incunctis, §. cum vero : pulcre Cardin. Gambar. qui alia exempla adducit in tract. de poteſt.legat.lib.10.n.247.& ſeq.cum igitur monaſterium non ſuccederet ex quo non poteſt deſeruire per ſubſtitutum, habilitata fœmina ſuccedet, cum illa poſſit ſeruire per ſubſtitutum. Andr. de Iſern.in §. quod clericus ſi de feudo defuncti, & in alijs locis. Verior igitur eſt opinio contra Afflict.

SVMMARIVM.

1 *Milites Hieroſolymitani an ſuccedant in feudis, ardua quæſtio.*

2 *Milites Hieroſolymitani poſſunt acquirere bona,& iuriſdictiones eorum vita durante.*

3 *Milites Hieroſolymitani, quomodo ſeruent paupertatem.*

QVÆSTIO 20.

De milite, ſeu equite Hieroſolymitano, an admittatur ad feudorum ſucceſſionem.

1 QVAESTIO, & ardua, & variè deciſa, an milites, ſeu equites Hieroſolymitani admittantur ad feudorum ſucceſſionem.negariuam opinionem tenet Bald. in conſ.170. lib.2.Andr.noſter de Iſern.in cap.1.§.qui clericus, ſi de feudo defuncti fuer. controuer. Brun. conſ.17. Crauett. conſ.303. Rub.conſ. 80. Caſſan.in conſuetud. Burgun.r.des fieds. §.5. n.18. Oſaſc. qui multos alios citat deciſ. 27. & nonnulli relati à Caſpar. Ant.Theſaur. lib.1. quæſt. forenſ. q.18. & ipſe etiam arbitratur hanc opinionem eſſe veriorẽ Menoch. conſ.254. n.14. Marin.de feud.lib.5.tit.2.de feud.ex pact.& prouident.n.141. Vincen. de Anna ſing.297, & ibi Fab. de Ann. eius filius Camill.de Curt.in diuerſor.iuris feudalis.col. 3. n.12. qui teſtatur ita fuiſſe iudicatũ Neap. in Regia Camera ſummarie, vt tales milites ſint capaces ſucceſſionis, ſed non inueſtiturae, 2
idem tenet, & teſtatur etiam de deciſione regiæ cameræ ſummariæ Io.Franc. de Ponte in tract. de poteſt. proreg. de aſſenſibus regijs, §.4.pro hac opinione facit,quod prædicti milites, ſint vere religioſi, qui emittunt tria vota obediẽtiæ, caſtitatis, & paupertatis,vt apparet ex eorum conſtitutionibus, & clarum eſt religioſos excludi à ſucceſſione feudorum maxime propter votum paupertatis, ſecundo quia in eorum inſtitutionibus, vt conſiderat Oſaſc. in tit.12. de inhibitionibus, & pœnis, cap.25.prohibetur alicui dictorum fratrum Omagio confederatione aut mandato alicui perſonæ ſe aſtringere ſine ſuperioris licentia, & in cap.28. inhibetur fratribus ordinis ne ſeſe implicent bellis, & gentibus armorum Chriſtianorum ad inuicem,ſunt enim iſti milites deputati ad pugnandũ contra infideles pro defenſione fidei Catholicæ. ex quibus ſequitur quod non poſſunt præſtare iuramentũ fidelitatis quod debetur à vaſſallis, vt in tit. de nou. form.fidelit. & cum debeant militare pro fide Catholica non poſſunt duplici militia gaudere l.final.C.de aſſeſſoribus.col.5. C. qui militare non poſſunt.lib.12. Contrariam opinionem, quod dicti milites ſuccedant in feudis tenent Bald. Aluar.Præpoſ. Laudent,& Afflict.in tit. de vaſſallo milite,qui arma bellica depoſuit Barbat.in rubr. de feud.num.3. Curr. de feud.2.membr.3. par. principalis.n. 49. Neuizan. late conſ. 30. Natt. conſ. 154. Gaſpar.Ant. loco citato dicit ſe inclinare in partem negatiuam. Nihilominus pro affirmatiua

matiua in fauorem Cõmendatarij Hieroſoly-
mitani fuiſſe in ſenatu Pedemontano deci-
ſum, & excluſos agnatos, dicit etiam ex con-
ſuetudine in illa patria dictos milites eorũ vi-
ta durante admitti ad feudorũ ſucceſſionem:
dicit etiam quod ille Cõmendatarius, qui fuit
admiſſus excluſis agnatis forte non fuiſſet ad-
miſſus, ſi habuiſſet fratres, vel alios in pari
gradu propter renunciationes, quas ſolent fa-
cere iſti equites. Roſent. de feud. c.7. q.30. ſe-
quitur hanc affirmatiuam opinionem. Piſtor.
q.33. lib.2. n.22. eandem opinionem ſequi-
tur, niſi forte conſtitutiones religionis obſta-
culo eſſent. Et hæc opinio mihi verior videtur
vt indifferentur dicti milites admittantur ad
feudorum ſucceſſionem, & pro hac opinione
facit, quia dicti milites non depoſuerunt arma
belli, neque mutauerunt ſtatum, imò in me-
lius commutarunt ſeruientes Deo in armata
militia contra infideles, & hæc eſt præci-
pua ratio tenentium hanc partem: dicitur
enim in c. 1. de vaſſallo milite, qui depoſuit
arma bell. ea ratione Eccleſiaſticos excludi,
quia miles Chriſti deſinit eſſe miles ſeculi,
quæ ratio ceſſat in peccatis, & ceſſat legis di-
ſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatr.
Facit quod dicti milites ſunt religioſi ſed lar-
go modo, ita quod in odioſis appellatione
religioſorum nõ veniunt niſi dicatur quicun-
que religioſus, vel cuiuſcunque ordinis. Abb.
notabiliter in rubr. de regular. ergo text. in
d. §. qui clericus excludens religioſos non
comprehendit hos milites. Tertio, quia vt re-
fert Oſaſc. loc. cit. in eorum inſtitutionibus in
2 c.2. de alienat. fratres Hieroſolymitani poſ-
ſunt acquirere bona, & iuriſdictionẽ ſine ma-
giſtri, & capituli licentia, & præſertim dum
vixerint, ſed Oſaſc. reſpondet, ex hoc non ſe-
qui neceſſario, quod poſſint ſuccedere in feu-
do, nam clerici, & plures alij religioſi, & ſa-
cerdotes, ac fœminæ poſſunt acquirere feuda,
& pro ſe retinere dum viuunt, & tamen non
ſuccedunt, nec retinent. Sed ſalua pace tanti
viri, hæc reſponſio non eſt vera quo ad reli-
gioſos, vt poſſint acquirere feuda, & retinere
eorum vita durante propter votum pauper-
tatis, quod eos prohibet. Quarto facit, quod
vt refert Roderic. 2. tom. quæſt. reg. q.71. art.
2. hæc religio habet communicationem Ce-
leſtinorum, & Congregationis S. Georgij de
Alga, qui licet ſint religioſi, ſunt capaces
feudorum. verum ſine licentia magni magi-
ſtri non poſſunt præſtare iuramentum fideli-
tatis. Quinto facit, quod licet prædicti emit-
tant votum paupertatis, tamen quo ad vſum,
3 & vſumfructum illam non ſeruant cum ſplen-
didis, ac ornatiſſimis veſtibus, domibuſque
vtantur id quod ab Eccleſia ratione militaris
diſciplinæ, pro fidei defenſione non prohibe-
tur. qua de re quo ad commoditatem ſaltem
non dicit eis negari feudi acquiſitio, & ſuc-
ceſſio, vt conſiderat Carol. Tapia in auth. in-
greſſi, in verbo ſua. 14. C. de ſacroſanct. Eccl.
Sexto facit, quod ſecundum magis commu-
nem opinionem, quando ſeruitiũ poteſt præ-
ſtari per ſubſtitutum, regularis acquirit feu-
dum monaſterio eius vita durante, quo ad
commoditates, & pariter quando ſeruitium
poteſt præſtari commodè, & honeſtè, per mo-
naſterium, vt ſi non ſit militare, ſed aſſociare
damnum ad aliquem locum, vel ſimile, vt per
omnes, in d. authent. ingreſſi, & in cap. dum
præſentia. de probat. tanto magis dicit ac-
quirere miles Hieroſolymitanus, qui poteſt
ſeruire cum armis per ſe ipſum, & ex cõſtitu-
tionibus ſui ordinis licet ei acquirere iuriſdi-
ctiones vita durante. Vltimo facit, quod hæc
opinio eſt fauorabilior Eccleſiæ, & ſanctæ fi-
dei, vt equites Hieroſolymitani habeant ne-
ceſſaria, & commoditates, vt liberius ac com-
modius vacent defenſioni ſanctæ fidei, ergo
eſt amplectanda. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. &
ſumptib. funerum. Non obſtat, quod non poſ-
ſuns præſtare Homagium ſine licentia magni
magiſtri, quia non ideo dicuntur incapaces,
nã quod fieri poteſt auctoritate ſuperioris, nõ
dicitur fieri non poſſe, iuſto impedimento.
Geminian. in cap. gratia. n.9. de reſcript. in 6.
vbi dicit, imò de iure fieri poſſe, quod per di-
ſpenſationem obtineri poteſt, & quilibet re-
gularis ſine licentia ſuperioris nihil poteſt cũ
nõ habeat, nec velle, nec nolle, & tamen non
ideò dicitur incapax multorũ quę poteſt cum
licentia ſuperioris, nam de eius licentia poteſt
adire hæreditatem, vt clarum eſt, & acquire-
re monaſterio poteſt eſſe iudex delegatus.
Card. in Clement. 2. de reſcript. Specul. de
delegat. §. 8. verſ. nunquid ergo monacho. po-
teſt tranſigere cũ auctoritate ſuperioris. Fel.
in cap. dilecto. de reſcript. & multa alia po-
teſt, & ideo dicitur incapax ex ſe, quia requi-
ritur auctoritas ſuperioris. Ad aliud motiuum
de voto paupertatis, iam patet reſponſum. Eſt
itaque verior, æquior, & fauorabilior hæc
poſterior opinio, quod eorum vita durante
poſſunt acquirere feuda, & admitti ad eorum
ſucceſſionem, & præſtare homagium de licen-
tia ſuperioris.

SVMMARIVM.

1 *Eeeleſia an ſoluat releuium, quando ſuccedit nouus Prælatus in feudo.*

2 *Præſcriptio an proeedat eontra Eeeleſiam, ſi intra annos 40. vnus tantũ Prælatus vixit.*

3 *Eecleſia ſoluit releuium, quando ex pacto fuit impoſitum in infeudatione.*

4 *Eecleſia an acquirat quaſi poſſeſsionem non ſoluendi releuium ſi Prælatus immediatus non ſoluit, ſed alij ſoluerunt.*

5 *Officialis negligentia, an ſit eauſa, quod dominus amittat quaſi poſſeſsionem.*

6 *Conſuetudo vicinarum Eccleſiarum, & terrarum an extendatur extra locum in quo viget.*

QVÆSTIO 21.

De Eccleſia, an ſoluat releuium, quando ſuccedit nouus Prælatus.

1 QVAERITVR an Prælatus no-
uus habens feudum nomine ſuę
Eccleſiæ à rege debeat ſoluere
releuium, quod eſt ſolutio fru-
ctuũ vnius anni in regno, quan-
do moritur feudatarius, ſeu dominus vtilis, &
hæres petit confirmationem, vt per Andr. in
cap. 1. §. ſimiliter de l. Corrar. & videtur quod
debeat ſolui, nam Prælatus ratione feudi po-
teſt conueniri coram domino temporali, ſicut
laicus. c. verum. de for. compet. c. cæterum. de
de iudic. & ſic æquiparantur Eccleſiaſtici, &
laici, quo ad feudum. Andr. de Iſern. in loc.
cit. tenet contrarium, quia Prælatus non eſt
dominus rerum Eccleſiæ, ſed procurator, &
diſpenſator. c. 2. de donation. cap. caſellas. 10.
q. 2. ſed dominium rerũ, & feudi ſemper fuit,
& remanet apud Eccleſiã. l. iubemus. §. ſcien-
tes. C. de ſactoſan. Eccl. in quam tranſit etiam
ſine traditione. l. finali eodem, & Eccleſia
nunquam moritur, & quod datur Eccleſiæ,
datur Deo, qui eſt immortalis. c. 1. de alienat.
feud. l. 4. ff. ad l. iul. pecul. c. liberi. 11. q. 1. c. ſi
gratioſe. de reſcript. in 6. & ſic Prælatus in
feudo non ſuccedit tanquam dominus ſicut
laicus, ſed tanquam procurator, & non muta-
tur perſona vtilis domini, qui eſt Eccleſia, &
licet æquiparentur Eccleſiaſtici, & laici, ta-
men in odioſis non fit etxẽſio ad ſimile etiam
ſi militaret eadem ratio, ſicut in plauſtro de
vino, non trahetur ad plauſtrum de oleo, cum
conſuetudo ſit contta ius. iuxta notata per
gloſ. l. 1. C. quæ ſit. long. conſuet. item conſue-
tudo laicorum præiudicialis Eccleſiæ non at-
tenditur. c. 1. de conſ. Andr. de Iſern. & in d. c.
1. §. ſimiliter de capitulis. Corr. quem ſequi-
tur Afflict. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. fol. 317. n.
15. Franciſc. in præludijs feudorum n. . . . &
eſt communis, & recepta concluſio in regno
limitat Andr. quando fiſcus præſcripſiſſet
exactionem releuij contra Eccleſiam ſpatio
40. annorum iuxta c. de quarta. de præſcript.
& ſufficit ſi ſemel Prælatus ſoluiſſet, & vixiſ-
ſet 40. annis, nam eſſet præſcriptum iux. not.
per gloſ. & alios in c. cum Eccleſia Sutrina
de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis: quod ſi
Eccleſia ſemel tantum ſoluiſſet releuium, &
2 ille Prælatus, qui ſoluit non vixiſſet. 40. an-
nis, tum per iſtam ſolutionem acquiritur ſo-
lum ius in poſſeſſorio fiſco, ſed non in petito-
rio. cap. quærelam. de elect. qui tex. videtur
exigere multas ſolutiones, ſed idem ſi ſemel,
vt notatur in gl. & per Innoc. in d. c. cum Ec-
cleſia. facit l. ſeruitutes, quę in ſuperficie. ff. de
ſeruitut. vrbanorum prædiorum. Hoc autem
intelligit Andr. quãdo expreſſum eſſet, quod
releuia ſoluit, ſecus ſi ſoluiſſet cum proteſta-
tione. cap. Cumana. de elect. ita Andr. quem
ſequitur Afflict. loco citato. Secundo declarat
Affl. quando fuiſſet oppoſitum in prima in-
ueſtitura Eccleſiæ, quod deberet ſoluere re-
3 leuium; nam valet pactum poſitum in datio-
ne feudi, quamuis ſit contra naturam feudi,
ad notata in cap. 1. §. præterea, quid ſit inue-
ſtitura, & tũc ſolutio releuij habetur loco ſer-
uitij, & fiſcus iure ſuo recipit ſeruitium. arg.
ff. de aqua quotid. in l. 1. §. Ariſt. Tertio fallit
ſecundum Andr. niſi fiſcus probaret per re-
giſtra, quod Eccleſia ſoluit releuiũ, nam tunc
creditur regiſtris. l. cenſus. ff. de probat. §. co-
ges, in authent. de mandat. Princip. ſequitur
Affl. ſed ſi quis prædeceſſor non ſoluit, an
ideo Eccleſia erit in quaſi poſſeſſione nõ ſol-
uendi. Reſpondet Andr. quod ſi alij præde-
4 ceſſores ſoluerunt, & immediatus prædeceſ-
ſor non ſoluit, non propter hoc curia perdi-
dit quaſi poſſeſſionem ſuam, quæ ſine animo
non amittitur, ſed ſi ille prędeceſſor denegaſ-
ſet ſoluere poſtquam curia petiſſet ſibi ſolui,
tunc curia perdidiſſet quaſi poſſeſſionem
ſuam, & iam eſſet Eccleſia in quaſi poſſeſſio-
ne contrarij id eſt non ſoluendi, arg. l. fin. C.
de ſeruitut. poſt Innoc. in d. c. quærela, ſequi-
tur Affl. loco citato, ſi tamen Prælatus ſemel
ſoluiſſet in 40. annis, vel non ſoluiſſet præce-
dente

dente denegatione, quando Curia erat in
quaſi poſſeſſione,& vixiſſet Prelatus 40.annis
tum eſſet præſcriptum contra curiam, vt di-
ctum eſt.arg.ad not.in d.c.cum Eccleſia,ita
ſublimitat Andr.& ſequitur Affl.ſubdit etiam
quod ſi filius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi
5 ab Eccleſia,& demum officialis fiſci ex negli-
gentia non exegiſſet à prædeceſſore, non pro-
hibetur nouis officialis exigere à nouo Præ-
lato per l.in l.licitatio.§.penult.ff.de publici.
Idẽ Affl.vbi ſupra. Sed queritur an poſſit cu-
ria exigere à nouo Prælato releuium, à quo
6 nunquam fuit exactum ſub pretextu conſue-
tudinis vicinarum Eccleſiarũ,& videtur quod
ſic arg.c.ſuper eo. de cognat. ſpirit. & c. cum
olim.in gl.fin. de conſuet. & gl.in l. 2.C.de
reſcind. vend. in contrarium eſt veritas, quia
oneroſa, & ſolita præſtari contra ius, ſicut eſt
hoc releuium, quod non eſt conuentum, nec
promiſſum non extenduntur ad alias perſonas
nec ad alia negotia etiam ſimilia.cap.omnia.
diſt. 12.ff.de leg.l.quod vero 2. ſequitur Affl.
alijs comprobans non debere fieri hãc exten-
ſionem. Et regula eſt, quod cum conſuetudo
ſit ſtricti iuris eſt probanda in ſpecie in loco
de quo agitur cũ non extendatur. Alex.conſ.
68.n.19.lib.2.Dec.conſ.483.n.22.Rot.Rom.
deciſ.1159. Card.Seraph.dicit tamen Andr.
quod ſi omnes Eccleſiæ regni pro eorũ feudis
ſoluerent releuium, nec eſſet determinata
quantitas tunc circa quantitatẽ ſtaretur con-
ſuetudini Eccleſię vicinæ.c.ſuper eo.de cẽſib.
ſicut,& ſi canon ſtatueret aliquid,& illud ha-
beret multos intellectus ſtaretur intellectui
vicinarum Eccleſiarum,vt in c.ſuper eo. alias
conſuetudo vnius loci non ligat in alio ſic nec
lex municipalis in alio municipio. l.3. C. de
ædif.priuat.l.1.C.quæ ſi longa conſuet.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ſi legetur Eccleſiæ an debeatur æſti-
matio.*
2 *Aeſtimatio non ſoluitur, quando legatur ius
periturum morte teſtatoris, & quomodo in
telligatur infra.*
3 *Aeſtimatio non debetur vbi legata, quæ ſine
conſenſu Principis alienari non poteſt, & n.4.*
4 *Res legata, quando dicatur eſſe, vel non eſſe
in commercio hominum.*
5 *Res dotales, minorum fiſci res ſubiecta fidei-
commiſſis, vel Eccleſiæ, ſi legetur an debea-
tur æſtimatio.*
6 *Legata facta Eccleſiæ ſunt fauorabilia fauo-
re vltimæ voluntatis, & fauore animæ de-
functi recipientis refrigerium, & fauore
Eccleſiæ.*
7 *Feudum hæreditarium ob magnum æs alie-
num venditur, & fit executio ſuper eius
fructibus pro ære alieno.*

QVÆSTIO 21.
De feudo legato Eccleſiæ, an debeatur æſtimatio.

1 QVAESTIO admodum diffi-
cilis ſeſe offert variè à DD. de-
terminata, & diuerſimode in
tribunalibus deciſa, an ſi lege-
tur res feudalis Eccleſiæ debea-
tur æſtimatio,cum de feudo nec in pias cauſas
diſponi poſſit, iux.c.1.§. donare qualiter olim
feudum alienari poterat Bal.ibi tenet nec de-
beri æſtimationem,& in l.1.n.4. C.de ſacroſ.
Eccl. & hanc opinionem tam ſi legatum fiat
Eccleſiæ quã priuatæ perſonę ſequuntur Affl.
ibi Par.conſ.7.n.14.vol.1.Soc.Iun.conſ.41.n.
32.vol.2.Purpur.conſ.101.n.6.& de conſ.26.
Alber.d.c.1.Oldr.conſ.237.Aret.in l.apud Iu-
lianum.§.conſtat.ff.de leg.1.Alex.conſ.30.n.
14.vol.1.& conſ.19.n.11.vol.6.Iacobin.de S.
Georg.in inueſtitura feudali in illis verbis, &
cum pacto,quod de ipſo feudo.Ruin.conſ.55.
n.9.vol.1.Curt.de feud.in 4.p.penult.q.verſ.
retẽta.n.226.Natt.conſ.502.Rol.à Vall.conſ.
141.& 71.& 79.Camill.de Curt.in diuerſor.
iur.feudal.fol.52.& ſeq. vbi dicit ita fuiſſe de-
ciſum in Regia Camera ſummarię in cauſa il-
lorum de Suriano; idem tenet Fab. de Anna
conſ.87. Intrigl. de feud. cent.1. q.5. n.122.
2 Horum primum fundamentũ eſt, quod quan-
do legatur id quod poſt mortem legantis ex-
tinguitur eſt inutile legatum, etiam quo ad
ęſtimationem.l.vxor.vbi Bart.C.de legat.& l.
quod in rerũ §.1.& l.ſi domus.§.fi.ff.de leg.1.
& l.Sticho.de vſufructu legat.in quibus iuri-
bus dicit Bar.& alij,quod ſi quis reliquit fun-
dum, quem habebat in emphyteuſin,& illa
emphyteuſis extinguatur morte teſtatoris he-
res non tenetur redimere, nec præſtare æſti-
mationem, ſic videtur dicendum in feudo de
quo non licet teſtari, ſed poſt mortem tranſit
3 ad alios. Secundum fundamentum eſt, quod
ſi res legata alienari non poteſt ſine conſenſu
Principis dicitur non eſſe in hominum com-
mercio,quo caſu nec æſtimatio debetur. text.
clar. in d.l.apud Iulianũ in §. conſtat. vbi po-
nitur exemplum de hortis Saluſtianis, Cam-

po Martio, foro Romano. Eſt autem certum res feudales ſine conſenſu principis alienari non poſſe. l. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Feder. Tertiū fundamentum eſt Camilli de Curt.loc.cit.n.93.quod agitur de præiudicio domini, qui confidit in deſcentibus ex ſanguine primi inueſtiti, cuius fidem probatam habebat, vt debeant ſibi eſſe fideles, & propterea in feudo hæreditario, de quo ipſe loquitur, vltra qualitatem hærędirariam requiritur etiam qualitas ſanguinis, vnde contra voluntatem domini, nec directè, nec indirectè admitti debet ad feudum, quod directè omnes fatentur, quia dicunt, quod legatum in corpore non tenet, ſed Camill. addit, quod nec indirectè, quia ſi cogeretur ſoluere æſtimationem ſucceſſor legato feudo duorum alterum ſuccederet, vel quod eſſet obſtrictus dimittere feudum, vel illud de nouo emere contra voluntatem domini directè, & concedentis, quæ fuit, quod deſcendēs ex ſanguine habeat tanquam ſucceſſor fidelis ob ſperatam ab ipſo fidem. Præterea addit, quod ſi teſtator intellexiſſet de ęſtimatione, expreſſiſſet, & cum non expreſſerit credendū eſt conſulto omiſiſſe, quia ſi voluiſſet dixiſſet l. vnica. §. ſin autem. C. de caduc. toll. dicit etiā, quod prohibita commutatione, vel alienatione vna via, alia permitti non debet; ex regula iuris, quam ſi dicimus hunc ſucceſſorem in feudo eſſe obligatum ad præſtationem æſtimationis erit ſaltem obligatus actione perſonali, & cōpelli poterit, & ſic erit aperta via, vt alij ſint ſucceſſores in feudo non deſcendētes ex ſanguine non comprehenſi in inueſtitura; & reſpōdet Camill. de Cur. alijs deciſionibus alias per ſacrū Conſilium in contrarium factis, ponendo aliquas conſiderationes. Contrariam opinionem tenent Io. Fab. in §. non ſolū. inſt. de leg. Bal. ſibi cōtrarius in c.1. n.3. de ſucceſſ. feud. Curt. Iun. ſibi contrarius in conſ. 30. n. 1. noſter And. de Iſern. in c. 1. §. fin. de inueſtitura de re aliena facta, vbi inquit, feudū non eſſe rem talē, quod ſi euincatur non debeatur ęſtimatio, & reddit rationem, quia non eſt Cāpus Martius, forū, vel Baſilica. Camer. in d.c. Imperialem fol. 26. lit. c. vbi facit longam diſputationem, & concludit æſtimationem deberi Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. different. 12. qui teſtatur de communi, & ita refert fuiſſe deciſum in Regio Conſil. Neapol. Io. Ant. Lanar. conſ. 80. Io. Franc. de Pōte conſ. 88. & latiſſimè Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 12. & hanc opinionem veriorē cenſeo. Pro qua primo facit regula iuris, quod ſi legatur res aliena cogitur hæres redimere, vel præſtare æſtimationem. l. cum alienam. C. de legat. §. non ſolū inſtit. eod. quę regula pariter militat in feudo, quēadmodum in alijs rebus, cum feudum videatur extingui poſt mortē quo ad teſtatorem, ſed remanet in rerum natura penes alios, & propterea Bal. ſibi contrarius in d.c.1. de ſucceſſione feudi ponit in feudo diſtinctionem d.l. cum alienam, quod aut feudatarius legat feudum per errorem iuris credēs ſe poſſe legare, & tūc nihil debetur per l. Sticho. de vſufr. leg. aut legat ex certa ſcientia,
4 & valet legatum, vt debeatur æſtimatio. Secundo facit alia regula, quod res, quæ eſt in commercio hominum, ſi ſit aliena, & legetur debetur æſtimatio. dicitur autē eſſe in cōmercio, quādo id prouenit ex natura ipſius rei licet requiratur conſenſus, vel auctoritas alicuius. Bal. in l. 3. C. de iur. dot. vbi loquitur de re dotali. Decian. conſ. 41. n. 161. lib. 1. vbi dicit, quod res feudalis alienari non poſſit, non procedere ex natura rei, ſed ex pacto, & prouidētia domini concedentis. Idem pluribus probat Card. Mant. loc. cit. & ideo bene dicit And. de Iſern. quod feudum non eſt Campus Martius forum, vel Baſilica. Facit, quod res fiſci nō poteſt alienari ſine ſolemnitate. gl. ordin. in l. 1. C. de fid. inſtrum. de iure haſta fiſc. lib. 10. & tamen debetur æſtimatio Aret. Cuman. & alij in d. §. conſtat. Item facit cōmunis opinio DD. quā latè defendit Couar. in c. filius. de teſtam. quod ſi legetur res Eccleſiæ debetur æſtimatio de qua re ſuo loco tractabimus. Item res ſubiecta fideicommiſſo non poteſt alienari ſi-
5 ne rationabili cauſa, quam reſpiciat publicam vtilitatem, nec ex reſcripto principis. l. ſi teſtamentum. C. de teſtam. & tamen ſi legetur debetur æſtimatio. Bar. in l. cum pater. §. cum pater. per illum tex. ff. de leg. 2. & in l. vnū ex familia. §. ſed ſi fundum. eod. tit. Item ſi legētur res dotales, vel minorum. Bar. in d. §. conſtat, & dicit eſſe communem Bar. in l. dotalem. ff. de teſt. milit. Couar. in d.c. filius latè Card. Mant. d. lib. 9. tit. 10. n. 15. & 16. Tertio pro hac opinione facit, quod feudum ęquiparatur militiæ, vt tradit And. de Iſern. in c. 1. §. vaſſallo, de his, qui feudum dare poſſunt; ſed militia ſi legatur abſque dubio debet præſtari æſtimatio gloſ. communiter recepta, in l. multum intercesſ. ff. de verb. obligat. Eſt itaque hęc opinio verior, & ęquior, fauēs voluntati teſtatoris, & tanto magis, ſi ſit legatum factum Eccleſię propter fauorē Eccleſię, & pro-

& propter animæ recipientis refrigerium ex huiuſmodi legato; quare dicit Oſt. in ſumma. de immun.Eccl.§.ſed nec illa,quod ius,quod Eccleſiæ relinquitur maxime in vltimis voluntatibus eſt valde fauorabile, tum fauore vltimæ voluntatis l.1.C.de ſacroſan.Eccl.tum fauore animæ.13.q.2.animæ defunctorum,& C.de ſacroſ.Eccl. l.ſancimus,tum fauore Eccleſiæ, quæ eſt & habetur loco filij. c. in præſentia.de probat.Remanet,quod ad contraria reſpondeamus, & primo non obſtat tit. in l. vxor patrui.cum alijs, quòd non debetur æſtimatio rei,quæ extinguitur cum morte legantis; nã id procedit,quando teſtator hoc ignorauit, quod deberet extingui, nam ſi vixiſſet, fortè non legaſſet, ſecus, ſi ex certa ſcientia legaſſet,ita tradit Raph. Cuman.in d.c.qui in rerum.§.1.Imol.in l.vnum ex familia, & in l. cum pater. §. cum pater.de legat.2.Alex.in conſ.47.vol.3. Card.Mant. late d.lib.9.tit.1. n.19.& d.l.12.ſed in feudo proprio præſumitur ſcientia,iux. gl.in d.l.cum alienam. C.de legatis,& ratio eſt in prõptu ſecundũ Camer. quia aut ipſe acquiſiuit feudum de nouo, & ipſe cæpit,aut eſt antiquum, & poſt mortẽ alterius ipſe petijt inueſtituram, c.1. quo tempore miles, & c.1. per quos fieret inueſtit. factum ergo ſuum non præſumitur ignorate. l. magnam. C.de contrahen. & committen. ſtipul. maximè ſi eſſet feudum hæreditarium remanet in hęreditate poſt mortẽ illius,quę hęreditas repræſentat perſonã defuncti, ſed prima reſpõſio eſt clara.Nõ obſtat,quod ea,quę non poſſunt obtineri ſine Principis conſenſu, ſi legẽtur,nec debetur ęſtimatio,vt in d.§.cõſtat,quia tit. clare loquitur de rebus, quæ ſui natura non ſunt in commercio hoc eſt deprædijs Cæſaris, quæ in formam patrimonij ſunt redacta,ſub procuratore patrimonij, quorum commercium non eſſet, cum diſtrahi non ſoleant, at res feudales, quamuis ſine conſenſu Principis alienari non poſſunt,tamen non ſunt in formam patrimonij principis ſub procuratore patrimonij redacta,ſed ad vſum priuatorum hominum conceſſæ,quibus etiam vtile dominium ex principis liberalitate eſt acquiſitum,c.1.§.beneficium quib.ex cauſ.feudum amittatur. Nec obſtat,quod ſine cõſenſu principis, quia neceſſe eſt rem legatam non eſſe in commercio, vt non debeatur æſtimatio. Et conſenſus principis requiritur, quia ipſe ſibi retinet proprietatem, ſeu directum dominiũ, & vt iam diximus in d. § conſtat,ponitur exẽplum in campo Martio, foro Romano, & re ſacra,in quibus caſibus poteſt dici legatum magis deriſorium, quam vtile, quia nec animus dandi fuiſſe videtur. l.ſi domus.ff. de leg. 1. l. ſi fundus. ff. ad l. falcidiam. Non dicitur itaque feudum ex ſui natura eſſe citra commercium, ergo debetur æſtimatio. Non obſtant tertio adducta per Camill.de Curt.dum conſiderat pręiudicium domini, quo ad fidedelitatem deſcendentem ex ſanguine, quia eius ratio procederet, quando princeps nunquam fuiſſet ſolitus præſtare aſſenſum, ſed nos videmus, quod quotidie feuda venduntur, & Princeps eſt facilis ad præſtandum aſſenſum dummodo fiat alienatio in alium fidelem clare patet, quod debetur æſtimatio ex communi concluſione DD. in d. §. conſtat, quod non dicuntur impoſſibilia, quæ dependent auctoritate principis, quando ſolitus eſt cõcedere. Et ſi loquamur de feudo hæreditario videmus quod pro debitis ſoluendis di-
7 ſtrahitur feudum hæreditarium, vel executio ſuper fructibus;vt ſeruat conſiliũ Neap.quod quando debitum eſt magnum, & non poteſt breui tempore ſatisfieri, decernit feudum eſſe exponendum vernale, & regio aſſenſu prius obtento eſſe liberandum plus offerenti, vt pulcrè tradit Marin.Frecc.alios adducens de ſubfeudis.lib.3. differ.5. inter feudum ex pacto, & prouidentia,& feudum hæreditarium, alia adducta per Camill. quod prohibita vna via cenſeatur prohibitum alia, & quod ſi teſtator ſenſiſſet de ęſtimatione expreſſiſſet non obſtant, cum lex iam fauore vltimæ voluntatis mandauit intelligi æſtimationem legatam, quando res aliena legatur. lex igitur ſupplet, & declarat argum. l.cum auus. ff.de cond. & demonſtr. cum alijs, & prædicta mea concluſio præcedet in feudo tam hæreditario, quam ex pacto, & prouidentia cum non ſit ex ſui natura extra commercium, & ſecundum ius ciuile, ſed de iure canonico, an debeatur extimatio, vide infra q.

S V M M A R I V M.

1 *Imperator non poteſt legitimare ad feuda Eccleſiaſtica.*

2 *Epiſcopus tanquam directus dominus feudi Eccleſiaſtici, an poſſit conſentire legitimationi facta ab Imperatore ad feuda Eccleſiaſtica.*

3 *Legitimatus ſemper ad feuda, an cenſeatur legitimatus ad Eccleſiaſtica, & quando.*

4 *Bulla Pij V. de non infeudando illegitimos, quomodo procedit.*

QVÆSTIO 22.

De Epiſcopo, an poſſit conſentire legitimationi factæ ab Imperatore ad feuda Eccleſiaſtica.

1 NON eſt dubium, quod Imperator ad feuda Eccleſiaſtica legitimare non poteſt: Eccleſiaſticus enim ordo cõfuditur ſi vnicuique propria iuriſdictio non ſeruatur c. peruenit. 11. q. 1. Bald. conſ. 129. lib. 3. & 373. lib. 1. Aluarot. & Card. Alex. in cap. 1. §. naturales ſi de feudo defunct. fuerit controuer. Afflict. deciſ. 386. Signorol. de Homod. conſ. 218. Zaſ. in emph. feud. par. 8. num. 75. & 76. Ferret. conſ. 105. Dec. conſ. 83. lib. 2. Card. Mant. de tacit. & ambig. conu. lib. 23. fol. 12. n. 19. & nulli dubium de Romano Pontifice, vt eius legitimatio requiratur ad feuda Eccleſiaſtica; ſed an Epiſcopus tanquam dominus indirectus feud. Eccleſiaſtici conſentiendo legitimationi factæ ab Imperatore ad feuda Eccleſiaſtica, vel eam ratam habendo, efficiat, vt illa ſit valida, & ſortiatur effectum. Pariſ. conſ. 1. n. 153. & ſeq. coniuncto. num. 121. tenet, quod ex conſenſu Epiſcopi legitimatio erit valida, ſequitur Card. Mantic. loc. cit. n. 21. ſed videtur obſtare Bulla Pij V. de illegitimis ad feuda Eccleſiaſtica non admittendis ex ideo videtur neceſſaria diſpenſatio ſummi Pontificis. Notandum etiam, quod legitimatus ſimpliciter à ſummo Pontifice non cenſetur legitimatus ad feuda Eccleſiaſtica. Alex. conſ. 94. lib. 1. vol. 5. & conſ. 87. n. 3. lib. 1. Dec. conſ. 171. Card. Paleot. de notatis, & ſpurijs. c. 31. Rot. Rom. deciſ. 1321. Card. Seraph. vbi declarat, niſi Papa derogaſſet conſtitutioni Pij V. nam ex illa derogatione declaratur eius mẽs, quod intellexerit de feudis Eccleſiaſticis. Bald. in l. eam quam. n. 25. C. de fideicommiſſ. Cagnol. in l. 1. n. 32. ff. de reg. iur. fuit etiam dictum in Rota, vt ibi tradit Card. Seraph. quod Bulla Pij V. de non infeudandis illegitimis, emanaſſet fauore Cameræ Apoſtolicæ, & ideo non habere locum inter particulares, quando cum eo non agitur.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus Eccleſiæ, an poſſit ſubinfeudare ſine licentia Eccleſiæ.*

2 *Res Eccleſiæ etiam in caſibus à iure permiſſis non poſſunt alienari ſine beneplacito ſedis Apoſtolicæ.*

3 *Vaſſalli non ſubinfeudant in Regno Neapolitano.*

4 *Meliorari non dicitur, quod ſit contra voluntatem.*

5 *Eccleſia vaſſalla, an poſſit ſubinfeudare ſine licentia directi domini.*

QVAESTIO 23.

De obtinente feudum ab Eccleſia, an poſſit alium ſubinfeudare de illo feudo ſine conſenſu Eccleſiæ.

1 SCIENDVM, quod de iure communi feudorum, licet ſit prohibita alienatio feudi ſine conſenſu domini: non tamen eſt prohibita ſubinfeudatio, dummodo fiat ſincerè, & ſine fraude, & in hominem ſimilis conditionis, & qualitatis, & eum eiſdem pactis, & conditionibus, quibus ipſe vaſſallus tenebat feudum, ita declarat gl. magiſtra communiter à DD. recepta, in c. 1. §. præterea. de capit. Corradi, ſed difficultas eſt in feudo Eccleſiaſtico, nam Bald. ibi in d. §. præterea tenet non poſſe feudatarium infeudare, niſi de conſenſu Prælati, & hoc fauore Eccleſiarum, & quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari l. fi. C. de de auctor. præſtan. l. 1. ff. de aqua pluu. arcen. & vt omnis amputetur occaſio malignandi, l. Imperialem. §. calidis. de prohib. feud. alienat. per Feder. contra Bald. tenet Iacob. de Beluiſ. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. niſi eſſet feudum decimale, quia tunc vaſſallus Eccleſiæ non poteſt, per ea quæ notantur in c. prohibemus. de decim. ſequitur Aluarot. in d. §. præterea. Curt. de feud. in 4. par. princ. n. 83. quia iuxta communem concluſionẽ conſuetudines feudorum ligant Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, niſi contrarium ſit expreſſum de iure canonico, vt per omnes, in c. 1. qui feud. dar. poſſ. Eandem opinionẽ tenet Iac. de S. Georg. in inueſtit. feud. in ver. & cum pacto. de non alienando. n. 3. Iaſ. in c. 1. verſ. quarto fallit. de his, qui feud. dar. poſſ. Tit. in inueſt. in ver. infeudat etiam quilibet v. limita 4. Liparol. ad Andr. in d. c. 1. §. præterea. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 26. n. 8. Nihilominus ſequitur opinionem Bal. per extrauag.

trauag. ambitioſæ. de reb. Eccl. non alien. vbi prohibetur omnis alienatio, per quã dominiũ transfertur etiam in caſibus à iure permiſſis inconſulto Romano Pontifice, & in ſpecie infeudatio: eſt etiam clarum per ſubinfeudationem transferri vtile dominium. c. 1. §. fin. in quib. cauſ. feud. amittatur. Probatur in d. extrauag. ibi alienanti verò inconſulto Romano Pontifice, aut contra formam huius conſtitutionis; & ad verificationem alternatiuę ſufficit alteram partem adimpleri reg. in alternat. de reg. iur. in 6. vt ſingulariter tradit Nauar. de alienat. rer. Eccl. n. 13. & ita ſe habet praxis, vix enim alienantur ſolita inconſulto
2 Romano Pontifice. Rot. Rom. deciſ. 1451. Card. Seraph. & deciſ. 1490. vbi quod deficiente beneplacito ſedis Apoſtolicæ non dicitur ſolemnis diſpoſitio rei Eccleſiæ niſi eſſet ſolita concedi ratio eſt, quia in ſolitis non dicitur noua infeudatio, ſed potius continuatio, & executio præcedentis. Abb. Cardin. & communis, in cap. 2. de feud. Curt. de feud. par. 1. 4 q. princ. & ſic cum reperiatur expreſsè prohibita infeudatio, & tranſlatio dominij de iure canonico non eſt attendendũ ius feudorum in hoc caſu in feudo Eccleſiaſtico. Præterea adduco Andr. de Iſern. in d. §. præterea. in ſimili, & penè eadem quæſt. quærit enim an in Regno poſſit feudatarius dare in feudum, ſtante conſtitutione regni conſtitutionem diuæ memoriæ, quæ de feudis, & rebus feudalibus prohibet alienationem fieri, per quam imminuitur feudum, & videbatur ſecundum ipſum, quod ſi non minuitur ſit
3 permiſſa alienatio, & ſucceſſiuè infeudatio, arguendo à contrario ſenſu l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius, tamen determinat contrariũ, quia ibi prohibetur etiam permutatio, quæ intelligitur tam rei, quam perſonæ. Item quia prohibetur in ea omnis alienatio, & quod ad dominium feudi intelligitur diminui, quod etiam in melius commutatur cõtra ſuam vo-
4 luntatem, arg. l. fin. ff. de vſu, & habit. nam ſi contentus de tua perſona, quod ſis ſuus vaſſallus, non ſic eſt contentus de alio, etiam meliori dando. Hæc Andr. & in d. extrauag. prohibetur omne pactũ, per quod dominium transfertur, ſic etiam permutatio de perſona in perſonam ſicut cap. ſine exceptione. 12. q. 2. prohibetur etiam locatio vltra triennium, ne Eccleſiæ ius minuatur; & in ſpecie infeudatio: itaque non remanet amplius locus dubitandi, poſtquam etiam ſi caſus eſſet permiſſus à iure per d. extrauag. requiritur conſenſus ſummi Pontificis, vt dictum eſt. Sed an Eccleſia vaſſalla, quæ tenet feudum à laico poſſit infeudare ſine conſenſu directi domini; quemadmodum poteſt fieri in feudo ſeculari de iure communi, & dicendum eſt, quod ſic,
5 non enim in ea reperitur aliqua prohibitio, ita tenet Iac. de S. Georg. in inueſtit. de verb. in feudum. n. 40. allegans Iacob. de Beluiſ. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. ſequitur Lipareol. ad Andr. in d. c. 1. de capitulis Corradi, & apertè probatur in c. 1. de allod. ibi Bal. n. 15. dicit nota caſum, in quo Eccleſia poteſt infeudare regalia, quæ habet à Rege, vel Principe.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo infeudandi res Eccleſiæ per quot actus inducatur.*
2 *Differentia inter ius canonicum, & ius feudorum an ſit, ſuper conſuetudine infeudandi res Eccleſiæ.*
3 *Conſuetudo alienandi res Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli non valet, etiamſi eſſet immemorabilis.*
4 *Prælati appellatione in rebus agendi ſubintelligitur Capitulum.*
5 *Conſuetudo an poſſit diminuere ſolemnitates requiſitas in infeudatione rerum Eccleſiæ.*
6 *Res Eccleſiæ, quando dicatur ſolita concedi in feudum, vel in emphyteuſin, vt poſſit alienari abſque ſolemnitate.*
7 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur per curſum 30. annorum in alienatione rerum Eccleſiæ, etiamſi non renuncietur.*
8 *Beneplacitum Apoſtolicum licet præſumatur per curſum 30. annorum in alienatione rerum Eccleſiæ non tamen ad effectum, vt dicatur res ſolita concedi, niſi adſint alij actus conceſſionis.*

QVÆSTIO 24.

De conſuetudine infeudandi res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus per quot actus inducatur.

1 DICIT tex. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. poſſe Prælatos Eccleſiæ concedere in feudum bona Eccleſiaſtica, ſi ab antiquo conſueuerunt. hinc magna orta eſt altercatio inter DD. quando, & per quot actus inducatur iſta conſuetudo. Andr. de Iſern.

Iſem. in d. cap. 1. dicit eſſe differentiam inter ius feudorum, & ius canonicum, nam in c. 2. de feud. non fit mentio cõſuetudinis, ſed ſufficit Prælato inuenire, quos alias fuit datum feudum, & quod eſt ſibi apertum, nam dabit & ipſe, ſed in c. 1. qui feud. dar. poſſ. requiritur antiqua conſuetudo, quod eſt mirabile inquit Andr. quia ſic de iure canonico omnia bona Eccleſiæ dabuntur in feudum, cum vnus conceſſit, & quia non poterat dici feudum, quod non eſt legitimè datum l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. dicit etiam, quod ius feudorum eſt æquius, & vtilius Eccleſijs, vt tunc Prælati, & Rectores infeudent, quando conſueuerunt, dicit etiam conſuetudinem induci ſpatio 30. annorum. l. Imperatores. ff. de pollic. & ſufficit, quod bis, aut ter res data fuerit in feudum intra illud tempus. l. 3. C. de Epiſc. audient. non tamen inducitur ſi aliqui prædeceſſores conceſſerunt in feudum, & aliqui non. arg. l. mela. §. ſed & ſi alimenta. ff. de alim. & cib. legat. Poſtea dicit, quod iure canonico conſuetudo non præſcribitur niſi ſpatio 40. annorum, quod ius in cauſis Eccleſiarum ſeruatur etiam in foro ſeculari, auth. clericos. C. de Epiſc. & Eccl. Eandem differẽtiam inter ius feudorum, & ius canonicum poſuit. Andr. in tit. de clerico, qui inueſtituram fecit, & in alijs locis allegatis per Liparul. ſuper d. c. 1. & reddit rationem, quia antiquitus maior inquiſitio fiebat, & diligentia ſuper alienatione rerum Eccleſiæ, quia poſſeſſiones earum erant tenues, hodie quia ſunt augumentatæ non tanta. Contra Andr. inſurgit Io. Franc. de Ponte in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. lect. 6. n. 37. & ſeq. dicens textum in d. c. 1. fuiſſe male ab Andr. intellectum, nam de iure canonico quilibet Prælatus ex iuſta cauſa cum conſenſu, & tractatu Capituli poteſt alienare res Eccleſiæ abſque aliqua conſuetudine. c. ſine exceptione. 12. q. 2. c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. DD. c. nuper. de his, quæ fiunt à Prælatis: vnde ad euitandam correctionem iurium tex. in d. cap. 1. debet intelligi de conſuetudine infeudandi abſque conſenſu capituli, nam poteſt Prælatus id præſcribere, allegat c. ea noſcitur de his, quæ fiunt à Prælatis. cap. 3. de conſuetud. in 6. ſequitur quòd text. in d. c. 2. de feudis non mereri allegari, nam in illo tex. non erat dubium, an conceſſio per prius facta eſſet valida, & an ſemel, vel pluries facta fuiſſet, ſed dubium erat de iuramento de non alienando incõſulto Romano Pontifice, & Papa reſp. quod feudum alias datum, & poſtea ad Eccleſiam reuerſum poteſt de nouo concedi non obſtante iuramento. dico etiam illum tex. loqui de feudo formato, & legitimè conſtituto ſecundum Præpoſit. in d. c. 1. & Curt. de feud. par. 1. 4. q. princ. & quod ſecundum omnes, quãdo feudum eſt legitimè conſtitutum non requiritur conſuetudo infeudandi dicetur nihil commune habere tex. in d. cap. 2. cum tex. in d. c. 1. & hunc intellectum ad cap. 1. eſſe Iacob. de Beluiſ. & Bal. ſi rectè aduertatur. Sed defendendo Andr. dico tex. in d. c. 1. non poſſe loqui de conſuetudine infeudandi abſque conſenſu Capituli, quia hæc conſuetudo improbatur à ſacris canonibus, tanquam irrationabilis, & præiudicialis Eccleſijs. cap. cum cauſam. de re iudic. & ideò quo ad hanc ſolemnitatem alienandi abſque conſenſu Capituli, nec conſuetudo immemorabilis valet, vt optimè tradit Felin. ibi n. 12. ex illa reg. quod quando conſuetudo eſt expreſsè reprobata tanquam irrationabilis & corruptela, nunquam valet, vt per DD. in c. fin. de conſuetud. & in ſpecie Imol. in Clem. 2. de reb. Eccl. tranſit cum gl. ibi in verbo conſentiẽte, ſimpliciter dicens, quod Prælatus non præſcribit poteſtatem alienandi ſine Capitulo, per tex. in d. c. cum cauſam. Prætetea appellatione Prælati venit Capitulum, & ſubintelligitur. cap. edoceri. de reſcript. ratio eſt ſecundum Dec. quia Prælatus eſt caput Capituli. c. nouit. de his, quæ fiunt à Prælatis, & venit corpus cum capite tex. notab. in d. c. ea agnoſcitur, ibi in præſentationibus Prælatorum intelligi debet, quod fiant de Collegiorum ſuorum aſſenſu, quinimò etiam ſi dicatur ſolus Epiſcopus non excluditur Capitulũ, ſed illa dictio ſolus excludit alios Prælatos. gl. ſing. in c. Epiſcopus diſtin. 29. & dicit Bal. in l. 1. C. de bonor. poſſ. quod ſi ſtatutum dicat quod ſolus Epiſcopus, quid faciat per hoc non excluditur Capitulum, quia per dictionem taxatiuam non excluditur id, quod eſt annexum. Euerard. in loco à natura diction. taxat. vnde tex. in c. 1. loquens de Prælatis, non excludit Capitula, niſi diceret Prælatus abſque Capitulo, vel alio modo exprimatur, iuxta tex. in d. c. 3. de conſuet. in 6. Non obſtat, quod de iure quilibet Prælatus abſque conſuetudine cum Capitulo poteſt alienare bona Eccleſiæ, nam tempore compilationis feudorum Prælati omnes præſtabant iuramentum de non alienando, iux. d. c. 2. & c. fin. de Eccl. ædif. & liber. feudorũ fuit compilatus auctoritate Feder. 2.

Impe-

Imperatoris, vt habetur in vita Feder. & tradit Card. Zabar. in d. c.2. qui Federicus fuit tempore Innoc. III. conditoris d. cap.2. Eſt etiam aduertendum, quod iura allegata in c.3. de cenſ. in 6. non loquuntur in ſpecie de præſcriptione alienandi bona Eccleſię abſque conſenſu Capituli, ſed tex. in c.3. loquitur de præſcriptione inquirendi; & puniendi ſubditos abſque conſenſu Capituli,& tex. in c. ex noſcitur,loquitur de pręſcriptione præſentandi ad beneficia abſque Capitulo, ſed præſcriptio alienandi abſque Capitulo eſt expreſsè damnata,ergo non videtur malè dixiſſe And. quo ad hoc caput,vt tex.in d.c.1.loquatur de conſuetudine infeudandi ſimpliciter quo ad Prælatos, & non quo ad Capitula: quò verò ad aliud caput, quod tex. in d. c.2. procedat in infeudatione ſemel facta à prædeceſſore, intelligatur etiam de non legitimè facta, videtur loqui Andr. conſiderata ſimpliciter littera,vnde non eſt ita acriter arguendus. Eſt verum quod hodie per extrauag. ambitioſæ de reb. Eccl. eſt ſpecialiter expreſſum conſuetudinem concedendi debere eſſe antiquam, ibi ab antiquo concedi ſolitis. Deueniamus ad aliorum opiniones. Iac.de Beluiſ.in d.c.1. qui feud. dar. poſſ. requirit duos actus intra tempus 40. annorum. per tex.in d.l.3. C.de Epiſc.audient.etenim conſuetudo dicitur frequēs,& cōtinua aſſuetudo.l.1.c.quæſit.long. conſuer. & frequenter dicitur fieri, quod bis fit. §. pen. auth. de defenſ. ciuit. Idem tenet Alex.conſ.5.vol.5.Card.Alex.in d.c.1.Aliorum opinio eſt, quod ſi præceſſit vnica infeudatio cum ſolemnitate,dicatur res ſolita concedi, & poſſit de nouo infeudari abſque ſolemnitate ex Bart.in l.1.C.de impon.lucr.deſcrip.qui tex.ſolet allegari,quod à primordio tituli poſterior formatur euentus, vbi dicit Bart. quod res Eccleſiæ ſemel emphyteutica ſemper durat emphyteutica, & per tex. in l. pater.§.is. ff. de legat.3. vbi res alienari prohibita ſemel effecta alienabilis ſemper durat talis, & quia in ſolitis infeudari nō dicitur noua infeudatio, ſed potius continuatio præcedentis,quia à principio videtur conuentum, vt de cætero poſſit alienati, vt dicit Paul.de Eleaz. in Clem. 1. de reſcript. Curt. de feud. par.1.4.q.princ. ſequitur hanc opinionem, quod ſufficit vnica alienatio, ſeu infeudatio ſolemniter facta, ſed quando eſt facta abſque ſolemnitate requirit tempus immemorabile ex communi opinione Canoniſtarum, quod conſuetudo non poteſt dimiquere ſolemnitates requiſitas à Canone in alienatione rei Eccleſiæ.per tex.cum gl.in d.c.cum cauſam,vbi Panormitan & alij. niſi conſuetudo eſſet immemorabilis ex Card.Zabar.in Clem.2. q.8. de reb.Eccl.nec placet Curtio quædam limitatio DD. quam ponit Fel. In d.cap.cum cauſam, quod conſuetudo poſſit diminuere ſolemnitates in feudis rerum Eccleſiæ, vel conceſſione in emphyteuſim, quam etiam ſequitur Card. Mant.de tacit. & ambig.lib.22.tit.7.n.16. cum transferatur tantum vtile dominium, non directum, quia ipſe Curt. non videt rationem diuerſitatis. Alia fuit opinio, quam communem dicit Card. Mant. loc.cit. n.17.quod vnica tantum conceſſio facta cum ſolemnitate requiſita ſufficiat, ſi per 40. annos fuerit obſeruata. Gozadin. in conſ.16. & & conſ.23.n.5.Curt.Iun.conſ.19. Bero.conſ. 121.lib.1.& conſ.142. Rimin.Iun.conſ.426. num.14.Hieron.Gabr.conſ.82.lib.2.Cephal. conſ.525.n.23.Decian.conſ.124.n.8.lib.3.& hæc opinio placet Card. Mant. Alia eſt opinio,quam Rot.Rom. magnæ auctoritatis ſeruat, eſt vt ad hoc, vt res dicatur ſolita concedi in emphyteuſin,quod eſt idem, debeat pręcedere vnica conceſſio ſolemnis, & valida cum beneplacito ſedis Apoſtolicæ, vel adſint duæ conceſſiones non ſolemnes cū curſu 40. annorū. Ita tradit Card. Seraph.deciſ.1451. vbi dicit eſſe communem ſententiam. allegat Iaſ. conſ.155.n.2. Balb.de præſcript.1.par.2. par.prin.q.20.& alias deciſiones Rotæ. Quid dicendum in iudicando non videtur recedendum ab auctoritate Rotæ, quæ eſt magna maximè in negotijs Eccleſiaſticis,& probatur ex ſupradictis. Nihilominus opinio Andr. de Iſern. videtur etiam vera, vt ſufficiant 30. anni cum duobus actibus, quia aſſenſus ſummi Pontificis in alienatione, & infeudatione rei Eccleſiæ de nouo eſt omninò neceſſarius,vt in d.extrauag.ambitioſæ præſumitur interueniſſe per curſum 30.annorum etiam ſi non enuncietur,vt eleganter tradit Imol.poſt gl.in cap. peruenit.de empt.& vend. per illum tex. Fel. ſingulariter in c. Alberic. in fin.de teſtam. & hanc ſententiam perpetuò ſeruat Rot. Rom. vt tradit Card.Seraph.deciſ.1042. allegans alias deciſiones. eſt enim ſolemnitas, quæ ex curſu longi temporis præſumitur ad nor. in l. ſciendum. ff. de verb.oblig. Itaque duo actus cum curſu temporis trahunt ſecum præſumptionem, quod interuenerit vnica conceſſio ſolemnis. Non obſtat communis concluſio allegata à Curtio, quod conſuetudo non po-

teſt

teſt diminuere ſolemnitates requiſitas à Canone in alienatione rerum Eccleſiæ, nam reſpondetur aliud eſſe conſuetudine induci, vt non requiratur conſenſus Capituli, aliud eſſe, an ex curſu 30. annorum præſumatur interueniſſe in infeudatione præſuppoſita neceſſitate ipſius, nam hoc ſecundo caſu præſumitur, vt in ſpecie tradit Alex. conſ. 79. vol. 1. Gabr. de præſumpt. concl. 1. n. 3. verum non videtur recedendum ab opinione Rotæ cum conſuetudo afferat aliquod præiudicium Eccleſiæ ad c. de quarta. de præſcript. & ne inducantur plures præſumptiones. arg. l. 1. C. de dot. promiſſ. facit deciſio eiuſdem Rotæ, quod ſi adſit vna conceſſio cum curſu longi temporis, quamuis illa conceſſio ſit valida propter præſumptionem beneplaciti Apoſtolici, tamen ad effectum, vt cenſeatur ſolita concedi, non ſufficit iſta præſumptio, & ita pluries ſeruauit Rot. Rom. vt tradit Cardin. Seraph. deciſ. 1451. quod eſt notandum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, an poſſit à directo domino donari Eccleſiæ inuito vaſſallo.*

2 *Eccleſia non recipit ſibi donatum à directo domino cum damno vaſſalli.*

3 *Gratia liberam facultatem, & non iuris vinculum denotat.*

4 *Vaſſallus, qui tenetur defendere dominum in bello, conueniens eſt vt eius animam defendat.*

5 *Feudum, an poſſit donari Eccleſiæ à directo domino, quando adeſt prohibitio, ne alienetur.*

QVÆSTIO 25.
De feudo, an poſſit donari Eccleſiæ inuito vaſſallo.

1 VIDETVR diſtinguendum, quod aut loquimur in domino directo, aut in vaſſallo: primo caſu eſt tex. expreſſus, in c. 1. de allod. quod poſſit dominus directus donare Eccleſiæ, vel legare pro anima ſua feudum in præiudicium vaſſalli, ita quod vaſſallus non poterit retinere feudum niſi ex gratia Eccleſiæ, præterquam tanquam de nouo ab illa recipiat. & ibi gl. dicit: nota caſum, in quo vaſſallus amittit feudum ſine culpa. dicit etiam, quod iſto caſu tenebitur ei dominus ad intereſſe, vt vel ei preſtet æſtimationem, vel aliud feudum det eiuſdem qualitatis, & ſolemnitatis, tanquam ſi inueſtiuiſſet de re aliena, iux. c. 1. de inueſtir. de re aliena facta. Bal. etiam ibi dicit, tunc eſſe caſum mirabilem quod vaſſallus priuetur feudo propter factum domini ſine culpa ſua contra reg. vt in c. de feud. ſine culpa non amitten. ſed quod Eccleſia cultrix iuſtitiæ, quæ non pati-
2 tur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum à vaſſallo auferre non debet, quando dominus non dat æquale feudum, vel æſtimationem. arg. c. 1. de alien. feud. ſubdit Bal. quod vaſſallus, & dominus diſcrepant, quia dominus poteſt pro anima iudicare in præiudicium vaſſalli, ſed vaſſallus non poteſt relinquere ipſum feudum, nec de eo teſtari c. 1. de ſucc. feud. & ratio differentiæ eſt ſecundum ipſum, quia apud dominum reſidet plurimum iuris; facit ſecundum Præpoſ. quia recipit iuramentum fidelitatis, & non è contra. Idem tenet Iacob. de Belniſ. & Card. Alex. dicentes hoc eſſe inductum fauore, & priuilegio Eccleſiæ, quæ habet multa alia priuilegia, vt in tit. C. de ſacroſan. Eccl. nam alias non poſſet dominus feudum in alium transferre ſine voluntate vaſſallorum. c. 2. de l. Corrad. e. Imperial. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder. dicit etiam Bal. quod ille tex. poſuit ius ſingulare in feudis, ergo non debet extendi ad contractum emphyteuticū l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pupill. Eandem opinionem d. c. 1. de allod. vt poſſit dominus legare feudum Eccleſiæ, & donare in præiudicium vaſſalli, tenet & communem dicit Aluar. in d. c. 1. de allod. Iac. de S. Georg. de feud. in ver. qui quidem inueſtiti. n. 16. Capic. in inueſtit. in ver. diſparitas. Lipar. ad Andr. ſuper d. c. 1. Andr. verò noſter de Iſern. in d. c. 1. de allod. intelligit illum tex. alio modo ideſt quod dominus infeudauerat prius vaſſallo rem ſuam ſolum abuſiuè, ita quod nondum tradiderat poſſeſſionem, & ſic non fecerat veram inueſtituram, & poſt factum hanc inueſtituram abuſiuam eandem rem tráſtulit in Eccleſiam verè realiter transferendo poſſeſſionem quo caſu Eccleſia debet præferri ad notata in c. ſi facta. ſi de feud. fuer. controuer. Alio modo intelligit idem Andr. quod dominus primo donauerat, vel aliter transtulerat ius dictæ rei in Eccleſiam, quo caſu etiam ſine traditione intelligitur translatum verum dominium in ipſam Eccleſiam. l. fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. vnde non potuit poſtea infeudare in præiudicium

cium Eccleſiæ, & iſtæ duæ lecturæ ſunt verè notabiles in ſe, & ſequitur Affl. ibi, ſed vt dicit Aluar. non intendit recedere à communi opinione lectura, quod ille tex. determinat dominum poſſe priuare vaſſallum iure ſuo transferendo in Eccleſiam non feudalem, tanquam propriam, & liberam, niſi idem vaſſallus ex gratia illud feudum de nouo ab Eccleſia obtineat. Et hanc communem opinionem ego veram cenſeo ex littera tex. contra quam ire durum eſt, vt alias dixit Andr. in §. ſi clericus. ſi de feud. defunct. fuer. controuer. dicit enim tex. quod non poſſit retinere, niſi per gratiam Eccleſiæ. retentio enim præſupponit poſſeſſionem, vt videmus in interdicto retinendæ gratia, etiam præſupponit non deberi feudum de iuſtitia Eccleſiæ iuxta intellectus datos ab Andr. nam verbũ gratia liberam fa-
3 cultatem, & non iuris vinculum denotat. cap. gratioſæ. & c. gratiæ. de reſcript. in 6. Præterea cum dominus debeat ſoluere æſtimationem, vel dare aliud feudum æquale, vt relinquat illud Eccleſiæ pro anima ſua, idque poſſit fieri ex pacto, vt redimat in tali caſu, ergo potuit etiam fieri ex conſuetudine feudorum nam valet arg. de pacto ad conſuetudinem, vt quod poteſt fieri per pactum, poteſt etiam fieri per conſuetudinem vel legem, l. fin. vbi DD. C. de vſur. gl. in l. non ſolum. §. fin. in ver. hæredis. ff. de oper. nou. nunc. Euerard. in loco à pacto ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinem. videtur etiam conueniens, vt vaſſallus, qui tenetur defendere dominum in bello cum
4 periculo vitæ, defendat animam eius, recipiendo aliud feudum, vel æſtimationem, vt illud pro refrigerio eius animæ in Eccleſiam transferat. arg. l. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccl. Vera igitur eſt iſta concluſio in domino, ſecus in vaſſallo, quod pro anima ſua non poteſt legare Eccleſiæ, vel donare c. 1. §. donare, quo ali. feudum alienari poterat de quo latius Deo Duce ſuo loco dicemus, vbi de veritate. Concluſionem ſupra firmatam limitat Card. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 26.
5 quando adeſſet pactum expreſſum, quod dominus non poſſet feudum alienare, tunc dicit ipſe, nec poſſe in Eccleſiam. allegat Ambr. de Opizo in l. filiusfamilias. §. diui. n. 101. de legat. 1. & Ferdinand. Loac. ibid. 35. n. 85. nam quando prohibitio legis concurrit cum prohibitione hominis, extenditur vt habeat locum etiam in caſibus à iure permiſſis. §. ſanctiſſimas, in auth. de alien. & emphyt. gl. in cap. verum. de condit. appoſ. Alex. in d. §. diui. n. 1. Cephal. conſ. 264. n. 9. de qua limitatione, videtur dubitandum ex dicendis infra q.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum conceſſum clerico pro ſe & ſuis hæredibus, an tranſeat ad eius filios naturales.*

2 *Inueſtiri de feudo poteſt quilibet etiam ſeruus ſi domino placuerit.*

Q V Æ S T I O 26.

De feudo conceſſo clerico pro ſe & ſuis hæredibus, an tranſeat ad eius filios naturales.

1 QVAESTIO eſt notab. cum clericus non poſſit habere filios legitimos, & naturales, ſed tantum naturales, an ſi acceperit feudum pro ſe & ſuis hæredibus, eius filius naturalis ſuccedat in feudo, & veniat appellatione hæredum. Bal. in c. 1. §. naturalis. ſi de feud. fuer. controuer. tenet quod non, ſed quod appellatione hæredum venit frater ipſius clerici, & agnati, ex quo filios legitimos habere non poteſt. arg. ff. ad Trebell. l. hæredibus. §. fin. ſequitur ibi Prępoſ. Curt. de feud. in 4. par. fol. 30. col. 2. verſ. circa prædicta. Alex. in l. ſi quis poſthumos. ff. de liber. & poſth. Camerar. in l. Imperialẽ. de proh. feud. alien. per Fed. fol. 22. lit. B. vbi alios allegat, declarans, quod ſi Regi conſtiterit hunc clericum neminem habere, niſi filium naturalẽ ex eadem mente ille ſit hæres ex eodem Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. & Andr. Barbat. in c. nonnulli. de reſcript. n. 65. ſecus in caſu, in quo, vel fratrem, vel nepotem, aut patruum haberet, qui in feudo ſuccedere poſſent, vt verba, quæ poſſunt verificari in vno feudo nouo tales perſonæ ſuccedant cum appellatione hæredis, in materia feudali venit filius. c. 1. de alien. feud. verificentur in duobus ſpecialibus contra l. 1. C. de dot. promiſſ. Eandem opinionem, quod data ſcientia domini ſuccedat naturalis tenet Cardin. Alex. in d. §. naturalis. nam hoc operatur ſcientia domini. arg. l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tut. & quili-
2 bet poteſt inueſtiri etiam ſeruus, & quicunque ſi domino placet cap. 1. §. perſonam. per quos fiat inueſtitura, dicit probari in l. hæredib. §. ff. de Trebell.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium poſt prolem legitimè ſuſceptam, an ſuccedat in feudo.*

QVAESTIO 27.

De legitimato per ſubſequens matrimonium poſt prolem legitimè ſuſceptam, an ſuccedat in feudo.

1 MATERIA legitimationis per ſubſequens matrimoniũ eſt merè Eccleſiaſtica, propterea inſeram quæſtionem. Pone quod quis ſuſcepit filium ex concubina, & poſtea contrahit cum alia ex qua ſuſcepit prolem legitimam, tandem vxore mortua contrahit cum prima concubina, & ſic legitimatur proles, & filius ſuſceptus ex illa: quæritur modo, quis debeat ſuccedere in feudo, ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quod primogenitus ſuccedat. Io. Andr. in c. ſine culpa in Mercu. de reg. iur. in 6. tenet quod ſuccedat filius natus ex vxore, & eſt ratio, quia filio nato ex concubina deferebatur hæreditas, ſi legitimaretur, ſi ergo ante conditionem purificatam naſcitur alter filius legitimus, ille ſuccedit per c. quamuis. & cap. ſi pro parte. de præben. in 6. ſequitur Card. Alex. in c. naturalis. ſi de feud. defunct. fuer. controuer. allegat DD. in l. cum decem. ff. ſolut. matr. & Bal. in l. cum quis. C. de naturalibus liberis. & in l. neque in ſimili. C. de nupt. non enim intendit Eccleſia legitimare in damnum, & præiudicium iuris alteri quæſiti.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſſit remittere caducitatem in feudo Eccleſiaſtico ſtante pacto de non alienando.*

QVÆSTIO 28.

De Epiſcopo, quando non poſſit remittere caducitatem in feudo Eccleſiaſtico ſtante pacto de non alienando.

1 QVAERITVR ſi in conceſſione feudi Eccleſiaſtici fuerit expreſſum pactum de non alienando feudum tam per vaſſallum, quam per Prælatos: an ſtante hoc pacto poſſit Epiſcopus remittere caducitatem. DD. tenent, quod ex vi huius pacti Prælatus non poteſt illam remittere, nec concedere alienandi facultatem, nec alienationem factam confirmare, quia per tale pactum intelligitur acquiſitum ius Eccleſiæ, quod etiam cum conſenſu Epiſcopi, vel Prælati non poſſit feudum alienari; ergo cum per alienationem res ſit ad Eccleſiam deuoluta, hoc ius Eccleſiæ acquiſitum Epiſcopus remittere non poteſt, ita ſingulariter tradit Bero. conſ. 122. n. 8. 9. 10. lib. 1. refert, & ſequitur Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 26. limitant, ſi hoc pactum eſſet appoſitum in feudo ſeculari; non enim eſt dubium, quin Dominus poſſit fauori ſuo renunciare. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. cum hoc ad ius publicum non pertineat, ſed ad priuatam vtilitatem, & quando lex aliquid ſtatuit, quod principaliter reſpicit priuatam vtilitatem, intelligitur habere tacitam conditionem, niſi ij, quorum vtilitas agitur aliter velint. l. 1. §. & operis. ff. de oper. nou. nunciat. Raph. Cuman. conſ. 50. n. 3. Abb. q. 2. n. 12.

SVMMARIVM.

1 *Feudum Eccleſiaſticum an publicetur propter delictum vaſſalli.*

QVÆSTIO 29.

De feudo Eccleſiaſtico an publicetur propter delictum vaſſalli.

1 QVAERITVR ſi feudum Eccleſiaſticum ſit ſuſceptum pro ſe, & deſcendentibus cum pacto de non alienando, an propter delictum inueſtiti publicetur: dicendum quod non, ſed ad Eccleſiam reuertitur ita, vt neque commoditatem fiſcus poſſit percipere, donec feudatarius vixerit, ſi Eccleſia intra biennium contradicit. Et hæc concluſio eſt cõmunis, & vera ſi tale pactum de non alienando fuerit appoſitum in inueſtitura, quo caſu ceſſat diſpoſitio l. ſtatius florus. §. Cornelio felici. ff. de iur. fiſc. Ita tradit

Hier.

Digitized by Google

Hieron. Gabr.conſ.73. n. 30. & 31. lib.2. ſequitur Mant.de tacitis. lib.23. tit.37.

SVMMARIVM.

1 *Feudum Eccleſiaſticum an tranſeat ad deſcendentes vſque in infinitum.*
2 *Emphyteuſis Eccleſiæ tranſit vſque ad ſecundam generationem, ſed non feudum, & quæ ſit ratio.*

QVÆSTIO 30.
De Feudo Eccleſiaſtico an tranſeat ad deſcendentes vſque in infinitum.

1 QVAERITVR, an in feudo Eccleſiaſtico ſuccedant omnes deſcendentes vſque in infinitum, vel tantum vſque ad ſecundam, vel tertiam generationem. Bald. in Auth. defuncto.C.ad Tertullianũ.tenet, quod filius, & nepos tantum ſuccedunt, niſi aliud actum ſit.§.emphyteuſim. in Auth. de non alienan. In contrarium eſt veritas, quia de iure communi feudorum deſcendentes vſque in infinitum ſuccedunt. c.1. §.& quia. & §. hoc quoque. qui feud.dar.poſs.c.1.de natura ſucceſs. feud.c.1.§.beneficium. in quibus cauſis feud. amittatur.& clarum eſt conſuetudines feudorum habere locum etiam in perſonis Eccleſiaſticis, niſi contrarium reperiatur expreſſum de iure canonico, iuxta communem in c.1.de his qui feud. d.poſs. Non obſtat d. §. emphyteuſim. quia loquitur de emphyteuſi, de qua non valet argumentum ad feudum, quando in iure feudorum aliud eſt expreſſum. & in pluribus caſibus feudum ab emphyteuſi differt, vt tradit Iaſ.in l.1.col.13. C. de iur.emphyt. Euerard. loco de emphyteuſi ad feudum. & hanc opinionem tenet Pariſ. conſ. 5. n.30. lib.1.Card.Mant.de tacit.& ambig.lib. 23.tit.37.n.3.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, an habeat locum in feudo Eccleſiaſtico.*
2 *Feudum habere ius accreſcendi, vel iure ſucceſſionis multum intereſt.*
3 *Ius accreſcendi habet locum in feudo indiuiduo, & quando.*
4 *Eccleſia an debeat recipere æſtimationem partis feudi indiuidui, quando vnus ex inueſtitis mortuus eſt.*
5 *Eccleſia habens rem communem cum priuato, poteſt totam vendere.*
6 *Eccleſiæ fauore, ſolum cedit ædificio.*
7 *Commoditas recipit diuiſionem, licet feudum ſit indiuiduum.*

QVAESTIO 31.
De Feudo Eccleſiaſtico an in eo habeat locum ius accreſcendi.

1 MAGNA eſt quæſtio inter DD. an in feudis habeat locum ius accreſcendi, de quo latè per Iacob.de Belu.Affl.& alios in c.1. qui feud.da.poſs. & in l.ſi mihi, & Titio.de verb.obli.& latiſſimè tradit Card. Mant.de tac.& ambig.conu.lib.23.tit.38.vbi latè diſtinguit, & ponit varios caſus. idque ſcire multum refert, an portio deficiens acquiratur ex ſucceſſione, vel ex iure accreſcendi, nam ſucceſſio acquiritur ex voluntate, & facto eius qui acquirit. l. his poteſt. & l. neceſſarijs.ff.de acquir.hæred. Ius autem accreſcendi ipſo iure obuenit.gl.in l.vnica.C.quando non petentium partes.& ibi Salic. Goffred. conſ.15. Item qui ſuccedit in feudo intra annum, diem, & menſem, debet petere inueſtituram.c.1. quo tempore miles inueſtituram petere debet. cum alijs; ſed qui portionem conſequitur per ius accreſcendi, non tenetur ad id, nam ſufficit fidelitatem præſtitiſſe pro ſua portione. quia incrementum quod accreſcit, vna & eadem res intelligitur. l. inter ſocerum. §.cum inter.ff. de pact.dotalib. Andr. de Iſern.in c.1.§.ſed & plures.nu.6. per quos fiat inueſtitura.Goffred.d.conſ.15.Et vt omittamus cæteros caſus, in quibus habet locum ius accreſcendi in feudo; quos refert Mant. loc. cit. deueniamus ad vnum, in quo aliquid tangitur pertinens ad Eccleſiam. & hic eſt quando ſumus in feudo indiuiduo; tunc enim habet locum ius accreſcendi. Iac. de Belu. Andr.de Iſern. Bald. Aluar. Præpoſ.in c.1.de frat. de nouo benef.inueſtit. Bald. Salic. in d. l.vnica. C. quando non peten. part. Alex. in d. l.ſi mihi, & Titio.Curt.de feud.2. part. ſuper rubrica de feudo laicorum. nu. 80. Pariſ. conſ.6. lib.1. Feudum autem indiuiduum eſt feudum dignitatis.c.1.§.prærerea ducatus.de prohib. feud. alien. per Fed. Idem ſi eſſet dictũ, quod non poſſet diuidi in partes.Pariſ.loc. cit.Idẽ ſi dominus concedit aliqua bona in feu

Digitized by Google

dum,ita quod omnia cenſeantur vnum corpus Curt.et Pariſ. vbi ſup. Idem conſiſtit in vectigali.pedagio,vel iure piſtandi,ſecundum Bal. loc.cit. vel in ſtatua, ſecundum gl. cum declaratione Præpoſ.in d.c.1.de frat.arg. l. ſtatuæ. ff.de vſufruct. et in hoc feudo indiuiduo ſi ſit conceſſum duobus fratribus, mortuo vno,per ius non decreſcendi remanet penes fratrem ſuperſtitem, licet aliud ſit de iure communi. vt in d. c. 1. de fratrib. de nouo benef. et ita concludit Io. Andr.ad Specul. in rubrica de feudo,col.4.l.aquam.ff.quemadm. ſerui amit. In qua quæſt. videtur clarius diſtinguendum ex mente Iac.de Belu. Andr.de Iſern.Aluar.et Præpoſ.in d.c.1.de frat. de nouo, quod aut ex qualitate perſonarum, quibus conceſſum eſt feudum,apparet quod dominus conceſſit contemplatione mortui, et non ſuperuiuentis, vt quia ille erat ſtrenuus miles, qui ſeruierat in bello, et frater non ita aptus;vel ex tenore inueſtiturę declaratur,quod mortui contemplatione conceſſit, & tunc reuertitur totum ad dominũ,cum ſit indiuiſibile, et dominus præfertur, ſuperuiuenti, tamen dabit æſtimationem partis ſuper viuente. arg. l.1.C.de ſeruo communi manumiſs.aut apparet,quod fauore ſuperuiuẽtis,et ipſe præfertur domino eadem ratione. Aut ſumus in dubio,et tũc aut dominus habet maiorem partẽ feudi,et indiuiſibile, eſt,et poterit retinere totum feudũ, et ſoluere æſtimationem alterius portionis eius minoris. l.ſancimus.§.hæc autem.C.de donat.et è contra,ſi ſuperuiuens haberet maiorem partẽ pręfertur domino in toto,ſatisfaciẽdo ei de æſtimatione.et ita loquitur Iac.de Belu. ad fin.apparatus. Aut portiones ſũt ęquales,et tũc pręfertur vaſſallus domino,ſecundũ Iac, et Bald. ratione poſſeſſionis, quia poſſedit vaſſallus. arg.l.mulier.ff.qui pot.in pig.hab. et ſic vaſſallus retinebit totum feudum,et offeret æſtimationẽ portionis indiuiſibilis fratris præmortui domino.arg.l.cum filius.in princ.ff.de legat.1. cum ſim. Eſt autẽ ſciendũ, quod vaſſallus,qui ſoluit æſtimationẽ domino, pro illa portione quæ ſibi accreſcit,eã retinebit non iure feudi, ſed iure proprio,vt tradunt Aluar. Præpoſ.Pariſ.et Mant. loc.cit.arg. de feudo dato in vicẽ legis commiſſoriæ.c.1.et ff.de iur.dot. cum in feudo.Idẽ tenet Iac.de Belu.et Io.Andr.locis cit.limitat tamen Pariſ.in feudo Eccleſiaſtico, quia ſi Rector eccleſiæ reciperet illius partis æſtimationẽ, eccleſia perderet dominiũ directum,et omnis actus per quẽ dominiũ tráſfertur,dicitur alienatio.l.1.C.de fundo dot.et ſuc ceſſiue fieri nõ poteſt,nã alienatio rei Eccleſię ſine iuſta cauſa,et ſolẽnitate requiſita,eſt prohibita.c.nulli,et toto tit.de reb.eccl. nõ alien. et extrauag.ambitioſę.eod.tit. Tutius eſt ergo, quod Eccleſia illius partis æſtimationẽ nõ accipiat, ſed permittat vt vaſſallus qui ſupereſt, integrũ feudũ ex iure accreſcẽdi, vel iure non decreſcendi poſſideat, et ipſa dominiũ directũ totius feudi retineat. præſertim cum vaſſallus poſſit petere renouationẽ,et omnibus alijs debeat præferri Dec.cõſ.78.Et ita in ſpecie conſuluit Pariſ.d.conſ.6.quẽ ſequitur Card.Mãt. qui hãc vltimã rationẽ de petitionẽ renouationis,et prælatione, dicit locum non habere quãdo Eccleſia vaſſalla pro ſe retineret,vt corã ſemetipſo Card.Mãt.dicit fuiſſe deciſum in Ror.Rom. Verũ etſi Pariſ.et Mãt.magna ſit auctoritas,et cautela aſſignata pro Eccleſia, tamẽ puto poſſe ſimpliciter dici,quod Eccleſia ſemper poterit offerre æſtimationẽ partis vaſſallo ſuperſtiti,et ad ſe trahere totum feudũ. ea ratione, quod fiſcus habens portionem in re cũ priuato,poteſt ratione illius rotum vendere,et ſic de eo diſponere.l.vnica. C. de vendit.rer. fiſcal.lib.10.vt dicit And.de Iſern.in hac materia in d.c.1.de frat.de nou.benef.quod priuilegiũ etiam habet Eccleſia,vt ratione partis poſſit de tota re diſponere. ita Io.de Plat.in d. l.vnica,vbi in ſpecie dicit, quod ſi quis habet caſtrũ cõmune cũ Eccleſia Romana,poſſit Eccleſia totũ vẽdere,et teneatur ad æſtimationẽ partis conſortẽ cõtingẽtis. ſequitur Euerar. in lo. à fiſco ad Eccleſiam,vbi loquitur ſimpliciter de Eccleſia habente rationem cõmunem cum priuato, et allegat quendam aliũ Doctorem Pyrrum in d. l. vnica. et latiſſimẽ probat Valer.arg.de fiſco ad Eccl. quãdo adeſt eadẽ ratio in Eccleſia,et contrarium non reperitur deciſum in iure.et in hoc caſu militat eadẽ ratio,nam vt dicit Lucas de Penn. in d. l.vnica. de vend.rer.fiſcal. fiſcus habet priuilegiũ vendendi rem communem cũ priuato. quia quoties maius minori coniũgitur,maius trahit ad ſe minus.c.quod in dubijs.de conſec. Eccl.vel altar. pupillus etiam habet hoc priuilegiũ. ff. quemadm.ſeru.amitt.l.ſi communem.et valet etiam arg. de pupillo ad Eccleſiã, quæ fungitur iure minoris.c.1.et c. auditis.de in integr. reſtit.latiſſimè Euerar.in loc. à minori ad Eccleſ.facit alius fauor ſingularis Eccleſię,quod eius fauore ſolum cedit ædificio,conſtructo de pecunia Eccleſiæ, iuxta gloſ.notab.in c.apoſtolicæ. 12. q.2. quam ſequuntur multi DD. ſaltem dummodo ſoluat pretium, iuxta Barbat.in addit.ad Bald.de his,qui feud. dar.poſ. de qua re quęſtionem particularem faciemus.

Ex

Ex quibus concludo, quod ſi Eccleſia velit redimere alteram partẽ feudi, poterit. Et ne mireris quod iuxta ſupradicta feudũ indiuiduum videatur diuerſo iure cenſeri, & vna portio poſſit retineri iure feudi, altera iure proprio, quia hoc procedit quoad commoditatem, quę recipit diuiſionem. Bart. in l.inter tutores. ff. de adminiſtr.tutor.Iac.de Belu. Iſern.& Bald. in d.c.1.de duob. fratribus.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus eſt incapax ſucceſſionis feudorum, ſed non inueſtituræ.*
2 *Bulla Pij V. de illegitimis non admittendis ad feuda eccleſiaſtica quomodo intelligatur.*
3 *Succeſſio proprie non datur in feudo.*
4 *Legitimatus ad bona cenſualia Eccleſiæ, nõ cẽſetur legitimatus ad feudalia, vel emphyteutica.*

QVAESTIO 32.
De intellectu Bullæ Pij Quinti de illegitimis ad feuda, & alia bona Eccleſiaſtica non admittendis.

1 QVAERITVR an per bullam Pij V. de illegitimis ad feuda, & alia bona eccleſiaſtica non admittendis, cenſeantur illegitimi effecti penitus incapaces dictorum bonorum ita quod nec ab Eccleſia poſſint inueſtiri. Sciendũ quod de iure cõmuni illegitimus excluditur à ſucceſſione feudi. c. naturalis ſi de feud.fuer. cõtrou. nihilominus licet ſit incapax ſucceſſionis, nõ tamen eſt incapax acquiſitionis à principio. quod patet ex eo, quod inter DD. eſt controuerſia, an ſi feudum fuerit conceſſum à principio baſtardo, poſſint in eo ſuccedere baſtardi, de qua q. tractat Bald. in c. quæ in eccleſiarum.de conſtit. Iaſ.l.2.§.liberas. ff. de in ius voc. & in l.generaliter.§.fin.C.de inſtitut. & ſubſtit. DD.in c.in præſentia. de probat. & ſic præſupponunt DD.poſſe illegitimũ à principio inueſtiri ab Eccleſia, ſed dubitant an deſcendentes illegitimi etiam ſuccedant: de quo faciemus q. particularem. Sed videtur obſta-
2 re d.Bulla reuocatoria facultatum teſtandi, & diſponendi de rebus eccleſiaſticis feudalibus, & emphyteuticis in illegitimos cum ampliſſimis verbis. Nihilominus cõtrarium eſt dicendum, vt Papa in d.bulla voluerit tantũ auferre quęcunque priuilegia, licentias, diſpoſitiones, & indulta faciendi teſtamenta, donationes, legata, & quaſcunque alias diſpoſitiones de d. bonis in quoſcũque illegitimos, ſiue ſuos, ſiue extraneos etiã legitimatos, eosq. hæredes inſtituẽdi, ſeu quod ab inteſtato ſuccedãt, & ſic d.bulla reſpicit annullationem priuilegiorum, habilitationum, & capacitatum ſuccedendi in bonis, & rebus feudalibus, vnde non eſt extendenda ad inueſtituras ab initio factas ad fauorem illegitimorum, de quibus nulla fit mentio cum ſit exorbitans de iure communi, & ita non eſt extendenda de caſu ad caſum. Bald.in l.comparationes. C.de fid. inſtrum. regula odia. de regul.iur.in 6. cum ſimilibus. Ita ſingulariter tradit Mart.Nauarr.in tract.de ſpolijs in cõmento ſupra d.Extrauag.n.109.Burſat.conſ.258.n.16.lib.3.& ita fuit deciſum in Rot.Rom.vt teſtatur Car.Seraph.deciſ.1358. vbi ponderat omnia verba d.Bullæ, & ita dicit alias fuiſſe deciſum. Quæ concluſio ampliatur, etiam ſi inueſtitura non fuit concepta in perſonam illegitimi, ſed in perſonã legitimi fuerunt comprehẽſi in inueſtitura etiam illegitimi legitimandi, ita fuit deciſum in Rot. in d. deciſ.1358.ex notat.per Camerar. in c.imperialẽ.§.præterea.vbi inquit, quod licet in feu-
3 dis dicatur ſucceſſio, non tamen eſt vera ſucceſſio, cum vſus non capiat ab alio, neque ex teſtamẽto, neq; ab inteſtato; ſed eſt quoddam ius ſucceſſorium feudale, quod à Domino feudi peruenit, pro quo datur vtilis reiuẽdicatio ex propria perſona, eueniẽte caſu mortis eius qui eſt in proximiori caſu vocationis. Faciunt etiam adducta per Caſtrum conſ.462.verſ.ſed verum eſt dicere, vbi ait, legitimatũ comprehenſum in inueſtitura venire ex perſona propria, & ex conceſſione ſibi facta per mortẽ patris, non autem tanquam eius ſucceſſor per legitimationem non inferri præiudiciũ, ſed per illum, qui primam conceſſionem fecit. & ſic Rot.Rom.declarauit Bullam Pij V. non procedere in legitimis cõprehenſis in prima inueſtitura feudi, cũ non detur vera ſucceſſio, & iure communi poſſunt inueſtiri, vt dictum eſt. Sed an legitimatus poſt bullã Pij V. ad bona cenſualia Eccleſiæ, cenſeatur legitimatus ad
4 emphyteutica, & feudalia? & dicẽdũ eſt, quod non, cum contractus cenſualis differat in multis à feudo, & emphyteuſi, quare non eſt arguẽdũ de vno ad aliud, vt optimè probat Burſat.cõſ.375.lib.4.n.22& ſeq.multa adducẽs.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus à Papa ad feuda, an intelligatur ad Eccleſiaſtica.*

2 *Legitimatus à Papa ad feuda, in quibus caſibus intelligatur legitimatus ad feuda eccleſiaſtica.*

QVÆSTIO 33.

De legitimato à Papa ad feuda, an intelligatur legitimatus ad feuda Eccleſiaſtica.

1 QVAERITVR an legitimatus à
Papa ad feuda, cẽſeatur legiti-
matus ad feuda eccleſiaſtica.
Cõmunis concluſio eſt, quod
nõ: nam Eccleſia taliter natos
abhorret, cum haberi nõ poſſint ſine peccato
mortali, & propter nobilitatem ipſius Eccle-
ſiæ concedentis. Bald. in l. generaliter. §. cum
autẽ. ff. de decurionib. Imol. in l. quod dicitur.
ff. de verb. oblig. Alex. qui loquitur in feudo,
& emphyteuſi Eccleſiæ conſ. 94. nu. 5. lib. 10.
Burſat. conſ. 340. n. 56. & 54. vol. 4. Brun. cõſ.
15. vol. 1. Dec. conſ. 171. n. 2. Pariſ. conſ. 15. n.
121. vol. 1. Clar. in §. feudum. q. 82. Card. Pa-
ſçot. de nothis, & ſpur. c. 31. n. 33. & tandem
Rot. Rom. vt tradit Card. Seraph. deciſ. 1321.
vbi ſingulariter limitat, quãdo Papa derogaſ-
ſet conſtitutioni Pij V. nam ex illa derogatio-
2 ne videtur ſenſiſſe de feudis eccleſiaſticis, cum
derogatio declaret mentem principis. Bald. in
l. eum quẽ. n. 25. C. de fideicommiſs. Cagnol.
in l. 1. n. 32. ff. de reg. iur. vbi quod Papa vide-
tur intelligere eam de feudis Rom. Eccleſiæ,
quando in legitimatione ſupplet omnes defe-
ctus, ſi qui forſan ineſſent à principio in ipſa
inueſtitura, & Papæ erat nota familia.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus ad beneficia eccleſiaſtica curata, & non curata, an cenſeatur legitimatus ad feuda eccleſiaſtica.*

2 *Feudum eccleſiaſticum an poſsit dici beneficium eccleſiaſticum.*

3 *Legitimatus ad actus ſpirituales, an cenſeatur legitimatus ad actus temporales.*

QVÆSTIO 33.

De legitimato à Papa ad beneficia Eccleſiaſtica, an cenſeatur legitimatus ad feuda Eccleſiaſtica.

1 QVAERITVR an legitimatus à
Sũmo Põtifice ad beneficia ec-
cleſiaſtica, cenſeatur etiam legi-
timatus ad feuda eccleſiaſtica.
Dec. in cõſ. 76. fuit in opinione,
quod legitimatio ad omnia beneficia, curata
& non curata, cõprehendat etiã feuda Eccle-
ſiaſtica, quẽ ſequitur Card. Mãt. de tac. & am-
big. conu. lib. 23. tit. 12. n. 9. Gig. de pẽſ. 9. n. 4.
Et pro hac opinione facit, quia feudũ eſt bene-
ficiũ. c. 1. §. beneficiũ, in quib. cauſ. feud. amit.
& tanto magis quãdo feudũ eſt eccleſiaſticũ,
ergo eſt beneficiũ eccleſiaſticũ. 2. facit tex. in
c. per venerab. qui filij ſint legit. vbi habetur,
2 quod legitimatus ad actus ſpirituales, à for-
tiori videtur legitimatus ad actus ſeculares. In
contrariũ facit, vt illa verba, beneficia curata
& nõ curata, videãtur reſtringenda ad benefi-
cia, quę clericis concedũtur, nõ autẽ ad benefi
cia, quæ ſecularibus dantur, vt ſunt feuda. nam
beneficia curata cõceduntur Clericis, & debet
æqualiter determinari. l. iã hoc iure. ff. de vulg.
& pupill. & in diſpẽſatione non valet argumẽ-
tũ de maiori ad minus. Io. And. in reg. quæ cõ-
muni. de reg. iur. in 6. Fel. & alij in c. poſtulaſti.
de reſcrip. DD. in c. 1 de filijs presb. in 6. item
quia requiritur ſpecialis expreſſio, vt intelliga-
tur quis legitimatus ad feuda. c. 1. §. naturales.
cũ gl. ſi de feud. fuer. contr. vbi DD. Quid dicẽ-
dũ? Hęc poſterior opinio mihi verior videtur,
nã tẽporalia longè diſtãt à ſpiritualibus, vt cla
rũ eſt, & tradit pulchrè Abb. in d. c. per vene-
rabilẽ, in hac materia legitimationis ad tẽpo-
ralia, & ſpiritualia. & feudũ licet dicatur bene-
ficiũ eccleſiaſt. eſt quid merè tẽporale, et dici-
tur eccleſiaſt. non quod ſit ſpirituale, ſed quia
habetur ab Eccleſia, cuius bona temporalia,
quãuis dicãtur eccleſiaſtica, tamẽ adhuc reti-
nent nomẽ tẽporaliũ, vt in d. c. venerab. & ibi
omnes alij cõfunderẽtur termini, & nulla cõ-
ſtitueretur differẽtia inter bona eccleſiaſtica,
ſpiritualia, & tẽporalia, quod eſſet abſurdũ. l.
nã abſurdũ. ff. de operis libert. Itẽ omnes gra
tiæ, priuilegia principũ dicũtur beneficia. reg.
decet. de reg. iur. in 6. l. beneficiũ. ff. de conſtit.
princip. et omnes donationes dicuntur benefi
cia. c. cũ dilecti. de donat. & vanũ eſt aſſerere,
quod ſi donãtur tẽporalia ab Eccleſia, dicãtur
3 beneficia eccleſiaſtica. Non obſtat tex. in c. per
venerabilẽ, nã magna eſt altercatio inter DD.
ſuper intellectu illius tex. an legitimatus ad a-
ctus ſpirituales, intelligatur etiã ad actus ſecu
1 lares: nã Innoc. dicit ibi Sum. Pont. referre id,
q allegabatur, nõ autẽ decidere in illis verbis.
& Abb.

& Abb.ibi dicit praxim eſſe in contrarium, vt
legitimatus ad actus ſpirituales, non intelli-
gatur ad ſeculares. alij dicunt, quod intelligi-
tur legitimatus ad honores ſeculares, vt quod
ſit conſul, ſed non ad ſucceſſionem, in qua agi-
tur de præiudicio aliorum. quare ille tex. cum
habeat multos intellectus, non poteſt allegari
ex doctrina Bart. in l. in ambiguis. ff. de rebus
dubijs. & ſic tollitur ſecũdũ fundamẽtũ Decij.
Verior igitur mihi videtur hæc ſecũda opinio.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia agens poſſeſſorio recuperanda pro feu-*
do, an teneatur docere de titulo.

2 *Agenti remedio poſſeſſorio, obſtat exceptio inha-*
bilitatis.

Q V Æ S T I O 35.

De Eccleſia agente poſſeſſorio recuperandæ pro feudo, an teneatur docere de titulo.

1 QVAERITVR an Eccleſia
agens ad recuperationem
feudi quo fuit ſpoliata, de-
beat reſtitui antequã doceat
de titulo. Et videtur, quod de-
beat docere prius, ex quo ha-
bet reſiſtentiam iuris cõmunis contra ſe, iux-
ta c. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. in 6. nam Ec-
cleſia non poteſt de iure cõmuni habere feu-
dum, quia dicitur peruenire ad manus mor-
tuas. c. 1. §. ſi clientulus. de alien. feud. niſi ex
conceſſione, & priuilegio Principis. Præterea,
vt dicit Andr. noſter in conſtit. Regni violen-
tiar. & in l. Imperialẽ. §. illud. de prohib. feud.
2 alienat. per Feder. agenti remedio poſſeſſorio
obſtat exceptio inhabilitatis perſonæ. conclu-
dẽs, quod ſi mãcus, aut alias inhabilis ad feu-
dũ agit poſſeſſorio, non fit reſtitutio niſi oſten-
dat priuilegium habilitationis, eſt communis,
vt per Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune.
ff. de acqu. poſſ. facit gl. 3. q. 1. §. pater. & 23.
diſt. c. in nomine Domini. In contrarium facit,
quod ius permittit, quod Eccleſia poſſit habe-
re feudum, quando ei datur à Rege. & ideo ſi
ſpoliatur, debet fieri reſtitutio, etiam non pro-
bato titulo, ex quo non habet reſiſtentiam iu-
ris, vt videtur concludere Andr. in loc. citatis.
Itẽ facit quia omnia feuda proceſſerunt à pu-
blico, vt dicit Andr. in præludijs feudorum. &
tamẽ quilibet ſpoliatus feudo agit ſuper ſpo-
lio, & nõ tenetur oſtendere titulũ, niſi mancus,
& mutus, & ſurdus, qui habet ſpecialem reſi-
ſtentiam iuris cõmunis, ſecũdum Andr. in loc.
præallegato. & ita fuit deciſum in conſ. Neap.
in fauorẽ Eccleſiæ, vt teſtatur Affl. deciſ. 361.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſſallus reſtitutus à principe, an recuperet*
feuda aperta Eccleſia.

2 *Sẽtẽtia eſt iuris ciuilis, & poteſt tolli à Principe.*

3 *Radice ſublata, tollitur radicatum.*

4 *Princeps pro bono publico, reſtituit rebellem*
etiam ad bona alienata in alios.

5 *Epiſcopus reſtituit clericum depoſitum in præiu-*
dicium patroni.

6 *Plenaria reſtitutio non includit bona in Eccle-*
ſiam translata.

Q V Æ S T I O 36.

De vaſſallo Principis rebelli, ac deinde reſtituto à Principe, an recuperet feudum Eccleſię apertum ob eius delictum.

1 QVAERITVR ſi feuda rebellis
damnati à Principe redierint
ad Eccleſiam, à qua ille tene-
bat, ſi reſtituatur rebellis à
Principe, an recuperet feuda
ad Eccleſiam reuerſa? Affl. in
c. 1. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 17. ex doctrina
Andr. de Iſern. ibi, dicit quod recuperat, niſi
bona eſſent alienata per eũ, ad quem redierunt
agnatum, vel Eccleſiã. Ratio eſt, quia Princeps
poteſt remittere ſententiã, quæ eſt iuris ciuilis.
l. final. cũ ibi notatis. C. ſi contra ius vel vtili-
2 tatem publicã. ergo ſententia ſublata, quæ eſt
radix, & cauſa vt bona perueniãt ad alios, tol-
letur etiã ius ipſis quæſitum in conſequentiã,
quia inſpicimus originem. l. 3. §. Seio. ff. de mi-
3 noribus. & quia ſublata radice tollitur radica-
tum. l. 1. C. de Latin. liber. tollen. Sed ſi illi, ad
quos peruenerunt, alijs donauerint, vel vendi-
derint, reſtitutio nõ extenditur ad dicta bona,
quia non ſumus in ſententia, ſed in contractu,
qui non ſubijcitur Principi, cũ ſit de iure gen-
tium. ad notat. DD. in d. l. final. de qua diſtin-
ctione latè tradit Felin. in c. inter quatuor. de
maior. & obed. declarat Affl. niſi interueniret
cõſenſus Eccleſiæ, tunc enim recuperabit etiã
bona alienata per contractum. arg. l. cum qui-
dam. C. de auctor. tutor. Subdit etiam, quod
ſicut Rex nõ reſtitueret ad ipſa bona per con-
tractum alienata, ita etiã non poſſit reſtituere

bona ipſa delinquenti in perſonã Regis, ſecundum Andr. ibi. arg. ff. ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit. l. 2. §. fratres, & l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. Poſtea Affl. ponit fallentiã, quod Prin
4 ceps poteſt reſtituere delinquentẽ, vel rebellem ex cauſa Reipub. etiam ad bona alienata quandocunq; & qualitercũque. Bart. in l. quicunque. C. de fide inſtrum. lib. 10. per l. idem ſi verberatum. ff. de rei vendic. Alex. in l. fin. C. de ſententiam paſſis. DD. in c. Eccleſiæ S. Mariæ. de conſtit. Contra hanc opinionẽ Affl. facit, quod per culpã vaſſalli feuda ad Eccleſiam reuerſa, ſine ei iam acquiſita, ita quod poteſt de eis liberè diſponere. c. felicis. de pœn. in 6. ſed Eccleſia nõ eſt ſubdita, ergo Princeps non poteſt ex ſuo facto prçiudicare Eccleſię in bonis. c. fin. de reb. eccl. c. bene quidem. diſt. 96. facit alia regula, quod Princeps nõ poteſt reuocare priuilegiũ à ſeipſo cõceſſum Eccleſiæ, nam talis conceſſio habet vim contractus, qui eſt irreuocabilis, & ligat concedentem cũ fiat non ſubdito. c. 1. de probat. Ità Innoc. communiter receptus in c. nouit. de iudic. vbi late Felin. & clarum eſt priuilegiũ procedere ex facto Principis, & de iure ciuili. Item facit ſingulare dictum Io. Andr. ad Specul. de inſtrum. edit. §. nũc aliqua. in addit. incip. per ſuperiora, quod ſi donaui tibi fundũ cũ hoc, quod poſt certum tempus ſit Eccleſiæ, non poſſum tibi remittere tale pactum in præiudiciũ Eccleſiæ. Idẽ tenet Bald. in l. cum à ſocero. ff. de iur. dot. Cuman. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. & dicit Bald. in l. inſulam. §. fin. ff. ſolut. matrim. quod ſi duo facientes pacem obligẽt ſe de ea non rumpenda ſub pœna centum applicanda Eccleſiæ, et poſtea ſe offendant, & demum reconcilientur, hoc non nocet Eccleſiæ. ſequitur ibi Paul. de Caſtr. per l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & contra Andr. de Iſern. quod vaſſallus non recuperet bona reuerſa per delictũ ipſo iure, tenet Felin. in c. vergentis. de hçreticis. præcipuè per rationem Abbatis in c. quia diligenti. de elect. vbi dicit, quod hæreticus condemnatus, deinde reconciliatus non recuperet iuſpatronatus. iuxta gl. in c. qui maximum. 1. q. 7. affert rationem Abb. quod ſiue ab homine, ſiue à iure ſit facta cõfiſcatio, eo ipſo, quo perditur dominium, amplius non recuperatur per pœnitentiam, niſi expreſsè Princeps reſtituat ad bona, vt latius per Felin. loco cit. Sed prima ratio videtur fortior, quia agitur de iure quæſito Eccleſiæ non ſubditę. Secũdo contra opinionem Affl. determinauit conſ. Neap. in ſimili, & ferè eodem caſu, vt teſtatur idem
5 Affl. deciſ. 361. vbi dicit, quod plenaria reſtitutio Principis pro bono pacis, nõ includit bona alienata in Eccleſiam, quia ſunt Sancta Sanctorũ, de quibus Princeps laicus nihil poteſt vlterius facere ſine Iudice Eccleſiaſtico ex Innoc. in c. verum. de condit. appoſ. quæ ratio militat etiam ſi bona feudalia non fuerint alienata in Eccleſiam, ſed ad ipſam reuerſa, cum iam acquiſierit dominium, & ſic Princeps non poteſt ſuo facto dominium quæſitum auferre. d. c. fin. de reb. eccl. ſed debet eſſe Summus Pontifex; ſed contra ſupradictam concluſionem videtur facere, quod Epiſcopus, qui depoſuit Clericum poſſidẽtem iuſpatronatus, poteſt illum reſtituere in præiudiciũ patroni,
6 ſaltem quando præuenit reſtituendo, antequã patronus præſentaret alium. iuxta gl. ſolemnem communiter receptam in c. quauis. in verbo cum talis, de reſcrip. in 6. Sed reſponde, quod Epiſcopus eſt ſuperior, quod non eſt in Principe laicõ. quare ſi bene conſideretur noſter Andr. de Iſer. in d. c. 1. de cap. Corradi, nõ ponit exemplũ in Eccleſia, cui eſt apertũ feudũ, quemadmodũ Affl. ſed in filio, vel agnatis.

SVMMARIVM.

1 *Delictum Prælati in committendo an noceat Eccleſiæ in feudo.*
2 *Mulier priuatur feudo ob culpam viri.*
3 *Eccleſia ſi læditur ex amiſſione feudi in vita Prælati delinquentis, reſtituitur.*
4 *Delictum Prælati præcedens non nocet Eccleſiæ in feudo.*

QVÆSTIO 37.

De delicto Prçlati in committendo nocente Eccleſiæ in feudis, quæ tenet à principe contra regulas iuris.

1 QVAERITVR ſi Clericus, Epiſcopus, Abbas, habentes feudũ Eccleſiæ à rege committant culpã in Principem, ob quam laicus perderet feudum, et rediret ad Dominum, vt in tit. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt et in c. 1. ſi vaſſallus feudo priuetur, an Eccleſia pr uabitur feudo ob delictũ Prælati? Et videbat r quod non ex regula iuris Canonici, quod delictũ Prælati non debet nocere Eccleſiæ regula delictũ. de reg. iur. in 6. Contrarium determinatur in c. 1. §. fin. de c. Corrad. quod Eccleſia priuatur feudo per culpam Prælati,

Prælati, donec ille viuit; ſed eo mortuo reuerti-
tur feudũ ad Eccleſiam, & ſucceſſorem. et hic
eſt caſus mirabilis ſecũdũ gl. ibi, et Bal. in quo
Eccleſia patitur dãnũ propter culpã Prælati, &
hoc operatur natura feudi, quæ eſt, quod pro-
pter culpã vaſſalli contra dominũ reuertatur
feudũ ad dominum, vt ſaltẽ hanc habeat ſuæ
iniuriæ vltionẽ, in c. 1. in fi. quæ ſit prima cau-
ſa. Suadet etiam fauor domini, vt ingratitudi-
ne vaſſalli adimi poſſit feudum datum Eccle-
ſiæ, vt C. de ſacroſan. Eccl. l. iubemus nullam
nauem. in fine ; verumtamen fauor Eccleſiæ
hoc operatur, vt poſt mortem ipſius Prælati
delinquẽtis reuertatur feudum ad Eccleſiam,
& ſucceſſorie in beneficio. & hoc eſt contra
regulam iur. Canonici, cum delictum Prælati
in committendo non præiudicet Eccleſiæ, ſo-
lum in omittendo, iuxta latè tradita per Abb.
et alios in c. 1. de dolo, et contumacia. quam-
uis poſſit hic dici ſecundum Bald. et Præpoſ.
quod Prælatus ſolum ſibi, non Eccleſiæ præ-
iudicat, cum in vita eius priuetur. et ex d. tex.
ſubdit Andr. quod ſi Prælatus non ſolueret,
quod debetur pro feudo, vt ſi nõ faceret ſer-
uitium impoſitum præiudicaret Eccleſiæ, vt
ſupra. Idem tenet Luc. de Pen. in l. 2. C. de
feud. patrimon. 69. lib. 11. Sed contra hoc di-
ctum Andr. arguit Affl. in d. §. finali, de cap.
Corrad. adducens notabile dictum Io. Andr.
in c. conſtitutus. de religioſis domibus, quod
refert etiam Abb. in cap. 1. de dolo, et con-
tumac. tenet enim Ioan. Andr. Eccleſiam non
poſſe perdere vtile dominium rei, quam ha-
bet in emphyteuſim ex ſolutione canonis non
facta, quia ſi ſine ſolemnitate cap. ſine ex-
ceptione. 12. q. 2. non poſſunt clerici tale
vtile dominium alienare, multo fortius non
poterunt canonẽ non ſoluendo, Eccleſiæ præ-
iudicare; quia ex contrario aperiretur via
fraudibus, contra c. quando. de diuortio, et gl.
16. q. 6. c. placuit, idem. ergo inquit Affl. po-
terit dici in feudo, cum valeat argumentum
de emphyteuſi ad feudum. Sed reſponſio eſt
clara, quod non agitur hic de alienatione per-
petua, ſed viuente tantum Prælato, quod
etiam Affl. excludit non poſſe Prælatum alie-
nare feudum non præſtando ſeruitium in
præiudicium perpetuum Eccleſiæ, niſi feu-
dum fuiſſet donatũ Eccleſiæ eo tenore, quod
Eccleſia faciat tale ſeruitium domino, alias li-
ceat domino propria auctoritate capere, tunc
Prælato non ſoluente, Eccleſia caderet ipſo
iure arg. c. Verum. de cond. appoſ. l. pignoris
cauſis. C. de pignor. et cum vtile dominium,
quod habebat Eccleſia in rebus feudalibus
attendit dicta inueſtitura. nõ poteſt dici quod
ſit ſancta ſanctorum, iuxta Butr. et Abb. in c.
verum. de foro competen. et in hoc caſu in-
quit Affl. poteſt verificari dictum Andr. quod
ob ſeruitium non præſtitum Eccleſia perdit
feudum. ſed certè Andr. loquitur de amiſ-
ſione feudi viuente Prælato, nõ in perpetuum
præiudicium Eccleſiæ, id quod apparet tam
ex præcedentibus quæ dixit, quam ex conſe-
quentibus, dum dicit ex culpa mariti non
2 facientis ſeruitium amitti feudum dotale;
ſed mulierem habere recurſum contra vi-
rum de dolo, vel culpa commiſſa in rebus do-
talibus. l. in rebus. C. de iur. dot. et ſi vir non
eſt ſoluendo imputet ſibi mulier, quia debuit
facere ſibi caueri de dote reſtituenda, quod
hodie ſit. C. ne fideiuſſ. dot. dentur l. 1. impu-
tatur enim ei, quod incautè egit l. 2. C. de
furt. et ex contumacia viri ſit dominus aduer-
ſarius rei dotalis, l. 1. C. de fundo dotali, et
vxor præſumitur ſciuiſſe negligentiam viri l.
Octauij. ff. vnde cognati. et cum ſit vnum cor-
pus. l. 1. ff. de ritu nuptiarum debuit ſupplere
vir negligẽtiam l. ſi ſuſpectus. ff. de inofficioſ.
teſtam. præterea maritus eſt dominus rei do-
talis l. doce ancillam. C. de rei vendicat. hæc
omnia inquit Andr. ceſſant in Eccleſia, et pu-
pillo, quia Prælati, et tutores non ſunt domi-
ni, et ideo non poſſunt, niſi in eorum præiu-
dicium damnificare Eccleſiam, vel pupillum.
C. vnde vi. l. meminerint. et ſic cognoſcitur,
quod Andr. non loquitur de amiſſione feudi
in perpetuum ob ſeruitium non præſtitum, vt
dicit Affl. poſſet tamen ſuſtineri dictum Affl.
de amiſſione perpetua præcedente pacto, iux-
ta notata in cap. verum. de condit. appoſitis.
De doctrina Io. Andr. allegata ad Affl. an ob
non ſolutionem canonis per Prælatum fiat
præiudicium Eccleſię in perpetuum, faciemus
quæſtionem particularem. Firma igitur rema-
net concluſio ſupradicta, quod per culpam
Prælati amittitur feudum eius vita durante
tantum. Hanc concluſionem limitat notabi-
liter Andr. de Iſern. quando ex tali amiſſione
temporali Eccleſia lęderetur, tunc haberet re-
3 curſum contra Prælatũ, et illo exiſtente non
ſoluendo beneficio reſtitutionis ſuccurretur
Eccleſiæ, ſicut, et minori cap. Imperialem. §. ſi
quis infeudatus. de prohib. feud. alien. per Fe-
der. Hæc limitatio videtur magna Card. Ale-
xandr. vt detur reſtitutio Eccleſiæ contra ca-
ducitatem, ſi Prælatus non eſt ſoluendo, et
videtur notabilis reſtrictio ad illum textum,

ex quo in d. tex. fit mentio de Abb. qui non habet proprium, nec hæredem, contra quem poſſit agi. cap. cum monaſterium. de ſtatu Monach. ſed dicit Card. Alexandr. ſibi videri æquum, ſed vltra æquitatem eam rationabiliter collegit Andr. ex mente textus, nolentis præiudicare Eccleſiæ. ff. de excuſat. tutor. l. ſcire oportet, & vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, non determinat æqualiter, quando adeſt diuerſa ratio in vno, ſed quod Eccleſia poteſt dici damnum pati, ſi bona erant communia inter Prælatum & Capitulum, iuxta notatum in c. edoceri. de reſcrip. ſed pone, quod reditus erant diuiſi itaque fructus feudi pertinebunt ad ſolum Prælatum, & Prælatus amiſſo feudo non poſſit decenter viuere, quod reſultat in dedecus Eccleſiæ etiam vniuerſalis, & particularis, quare ſtatutum eſt in iure, quod clerici non poſſint condemnari niſi de toto egerint. cap. Odoard. de ſolutionibus, & conſtituti in ſacris debent habere vnde viuant, ne cum dedecore mendicent c. Epiſcopus. cap. cum ſecundum. de præbendis, cap. cum non deceat ſeſſ. 11. Conc. Trident. vbi etiam ſtatuitur, quod penſiones non imponantur Epiſcopatibus, niſi relictis mille pro victu Epiſcopi: quare dicendum eſt competere Eccleſiæ reſtitutionem, vſque ad decentem Epiſcopi ſuſtentationem, & quæ pertinent ad victum, & medicinas Epiſcopi dicuntur concernere Eccleſiæ vtilitatem, vel damnum, quia alias non poſſunt ſe gubernare. Abb. in cap. 1. de ſolutionib. & ex his ſit expedita hac quæſtio. Addo tamen, quod ſi Prælatus infra tempus debitum non petit inueſtituram priuabitur vita durante. Præpoſ. in d. cap. fin. aduertendum eſt ſecundum Bal. ibi, quod ſi quis tempore delicti non
4 erat Prælatus Eccleſiæ, ſed poſt delictum efficitur Prælatus, non priuabitur Eccleſia propter eius delictum, quia dolus commiſſus ante mandatum non nocet domino l. ſi procurator agit. ff. de except. doli l. 1. §. quod ait Prætor. ff. horum legator.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an priuetur feudo ſi Prælatus delinquat in vaſſallum.*

2 *In feudis Eccleſiaſticis ſtatur iuri communi feudorum, niſi contrarium ſit expreſſum in iure canonico.*

3 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia, non procedit ad correctionem iuris.*

4 *Priuationis pœna non imponitur niſi in caſibus expreſſis à iure.*

QVÆSTIO 38.

De feudo Eccleſiaſtico, an illo priuetur Eccleſia, quo ad proprietatem, ſi Prælatus delinquat in vaſſallum.

1 ALIA eſt quæſtio ſi Prelatus Eccleſiæ, à quo laicus habet feudum vt ab Eccleſia, culpam commiſit propter quam ſi eſſet laicus perderet proprietatem feudi, vt in tit. qualiter dominus proprietate priuetur, an tunc Eccleſia priuetur dicto feudo viuente Prælato, quemadmodum priuatur, quando Prælatus vaſſallus ratione Eccleſiæ delinquit in dominum, iuxta cap. 1. §. fin. de cap. Corrad. Bal. in d. cap. fin. tenet quod non, quia non eſt par ratio amittere proprietatem, & amittere feudum, nec hoc eſt iure cautum, ergo ſtamus regulæ cap. delictum perſonæ. de reg. iur. in 6. & hæc eſt veritas ſecundum ipſum cap. cũ venerabilis de exceptionib. & hic caſus non eſt in libello feudorum comprehenſus, ergo debemus vti lege ſcripta c. Obertus. §. fin. de feudi cognitione. Item quia regula iuris eſt, quod quando delictum eſt omnino ab adminiſtratoribus à ſeruitio ſeparatum, non nocet domino l. quamquam quicunque. C. de furt. ſecus ſi ſit adeo connexum, quod non poſſit committi niſi adminiſtrationis nomine, vt l. polla. C. de his, quibus vt indignis, & dicit Bald. opinionem Iacob. de Beluiſ. eſſe falſam, quod viuente Prælato Eccleſia proprietate feudi priuetur, per id quod plenè notatur de Prælato committente vim in l. ſi quis in tantum. C. vnde vi, & l. meminerint. non obſtat l. iubemus nullam nauem. C. de ſacroſ. Eccl. vbi ex negligentia Prælati amittetur nauis Eccleſiæ, quia ibi erat de iure ciuili ſpeciale propter publicam vtilitatem, & Principis auctoritatem, ita Bald. in d. §. fin. Contra Bald. tenet Andr. de Iſern. Aluarot. Card. Alex. & & Affl. in d. cap. fin. quia dominus, & vaſſallus non iudicantur ad imparia de l. Corrad. §. ex eadem lege, per quos fiat inueſtitura. §. ſed etiam res, ſi de feud. fuer. controuer. c. domino de forma fidelitatis cap. 1. 22. q. fin. C. de forma, & eadem eſt ratio, & paritas, & ſic idem ius l. fin. C. de conſtitut. pecunia. Præterea in hac

Digitized by Google

hac materia feudali, vt dicunt Aluaror. & Præpoſ. habemus regulam poſitam per gl. & communiter receptam in cap. 1. de cognitione feudi, quod in materia feudali primo habemus recurrere ad conſuetudinem feudorum ſi non extat debemus procedere de ſimilibus ad ſimilia, ſi non habemus ſimile in materia feudali debemus recurrere ad legē ſcriptam, ſed in hac q. dato, quod non ſit caſus determinatus in conſuetudine feudorum, cum habeamus multa ſimilia, ſecūdum quæ iudicare debemus, non eſt neceſſe vt recurramus ad legem ſcriptam. primo habemus textum, quod indiſtinctè priuat dominum proprietate propter culpam commiſſam in vaſſallum c. 1. qualiter dominus proprietate priuetur, & non diſtinguit inter laicum & clericum, quare intelligitur de vtroque, & ſi intelligit ſolum de laico dicitur extendi ad clericum per ſimilitudinem. Item eſt alia ſimilitudo, quando vaſſallus non facit iuſtitiam domino priuetur feudo, & è contra, dominus proprietate c. 1. §. item, qui dico, quæ fuit prima cauſa benef. amitt. §. 1. de vaſſall. mil. qui contum. eſt. præterea, quod paritas ſit ſeruanda inter dominum, & vaſſallam quæ fuit etiam approbata à ſacris canonibus d. c. de forma. Item, quia Eccleſia cultrix iuſtitiæ non patitur aliquid fieri contra iuſtitiam, in ſe vel in alterum c. 1. de alienat. feudi, & latius per Præpoſ. & ſic vides, quod hæc poſterior opinio eſt magis cōmunis, nihilominus ego ſequor opinionem Bal. ea ratione, & communi regula, ac DD. concluſ. in cap. 1. qui feud. dare poſſunt, quod

2 in feudis Eccleſiaſticis ſtandum eſt iuri communi feudorum, niſi contrarium reperiatur expreſſum de iure canonico. & in materia priuationis feudi, quo ad Eccleſiam ob culpam Prælati, habemus regulam iuris canonici generalem, quod delictum Prælati non debet nocere Eccleſiæ, & ſic nullo pacto debuiſſet Eccleſia priuari feudo propter feloniam in dominum ſua vita durante, cum eſſet contra canones; ſed conſuetudines feudorum approbantes regulam delictum, limitarunt tantum in hoc caſu, quando prælatus vaſſallus delinquit. quare non eſt facienda extenſio à ſimilibus ad ſimilia ad correctionem iurium. ita Bart. in l. non dubium. C. de legib. Bal. in c. inter cætera. Abb. in cap. tranſlato. de conſtitut. Euerard. in loco à ſimili, vbi quod nec quando ſumus in materia priuationis, quia pœna priuationis non imponitur niſi lex expreſſe dicat. gl. notabilis in cap. fin. de iurepatronatus, quam dominus Panormitanus, & alij commendant. Præterea non erat opus compilatoribus feudorum exprimere de priuatione feudi caſum, quando prælatus committit culpam in dominum, cum leges feudales eſſent communes laicis, & clericis; ſed id expreſſerunt ob regulam iuris canonici aduerſantem vnde non eſt arguendum de ſimilibus in re, quæ indigebat expreſſione, cum regula iur. canon. deſtruat omnes ſimilitudines adductas in materia priuationis ob culpam prælati in damnum Eccleſiæ. & compilatores non expreſſerunt de alio caſu, ergo pro omiſſo habetur reg. contra eum. de reg. iur. in 6. cum ſimilibus.

SUMMARIUM.

1. *Decima an poſſint concedi in feudum laicis.*
2. *Decima conceſſæ laicis ante Concilium Lateranenſe, an poſſint de nouo concedi.*
3. *Decima an cenſeantur poſſideri à laicis ante Concilium Lateranenſe.*
4. *Fama priuilegij an ſuffragetur laicis incapacibus.*

QUÆSTIO 39.
De decimis, an poſſint ab Epiſcopo concedi in feudum laicis.

1 CLARUM eſt poſſe Epiſcopum bona Eccleſiæ ſolita concedi in feudum, de nouo concedere c. 2. de feud. c. 1. qui feudum dare poſſunt c. 1. Epiſcopum, vel Abbatem; ſed dubium eſt in decimis, an ex conſuetudine poſſint eas laicis de nouo infeudare. Sciendum, quod laici ſunt incapaces decimarum cum ſint ſpirituales cap. ad hæc. de decimis; verum ante Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. anno 1179. fuerunt conceſſæ in feudum nonnullæ decimæ laicis, ut Eccleſiam defenſarent ab hæreticis, & infidelibus, quæ de manibus eorum poſtea auferri non poterant, ad euitandum ſcandalum, & vt facilius ad Eccleſiam redirent, prohibuit Concilium Lateranenſe, ne laici decimas quas ante conciliū detinebant, in alios laicos transferrent, aliquo modo; ſed Eccleſijs redderent, alias Chriſtiana ſepultura priuentur, ita habetur in cap. prohibemus. de decimis. quæritur modo de duobus, primo, an Epiſcopus decimas datas in feudum ante Concilium Lateranenſe

ranenſe ad Eccleſiam reuerſas poſſit de nouo concedere in feudum laicis, quemadmodum alia bona Eccleſiarum ſolita concedi. Secundo ſi laici poſſident decimas in feudum, an præſumatur eas habuiſſe ante Concilium Lateranenſe, vel poſt, & cui incumbat onus probandi laico, vel Eccleſiæ parochiali. Circa primum gl. in d.cap. prohibemus. tenet quod laicus habens decimam in feudum ab antiquo poſſit illam alteri infeudare de auctoritate Epiſcopi, & ſic Epiſcopus id facere poterit; ſequitur Io. de Imol.in c.2.de feud. poſt Hoſt. & Archid. Pro hac opinione conſuluit Card. Zabarell. vt ipſe teſtatur in c.2.q.10.de feud. non obſtante ſpeciali prohibitione c. ad hæc. c.quamuis, & c.prohibemus.de decimis, quia in decimis ſolum prohibetur, quod non infeudetur de nouo poſt Concilium Lateranenſe, vnde ſolitæ concedi poterunt etiam infeudari laicis. Idem tenet Aluarot. in cap.1. qui feud. dare poſs.n.16. Contrariam opinionem, quod Epiſcopus non poſſit de nouo infeudare tenet Abb.in c.prohibemus. vbi teſtatur de communi,& veriori opinione contra gl.Primo per tex.in d.c.prohibemus.vbi indiſtinctè prohibetur tranſlatio in laicos.Secũdo per text.in cap.cum Apoſtolica,de his quæ fiunt à prælatis, vbi ponitur ſpeciale, vt decimæ detentæ à laicis ſine auctoritate Epiſcopi poſſint concedi alteri Eccleſiæ, quia non multum refert, quæ Eccleſia habeat, dummodo extirpetur à laico, quæ ratio omnino ceſſat cum vult cõcedere alteri laico; nam hoc poſſet tendere in magnum præiudicium Eccleſiæ, quia habens forte filios impediret deuolutionem. & cum hac opinione tranſit Card. Alex.in cap.1. qui feud. dare poſſ. dicens hanc opinionem eſſe veriorem. Idem tenet Calderin. conſ. 11. de feud.ſequitur Curt.de feud.par.2.8.q.princip. vbi allegat Martin. Laudenſ. referentem pro iſta opinione vidiſſe conſilia illuſtrium DD. Chriſtophori de Caſtellione, & Raphaelis Fulgoſij.Et hanc opinionem cenſeo veriorem pro qua conſidero, quod Epiſcopus poteſt infeudare conſueta, quia conſuetudo retinendi decimas in laico, non eſt conſuetudo ſed corruptela,cum non poſſit eas præſcribere, quia ſunt incapaces c. ad hæc de decimis.Io. Andr. Anton. Abb.in d.c.cum Apoſtolica, ita quod non eſt habenda ratio conſuetudinis nullæ, & inualidæ l.4.§.condemnatum. ff.de re iudicat. ſolum auctoritas ſummorũ Pontificum poteſt hoc efficere,qui id tolerauerũt vſque ad Concilium Lateranenſe, vt in d.c. prohibemus, & ibi ſit mentio decimarum ſolitarum concedi laicis, & ſit prohibitio ne in alios transferantur.Hæc itaque opinio eſt tutior, & verior, & conſuetudo ex parte Epiſcopi ad finem infeudãdi conſiderari non poteſt.Quo ad ſecundam

3 quæſtionem,an laici poſſidentes decimas cenſeantur illas acquiſiuiſſe ante Concilium Lateranenſe, breuiter dicendum quòd non, quia nec conſuetudo immemorabilis ipſis tãquam incapacibus poteſt ſuffragari cap. cauſam. de præſcript. itaque laicis incũbit onus probandi non Eccleſiæ parochiali. Ita tenet Hoſtien. in d.c.cum Apoſtolica. Archidiac.Io. Monach.in c.2.de decimis.lib.6. ſed Ioan. Andr.in d.cap. cum Apoſtolica tenet contrariũ duobus concurrentibus, primo ſi laicus probet poſſeſſionem immemorabilem, ſecundo ſi probet communem opinionem, ſeu famam de antiquitate feudi ante Concilium Lateranenſe, & intelligit Abb.in d.cum Apoſtolicæ, vt ipſum declarat Franch.in d.c.2.& hęc opinio placet Abb. ibi, & dicit DD. ibi vt plurimum eam ſequi, & ſat æqua ſibi videtur, quia alias propter difficultatem probandi ſæpè laicus priuaretur iure ſuo. & ſine fama non ſufficeret immemorabilis, quia non habet vim tituli quo ad laicos incapaces ſpiritualium, vt per Io. Andr. in c. 3.de præbend.in 6. Iſta opinio Io. Andr. videtur æqua,ſed iſtis temporibus videtur impoſſibilis cum ſint elapſi anni 400. à tẽpore Concilij Lateranenſis.ita quod tale Concilium,& eius diſpoſitio vix ſcitur à peritis in iure canonico.quare melius videtur dicendum, quod cum decimę poſt Concilium Lateranenſe poſſint poſſideri à laicis ex priuilegio ſummi Pontificis, ſatis ſit probare poſſeſſionem im-

4 memorabilem,& famam priuilegij, vt manu teneantur in poſſeſſione. & ita ſeruauit Rot. Rom. in pluribus cauſis, vt teſtatur Cardin. Seraph.deciſ.1102.& hæc videtur verior opinio,quamuis Anton.in d.cap.cum Apoſtolica dixerit ſufficere præſcriptionem immemorabilem cum allegatione tituli; ſed tutior eſt opinio Rotæ, maximè vbi agitur de periculo animæ, tutior via eſt eligenda cap. iuuenis. de ſponſalibus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia habens feudum à laico, ſi incorporetur alteri Eccleſiæ, an feudum reuertatur ad dominum.*

2 *Concedens feudum vni Eccleſiæ, ex decoctione an Eccleſia ſi transferatur recuperet feudũ.*

Con-

3 *Concedens feudum monachis nigris, an ſi eccleſia vniatur monachis albis, vel clericis ſecularibus, recuperet feudum.*

QVÆSTIO 40.

De Eccleſia habente feudum à laico, an ſi incorporetur alteri Eccleſiæ feudum reuertatur ad dominum.

1 ECCLESIA tenet feudum à Principe, vnitur à Summo Pontifice alteri Eccleſiæ acceſſoriæ, ita quod ſit illi incorporata,non principaliter, iuxta gl.in c.1.ne ſede vacante, an per hanc vnionem,per quam transeunt omnia iura in aliam Eccleſiam,feudum reuertatur ad dominum, vel transferatur in Eccleſiam cum alijs bonis. Et videtur, quod reuertatur ad dominum, quia videntur extingui iura eccleſiæ, quæ vnitur. de ſtatu monach.c.recolentes. ſicut eſt de actione rei vxoriæ, translata in actionem ex ſtipulatu. l. 1. C. de rei vxoriæ actione, quaſi nullum ex priſtino iure ſuperſit veſtigium.arg.l.in rebus. ff. de adoption. Videtur etiam rationabile, quia dans feudum, dedit eccleſiæ ad quam habuit affectionem, & deuotionem, quare ſi Papa transfert vel vniat, id quod eſt domini feudi, videtur illi aperiendum, quia vnio fit ſaluo iure alterius. c.quia monaſterium.de religioſ.domib.facit c.recolentes.in fin. dum dicit relictis poſſeſſionibus,quod ſecundum Hoſtienſ. intelligitur de feudalibus, in quibus alius habet dominium, & iuriſdictionem temporalem. Contrariam opinionem poſt multa tenet Andr.de Iſern.quia ſecundum Hoſtienſ. in d.c.quia monaſterium, eccleſia vnita non mutat naturam ſuam,imò retinet, ſicut eſt videre, dicit ipſe in monaſterio effecto capella, quod nihilominus retinet naturam monaſterij, vt non ſubijciatur. c. dilectus. de capellis monach.& multa ad hoc probandum adducit Andr.de Iſern.in c.fin. de cap. Corrad.vbi inquit, quod dans debuit ſcire poteſtatem Papæ in vniendo, & prouidere ſibi, quod ſi vniretur, rediret ad eum,& ſcire, & ſcire debere ſunt paria. l.quod re. ff.ſi cert. pet. Limitat tamen Ioan.Andr. quando ex natura conceſſionis feudi aliud apparet,pura, quia ſolũ ordini monachorum nigrorum feudũ eſt conceſſum, & poſtea vnitur clericis ſecularibus,vel monachis albis, quia rediret ad dominum. ſequitur Præpoſ. ibi, & latè comprobat Affl. ibi. Sed hoc non videtur verum,quia non ceſſat cauſa finalis conceſſionis feudi, quæ eſt refrigerium animæ, & cultus Diuinus. vnde ſi non ſeruetur modus,non euaneſcit legatum,vt per omnes in c. verum. de condit.appoſ. niſi ponatur pactum reſolutiuum, vt latius diximus in alia quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Feudum eccleſiaſticum an reuertatur ad dominum deſtructa eccleſia.*
2 *Eccleſia ſi deſtruatur, an priuilegium euaneſcat.*
3 *Collegio deſtructo,bona remanent apud ſuperiorem Collegij.*
4 *Collegio regulariorum deſtructo, bona illius quibus fuerint diſpenſata.*

QVÆSTIO 41.

De Feudo Eccleſiaſtico, an reuertatur ad dominum deſtructa Eccleſia.

1 QVAERITVR ſi feudum fuit conceſſum à laico eccleſiæ, an deſtructa eccleſia, vel monaſterio,feudum reuertatur ad dominum concedentem. And.de Iſernia in c.1. §.fin. de cap. Corrad. diſtinguit, quod aut eccleſia eſt deſtructa auctoritate Summi Pontificis, & feudum reuertitur ad dominum, quia perinde eſt, ſicut cum laicus moritur ſine hærede qui deberet ſuccedere, nam reuertitur ad dominum, & deſtructa eccleſia priuilegium eius euaneſcit. c. Abbate. de verb. ſignif. c. 2. de opetis noui enunciat. Si verò eccleſia, vel collegium non propter delictum ſed ab
2 hoſtibus deſtruatur, tunc retinet omnia iura, & priuilegia ſua. c. paſtoralis. 7. q. 1. Idem ſi Eccleſia transferatur de loco ad locum auctoritate ſuperioris. Dicit tamen, quod quando eſt deſtructa eccleſia, vel collegium auctoritate Summi Pontificis, ſi poſtea reſtitueretur redirent iura perdita. l. at Licinius. ff. de ſeruit. ruſticor. prædiorum. Hanc Andr. doctrinam late defendit Affl. in d. §. fin. Contrarium cenſeo verius, quod deſtructa eccleſia, aut reprobato collegio, vel religione, feudum non reuertatur ad dominum, ſed remaneat ſub diſpoſitione Sũmi Pontificis. Facit primo, quod donans eccleſiæ, etiam ſi apponat modum, qui

qui eſſet cauſa finalis contractus, quo non ſeruato fieret reuocatio iuxta l. 1. C. de donat. quę ſub modo; tamen per inobſeruantiā modi non reuocatur donatio facta Eccleſiæ, niſi in donatione exprimatur, vt poſſit reuocari, & modus non cenſetur cauſa finalis in Eccleſia, ſed impulſiua; cauſa autē finalis eſt, vt cenſeatur donaſſe propter Deū, & pro remedio peccatorum ſuorum. tex. eſt notab. in c. verum. de condit. appoſ. Deus autem viuit in æternum, & Eccleſia dicitur manus mortua; ita quod donans caſtrum Eccleſiæ, præſumitur modus vt perpetuo caſtrum cenſeatur Deo oblatum pro remiſſione peccatorum, & refrigerio animæ, quod non eſt in cōceſſione facta laico vni familiæ, quæ extinguitur, qui potuit recogitare reuerſionem ob lineam finitam, & ſic deſtructa Eccleſia non ceſſat cauſa finalis donationis caſtri, quæ fuit oblatio facta Deo in perpetuum. Remanebit igitur feudū ſub diſpoſitione Summi Pōtificis, cuius proprium eſt cōmutare pias diſpoſitiones fidelium, tam inter viuos, quā in vlt. volunt. Clement. quia contigit. de religioſ. domib. facit etiam, quod quando voluntas pia teſtatoris non poteſt, impedimento iuris vel facti, adimpleri, non liberatur hæres, ſed fit commutatio in alium pium vſum, etiam per Epiſcopum cap. nos quidem. de teſtat. hinc legatum caducum fauore piæ cauſæ non efficitur caducum, itaque ſi relinquatur dos puellæ pro anima; ſi illa moriatur ante teſtatorem, dabitur dos alteri puellæ, vt per omnes in d. c. nos quidem. facit etiam tex. in c. recolentes de ſtat. Monach. vbi prohibetur Ciſtercienſes poſſidere caſtra, villas, & loca cum iuriſdictione, & ibi tex. non dicit, quod caſtra, quæ contra regulam poſſidebant, reuertantur ad concedentes, ſed commutentur, ſeu vendantur. & ibi dicit Innoc. quod ſi non inueniunt emptorē debent ex eis facere eleemoſynam, vel abijcere, & caſus videtur ferè idem, quia illi poſſidebant contra regulam caſtra, mandat Summus Pontifex vt ſeruent regulam, & vendant caſtra. nec poteſt dici quod ſi concedentes ſciuiſſent prohibitionem retinendi non conceſſiſſent. Præterea facit doctrina Bart. in
3 l. fin. ff. de colleg. illicit. vbi dicit, quod bona religioſorum, quando diſſoluitur eorum collegium, remanent apud ſuperiorem collegij, qui diſponet de illis bonis, tanquam de vacantibus, arg. l. 1. ff. de curatore bonis dando, & ita fuit obſeruatum in diſſolutione collegij Templariorum, vt refert Abb. & alij in d. c. recolentes, & vt habetur in hiſtoria Galliæ Pauli Aemilij ex diſpoſitione Summi Pōtificis Clementis V. bona mobilia illus ordinis fuerunt conceſſa Regi Galliæ Philippo pulchro, bona vero ſtabilia ordini militum Hieroſolymitanorum. Nec refragatur reſponſio Affl. loco citato, quod doctrina Bart. procedit in Burgenſaticis, non etiam in feudalibus, vt veniant ad fiſcum ſi feudum tenetur à fiſco, ſed ſi feudum tenetur ab alio reuertatur ad dominum directum, à quo habet feudum; quia Bart. loquitur generaliter. Præterea militat eadem ratio perpetuæ oblationis factæ Deo pro anima ſua, & ſic ceſſant aliæ rationes adductæ, per Affl. quod ciuitas, eccleſia, vel collegium ſi deſtruantur ob delictū habeantur pro mortuis; & quod finita eſt perſona cui eſt datum feudum, cum multis ad comprobationem per Affl. adductis, quia non ceſſat cauſa donationis, nec poteſtas Summi Pontificis transferendi bona vnius Eccleſiæ ad alteram. debuit itaque concedens exprimere, quod in caſu deſtructionis reuerteretur feudum ad eius familiam, non expreſſit, ergo debet haberi pro omiſſione l. quicquid aſtringendo. ff. de verb. obligat. d. c. verum. de condit. appoſ. Remanet igitur regula, quod ſemel Deo dicatū, ſiue fuerit animal, vel ager, ſiue aliud domino ſanctum ſanctorum, & ad ius pertinet Sacerdotum. 12. q. 2. c. nulli liceat ignorare. remanebit igitur feudum Deo ſemel dicatum ſub diſpoſitione ſummi Sacerdotis Vicarij Dei.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, an infeudet rem Eccleſiæ non ſolitam occupatam à potentiori.*

2 *Prælatus feudum Eccleſiæ à potente occupatam poteſt infeudare potentiori.*

3 *Titulus de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, non procedit fauore Eccleſiæ.*

4 *Prælatus poteſt alienare conſuetudinem infeudandi bona Eccleſiæ ob ſuperuenientē caſum.*

QVÆSTIO 42.

De Pręlato, an poſſit dare in feudum rem non ſolitam, occupatam à potentiori abſque ſolemnitate.

1 QVAERITVR, an Prælatus poſſit concedere in feudum rē Eccleſię non ſolitam concedi, occupatam tamen à potentiori ſine ſolemnitate. Et videtur, qui ſic, vt ſaltem Eccleſia aliquid percipiat per tex. in c. 2. de feud.

Digitized by Google

feud. vbi habetur, quod ſi vaſſallus Eccleſiæ
2 alienauit feudũ quod ab Eccleſia tenebat, &
Eccleſia non poteſt feudum illud de facili re-
cuperare, poterit illud concedere alicui po-
tentiori, qui recuperet, & ab Eccleſia recogno
ſcat. Contrarium tenent ibi Ioan. Andr. Card.
Zabar. Imol. & alij communiter, ne detur &
apetiatur via malignandi, & ſub colore recu-
perãdi bona Eccleſiæ. ſequitur Aluar. Præpoſ.
in c. 1. qui feud. dare poſſ. Curt. de feud. par. 2
q. 19. Non obſtat tex. in d. cap. 2. quia ibi iam
fuerat res Eccleſiæ conceſſa in feudum, & ſic
ſolita infeudari. Sed quare poteſt feudum poſ-
ſeſſum à potente, à quo non poteſt percipi ſer-
uitium vel penſio, alteri potentiori infeudari?
non ne obſtat tit. de alienatione iudicij mu-
tandi cauſa facta? Andr. de Iſern. Bald. Præpoſ.
3 in d. cap. 1. qui feud. darẽ poſſ. Anton. de
Butr. in d. cap. 2. reſpondent, quod ille titulus
intelligitur, quando fit doloſè, & animo tan-
tum turbandi aduerſarium, ſed hic fit bona
fide, vt facilius res Eccleſia recuperetur, & erit
ſpeciale fauore Eccleſiæ, vt pulchrè per Præ-
poſ. loco citato. Eſt tamen hic vnum notan-
dum, quod conſuetudo infeudandi, poteſt al-
terari propter caſum ſuperuenientem, vt puta
4 ſi eſt conſuetudo de non infeudando nobi-
libus, & potentibus, & vaſſallus Eccleſiæ
alienauit, & Eccleſia non poteſt recuperare,
niſi infeudet potentiori, poterit infeudare
non obſtante iuramento propter caſum im-
minentem neceſſitatis. ita Bald. ſingulariter,
vbi ſupra in d. cap. 1. per caſum notabilem
d. cap. 2. de feudis. Sed hodie videtur requi-
rendus aſſenſus Summi Pontificis per extra-
uag. Ambitioſæ. de reb. Eccleſ. & ſupra dixi-
mus in quæſt.

SVMMARIVM.

1 ***Prælatus an poſſit bona Eccleſiæ ſolita infeu-
dari, concedere conſanguineis.***
2 ***Oeconomus an poſſit bona Eccleſiæ concedere in
emphyteuſim; vel feudum conſanguineis.***
3 ***Authent. quibuſcunque. C. de ſacroſan. Eccleſ.
plures intellectus.***

QVÆSTIO 43.

An Prælatus poſſit bona Eccleſiæ ſolita infeudari, concedere conſanguineis.

1 ITA quæſtio variè à DD. per-
tractatur, & diuerſæ ſunt opi-
niones, quas omnes refert Curt.
de feud. part. 2. 7. quæſt. princip.
verior tamen, & communis opi-
nio eſt, qui liceat Prælato, Eccleſiæ res ſoli-
litas concedere in feudum conſanguineis ſuis,
ceſſante tamen fraude, & damno Eccleſiæ, &
etiam ſi res non ſunt ſolitæ; ſed cum debitis
ſolemnitatibus. Ità tenet Bal. in c. 1. qui feud.
dare poſſ. Andr. de Iſernia in cap. 1. n. 12. qui
ſucceſſores teneantur, in princ. Curt. loco ci-
tato vbi DD. cumulat, & teſtatur de cõmuni.
Pro qua opinione facit, quod Epiſcopus tene-
tur in diſpenſatione beneficiorũ, cæteris pari-
bus potius conferre conſanguineis quam ex-
traneis. c. dilectum, cũ ibi notatis, de præbend.
& etiã in diſtribuendis eleemoſynis propinqui
præferendi ſunt. c. nõ ſatis. 86. diſtinct. Sed huic
cõmuni opinioni videtur obſtare tex. in auth.
quibuſcunque. de ſacroſan. Eccl. quæ eſt cano-
2 nizata in §. quibuſcunq. 10. q. 2. & in ea pro-
hibetur alienatio in conſanguineos admini-
ſtrantium bona Eccleſiæ. ſed dictæ authenticæ
diuerſimodè à DD. reſpondetur Bal. in loc. cit.
dicit, quod illa authentica ſolum procedit in
emphyteuſi, & ſic in diſpoſitione iuris commu-
3 nis, nos autem loquimur in feudo, quod magis
innititur gratia. ſed iſte intellectus videtur
contra mentem illius tex. ne fraus fiat Eccle-
ſiæ ob affectionem in cõſanguineos, & de em-
phyteuſi ad feudum valet argumentũ, vbi mi-
litat eadẽ ratio, vt per Euerard. in loco ab em
phyteuſi ad feudũ. Alius intellectus eſt Abb.
in c. vt ſuper de reb. Eccl. non alien. vbi dicit,
quod d. authẽtica non babet locũ in Prælatis
Eccleſiarum; ſed ſolum in Oeconomo, de quo
expreſsè loquitur. Sed contra Abb. tenẽt Imol.
Barbat. in d. c. vt ſuper, quia militat eadem ra-
tio in Prælato adminiſtrante. & idem ante eos
tenet expreſsè And. de Iſern. verior eſt intelle-
ctus, quòd d. authẽt. nõ ligat eccleſias, nec ec-
cleſiaſticas perſonas, quia Imperatores non ha-
bebant hanc poteſtatem, niſi expreſsè eorũ or-
dinario approbetur ab eccleſia. Et quãuis ali-
quæ leges Imperatorũ ſint poſitæ inter cano-
nes in decreto Gratiani, fuerunt poſitæ tantum
ad oſtendendam deuotionem, & diligentiam,
quam Imperatores adhibebãt circa res Eccle-
ſiæ, vt dicit gl. notab. in c. 1. in verbo tract. de
reb. Eccl. non alienan. in 6. & ibi ponit exem-
plum de ſolemnitate requiſita in alienatione
rerum Eccleſiæ per auth. hoc ius porrectum.
C. de ſacroſ. Eccl. quæ eſt canonizata 10. q. 2.

hoc ius, notat etiam And. vbi ſup. & hæc opinio ſeruatur in ſupremo tribunali eccleſiaſtico Rotæ Rom. quæ ita pluries determinauit, vt non ſit inualida conceſſio ex ſola ſuſpitione, quod alienatio rei Eccleſiæ ſit facta in conſanguineos, vt tradit Card. Seraph. deciſ. 1125. Non eſt igitur amplius hæſitandum.

SVMMARIVM.

1 *Filius an priuetur, Regno vel Baronia ob non adimpletum votum pium paternum.*

2 *C. licet de voto intellectus.*

QVAESTIO 44.

De filio, an priuetur Regno, vel Baronia ob non adimpletum legatum pium paternum, vel votum.

1 QVAERITVR, an filius Regis, vel Baronis, priuetur regno vel Baronia ſi non adimpleat legata pia paterna, quemadmodum hæres non adimplens voluntatem defuncti, iuxta auth. hoc amplius. C. de fideicomm. Et videtur id de iure canonico ſaltem eſſe expreſſum in c. licet de voto, vbi ex tali cauſa inducitur priuatio regni, & clarum eſt ſtandum eſſe declarationi iuris canonici, quando caſus eſt dubius de iure ciuili ad notat. in c. 1. de nou. oper. nunciat. Affl. in c. 1. de natura ſucceſſionis feudi. n. 45. In contrarium eſt veritas, vt non priuetur regno, ita Bald. in d. authen. hoc amplius, vbi Iaſ. Gulielmus de Bened. in c. Baij nutrix verſ. ſi abſque liberis moreretur lib. 2. n. 216. de teſtam. Molina de primog. lib. 1. Non obſtat tex. in d. c. licet, nam habet plures intellectus, vt latè per Molin. loco citato. ſed communis intellectus eſt, quod ideo ibi filius fuit ſucceſſione regni priuatus, quia ipſe ſe expreſsè ad votum paternum aſtrinxit, ibi (& tu aſſumpto Crucis ſignaculo te id impleturum ſine dilatione aliqua promiſiſti) ſuſceperat enim filius in ſe votum petendi Hieroſolymam. idem etiam tenet Camerar. in c. Imperialem. §. præterea ducatus. fol. 100. col. 4. littera S. de prohib. feud. alienan. per Feder. Ioan. Ant. Lanar. in conſ. 1. num. 19. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 26. num. 51. & eſt communis.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura feudi Eccleſiaſtici, alio modo probatur quam feudi ſecularis.*

2 *Pares Curiæ non requiruntur in probatione feudi Eccleſiaſtici.*

3 *Scriptura an requiratur, ad probationem feudi Eccleſiaſtici.*

QVAESTIO 45.

De inueſtitura feudi Eccleſiaſtici, quando probetur.

1 QVAERITVR quomodo probetur inueſtitura feudi Eccleſiaſtici, & ſi in hoc differat à feudo ſeculari. ſciendum de hoc eſſe tex. in cap. 1. ſi de inueſtitura inter dominum, & vaſſall. l. oriatur. vbi ponitur modus probandi inueſtituram, & ponitur differentia inter feudum Eccleſiaſticum, & ſeculare, quod feudum ſeculare probatur per pa-
2 res, & iſti ſunt, qui tenent feuda ab eodem domino, vt ex d. tex. notat Bald. & cæteri, ſed feudum Eccleſiaſticum poteſt probari per pares, & per alios teſtes extraneos. ratio ponitur in tex. quia clerici ſæpè faciunt inueſtituras abſconditas ſine conſilio fratrũ ſuorum, vnde, vt veritas habeat locum ſuum debent omnes admitti in teſtes per legem feudorum, quod fortè tẽporibus antiquis acciderat. miror tamen quomodo compilatores feudorum tam impudenter, & publicè loquantur contra prælatos Eccleſiæ. ſed non eſt mirum, quia vt dicit Bald. in c. vnico, in 3. notab. hic finitur lex Federici, Obert. & Girard. compoſitores vſuum feudorum fuerunt duo pecora. Sed an requiratur ſcriptura dicit Card. Alex. in c. 1. n. 6. de
3 capitaneo qui curiam vendidit, quod cum inueſtituris prælatorum non requirantur pares, ſufficit ſcriptura corroborata à teſtibus bonæ opinionis. ſine ſcriptura enim in præiudicium Eccleſiæ non valeret, vt C. de ſacroſan. Eccl. l. iubemus nulli. §. ſanè omnis in fine, ſed bene valeret in præiudicium recognoſcentis feudum ab Eccleſia. arg. C. de fid. inſtrumentorum. l. plures apocis.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura feudi Eccleſiaſtici per alium poſſeſſi facta à Prælato, an teneat.*

2 *Prælatus ſi concedat feudum viuentis, poſt eius mortem, an poſſit pœnitere.*

3 *Promiſſio feudi vacaturi valet, & non præbenda, & quæ ſit ratio.*

4 *Auctoritate legis quod fit, dicitur iuſte, & bene fieri.*

QVAE-

QVÆSTIO 46.

De inueſtitura feudi Eccleſiaſtici per alium poſſeſſi.

1 QVAERITVR, an Prælatus poſſit feudum ſolitum concedi, infeudare alij viuente vaſſallo, itaut poſt eius mortem conceſſio ſortiatur effectum. de hoc eſt tex. ſingularis in cap. 1. qui ſucceſſores teneantur feudum confirmare, ponens differentiam inter feudum Eccleſiaſticum, & ſeculare, dicens, quod ſi Marchio, vel Comes inueſtiuit militem de alieno feudo, eo tenore, quod habere debeat illud poſt mortem vaſſalli, vel ſub conditione, vel in diem, quis ſit effectus huius inueſtituræ; & reſpondet, quod ſiue præmoriatur inueſtitor, ſiue inueſtitus, ſiue tenens feudum inueſtitor, eius hæredes tenentur inueſtito, & eius hæredibus adimplere inueſtituram adueniente die, vel conditione: licet aliqui dicant contrarium, quando præmoritur inueſtitus, quod ſi inueſtitura ſit facta purè de alieno feudo non valet. quod ſi perſona Eccleſiaſtica fecerit inueſtituram de alieno feudo in diem, vel ſub conditione, ſi præmoriatur inueſtitor antequam tenens feudum, vel conditio, vel dies extiterit, ſucceſſor eius non tenebitur adimplere inueſtituram: & prædicta ſunt vera decedente vaſſallo ſine hærede, alias ſine ſucceſſore, & non aliter, ſecundum Iacob. de Beluiſ. & Bald. ibi. quod ſi inueſtitus ante mortem Prælati acceperit poſſeſſionem feudi conſentiente eo qui detinet, & poſtea moriatur Prælatus, tenetur ſucceſſor habere ratam inueſtituram. ita habetur in cap. 1. qui ſucceſſores feudū dare teneantur. & ibi Andr. reddit rationem, quando non capta poſſeſſione ante mortem Prælati non tenetur ſucceſſor confirmare, quia Prælatus non habet cauſam à prædeceſſore in prælatura, eo quod Prælatus Prælato non eſt hæres, quia electione fit non ſucceſſione. 8. quæſt. 1. Apoſtolica cap. ad decorem. de inſtitut. ſed laicus tenetur adimplere tanquàm hæres. eſt autem cōmune in Prælato, & laico, quod ſi pure inueſtiant aliquem de feudo, quod alius tenet, inueſtitura non valet. Sed quæritur nunquid Prælatus inueſtiens de feudo nondum ei aperto, poſſit pœnitere, & inueſtituram annullare, & videtur quod ſic, tum hoc ius eſt odioſum propter votū captandæ mortis, triſtiſſimi enim ſolent inde prouenire euentus l. fin. C. de pact. & Andr. de Iſern. in loco citato teſtatur intellexiſſe ab experto, quod Rex Siciliæ, vel Robertus, vel Carolus Secundus, vt ibi dicit Liparul. ſæpe vtebatur d. c. concedendo feuda viuentium, & magnum damnum fuit illis quorum mors expectabatur. & cum iura feudorum dicantur conſuetudines, & vſus, & iſti ſint praui potius debent cenſeri corruptela, & non ſeruari tanquàm ratione carentes, nec valent promiſſiones tales c. 2. C. telatum. de conceſſ. præbend. & de male promiſſis Iuramentum non eſt ſeruandum.
3 22. quæſt. 4. c. in malis, & quando quod eſt ipſo iure nullum, poteſt ipſe idem qui fecit reuocare l. 1. C. de liberali cauſa l. quemadmodum. C. de agric. & cenſitis lib. 10. l. poſt mortem. ff. de adop. & Prælatus malè alienans res Eccleſię poteſt idem reuocare c. ſi quis presbyterorum. de reb. Eccl. Contrarium tenet Andr. de Iſern. loco citato, vt non poſſit Prælatus concedens reuocare, nec pænitere, quia hæc promiſſio inueſtituræ valida eſt, qui a fulcitur hoc iure feudorum, quo teſtificatur ſic eſſe in vſu, vt in dictis iuribus, & c. moribus. ſi de feud. fuer. controuer. & ideo nec malum, nec malè promiſſum eſt, quod fit legis auctori-
4 tate, & quod fit de iure, fit iuſtè, ſi iuſtè ergo bene. 14. q. 4. c. quid dicam. Non obſtat illud de præbendis vacaturis, quia præbendæ vacaturæ frequentius petebantur, & ideo ad illam frequentiam importunam proceſſit inhibitio Conc. Lateranenſis d. cap. 2. de conceſſ. præbend. arg. ff. de legib. l. nam ad ea. & alias fuerunt conditæ leges propter importunitatem, vt l. aſſiduis. C. qui potior. in pign. hab. l. 1. C. de petit. bonorum ſublat. lib. 10. feuda verò non ſic, nec paſſim omnibus conceduntur non enim fœminis, nec clericis, non mancis, non debilitatis, & miles non quilibet fit, nec quilibet eligitur, nam dicitur miles quòd de mille vnus, vel à malo, quod ſuſtinet pro bono communi, & publico l. 1. ff. de mil. teſtat. Et quamuis talis inueſtitura feudi viuentis, quo ad quedā ſit odioſa, tamē talibus promiſſioni-
1 bus alliciuntur milites pro expeditione pro repub. nec præiudicat iuri alterius. & ſi triſtes ſequentur euentus dicetur cū Auguſt. 23. q. 5. c. de occidendis, quod præter intentionem, & voluntatem dominorum concedentiū, ſi eueniāt ex ſiniſtra, non eſt quod eis imputetur, vbi ponuntur exēpla. Itē quilibet diſponit de reb. ſuis, & etiā de futuris paciſcimur, & ea pacto renunciamus. l. fi. C. de pact. vendimus iura futura l. nec emptio. ff. de contr. empt. & obli-

E 2 gando

gando ſimpliciter bona veniunt futura l. fin. C. quæ res pignori obligari poſſunt, ſicut cum contrahitur ſocietas de rebus, aut bonis, etiam ius futurum intelligitur, & quando eueniunt illa, quæ erant futura cum contrahebatur, trahuntur retro, vt videantur tempore cõtractus extitiſſe d. l. nec emptio, vnde feudo aperto videtur tunc conceſſum, quando inueſtitura facta fuit. concludit igitur Andr. quod prælatus ex quo ſemel conſenſit nõ reuocabit, ſicut nec laicus, nec laici hæres per l. ſicut. C. de act. & oblig. vbi à principio voluntaria, tractu temporis ſunt neceſſaria. & hanc opinionem And. ſequitur Liparul. qui alios allegat, & credo veram ex dictis per ipſum; nã videmus, quod iure canonico permittitur vnio beneficij viuentis abſque præiudicio obtinentis. Clem. 2. de reb. Eccl. non alien. permittuntur etiam penſiones, quæ morte expirant, & raro triſtes euentus oriuntur, ergo non eſt facienda extenſio prohibitionis Concilij Lateranenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiaſtici feudi poſſeſſor, an poſſit illud in aliam eccleſiam transferre, non requiſita eccleſia directa domina.*

2 *Eccleſiæ omnes ſunt membra Eccleſiæ vniuerſalis, & quomodo id procedat.*

QVÆSTIO 47.

De obtinente feudum ab Eccleſia, an poſſit illud transferre in aliam Eccleſiam non requiſita Eccleſia domina.

1 IN hac quæſtione Abb. in cap. cum Apoſtolica. de his quę fiunt à Prælatis, tenet quòd ſic, vt per hoc eripiatur de manibus laicorum: nã honeſtius eſt quòd feudum ſit penes Eccleſiam, quam penes laicos, præſertim cum omnes Eccleſiæ ſint vna Eccleſia, & membra vniuerſalis Eccleſiæ. cap. 1. §. vna vero. de ſumma Trinit. & ita tenet Abb. per illum tex. in d. cap. cum Apoſtolica, vbi habens decimas vnius Eccleſiæ poteſt in feudum dare alteri Eccleſiæ, prima non requiſita. In contrarium facit, quod ex hac alienatione deterioratur conditio prioris Eccleſiæ, quia non ſperaret reuerſionem in multis caſibus quibus feudum reuertitur. dicitur enim Eccleſia habere manus mortuas ſiue perpetuas. cap. 1. de alien. feud. Nec videtur obſtare tex. in d. cap. cum Apoſtolica; quia loquitur de feudo decimarum obtento ante Concilium Lateranenſe, de quo in cap. prohibemus. de decimis, cuius recuperationem, & reuerſionem ad Eccleſiam adeo deſiderabat lex canonica, quod ad quamcunque Eccleſiam cum conſenſu vaſſalli valebat alienatio, dummodo exiret manum laicam. modo trahere hunc ſpecialẽ effectum, quem habuit ille tex. pro recuperatione rei ſpiritualis ad omne aliud feudum Eccleſiæ non videtur ſuſtentabile, nec videtur extendendus cum præiudicio Eccleſiæ, quæ ſperat reuerſionem, vt dixi. Nec obſtat, quod omnes Eccleſiæ ſint largè vna Eccleſia, quia per hoc non debet auferri vni, & dari alteri. cap. cum cauſa. de præbend. alias nunquam Eccleſia reſtitueretur in integrum aduerſus aliam Eccleſiam contra cap. auditis. de reſtit. in integr. quia ſemper poſſet dici vnam non damnificari ſi altera haberet, quod eſt abſurdum. Et hanc opinionem cenſeo veriorem, quam tenet Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum. num. 74. verſ. 4. limita. de conſtitut.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſſallus Eccleſiæ, qui non petijt renouationem inueſtituræ, an poſſit celeri ſatisfactione moram purgare.*

2 *Clementiores lege eſſe non debemus.*

3 *Mora non purgatur, contra ſtatutum legis.*

QVAESTIO 48.

De vaſſallo clerici, qui non petijt renouationem inueſtiturę, an poſſit celeri ſatisfactione moram purgare.

1 CAVSA priuationis feudi, inter alias numeratur, ſi vaſſallus intra annum & diem non petierit renouationem inueſtituræ à ſucceſſore domini mortui. cap. 1. in principio, quæ fuer. prima cauſa benef. amitt. quæ regula plures recipit limitationes, quas recenſet Franciſc. Curt. de feud. 4. part. n. 54. & ſeq. & quatenus pertinet ad noſtram materiam eccleſiaſticam, quęritur

quod

quod ſi vaſſallus celeri ſatisfactione moram purgauerit, an tunc veniat feudo priuandus Iacob. Ardizon. in ſumma in tit. quibus mod. feud. acquiratur, ſub rubricella ex iuſta cauſa vaſſallus excuſatur, tenet quòd non. arg. tex. in cap. potuit de locato, vbi admittitur purgatio moræ in emphyteuſin, & per c. ſi quis presbyterorum. de reb. Eccleſiæ non alien. & l. ex hoc. §. ſi quis. ff. de alien. iudicij mutandi. Bal. vero in cap. 1. quo tempore miles, dicit quod quamquam iſta opinio ſit æqua, tamen non probatur per aliquam legem, vel conſuetudinem feudorum, ideoque non debemus eſſe
2 clementiores lege, vt in auth. de iud. §. oportet. & ſufficit, quod ita ſit ſtatutum, vt ff. qui, & à quibus l. proſpexit, & hæc opi. probatur in d. c. 1. quo tempore miles. Et ſuadet ratio multiplex. Primo, quia contra ſtatutum legis non
3 purgatur mora l. 2. C. vt intra certum tempus l. 3. C. qui accuſ. non poſſunt l. 2. C. de iure emphyt. Secundo, quia iſte contractus habet quandam temporalitatem, cui ſi non obtemperetur, non purgatur, vt ff. de pact. l. epiſtola. §. fin. & ff. loca. l. quæro. §. inter locatorē. Tertio, quia quando per moram fit retrotranſlatio domini non debet purgari mora, vt tenet But. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. item quia vbi fit reſolutio contractus, ibi non eſt tractandum de purgatione moræ, niſi conſentiat altera pars, vt C. de pact. int. empt. & vēd. l. commiſſoriæ. Et prædicta refert, & ſequitur Aluar. in d. c. 1. in prin. in 4. col. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. ſed Cardin. ibi in 4. col. poſteaquam ex aliquibus confirmauit hanc opin. ſubijcit vnum eſſe, quod facit eum multū dubitare circa prædicta. ſc. tex. in d. c. potuit extra. de loca. vbi fit reſolutio iuris, & à lege, & tamē admittitur purgatio moræ; nam non ſoluens canonem intra biennium, cadit ipſo iure ſecundum communem ſentēiam. Nec obſtat ſi dicatur, quod cadit ita demum, ſi dans voluerit, quia ſecūdum eum idem erit in feudo, cum nulla diuerſa ratio poſſit aſſignari, & ideo valet arg. de feud. ad emphyt. iuxta ea, quæ latè diximus in 1. pat. huius operis in 3. q. princip. Ergo cap. potuit de loca. loquēs in emphyteuſi habebit etiam locum in feudo. Confirmatur hæc opinio ſecundum eum, quia dicimus, quod de æquitate canonica admittitur purgatio moræ, vbi partis non intereſt, prout dixit Hoſtien. tit. de arbit. §. ſed qualiter ver. ſed nunquid religioſi. Bald. in l. qui de crimine. C. qui accuſ. non poſ. Ant. in cap. delicti. extr. de arbit. facit. gloſ. in c. apud miſericord. 32. q. 1. & in cap. beatus. 22. q. 2. Bald. in l. ſi pacto quo pœnam, in fin. colum. C. de pactis. Deinde autem non multum intereſt, ſi vaſſallus intra debitum tempus non cognouit, dummodo intra breue tempus velit moram purgare, ergo videtur quod vaſſallus debeat admitti, ſaltem de æquitate canonica. Niſi forte ſuſtinēdo primam opin. dicamus ſecundum eum, quod propterea aliud in emphyteuſi quā in feudo, quia emphyteuſis eſt contractus oneroſus. §. adeo inſt. loca. feudū a. eſt beneficium cap. 1. §. fin. in qui. ca. feu. amitt. iam non mirum, ſi in feu. non admittitur purgatio moræ, licet ſecus in emphyt. Et per hoc dicit, poſſe reſponderi ad dictum Hoſt. ſupra in contrarium allegatum, quod vaſſallus potius dicitur cadere à beneficio, quam moram purgare, ideo illa æquitas fortè non admittetur, & ideo cogitandum eſt ſecundum eum. Nihilominus æquior opinio eſt quod poſſit mora purgari dummodo ius domini non ſit effectum deterius, quæ præcipuè videtur ſeruanda in feudis eccleſiaſticis cum Eccleſia magnam æquitatem ſequatur c. ſuam de pœnis, vbi DD. & feuda vt plurimum non conceduntur gratuito, vel ſine magnis meritis præcedentibus, & ſic ſumus etiam in cauſa oneroſa. & dummodo ſit celeris ſatisfactio ſaltem negocium eſſet tranſactione terminandum, vt vaſſallus non amittat feudum, ſed ſoluat aliquid Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento an poſſit impetrari à vaſſallo, qui fecit contra formam fidelitatis.*

QVÆSTIO 49.

De vaſſallo periuro; qui fecit contra formam fidelitatis, an Papa illum abſoluat.

1 QVAESTIO eſt pulchra ſi vaſſallus ſit periurus, quia fecit contra formam fidelitatis an poſſit obtinere abſolutionem à ſummo Pontif. Bald. in rubr. de forma fidelitatis tenet, quod Papa non poſſit diſpenſare, remittēs ſe ad notata in cap. 2. de renunc. facit quia iuramentum eſt de iure diuino. cap. etſi Chriſtus. de iureiurando. cap. magnæ. de voto. &

Papa non diſpenſat ſecundum eum, contra ea quæ ſunt iuris diuini. 15.diſt.c.1. Specul. in tit.de diſpenſat.§. nunc breuiter.verſ.3.ergo. In contrarium facit, quod in omni iuramento intelligitur excepta auctoritas Papæ. cap.venientes . de iureiurand. ergo Papa poteſt ſola voluntate abſoluere iurantem, & periurum, vt dicit Ioan. Andr. in c. quando. de iureiur. Affl.in d.rubr.de form.fidel.tenet contra Bal. quod Papa poſſit abſoluere vaſſallum periurum ex cauſa,ex notatis in d.c.quando.& per Innoc.in c.cum P.de renunciationib. Abb. in c.conſtitutus.de reſcript.& in c.ſignificaſti. in gl.in verbo excipitur auctoritas,de elect.allegat etiam Alexand.conſ.38.vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli an teneantur præſtare ſubuentionem Baroni pro filia monachanda, vel maritanda.*

2 *Spuria nubens legitimo, & naturali, efficitur legitima ſecundum Ang. & abſque dubio ſi ingrediatur Religionem.*

3 *Filiorum appellatione quo ad alimenta eis debita de iure naturæ & canonico, veniunt ſpurij.*

4 *Legitima per ſtatutum tolli non poteſt in totum, ſed in partem.*

5 *Subuentio debetur domino à vaſſallis pro faciendo milite filio ſpurio.*

6 *Canones fuerunt conditi, dono & inſtinctu Spiritus ſancti.*

7 *Lex remittens pœnam delinquentibus, non includit futuros.*

8 *Statutum habilitans illegitimos ad ſucceſſionem non valet.*

9 *Statutum Epiſcopi habilitans illegitimos ad minores ordines, & ſimplex beneficium, non valet.*

10 *Diſpenſatio debet fieri cum cauſæ cognitione, & non debet eſſe vaga, & indiſcreta.*

11 *Subuentio ex conſtitutione Regni, Quamplurimum, an debeatur vaſſallis Baroni non indigenti.*

QVÆSTIO 50.

De vaſſallis, an teneantur præſtare ſubuentionem Baroni pro filia monachanda, etiam ſi ſit ſpuria, vel pro ſpuria maritanda ex æquitate canonica.

CONSTITVTIO Regni Quāplurimum, mandat præſtari ſubuentionem à vaſſallis Baroni pro filia maritanda . item pro monachanda, vt in c. Regni pro parte vniuerſitatis Vici; ſed pro maritanda præſtantur caroleni quinque pro quolibet foculari; pro monachanda verò medietas, ideſt, grana 25. nam monialis non indiget tot expenſis. Sed dubiū eſt, an pro filia ſpuria monachanda, vel maritāda. Marin.Frecc.de ſuffed. lib.2.fol.289.q.3. refert aliquos dicentes
1 debere conſtitutionē Regni etiā habere locum in filia ſpuria maritanda, quia pater tenetur 2
alere filiam ſpuriam de iure canonico. c. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimoniū eam, quam polluit, & pater tenetur eam dotare, cum dos ſuccedat loco alimentorum. item quia dicit ratio conſtitutionis, cum pater de 3
ſuo eroget, & patrimonium diminuat, & quamuis non teneatur aſſignare tantam dotem, ſicut legitimæ, vt notat Bald.d.l.fin.C.de his, quibus vt indignis. tamen minus per ſubuentionem recipiet, & tanto magis, quod per matrimonium ſpuriæ cum viro legitimo, & naturali, efficitur legitima ſecundum opinionem Ang.in §.quod verò. in Auth. quib. mo-
2 dis natural.effic.ſui. quod abſque dubio procedit in ſpuria ingrediente religionem; nam per ingreſſum efficitur legitima . Bald. l. 1.C. de ſacroſ.eccleſ.Rom.in Auth.ſimiliter. C.ad l.falcid.Felin.in c.cum deputati.de iudicijs.gl. & DD. in c. 1.de filijs presb. in 6.& ſic agitur etiam de honore acquirendo familiæ domini. Contrariam opinionem tenet ipſe Frecc. vt non procedat in filia ſpuria maritanda,& ſucceſsiuè non videtur procedere in filia ſpuria monachanda, pro qua debetur minor ſubuentio . affert rationes, quòd hæc lex eſt dura,& contra regulas humani, & diuini iuris: ergo extendi non debet à caſu ad caſum. reg.odia. de reg.iur.in 6. & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, & quod ſi Rex Guglielmus voluiſſet, expreſsiſſet, quemadmodum in alijs legibus Regni idē ſtatuit in nepte ex filio primogenito, & in filia monachanda. Item quia verba legis ſunt in potiori ſignificatu ſumenda. l.1. §.in perpetuum. ff. ſi ager redi. & filij dicuntur, qui ex legitimis nuptijs nati ſunt. l. filium.ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & quia odioſi non veniunt in generali beneficio. l. Lucius Titius . §. Lucius. de legat. 2. Dicit etiam, argumentum de alimentis ad dotem non ſemper procedere, ſed tantum vbi militat

eadem

eadem ratio. & pro parte tenentium contrarium non poſſe aſsignari honeſtam rationem, nam alimenta ſunt annua, & perſonalia: dos autem perpetua. illa ſoluuntur paulatim, dos eodem tempore, & integra, & ad hæredem transit. non viget fauor vaſſallorum, nam naturalis filia ſolet nubere viro degeneri, aut vili, & ideo ſolet ab illis contemni; gloriantur enim de genero nobili, cui exhibent reuerentiam, vt domino; nam gener loco filij eſt. l. 2. ff. de in ius vocando. Inſuper ſubdit etiam non eſſe putandum ſanctiſsimas leges voluiſſe ſtatuere ius iniquum. c. erit autem lex. diſt. 4. & talis lex eſſet nutritiua peccati, & alios incitaret ad libidines. Verum his non obſtantibus ſequor priorem opinionem in vno tantum caſu, quando Baro eſt pauper, & indiget ſubuentione. Pro qua conſidero, quod ius canonicum mandauit præſtari alimenta neceſſaria filijs ſpurijs, fundans ſe in iure naturali, ac reducens eos ad ius naturę, quo præcipitur educatio liberorum, vt dicit gl. & omnes in d. cap. cum haberet. & ſucceſsiuè ſumus in materia fauorabili iuris naturalis, & alimentorum, ac propterea talis diſpoſitio deriuans à iure naturali, tanquam ius naturale, tollit ius ciuile, vt conſiderat gl. & proinde in hac materia alimentorum, & dotium, ſpuriorum & ſpuria-
3 rùm; appellatione filiorum veniunt ſpurij tanquam in hoc æquiparati à lege, iuxta gl. not. in c. ſi poſtquam. §. 1. & §. fin. de elect. in 6. vbi in verbo mente, dicit per illum tex. extenſionem fieri ad æquiparata etiam in pœnalibus, vt pulchrè in hac materia alimentorum ſpuriorum tradit Euerard. in loco à ſimili. Cum itaque cõſtitutio loquatur de filia maritanda, intelligitur etiam de ſpuria maritanda ex iure naturæ, quo iure omnes naſcuntur legitimi. Facit DD. concluſio, quod ſtatutum
4 poteſt tollere legitimam non in totum, ſed pro parte, ita vt non tollat alimenta debita de iure naturæ, vt per Rot. Rom. deciſ. 1. de conſu. in nouis. vbi diffusè Abb. ſingulariter in c. Rainutius. de teſtam. n. 12. & alibi. Idem etiam Marin. Frecc. loc. cit. fol. 305. dicit deberi ſubuentionem domino pro faciendo milite filio ſuo naturali, vel ſpurio, quia conſtitutio non diſtinguit, ſolum dicit requiri ſub-
5 uentionem pro faciendo milite. l. de pretio. ff. de publician. nec nos diſtinguere debemus. Et ex his apparet reſpõſio ad omnia allegata per Marin. cum agatur de materia fauorabili, & non recedatur à littera, cum appellatione filiarum veniat filia ſpuria quo ad dotem ex iure naturali à canonico declarato. Non obſtat, quod videretur lex nutritiua peccati, quæ induceret ad libidinem, & meretricium: id enim non ſequitur. alias ius canonicum, quod mandauit præſtari neceſſaria ſpurijs, daret materiam delinquendi, quod abſit dicere. Cano-
6 nes enim fuerunt conditi dono, & inſtinctu Spiritus ſancti. c. violatores. 25. q. 1. Et ius canonicum eſt, quod normam, & regulam benè viuendi præbet. c. regula. diſt. 3. maximè, quod hoc caſu declarat ius naturale, quod præualet iuri poſitiuo. induceret autem lex ad peccandum, ſi expreſsè remitteret pœnas delin-
7 quentibus futuris; nam non includeret futuros, ne detur materia delinquendi. l. cum lex. & ibi Bart. & Bald. ff. de legibus. & in ſpecie Feder. de Sen. conſ. 278. incip. factum, conſuluit, ſtatutum non poſſe habilitare prolem il-
8 legitimam ad ſucceſsionem, ne aperiatur via adulterijs, & copulæ illicitæ, & quia ſtatutum careret honeſtare contra c. erit autem. diſt. 4. Et dicit Domin. in c. 1. de filijs presbyter. in 6.
9 non valere ſtatutum Epiſcopi, habilitans omnes filios illegitimos ad minores ordines, & ſimplicia beneficia, quia aperiret viam pecca-
10 tis, ſecus in diſpẽſatione, quæ ſibi competit, quia illa fit cum cauſæ cognitione, vt per Innoc. in c. cum ad monaſterium. de ſtatu Monach. ſed per ſtatutum induceretur diſpenſatio nimis indiſcreta, & vaga, vt pulchrè tradit alia adducens Felin. in c. fin. de conſt. ſed declarare debitum iure naturæ ſpurijs non eſt inducere ad peccandum, alias ſtatuere, quod delinquentibus, & reis non denegentur alimenta, eſſet etiam inducere ad peccandum, quod eſt vanum aſſerere, & ſatis ſuperq. ſufficeret habere auctoritatem Canonis in d. c. haberet. Domino tamen, quod quamuis fuerunt opiniones, an debeat præſtari ſubuentio
11 Baroni non indigenti, & Affl. in d. conſtitutione, quamplurimum, tenuerit non eſſe præſtandam, Frecc. autem vbi ſupra. fol. 261. tenuerit eſſe præſtandam, quia in ea ponitur etiam caſus præſtationis pro emenda terra, & ſic quando Baro fit potentior, augetur ſtatus, tamen in hoc caſu ſaltem cenſeo non eſſe denegandam ſubuentionem, quando dominus eſt impotens, vt minus grauentur vaſſalli, quam ſit poſsibile. & hanc opinionem tenet Præpoſ. poſt alios, quos allegat in c. 1. §. ſimiliter. de capit. Corrad.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Regni, vt de ſucceſsionibus, ac*

proce-

Digitized by Google

procedat in feudo Eccleſiaſtico.

2 *Conſtitutio Regni, quamplurimum, an procedat in feudo Eccleſiaſtico.*

3 *Conſtitutio Regni, quadragenalem, non procedit contra Eccleſiam.*

QVAESTIO 51.
De Conſtitutione Regni, vt de ſucceſsionibus, an habeat locum in feudo Eccleſiaſtico.

1 QVAERITVR an Conſtitutio Regni, vt de ſucceſsionibus, quæ admittit fratrem ad feudum nouum deficiente linea deſcendente contra regulas feudi, habeat locum in feudo eccleſiaſtico. Marin. Frecc. de ſubfeudis. lib. 3. fol. 393. n. 22. negatiuè reſpondet ex doctrina Andr. noſtri de Iſern. in conſtit. regni, ſi quis in poſterum. col. 1. vbi dicit, quod conſtitutiones regni, etiamſi eſſent pro Eccleſia non ligant. c. fin. de reb. eccl. non alien. Seruabitur ergo ius commune feudorum, niſi Eccleſia haberet feudum à Rege, vt quilibet Baro, tunc iudicandum eſſet de ea, vt de quolibet alio feudatario, quando non habet in burgenſaticum, vel allodium; iuxta Abb. in c. eccleſiæ Sanctæ Mariæ. de conſtitut. & adnotatur in c. cæterum. de iudicijs. & in c. verum. de foro competen. Frecc. loc. cit. de
2 cuius doctrina, cum ſit clara, non eſt diſputandum. Et eadem ratione infertur, conſtitutionem Regni, quamplurimum, quæ taxat caſus, in quibus Prælati poſſunt exigere charitatiuum ſubſidium à vaſſallis, non procedere
3 in feudis eccleſiaſticis, ſed in feudis quæ tenentur à principe. & ſentit Andr. ibi, quia de homine eccleſiæ, quaſi non eſſet feudalis, princeps non diſponeret. Item conſtitut. regni quadragenalem, quæ præſcriptionem quadragenalem, vel ſexagenariam in aliquibus caſibus currentem contra fiſcum in publicis, ſeu fiſcalibus rebus, prorogat ad præſcriptionem centenariam minori præſcriptione non obſtante, excepta quadragenali præſcriptione in rebus donatis à principe, & triennali in ſententijs contra Principem latis, iuxta l. 10. C. de quadrag. præſcript. & l. vnica. C. de ſentent. aduerſ. fiſc. lib. 10. d. conſtitutio non procedit contra eccleſiam, ſi ipſa poſſidet hæc publica, quando iure Romano præſcribuntur annis 40. iuxta l. fin. C. de fund. patrim. lib. 10. & l. 1. C. ne rei domi. l. omnes. l. competit. C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſuccedens patri in feudo ex pacto & prouidentia, quando teneatur ſoluere legata pro anima, pro remuneratione familiæ, ac malè ablatis.*

2 *Filius tenetur ad impenſas funeris patris, licet ſuccedat in feudo ex pacto & prouidentia.*

QVÆSTIO 52.
De filio ſuccedente patri in feudo ex pacto & prouidentia, quando teneatur ſoluere legata pro anima, pro remuneratione familiæ, ac malè ablatis.

1 QVAERITVR an filius ſuccedens patri in feudo ex pacto & prouidentia, teneatur ſoluere legata à patre pro anima, pro remuneratione familiæ, vel pro malè ablatis. Et videtur dicendum, quod non de iuris rigore, nam pater de feudo ex pacto & prouidentia in præiudicium filij conficientis inuentarium, ſi eſt mortuus ante Kalendas Martij, de fructibus feudi non dabit vnam candelam pro anima ſua, quia ſic eſt in agnato, & feudum eſt proprium ipſius filij, & pater quicquam de feudo non potuit diſponere. c. 1. de ſucceſſione feudi, ibi, nulla ordinatione defuncti manente in feudis. ita Andr. noſter de Iſern. in c. 1. an agnatus. per illum tex. vbi filius ſi facit inuentarium comparatur alijs agnatis; nihilominus idem Andr. ex eodem tex. faciente differentiam inter agnatum, & filium; cenſet, poſſe de æquitate dici filium teneri ad legata pro anima, ad remunerationem ablatorum, in quantum bono iudici videbitur, quantumcunque faciat inuentarium. nam æquitas, & ratio d. c. 1. plus ſtringit filium, quam agnatum, quia filius habet eſſe à patre, non agnatus, nec filius debet eſſe delicatus, nolens aliquid dare, nec onerosus pater euiſcerando vires feudi. argument. l. ſeruos. ff. de pignori. & l. ſi benè. ff. de vſufruct. & quãtitatem debitorum arbitrabitur iudex. argument. l. 1. ff. de iure deli. Eliget tamen me-
2 dium. auth. de conſul. in princip. Pro dignitate

tate patris, qui non debuit ſtare ſine familia, vel ſine honorabilibus exequijs funeris, dummodo iudex non excedat fructus illius anni, quando deceſſit ante Martium. ſequitur Affl. in d.c.1.Capic.in inueſt.in verb.ſucceſſor vaſſalli. verſ.limita 1. de impenſis funeris. Non eſt dubium, quod teneatur filius, quia fieret iniuria patri, ſi non ſepeliretur ſecundum eius qualitatem, vt in l.quod ſi nulla. ff.de relig.& ſumpt.funer. ita Andr.in d.c.1.& ibi Affl. Io. Vinc.de Anna in repetit. conſtitut. Diuæ memoriæ. num.129. teſtatur ſuo tempore vidiſſe in Regia Camera, haberi reſpectum legatorum factorum piis locis, & in reluuio Illuſtriſſimi Aſcanij Columnæ fuiſſe deductas certas ſalmas vini, & frumenti legatas monaſterio Tagliacozzi, licet eſſent legatæ ſine aſſenſu, & non fuit ſolutum releuium tāquam onus feudi. & iterum in monaſterio S. Viti de Marigliano fuiſſe ſolutas certas vegetes vini legatas per Albericum Caraffam vtilem dominum mutato dominio, contradicentibus creditoribus cum aſſenſu, & ipſe Io.Vinc.de Anna voluiſſe ſcire rationem, cui reſponderunt domini, cedere in vtilitatem feudi habere cœnobium cum multis monachis, vt precioſior terra iudicetur. ſed hoc non paſſim, ſed ſincerè, & bona fide à circumſpectis iudicibus; ſed Io. Vinc.poterat allegare Andr. de Iſern. in d. c. 1. quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus inueſtiens aliquem de feudo nouo tanquam de antiquo, an præiudicet Eccleſiæ.*

2 *Verba enunciatiua, inter eos qui non poſſunt diſponere, non probant.*

3 *Perſonæ qualitas non excuſat ab omiſſione formæ.*

QVÆSTIO 53.

De Epiſcopo inueſtiente aliquem de feudo nouo tanquam antiquo, an præiudicet Eccleſiæ.

1 EPISCOPVS inueſtiuit aliquem de feudo nouo tanquam antiquo, & paterno non mutando, aſſerens quod illud habuit, & tenuit, & poſſedit iure feudi ab antiquo, an ex his, & ſimilibus verbis Epiſcopi probetur feudum antiquum. Bal. in procem.feud. n.43. dicit non probari, neque præſumptionem oriri, quod feudum ſit antiquum, quia Epiſcopus non poteſt de nouo concedere feudum, licet antiquum poſſet infeudare. cap.1. de feudis. Vnde huiuſmodi enunciatio & atteſtatio, præſumit factum in fraudem legis, niſi id verum eſſet, & legitimis probationibus conſtiterit. l.qui teſtamentum. ff.de probation. l.ſi forte. ff.de caſtrenſi peculio. l.magis puto. §.nec paſſim. & §.ſi æs alienum. ff. de reb. eorum. Dicit tamen Bald. ex prædictis verbis probari feudum antiquum, ſi is qui conceſſit nouum feudum poſſit concedere, quia tunc non poteſt dici factum in fraudem legis. l. Lucius. §.quiſque. ff.de leg. 2. l.Lucius. §.1. ff.de leg.3. Idem dicit ſi Prælatus cum toto capitulo confiteatur, & iure iurando confirmet omnia quæ in iuramento continentur vera eſſe, & capitulares ſint viri prudentes, & inſignes. faciunt not.per Abb. in c. niſi eſſent in 1. not. de præbend. & alia, quæ adducit Mant. de tac. lib.23. tit.3. n.79. Contrariam tenet Zaſius in epit. feud. par.3.
2 num.7. Quia verba enunciatiua, inter eos qui non poſſunt diſponere, non probant. l. ſi forte. ff.de caſtrenſi pecul. nec poteſt ſuffragari, quod Capitulum ſimul cū Epiſcopo id enunciauerit. c.1. de reb.eccl. l.iubemus.2. in princ. ibi (nec ſi omnes cum religioſo Epiſcopo.)
3 C. de ſacroſ. eccleſ. Nec qualitas perſonæ ab omiſſione formæ excuſatur, quæ etiamſi à ruſticis omittatur, actus eſt nullus. Bald. in l.iuris ignorantiæ. n.3. C.qui admitti. nec ratione perſonæ egregiæ ſolemnitas extrinſeca præſumitur. Zaſ.in l.ſciendum. nu.19. ff.de verb.oblig. Felin.in c.ſicut. n.43. de re iudic. In hac quæſtione opinio Zaſij videtur verior, niſi alia adminicula concurrant, vt potè antiquitus, vt dicit idem Zaſius ibi 1. verſ. limitatur tamen. vbi dicit id poſſe reſtringi, niſi fidem daret verbis antiquitas, veluti ſi adeſt enunciatio in inſtrumentis, vel litteris antiquis, tunc enim propter antiquitatem temporis præſumuntur omnia ſolemniter acta. arg. l.ſi filius. C. de petit.hæredit. vel ſi concurrant alia adminicula ex Aret. in d.l. ſciendum. num.11. in fin. Mant. loc.cit. num.18.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an teneatur reinueſtire agnatos defuncti, de feudo reuerſo ad eccleſiam ob lineam finitam.*

2 *Agnati non poſſunt petere inueſtituram feudi eccleſiaſtici ob lineam finitam, quando*

Digitized by Google

do Eccleſia vult pro ſe retinere.

3 *Agnati poſſunt petere inueſtituram feudi deuoluti ad Eccleſiam ob lineam finitam, etiam ſi non ſint hæredes.*

4 *Agnati quando multum tardauerunt petere inueſtituram feudi deuoluti ad Eccleſiam ob lineam finitam, non audiuntur.*

5 *Agnati poſſunt petere inueſtituram feudi deuoluti ad Eccleſiam ob culpam ſecundum æquiorem opinionem.*

QVÆSTIO 54.

De Feudo Eccleſiaſtico ob lineam finitam ad Eccleſiam reuerſo, an Prælatus teneatur de illo inueſtire conſanguineos defuncti.

1 QVAERITVR, an reuerſo feudo ad Eccleſiã ob lineam finitã, teneatur Prælatus inueſtire conſanguineos defuncti potius quàm extraneos, & videtur affirmatiuè reſpondendum ex illa ſingulari doctrina Bart. in l. 1, §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſt. vbi dicit, quod ſi res emphyteutica reuertatur ad dominũ propter finitam generationem, conſanguinei vltimi defuncti, ſi dominus velit extraneum inueſtire, poſſunt appellare, & implorare officium iudicis. quam opinionem Bart. eſſe æquiorem, & in praxi obſeruatam tradit latè Alex. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. & eſſe communem pluribus allegatis dicit Dec. conſ. 131. & ad feudum eam extendit Ang. in d. § permittitur. Ancharan. Card. Abb. in c. bonæ. il 1. de poſtulat. prælat. Imol. in c. 2. de feud. Ant. de Butr. in c. 1. de locato. Curt. de feud. 2. p. 15. q. princip. Alex. latè conſ. 80. lib. 1. Contra hanc opinionem facit tex. in c. 2. de feud. vbi dicitur, quod Epiſcopus feudum reuerſum ob lineam finitam poteſt liberè alij concedere, quod verbum liberè, importat idem quod ſine alicuius contradictione. c. licet. de ſepult. in 6. l. non dubio. §. liber autem populus. ff. de capti. l. libertas. ff. de ſtatu hominum. quem tex. etiam ponderat Barbat. in c. 1. de locato. nihilominus prima opinio æquior, & benignior eſt. Non obſtat tex. in d. c. 2. quia verbum liberè, recipit reſtrictionem à iure ſecundum determinationem aliarum legum. l. 1. verſ. liber ſit ſtilus. cum ibi notatis. C. de ſacroſ. eccl. l. libertas ibi, niſi quod vi, aut iure. ff. de ſtatu hominum. l. procurator, cui libera. iuncta gl. ff. de procurator. Præterea in d. cap. 2. reſponſio Summi Pontificis refertur ad interrogatiotionem præcedentem, & ita intelligitur l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. §. præterea. inſtit. de inutil. ſtip. ibi enim quæritur an ſi Prælatus iurauit non infeudare de nouo, Romano Pontifice inconſulto, poſſit rem ſemel in feudum conceſſam, & ad Eccleſiam reuerſam iterum infeudare, & reſpondet ibi, quod ſi Eccleſiæ expediat, poteſt Prælatus rem prædictam iterum infeudare liberè, ſcilicet iuramento non obſtante, & ita reſpondet Alex. in d. conſ. 80. Non obſtat verb. alij, quod poteſt intelligi de extraneo, quia vt conſiderat Curt. debet intelligi, niſi aliquis de agnatis peteret illud feudum ſibi renouari.

2 Hæc eſt verior opinio, ſed eam limitat notabiliter ſecundum Rot. Rom. Mant. de tacit. & ambig. lib.:.. tit.:.. quando Eccleſia vellet pro ſe retinere, & non alij concedere. Limitat eam ſecundo Alex. in conſ. 10. vol. 3. quando agnatus petens inueſtituram non eſſet hæres defuncti, ſed alius, vt conſuluit Io. de Imol. in conſ. incipiente quidam Ant. de Parmo, quem ipſe Alex. allegat. Sed hæc opinio non vide-

3 tur vera, ſed quod tantum attendatur ſanguis non hæreditas, & magis placet, vt tradit notabiliter Bald. in c. 1. quemadmodum feudum ad filium pertineat, quem ſequitur Cardin. Alexandrin. loc. cit. Idem tenet Alex. d. conſ. 10. dicit tamen Roman. in l. prætor. §. fin. ff. de oper. nou. nunciat. quem ſequitur Card. Limitat tertio Alex. loco cit. quando agnati multum tardauerunt, & quòd agnati poſſunt intra annum attentare hanc facultatem. Limitat quarto Alexand. d. conſ. 10. quando feudum vel emphyteuſis, deuolueretur culpa, vel delicto vaſſalli, vel propter cenſum ob canonem non ſolutum, vbi multos allegat, & ita tenet Roman. conſ. 212. incipiente quo ad primum quæritur. Anchar. Imol. in c. 2. de feud. Bald. in c. 1. qualiter olim feudum alienari poterat, quem refert Card. Alexand. loc. cit. Sed contrarium tenet idem Bald. in c. 1. §. aut libellario, quibus modis feudum amittatur, vbi dicit, quod ſi vaſſallus fuit priuatus feudo propter alienationem factam irrequiſito domino conſanguinei eiuſdem patris, poſſunt petere à domino illud ſibi iterum reconcedi, quem ſequitur Curtius loc. cit. In hoc dubio verior mihi videtur opinio, quod poſſit fieri infeudatio, non obſtante deuolutione

ob

ob culpam per tex. in d. c. 2. de feud. vbi ſi vaſſallus alienat feudum, & ob alienationem deuoluitur, poteſt Epiſcopus filium inueſtire, iuxta gl. in verbo inueſtire; ſed ſi nolit concedere non poterit compelli, nam delinquenti in Eccleſia beneficia non ſunt deferenda, ſed auferenda. c. fin. de poſtul. c. commiſſa. §. 1. de elect. in 6. proinde non eſt habenda ratio ſanguinis ipſius, qui ob Ingratitudinem erga Eccleſiam meruit priuari. vnde prohibitio facta tutori, ne ducat eam cuius tutelam adminiſtrauit, habet locum in filio. ſolent enim vitia auctorum tranſire in ſucceſſores. Felin. pulcrè conſ. 32. n. 10. vbi cumulat.

SVMMARIVM.

1 *Feudum Eccleſiæ detentum ab hoſtibus, ſi iure belli recuperetur, an poſſit à recuperatore concedi alijs, ſaluo iure Eccleſiæ.*

2 *Immobilia in bello occupata, reſtituenda ſunt ſubditis, prioribus dominis.*

3 *Milites ſtipendiati tenentur bona aliorum recuperata ab ipſis, reſtituere dominis.*

4 *Epiſcopi recuperantes Eccleſias, non poſſunt illis noua onera imponere.*

QVÆSTIO 55.

De Feudo Eccleſiaſtico occupato ab hoſtibus, & ab alio recuperato. an poſsit ab eodem Frincipe alijs concedi.

1 QVAERITVR, an bona feudalia Eccleſiæ, quæ detinebantur ab hoſtibus, ſi Princeps iure belli ea inter alia hoſtium bona recuperet, poſſit alijs concedere in feudum? Pelleg. conſ. 24. vol. 5. tenet; quod Princeps poteſt de illis liberè diſponere alijs concedendo: ſaluo tamen honore eccleſiæ Domini Epiſcopi, ac debitis, ac conſuetis recognitionibus: & ita dicit comprobaſſe ex auctoritate nonnullorum DD. in tract. de iur. fiſci in tit. de publicat. bonor. ſub nu. 3. quod ego in eius tractatu de iur. fiſci inuenire non potui. Et certè videtur mihi valdè durum, ea ſola ratione, quod Princeps tenetur protegere, & defendere Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas. c. Princeps ſeculi. c. adminiſtratores. 23. q. 5. Et Imperator iurat defendere Romanam Eccleſiam, & alias Eccleſias, libertatem Eccleſiaſticam, bona, iura, Prælatos, & miniſtros eccleſiarum manutenere, conſeruare, ac defendere, & non ſolum non occupare res Eccleſiæ, ſed quantum in eo eſt, ab alio non permittere occupari; & defendere, & conſeruare contra omnes homines cuiuſcunque ſtatus, vt ſingulariter habetur in Clement. 1. de iureiuran. facit l. ſi captiuus. §. expulſis. ff. de captiuis. l. ab hoſtibus. C. eodem. & in ſpecie Ripa in l. 1. n. 6. ff. de acquir. poſſ. dicit immo-
2 bilia in bello occupata, recuperata à Principe, eſſe reſtituenda ſubditis prioribus dominis, quia eos Princeps tenebatur defendere: idem
3 in militibus ſtipendiatis, qui tenentur defendere, vt non poſſint allegare propriam diligentiam in damnum aliorum. d. l. ab hoſtibus. facit tex. notab. in c. eccleſijs. de cenſib. vbi Epi-
4 ſcopi recuperantes eccleſias de manu laicorum, non poſſunt illis noua onera imponere præter antiqua. ratio eſt, quia tenentur ad id.

SVMMARIVM.

1 *Filius conſtitutus in ſacris an ſuccedat in feudo conceſſo alicui, cum facultate quod poſt mortem relinqueret illud filio fratris ſpurio; ſi à patre fuerit legitimatus.*

2 *Legitimatus in fauorabilibus facilius admittitur.*

QVAESTIO 56.

De filio conſtituto in ſacris, an ſuccedat in feudo conceſſo alicui à Principe, cum facultate quod poſt mortem ſuam relinqueret illud filio fratris ſpurio, ſi à Patre fuerit legitimatus.

1 PRINCEPS conceſſit feudum alicui, cũ facultate vt poſt mortem ſuam illud relinqueret filio fratris ſpurio, ſi tamen à Patre fuerit legitimatus, an ſi frater ſit clericus, eius filius poſſit in feudo ſuccedere? & videtur quod non: quia ſi Princeps ſciuiſſet eſſe filium presbyteri, non tam facilè conceſſiſſet, ad not. in c. ſuper litteris. de reſcript. Contrarium reſpondet Alciat. in l. 2. in princ. n. 59. de verb. oblig. dicens, quod etſi Princeps ſciuiſſet eum eſſe filium presbyteri, & non tam facilè conceſſiſſet, tamen quia ſumus in fauorabilibus, & agitur de ſuccedendo

Digitized by Google

do patruo, & non patri, & ſic ceſſat odium Patris, legitimatus debet admitti: ſequitur Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 72. n. 27. qui id intelligit, quod ſupponendo, quod habens poteſtatem legitimandi, vt Comes Palatinus, ſciuerit eius patrem fuiſſe in ſacris, alias legitimatio tanquam ſubreptitia, nullius eſſet momenti.

SVMMARIVM.

1 *Subentio, ſiue adiutorium, in quibus caſibus debeat præſtari Prælatis ab hominibus feudorum.*

2 *Eccleſia ſi indigeat reparatione, an teneantur vaſſalli, ſeu homines ſubuenire Prælatis.*

3 *Prælatorum nomine in Conſtitutione Regni, quamplurimum, veniunt etiam Prælati non Epiſcopi.*

4 *Eccleſia ſi vendat feudum laico, an teneantur vaſſalli illi ſubuenire pro maritanda filia, cum non tenerentur Eccleſiæ.*

5 *Eccleſia ſi habeat iuriſdictionem ciuilem tantum, & non teneat homines in feudum, adhuc debetur ei ſubuentio.*

QVÆSTIO 57.

De ſubuentione debita Prælatis ab hominibus feudorum.

SPECVL. de feud. in §. quoniam. enumerat ſex, ad quæ tenentur homines feudi Baroni. Primo, quod tenentur conferre pro exercitu Imperatoris ſecundum qualitatem, & quantitatem rei, quam recognoſcit à Domino. Item pro corredo Imperatoris, ſi quando Imperator tranſit per illum locum, tenentur eum procurare. Item cum Baro tranſit per loca ſua, tenentur homines illi dare hoſpitium, & alia victui neceſſaria iuſto pretio, & forum conſuetum tenere, & conuiuium ſuum. Item tenentur pro redemptione Domini captiui. Quarto pro filia Domini maritanda, dotanda, non tamen pro filio vxorando. Quinto pro Domino, vel filio milite faciendo, ſi qua expenſa opus eſſet. Sexto pro emenda aliqua terra. Sed Io. Andr. ibi, quo ad tres vltimos caſus, dicit aliquos tenuiſſe contrarium, quia non reperitur iure cautum, & ideo dicit, quod non tenentur, niſi conſuetudo aliter diſponat. ſequitur Cardin. Alex. in prælud. feud. n. 79. allegat etiam Bald. in c. 1. §. ſimiliter. de cap. Corrad. Card. Zabarell. in conſ. 5. de cenſib. In Regno ex Conſti-

1 tutione regni quamplurimum, in omnibus ſupradictis caſibus tenentur ſubditi ſubuenire Baroni laico; verum quo ad prælatos Eccleſiæ ſtatuitur, vt in certis tantum caſibus ab hominibus ſuis adiutorium petant: videlicet pro conſecratione ſua; cum ad Concilium à Summo Pontifice fuerint vocati pro ſeruitio exercitus Regis, ſi in exercitu fuerint; ſi vocentur à Rege, vel miſſi fuerint pro ſeruitijs ſuis, vel pro corredo, cum in Terris eorum Regem hoſpitari, vel corredum ab eis recipere contigerit, & in omnibus prædictis caſibus moderatè adiutorium exigant, & requirant. Circa hanc Conſtitutionem Regni quæritur, an teneantur ſubditi ſubuenire prælato pro repa-

2 ratione Eccleſiæ, quæ minatur ruinam. Et videtur quod non, propter dictionem taxatiuam, tantum, quæ excludit omnes caſus, extra orationem, in qua ipſa eſt, poſitos. l. 2. C. de patribus, qui filios diſtra. l. contractus. ff. de reg. iur. c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſs. & propr. cum ſimilibus. In contrarium eſt veritas, quia dictio taxatiua excludit caſus diſſimiles, ſed non ſimiles, vel ſimilem rationem habentes. gloſ. notab. iuncto rex. in l. ob æs. C. de prædijs minor. & ibi Salicet. tex. & gl. in l. ita nobis pudor. C. ad legem iuliam, de adulter. cum alijs relatis ab Euerard. in loco à natura diction. taxat. Maior autem ratio militat in eccleſia minante ruinam, quàm in prælato indigente, quia eccleſia propriè eſt domina feudi, prælatus curator, & adminiſtrator; vnde dicit Andr. de Iſernia in c. 1. §. fin. de cap. Corrad. & nos diximus in alia quæſtione, quod nouus prælatus non ſoluit releuium, quia eccleſia eſt illa quæ poſſidet, quæ non moritur. facit quod Donatarius tenetur alere donatorē effectum egenum, alias poſſet reuocari donatio propter ingratitudinem, licet inter cauſas ingratitudinis, propter quas reuocari poſſet donatio inter viuos, de quibus in c. fin. C. de reuocand. donat. quæ loquitur taxatiuè ibi in his tātummodo cauſis, iſte caſus non reperiatur. ita gloſ. ſingularis, & ibi Ruinus, & Salicet. in d. l. fin. Eſt igitur potius ſubueniendum eccleſiæ veræ dominæ, quam prælato adminiſtratori, & de hoc non videtur dubitandum, cum prælato indigente teneantur parochiani (quamuis non ſubditi ratione feudi) reparare eccleſiam matricem. c. 1. cum ibi notatis. de eccl. ædif. Item aduertendum, quod illa conſtitutio licet videatur

3 deatur ſolũ loqui de Prælatis Epiſcopis, cum
fiat mentio conſecrationis, vt legis diſpoſitio
conucniat, cui verba conueniunt. l.4.§.de de-
lictis.ff.de noxal. tamen ibi, Prælatorum no-
mine veniunt omnes Prælati, licet nõ ſint Epi-
ſcopi, nec conſecrentur, dummodo habent iu-
riſdictionem in ſubditos, cum militat ratio le-
gis, quia vaſſalli ſubditi ſunt, & quia Prælati
ſupportant onera, nõ tamen exigent pro con-
ſecratione, quia ceſſat in illis dicta cauſa, vt
pulchrè per Marin.Frecc.de ſubfeud.lib.2.q.
17.Item aduertendum, quod ſi feudum con-
ceditur ab Eccleſia laico, non poſſunt homi-
nes feudi compelli ad præſtandam ſubuentio-
nem Baroni pro filia maritanda, quia quando
poſſidebatur ab Eccleſia nõ cadebat hęc ſub-
uẽtio pro maritãda filia, & ideo Eccleſia non
poterat transferre in aliũ quod non habebat,
ex reg.nemo plus iuris. Verum ſi antequã feu-
dũ eſſet Eccleſiæ in principio fuerit penes lai-
cos, & deinde cõcedatur Eccleſiæ; ſi poſtea ab
Eccleſia transferatur in laicũ, redit ad priſtinã
naturam, ſecundũ quam tenebatur ad ſubuen-
tiones debitas laicis. vnde vaſſalli de hoc cõ-
queri non poſſunt, cum formæ eorum reddan-
4 tur.l.ſi vnus.§.pactus.verſ.quoties. ff.de pact.
ad latè tradita per Felin.in c.cum acceſſiſſent.
de conſtit. & ita fuit iudicatũ in Conſ. Neap.
vt teſtatur Vincent.de Franch. deciſ.131.Sed
fortè verius poſſet dici, quod etiamſi feudum
à principio fuerit Eccleſię, ſi poſtea ab illa vẽ-
datur laico, teneantur homines præſtare ſub-
uentionem pro maritãda filia, licet non tene-
rentur Eccleſię, cui tenebãtur quo ad alia, ſci-
licet pro conſecratione, pro acceſſu ad Sum.
Pontificẽ, à quibus releuantur quãdo feudum
poſſidetur à laico ſecũdũ regulam iuris. non
enim quia feudũ erat Eccleſiæ, nõ tenebantur
ſubuenire pro filia maritanda, ſed quia caſus
euenire non poterat; vnde natura feudi atten-
denda eſt potius quã perſonæ poſſidentis feu-
dum, ſecundum quarum diuerſitatem diuerſæ
ſubuentiones debentur. & verba legis debent
intelligi ſecundum ſubiectam naturam perſo-
narum, & conditionẽ earum.l.plenũ.§.equitij,
& ibi DD.de vſu, & habitat.late Euerard.in
5 loc.à ſubiecta materia. Sed quæritur, an dicta
conſtitutio regni, quamplurimũ, procedat tan-
tum in vaſſallis, ſeu hominibus qui tenent in
feudum, vel in hominibus ſubditis ratione iu-
riſdictionis ciuilis tantũ. & Andr. ibi in verbo
pro corredo, videtur intelligere eam de vaſſal-
lis qui tenent in feudum. quem ſequitur Affl.
ibi q.10.Capic. in inueſtitura. in verbo feudo-
rum adiutorio. In contrarium eſt veritas; quia
Cõſtitutio loquitur ſimpliciter de hominibus
ſuis, ſcilicet Prælatorum, Comitũ, & Baronũ,
& ſatis eſt quo ad hoc habere iuriſdictionem
ciuilem, vt dicãtur homines ſui, id eſt ſibi ſub-
diti. & ita fuit deciſum in conſ.Neap.vt idẽ de
Franch.teſtatur d.deciſ.131.n.4. Aduertendũ
eſt, quod d.Conſtit.loquitur de Prælatis tenẽ-
tibus feudum à Rege, aliàs non ligaret, quo ad
eos, vt diximus in alia quæſtione ex doctrina
Andr.in Conſtitutione, ſi quis in poſterum.

SVMMARIVM.

1 *Res feudalis reuerſa ad Eccleſiam, an poſſit de nouo concedi, ſi non durat prima cauſa inueſtitura.*

2 *Actio ad intereſſe datur contra Prælatum negligentem acquirere Eccleſiæ.*

3 *Res Eccleſiæ ſolita concedi in feudum, vel emphyteuſim, non poſſunt concedi, niſi in noua conceſſione interueniat Eccleſiæ vtilitas.*

QVÆSTIO 58.

De re feudali Eccleſiæ ad eam reuerſa, an poſſit de nouo concedi, ſi non durat prima cauſa conceſſionis.

1 ABB. in c.vt ſuper.de rebus eccl.
non alien.tradidit ſingulariter,
quod Prælatus non poteſt rem
emphyteuticam ſolitam cõcedi
etiam ante incorporationem de
nouo concedere, quando nõ durat prima cau-
ſa conceſſionis, vt quia Eccleſia ob aliquẽ re-
ſpectum feciſſet conceſſionem, nẽpe vt res ſte-
rilis reduceretur ad culturam. nã ceſſante cau-
ſa non poſſet de nouo concedere ſine ſolemni-
tate, ſecus ſi non ceſſaret d.prima cauſa, quem
ſecuti ſunt Curt.de feud.2.par.princip.q.1.n.
10.Rot.Rom.diuerſ.p.1.deciſ.360. Rebuf. de
alien.rer.eccl.n.34. Affl.in Conſt.Regni lib.1.
ſuper rubr.73.de feud. Ondedeus, qui nõnul-
los adducit cõſ.31.n.21.lib.2. Pro hac opinio-
ne facit tex.in c.2.de feud.in ver.ſi videris ex-
pedire, quod verbũ denotat arbitriũ boni viri,
ſecundum Abb.& alios in c.1.de conſtit. Bar.
in l.ſi ſic.ff.de legat.1.& in extrauag.ad repri
mendum. in verbo videbitur. nam ſicut tutor
tenetur acquirere pupillo data acquirendi
oportunitate.l.quicquid.cum gl. C.arbitrium
tutelæ; ita etiã Prælatus tenetur acquirere Ec-
2 cleſiæ.gl.notab.in c.fin. 12.q.4. adeò vt con-
tra Prælatum negligentem acquirere Eccle-

ſiæ, detur actio ad intereſſe lucri ceſſantis, vt dicit Abb. notabiliter in c. 1. de reſtit. in integ. & per tex. in d. cap. 2. de feud. in illis verbis, ſi videris expedire, dicit Iac. de Beluiſ. in cap. 1. qui feud. dar. poſſ. quod ſi tempore cauſæ infeudationis Eccleſia fuiſſet locuples, nunc verò deducta ad paupertatem, ſi res redeat ad Eccleſiam, licet ſit ſolita infeudari, debebit potius Eccleſia pro ſe retinere, quàm alijs infeudare. Præterea pro hac opinione facit Extrauag. ambitioſæ. de reb. eccl. non alien. vbi dicitur, ſolita ab antiquo concedi, poſſunt de
3 nouo; & tunc cum euidenti Eccleſiæ vtilitate. quæ dictio, tunc, vt conſiderat Rot. Rom. loc. cit. denotat extremitatẽ tẽporis. l. 4. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. penul. ff. de teſtam. Contrariam opinionem tenet Redoa. de reb. eccl. q. 61. n. 4. Alex. Stiatic. Bonon. in repetit. d. extrauag. ambitioſæ. Alex. Raudenſ. in tract. emphyteut. in tit. de emphyteuſi eccleſiaſt. defendenda. Marc. Ant. Peregr. qui ſupradictos, & alios refert, & ſequitur conſ. 96. n. 12. vol. 2. dicens, opinionem Abb. eſſe communiter improbatam. & pro hac opinione faciunt verba tex. in d. c. 2. de feud. ibi liberè ſi videris expedire concedas. Sed facilis eſt reſpõſio, quia illud verbum liberè, denotat ſine licentia alterius. c. licet. de ſepult. in 6. cũ ſimilibus. & poſſet procedere conſideratio, ſi diceretur in tex. liberè concedas, ſine illis verbis, ſi videris expedire. Facit pro eadem opinione regula illa, quod res ſemel effecta alienabilis, ſemper durat alienabilis. l. pater. § quindecim, vbi Bart. & alij. ff. de leg. 2. Sed iſta ratio non videtur multum vrgere in alienatione ob cauſam, qua ceſſante ex alia regula iuris, ceſſat diſpoſitio c. cũ ceſſante. de appellat. cum ſimilibus. Præterea tenentes hanc opinionem Alex. & poſt eum Pereg. ad rationem de illa dictione tunc, pro priori opinione adductam, dicunt quod illa dictio tunc, non reſpicit tempus nouę conceſſionis factæ per Prælatum, ſed prioris conceſſionis, quo tempore cognitum fuit, conceſſionem fieri poſſe, & tendere in vtilitatem Eccleſiæ; nam ad contractus originem ratio habenda eſt. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. Anch. conſ. 165. Roland. 32. lib. 4. & dicit dictionem, tunc, reſpicere extremitatem tẽporis in d. l. 4. quia certum tempus nominatum fuerat expreſsè. Dicit tamẽ Stiaticus illam dictionẽ, tunc, poſſe referri ad tempus nouę conceſſionis, in caſibus vbi bona eſſent deuoluta ad Eccleſiã ob delictum emphyteutæ in vendendo irrequiſito Domino, aut deteriorando rem, aut non ſoluendo Canonem: quibus caſibus res deuoluitur cum melioramẽtis, & his caſibus putat conceſſionem de nouo fieri poſſe cum augmento, & vtilitate Eccleſiæ reſpectu melioramentorum. & dictionem, tunc, ſtare relatiuè ad nouam conceſſionem in his caſibus. Hæc conſideratio Alex. videtur friuola; vnde Peregr. aliter dicit. inquit enim extremitatem temporis in d. l. 4. obſeruari ob naturam conditionis, quę ſuſpendit, & refert diſpoſitionem in tempus euenientis conditionis: in caſu autem extrauag. illa dictio, tunc, referri debet ad tempus primæ conceſſionis de antiquo factæ; quia copulatiuè illi annectitur, ibi ab antiquo concedi ſolitis, & tunc in euidentem Eccleſiæ vtilitatem; nam qualitas adiecta ſemper refertur ad proxima ad notat. in l. ſi idem cum eodem. §. fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. in l. fin. ff. de rebus dubijs. Quid dicẽdum? Verior mihi videtur opinio contra Abb. nam ſi ceſſante cauſa conceſſionis res non poſſet dici conſueta concedi; ſequeretur, quod nunquam induceretur conſuetudo infeudandi, & fruſtra conditores Canonum, & legum in tot Iuribus componendis laboraſſent. c. 2. de feud. extrauag. ambitioſæ. de reb. eccl. c. 1. qui feud. dar. poſſ. c. 1. Epiſcopum, vel Abbatem. quandoquidem quælibet alienatio rei Eccleſię non poteſt fieri ſine cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis. c. ſine exceptione. 12. q. 2. quæ cauſa per primam alienationem ceſſat, cum per eam prouideatur neceſsitati, vel vtilitati Eccleſiæ; ſatis enim eſt, quod in noua conceſsione rei conſuetæ adſit vtilitas Eccleſiæ. Et in hoc ſequor opinionem Dominorum de Rota. quia dictio illa, tunc, ſi ad perpetuum ſermonem ratio habeatur, coniungitur cum dictione, præterquam, quæ excipit caſum alienationis permiſſæ, & denotat extremitatem temporis, iuxta Rot. loc. cit. Fuit etiam deciſum in Rota Verralli 2. part. deciſ. 23. Idque clarius patet iuncta declaratione tex. in c. 2. de feud. vbi permittitur noua conceſsio feudi ſoliti concedi, ſi Epiſcopus viderit id Eccleſiæ expedire, & ſic non eſt dubitandum, quod in poſteriori concluſione rei conſuetæ requiritur vtilitas; leges enim legibus declarantur. l. ſed & poſteriores. ff. de legibus. Concluditur igitur, quod etiam ceſſante prima cauſa conceſsionis poterit de nouo fieri conceſsio cum vtilitate tamen Eccleſiæ, & ſine damno. quod forte credo fuiſſe ab Abb. conſideratum, quaſi quod voluerit dicere alienationem non deberi de nouo fieri cum damno Eccleſiæ, ſi illa melius ſibi conſuleret retinendo rem pro ſe.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. an habeat locum in feudis.*
2 *Rex deceptus in ſeruitio militari in conceſſione feudi, debet ſeruari indemnis.*
3 *Eccleſia decepta in feudo, abſque aliqua diſtinctione competit remedium l. 2. C. de reſcind. vendit.*

QVÆSTIO 59.

De Eccleſia decepta in conceſsione feudi, an habeat beneficium l. 2. C. de reſcind vendit.

1 QVAERITVR inter DD. an remedium l. 2. C. de reſcind. vend. habeat locum in feudis, ſi Dominus, vel vaſſallus fuerit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij. Specul. de empt. & vendit. §. nunc videndum reſtat, verſ. ſeu nunquid locum habeat in feudi conceſsione, tenet quod non. Idem tenet Salic. in d. l. 2. verſ. ſexto quæro: ratio eſt, quia datur feudum pro ſeruitio, & ratione fidei pollicitæ, & retinet naturam gratiæ, & donationis. Ant. Gabr. qui alios allegat in commun. concluſ. de empt. & vendit. concl. 1. num. 74. niſi emptor feudi fuerit deceptus à Principe vltra dimidiam, & ignoraſſet, vt tradit Andr. de Iſern. c. 1. de Capitaneo, qui Curiam vendidit. Idem eſt, ſi Rex fuiſſet dece-
2 ptus in ſeruitio militari, vt quis dediſſet feudum valoris vnciarum quadraginta pro vno milite, vt tradit idem Andr. in d. c. 1. §. fin. de Capit. qui Cur. vend. Sed in Eccleſia abſque alia diſtinctione ſi fuiſſet decepta vltra dimidiam, competet ſibi dictum remedium, per tex. in c. ad noſtram. de reb. eccl. non alienan.
3 quia loquitur in conceſſione feudi eccleſiaſtici: & ita tenet Affl. in cap. 1. num. 85. de feudo dato in vic. l. commiſſæ. vbi alia tradit, quando remedium d. l. 2. habeat locum in feudo ſeculari.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio feudi eccleſiaſtici an debeat eſſe quadragenaria.*
2 *§. Si quis per triginta. ſi de feudo defuncti &c. an procedat in feudo eccleſiaſtico.*
3 *Feudum contra fiſcum præſcribitur centum annis, non triginta.*

QVAESTIO 60.

De præſcriptione feudi Eccleſiaſtici.

1 TEXT. in c. ſi quis per triginta, ſi de feudo defuncti cõtentio fuerit inter Dominum, & cognatos, inquit, quod ſi quis per triginta annos rem aliquam, vt feudum poſſedit, & ſeruitium Domino exhibuerit, quamuis de ea re non ſit inueſtitus; præſcriptione tamen 30. annorũ ſe tueri poteſt. Quæretur modo, an talis præſcriptio procedat cõtra Eccleſiã. & videtur, quod ſic, ex illa communi DD. concluſ. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. quod in feudis Eccleſiaſticis ſtandum eſt iuri communi feudorũ, niſi expreſſe contrariũ re-
2 periatur deciſum in iure canonico. In contrarium eſt veritas, quia tex. in d. c. ſi quis per triginta, loquitur in perſonis priuatis, & ideo nõ procedit contra Rep. niſi præſcriptio quadragenaria. l. fin. C. de fund. patri. lib. 10. l. 1. C. ne rei dom. vel templa. l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annorũ. & ita dicit And. ſed Reſpublica, & Eccleſiæ æquiparantur. l. fin. & auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. Ergo etiam aduerſus Eccleſiã requiritur præſcriptio quadragenaria. nec ex illa generali prouiſione videtur derogatũ priuilegijs Eccleſiæ, & Reip. de præſcriptione quadragenaria, iuxta gl. in l. decurio. C. de ſilentiarijs. lib. 12. Et hanc opinionem expreſsè tenet And. in Conſtit. regni, Iuſtitiarij nomen, & normam. & Card. Alex. in d. c. ſi quis per triginta, quamuis mẽtionem non faciat de Andr. Non eſt omittendũ, quod tex. in d. c. ſi quis per triginta, non procedit,
3 quando priuatus agit contra fiſcum, quia feuda dantur de publico, & iuri publico non præſcribitur niſi centũ annis, iuxta l. comperit. C. de præſcriptionibus triginta, vel quadraginta annorum, iuxta Regni conſtitut. quadragenalem, niſi in his, quæ non ſunt fiſco incorporata, in quibus præſcriptiones ſunt communes
4 contra fiſcum & priuatum. ff. de iure fiſci. l. fiſco cum priuati. Pulchrè gloſ. & Andr. in d. Conſtit. regni quadragenalem. Affl. in d. cap. ſi quis per triginta.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio in feudo, an requirat bonã fidem.*
2 *Lex, vel ſtatutum, an poſſit inducere, quod malæ fidei poſſeſſor præſcribat.*

3 *Regula de triennali nō requirit bonam fidem.*
4 *Bart. opinio, quod in præſcriptione actionum perſonalium non requiratur bona fides, communiter damnatur.*

QVÆSTIO 61.

De præſcriptione feudi, an procedat cum mala fide.

1 QVAERITVR notabiliter, an præſcriptio triginta annorum, quæ procedit in feudis contra priuatum, vt in cap. ſi quis triginta. ſi de feud. fuer.
controu. procedat etiam cum mala fide, itaut
poſſeſſor talis temporis poſſit abſque bona fide excipere de poſſeſſione per triginta annos
cum præſtatione ſeruitij. And. noſter de Iſern.
in d. §. ſi quis per 30. tenet non requiri bonam
fidem, dicens, tali tempore omne ius tollitur,
etiam ſi mala fide, quia fures tuti ſunt ea præſcriptione de iure ciuili. l. fin. in fin. C. vnde vi.
Idem tenet Bald. in d. §. ſi quis per 30. quia
poteſt ius commune, & ſtatutum, & conſuetu-
2 do inducere, quod malæ fidei poſſeſſor præſcribat, non fauore præſcribentis, ſed odio negligentis. C. de edicto D. Adrian. tollen. l. edicto. §. fin. & iſta eſt potius quædam pœna legalis, quàm præſcriptio. arg. ff. ex quibus cauſis
maiores. l. ſed etſi per Prætorem. §. ſed ſi dum
decreto; & ſic non exigitur bona fides. nec
mala fides eſſe poteſt, vbi legis auctoritas interuenit, & iuſtificat. l. 1. C. de his, qui veniam
ætatis, vt dicit Andr. Sicul. ad Bald. loc. cit. &
dicit Bal. in foro Iuſtiniani id eſſe ſeruandum.
ſequitur Aluarot. ibi, & dicit eſſe de mente
Gl. in d. §. ſi quis per triginta, ſubdens, quod
Iac. de Beluiſ. qui tenet contrarium, non contradicit in hoc, quod iſte vaſſallus ſi eſt in
mala fide habeat exceptionem. arg. d. l. fin. C.
de edicto D. Adrian. pro hac opinione ego
adduco, quod reg. de triennali poſſeſſ. quæ
continet quandam exceptionem contra im-
3 petrantem de nouo beneficiũ, procedit etiam
cum mala fide, vt tradit Gomeſ. ſuper reg. de
triennali quæſt. 42. afferens plures Rotæ deciſiones. Contrariam opinionem vt requiratur
bona fides, alias dicta præſcriptio non currat,
tenet Iac. de Beluiſ. & Nicol. de Neap. in d. c.
ſi quis per triginta. & hoc eſſe indubitatum, vt
in d. text. requiratur bona fides, dicit Cardin.
Alex. ibi ex reg. iuris, quod malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit, neque in actionibus perſonalibus, neq; realibus per rationem
tex. in c. fin. de præſcrip. quoniam omne, quod
non eſt ex fide, ideſt conſcientia, peccatũ eſt,
vt exponit gl. & hæc eſt communis concluſio,
quicquid tenuerit Bar. in l. ſequitur. §. ſi viam.
ff. de vſucap. vbi loquens de actionibus perſonalibus, quæ præſcribuntur ſpatio 30. annorũ,
ob negligentiam non petentis, dicit nõ requiri bonam fidem, ſed poſtea ſe ſubmittit determinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ, & Theologorum; eſt enim eius opinio communiter reprobata, vt latè per Felin. in d. c. fin. de præſcr.
& multos contra Bar. etiã allegat Card. Alex.
loc. cit. vbi dicit, ex quo tractatur de periculo
animæ, non eſſe attendendas ſubtilitates; & ita
tenendum eſt propter peccatum vitandum,
cum nulla reperiatur differentia inter præſcriptionem. d. §. ſi quis per triginta, & alias, vt
bona fides non exigatur. Ergo ſtandum eſt regulæ, malæ fidei poſſeſſor. de reg. iuris in 6.
Non obſtant dicta per Andr. Bald. Aluarot. de
except. vt valeat tueri abſque bona fide; nam
4 communis opinio eſt in contrarium in d. c. fin.
per Hoſt. Io. And. & cõmuniter DD. & efficaciſsimas rationes, quas ibi affert Felin. Nõ obſtat illud de triẽnali, quia per triennalem poſſeſsionẽ in materia beneficiali, non ita de graui, perpetuo, & irreparabili præiudicio agitur,
ſicut in præſcriptione, ſiue vſucapione bonorũ
temporalium, & prophanorũ. Et ratio eſt, quia
non agitur de quærendo dominio, ſed de exceptione temporali ad vitam poſsidentis duratura, vt dicit Gomeſ. ibi. Sed iſta ratio non
videtur vera propter reg. generalẽ malæ fidei
poſſeſſor. Vera eſt ratio, quia regula de triennali requirit titulum coloratum cum pacifica
poſſeſsione triennali, & excipit duos tantum
caſus malæ fidei, videlicet intruſum in beneficio vacante apud Sedem Apoſtolicã, & ſimoniacum, ergo in cæteris caſibus malæ fidei diſpoſitio regulæ generaliter procedit, quia exceptio firmat regulã in nõ exceptuatis. c. cum
dilectus. de confirm. vtili, vt pulchrè per Gomeſ. loc. cit. qui affert alias rationes. Si vis videre aliquas limitationes ad doctrinam Bart.
quæ non faciunt ad caſum noſtrum, vide
Abb. & Felin. d. cap. fin.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an ſuccedat in feudo Eccleſiaſtico.*
2 *Fœmina ſuccedit in feudo fœmineo.*
3 *Prælati, & alij eccleſiaſtici, licet non pugnent in bello, poſſunt conuocare exercitum, & mandare alijs, vt pugnent.*

Leo

4 *Leo IV. congregauit exercitum aduerſus Saracenos, & egreſſus fuit Romam.*

5 *Vaſſallus de iure communi feudorum poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ſecundum veriorem intellectum. §. ſimiliter. l. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Federic.*

QVÆSTIO 62.

De Clerico an ſuccedat in feudo Eccleſiaſtico.

1 QVAERITVR an Clericus excluſus à ſucceſſione feudi ſecularis, ſaltem ſuccedat in feudo eccleſiaſtico. Negatiuã partem tenent Natt. conſ. 60. poſt Felin. in c. in præſentia. n. 44. de probation. Roſent. qui alios allegat de feud. c. 7. q. 29. nouiſſimè Octauius Bammacarius in §. qui clericus. q. 6. nu. 128. ſi de feud. defunct. contentio ſit inter Dominum, & agnatos: vbi dicit rationem vrgentem eſſe, nam Sancta Sedes Apoſtolica, & Summus Pontifex, dum Caſtra, Ciuitates, & vaſſallos concedit in feudum, huic rei dat formam, & ſpiritum, vt teneatur in feudum; Ergo ſtatim ſuccedit iuris feudalis diſpoſitio, cui etiam in feudis eccleſiaſticis ſtandũ eſt, quando Canonicis regulis expreſsè non repugnet, iuxta communem in c. cæterum. de iudic. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. de iure autem communi feudor. Clericus excluditur. d. §. qui Clericus. c. 1. de benef. fœminæ. c. 1. de vaſſallo milite qui arma bell. depoſuit. Præterea iura non diſtinguunt feuda eccleſiaſtica à ſecularibus, vt patet in iuribus iam allegatis; ergo nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. ff. de publician. Item rationes expreſſæ in dictis iuribus, quia miles Chriſti non poteſt eſſe miles ſeculi, & pugnare, militanr in omnibus feudis. Ergo haberi debet, ac ſi verbis legis fuiſſet expreſſum. l. nominis, & rei. §. verbum. ff. de verb. ſignific. & hanc dicit eſſe veritatem Octau. Bammac. loc. cit. quicquid dixerit Surd. conſ. 140. num. 31. & 32. Contrariam opinionem, quod Clericus ſuccedat in feudo eccleſiaſtico tenent Iaſ. conſ. 117. lib. 4. Thom. Marin. de generib. & qualitat. feud. de feudo ex pacto, & prouidentia. nu. 144. Cocheran. deciſ. 27. nu. 17. Roland. conſ. 76. lib. 3. Intrig. de feud. art. 1. Et hanc opinionem cenſeo veriorẽ, pro qua facit 1. tex. in c. Epiſcopus, ne clerici vel monachi in 6. vbi dicitur, quod Epiſcopus, ſeu quicunque alius Prælatns, vel Clericus obtinens iuriſdictionem temporalem, cum ei non liceat inferre pœnam ſanguinis, poterit id per officialem perficere, mandando ei tantum, vt iuſtitiam faciat. Circa quem text. conſidero, quod loquitur de feudo; nam iuriſdictio tem-
1 poralis, vt plurimum tenetur in feudum, & ſecundum aliquos ſemper iuriſdictio præſumitur feudalis, vt tenet Iac. de S. Georg. de feud. in verb. de caſtro rubei montis. n. 16. Paul. de Caſtr. conſ. 179. vol. 5. Capic. in inueſtit. in verb. feudorum appellationes. Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 13. tit. 14. Secundò conſidero ſecundum Io. And. ibi, quod ille tex. loquitur generaliter, ſiue feudum habeatur ab Eccleſia, ſiue ratione patrimonij. & quo ad Clericos dicit Ioan. Andr. quod raro habeant feudum ratione Eccleſiæ, vnde intelligit ipſe de Clericis habentibus feudum ratione patrimonij, ſed clerici de iure communi feudorum excluduntur; ergo ille tex. neceſſariò eſt intelligendus, quod Clericus vel admittatur de iure canonico ad feudi ſucceſsionem, vel loquatur in feudo eccleſiaſtico, quod procedit ab Eccleſia. Nec dicatur poſſe intelligi de clerico obtinente feudum à Principe, ex eo, quod licet ſit incapax ſucceſsionis, non tamen eſt incapax inueſtituræ, iuxta omnes, quia tũc Princeps cenſetur diſpenſare. reſpondetur enim, ea quæ indigent diſpenſatione non venire ſub regula iuris. l. in his, quæ contra. ff. de legibus. immò cenſeri impoſsibilia. l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de legatis primò, & raro fiunt à Principe inueſtituræ clericis, & leges non conſtituuntur pro his, quæ raro accidunt. l. ex his. l. nam ad ea. ff. de legibus. Habemus itaque text. de iure canonico, in quo clericus habet feudum, nec fit mentio diſpenſationis: vnde ſaltem de feudo eccleſiaſtico eſt intelligendum: nam Papæ intentio in dubio non præſumitur inferendi præiudicim laicis. arg. cap. nouit. de iudicijs. cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Secundò, & melius fa-
2 cit communis concluſio Doctorum, quod licet fœmina excludatur à feudo. cap. 1. de beneficio fœminæ, cum alijs, tamen quando feudum eſt conſtitutum à fœmina, tunc ſuccedit etiam fœmina, quia cum à principio feudum habuerit qualitatem fœmineam, & fuit in eſſe producta, debet perdurare, cum nullum obſtaculum medium reperiat. l. pater. §. quindecim. ff. de legatis tertio. & quia natura primordialis non videtur alterata. l. finali. §. ſi ex noxal. cauſ. agatur. & à primordio tituli poſterior for-

matur euentus. l. vnica. C. de imponenda lucratiua deſcriptione. lib. 10.& hæc eſt communis opinio in dicto cap. 1. de beneficio fœminæ, de qua ibi teſtatur Card. Alex. quicquid ibi dixerit Andr.de Iſern. Curt.de feud. par.3. limit.2. latè Molin. de primogenijs lib. 3. cap.5. num.73. tradit latiſſimè plures allegans Roſent.de feudo.dict. cap.7.concluſ.35. nunc arguendo à ſimili, quod argumentum eſt validum in materia feudali gloſ. Iac. de Beluiſ. Affl.in cap.1. §.ſi duo fratres de feudo Marchiæ. gloſ.in cap. 1. de feudi cognitione. Andr.de Iſern.in conſtitut.Regni conſuetudinem. Curt. de feudis 4. parte. num.80. cum
3 feudum fuerit conceſſum ab Eccleſia, quæ perſonaliter non militat, licet poſſint Prælati, & alij Eccleſiaſtici conuocare exercitum, & mandare alijs, vt eant ad bellandum, exem-
4 plo Leonis Quarti, qui aduerſus Saracenos congregari mandauit populum, & egreſſus fuit Romam, vt habetur in cap. igitur. 23. quæſt.8. probat latè Card. de Turrecremata in cap. reprehenſibile. eadem cauſa, & quæſtio. ergo debet attendi primordialis natura feudi, inſtituti ab eo, qui non pugnat in perſona, exemplo fœminæ. & ſucceſſiuè à ceſſante ratione legis, Clericus erit capax feudi ec-
5 cleſiaſtici. Præterea ſi rectè perpendatur tex. in cap. imperialem. §. ſimiliter. de prohib. feud. alien. per Federic. eſt in arbitrio vaſſalli ſeruire in perſona, vel per ſubſtitutum, vt ibi expreſſe dicit Bald. nec Andr. de Iſern. contradicit, quando non intereſt Domini habere ſecum perſonam vaſſalli, vt ſi velit mittere tot homines, quot ipſe Dominus conducturus eſſet, vel mittere ſapientem, aut ſe ſapientiorem ſuis impenſis, vt ibi declarando mentem Andr. dicunt Aluar. & Card. Alex. & tex. in dicto §. ſimiliter. eſt poſterior, vnde derogat cap. 1. de beneficio fœminæ. d.§. qui clericus. & cap. 1. de vaſſ. milit. qui arma bell. l. ſed & poſteriores. ff. de legibus.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina an ſuccedat in feudo Eccleſiaſtico.*
2 *Fœmina non ſuccedit in feudo, non tantum quia eſt inhabilis ad pugnam, ſed quia eſt fragilis conſilio, inſtabilis.*
3 *Princeps tenetur Eccleſiam, ac Eccleſiaſticas perſonas armis defendere.*
4 *Fœmina an admittatur ad petendam renouationem inueſtituræ feudi eccleſiaſtici, deficientibus maſculis.*

QVÆSTIO 63.
De fœmina an ſuccedat in feudo Eccleſiaſtico.

1 QVAERITVR, an fœmina ſuccedat in feudo eccleſiaſtico. Hier.Garzon.in tract. de fœm. ad feuda recipiend. vel non militat.n.15. tenet, quod ſic: quia eccleſiæ inferiores à Summo Pontifice, à Deo defenduntur,& ideo non indigent auxilio naturali, vel armato. imò lacrimæ, et ieiunia ſunt arma Eccleſiæ, quæ magis congruere videntur fœminis, quàm maſculis, cum ſoleant eſſe multum deuotæ. Secũdo facit, quia in feudo Eccleſiaſtico ſuccedit Clericus. Catheran. deciſ.27. et latè diximus in quæſt.præced. ſed clericus, et fœmina in ſucceſſione feudorum æquiparantur.c.1. an mutus, vel ſurdus: ergo æquiparatorum eadem debet eſſe ratio. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. l.additio.ff.de verb.oblig. gl.notab. per illum tex.in c.ſi poſtquã.§.fin.de elect.in 6. Et hanc opinionem tenet Menoch.conſ.18.vol.1.Carol.Bardellon.qui alios allegat conſ.93. Contrariam opinionem cenſeo veriorem, vt fœmina nõ ſuccedat, ea ratione quod feuda eccleſiaſtica regulantur ſecundum ius commune feudorum, niſi contrarium reperiatur expreſſum de iure canonico, iuxta communem in c. cæterum.de iudic.et in c.1.qui feud.dar.poſs. ſtandum eſt igitur iuri communi feudorũ, quo fœmina excluditur. d.c.1.an mutus. Præterea minus debet preiudicari eccleſiæ, quàm laicis: eſt enim ſumma ratio, quæ pro religione facit l.ſunt perſonę.ff.de relig.& ſumpt.funer. Ergo aptiores debent eſſe vaſſalli Eccleſiæ, quàm laicorum, et ſic fœmina non eſt admittenda,
2 quæ non ſolum eſt inhabilis ad pugnam, ſed eſt fragilis, conſilio inſtabilis. Bal.in l.quoties. C.de ſuis, et legitimis. Non obſtat prima ratio, quod eccleſiæ inferiores non indigent auxilio militari, nam leuis eſt iſta ratio; immò multo magis conuenit Eccleſiæ, et Eccleſiaſticis, quia arma non exercent, vt habeant
3 vaſſallos, qui poſſint Eccleſiam, et ipſos Eccleſiaſticos tueri. Vnde etiam Imperator iurat Eccleſiam Romanam, et omnes eccleſias inferiores, et eccleſiaſticos tueri. Clement. 1. de iureiurand. et habetur de Regibus, et alijs Principibus in cap. Regum officium. 23. quæſt.5. cap.boni Principis. 96. diſtinct. Probatur igitur neceſsitas defenſionis, quæ non

Digitized by Google

non debet reijci in Summum Pontificem, cum poſſint Eccleſię inferiores habere vaſſallos, & expreſſum in iure non reperiatur. Non obſtat ſecundo, quòd fœmina & clericus æquiparantur, quia procedit æquiparatio, quo ad ſucceſſionem feudi ſecularis; ſed in feudo eccleſiaſtico adeſt diſſimilitudo propter primordialem naturam feudi ipſius conceſſi ab Eccleſia, vt diximus in quæſtione præcedenti. quo caſu non militat argumentum ab æquiparatis ſtante diſſimilitudine etiam parua. Ant. de Butr. in c. fin. de conſuetud. Euerard. in loco à ſimili. limit. 4. Et licet clericus, neque valeat pugnare, tamen poteſt eſſe ſtrenuus conſilio cap. ex multa deuota, idque deficit in fœmina. Præterea de clerico videtur expreſſum in iure canonico, vt diximus in præcedēti quæſtione, & argumentum ab æquiparatis non procedit, vbi tractatur de legum correctione. Bald. in cap. inter cæteras. de reſcript. & corrigeretur ius feudorum excludens fœminas. Ergo non eſt facienda extenſio. & hanc opinionem tenent Zaſ. conſ. 11. n. 13. & conſ. 13. n. 25. lib. 1. & conſ. 8. n. 23. lib. 2. Roland. conſ. 90. n. 16. lib. 4. Roſſent. qui alios adducit de feud. cap. 7. concl. 31. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 14. n. 22. qui tamen limitat, vt in dubio fœminæ facilius ad feudum eccleſiaſticum, quam ſeculare admitti debeant. allegat Cephal. conſ. 361. n. 27. & conſ. 389. n. 16. & ſeq. & quod deficientibus maſculis fœminæ ſunt admittendæ ad petendam inueſtituram cum diſtinctione de qua per ipſum, idq; bis fuiſſe reſolutum in Rot. Rom. quando tamen inueſtitura eſt ſimpliciter facta pro maſculis, ſecus ſi cum dictione taxatiua tantum: ſed de hac declaratione nos diximus ſupra in quæſt. 14. quando feudum maſculinum eccleſiaſticum ob merita patris poſſit concedi fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conſtitutus in ſacris, ex diſpenſatione Summi Pontificis effectus laicus, an ſuccedat in feudo.*

2 *Diſpenſatio Summi Pontificis, facta cum ſecundogenito conſtituto in ſacris, an præiudicet tertiogenito in feudo.*

3 *Diſpenſatio vt frater minor ingrediatur religionem capacem, an præiudicet admiſſa ex ſtatuto deficientibus maſculis.*

4 *Princeps poteſt reſtituere ad feudum vaſſallum illo priuatum, etiam ſi ſit alijs apertum.*

5 *Princeps reſtituit ad bona alienata ex cauſa publica.*

QVAESTIO 64.

De diſpenſatione Summi Pontificis cum conſtituto in ſacris, vel regulari, vt ſit laicus, an præiudicet agnatis in feudo; & quid ſi diſpenſet cum regulari Religionis incapacis, vt tranſeat ad capacem.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an regularis, vel clericus cōſtitutus in ſacris, effectus laicus ex diſpenſatione Summi Pontificis, ſuccedat in feudo: & videtur negatiuè reſpondendum; non enim præſumitur intētio Summi Pontificis præiudicandi iuri aliorum cap. quamuis. cap. ſi pro te. de reſcript. in 6. Legitimatio etiam per conſequens matrimonium non aufert ſpem ſucceſſionis, quam quis habebat in bonis nondum defuncti ordine primogenituræ: & dicit Petr. de Anchar. conſ. 427. quod licet in legitimatione ad finem ſuccedendi, nō requiratur citatio agnatorum quando agitur de ſucceſſione in bonis patris porrigentis preces; tamen requiritur citatio quo ad alia bona, quam patris; nam legitimatio ſucceſſiones radicatas in alijs non aufert. ex Bart. & Bal. in l. Gallus. §. qui ſit tantū. ff. de liber. & poſthum. Sic videtur dicendum in quæſtione propoſita. Nihilominus contrariam opinionem, & veriorem tenet Bal. conſ. 275. incipiente, quod pro regula lib. 2. n. 7. vbi ponit exemplum de regulari ex diſpenſatione Papæ effecto Comite, vt ſuccedat in feudo aperto, poſtquam eſt effectus Comes, nam tanquam poſt liminio reuerſo, vel in integrum reſtituto, & ad ſucceſſionem habilitato; immo tamquam nouo homini eſt gratia reſtituta, & habilitas aperta. l. Ariſto. ff. de manumiſſis teſtam. l. in quæſtione. ff. de legat. 3. l. ſi quis filio. §. penult. ff. de iniuſto teſtamento. l. ſi alienā. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtituend. Semper enim in ſubiecto inſpicitur dies ſua. ſequitur Curt. de feud. 2. part. princip. q. 10. Duenn. reg. 103. & alij, quos refert Octau. Bammac. in c. qui clericus. q. 8. ſi de

2 ſi de feudo defuncti. ſed difficultas eſt poſt feudum apertum per mortem primogeniti, an diſpenſatio Summi Pontificis facta cum ſecundogenito conſtituto in ſacris, vt ſit laicus præiudicet tertiogenito, ad quem deuoluitur feudum: & videtur quod non præiudicet tertiogenito, cum agatur de iure iam quæſito; & ita in ſpecie determinat Oct. Brammac. loc. cit. vbi id firmat ex doctrina Andr. in d. c. 1. num. 14. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. vbi tenet, quod gratia Principis facta primogenito rebelli viuente patre, præiudicat ſecundogenito, quia tempore mortis patris primogenitus inuenitur habilis; ſecus ſi mortuo patre Princeps indulgeat, & iam facto loco ſecundogenito cui eſt ius quæſitum, nam illud non pendet ex remiſſione Principis, arg. l. fin. C. de pactis. l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de contra tabul. l. ſi cum Hermes. C. locati. vnde concludit Bammac. quod diſpenſatio Papæ ante feudum apertum præiudicat agnatis, ſecus ſi poſt feudum apertum. Idem in legitimatione ſpurij tenet Anchar. d. conſ. 427. Alex. conſ. 67. num. 3. lib. 1. Rot. Rom. in materia legitimationis cum illegitimo dicit Imperatorem ſine cauſa priuare non poſſe vaſſallos reſpectu feudi iam acquiſiti, non autem in eo, in quo eſt ſpes tantum futuræ ſucceſſionis. ius enim illud, quod eſt in ſpe, eſt valdè debile, & non conſiderabile, ita tradit fuiſſe deciſum Card. Seraph. deciſ. 325. vbi dicit fuiſſe in Rot. reprobatum conſ. Cephal. 23. In contrarium videtur quod etiam feudo iam aperto, nondum tamen poſſeſſione capta, ſeu agnito, diſpenſatio præiudicat. ex doctrina Bald. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccl. vbi inquit, quod ſi hæreditas eſt agnita, diſpenſatio non retro fingit, alias ſecus, quem ſequitur Ioſeph. Cumia, de feud. in ver. maſculus, n. 45. in illa quæſt. quid ſi Papa diſpenſet, vt frater minor religionem ſucceſſio-
3 nis capacem ingredi poſſit, an præiudicet fœminæ admiſſę ex ſtatuto deficientibus maſculis, cum illa admitteretur permanente fratre in Religione incapaci, tanquam mortuo. & quicquid dixerit Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis art. 12. q. 5. nn. 96. defendit opinionem Bald. quia quando hæreditas non eſt agnita, non tollitur per diſpenſationem niſi ius adeundi, quod non eſt in bonis noſtris l. pretia rerum. ff. ad legem Falcidiam. Quinimò videtur omninò Summum Pontificem poſſe diſpenſare cum conſtituto in ſacris, vel regulari etiam feudo aperto, & capta poſſeſſione à ſecundogenito, quia quod conſtituti in ſacris, vel regulares non ſuccedant in feudis, ex quo non licet eis militare cap. 1. de beneficio fœminæ d. c. qui clericus. & c. 1. de vaſſal. mil. qui arma bell. procedit ex impedimento iuris canonici, vnde poteſt à Papa tolli abſque iniuria alicuius tollendo conſtitutionem Canonicam, ex tunc à principio clericatus, & profeſſionis, etiam ante mortem patris. gloſ. in clem. 1. de immunitat. Eccl. Idque communiter tenent DD. in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, vbi concludunt, Papam poſſe approbare matrimonium nullum contractum contra Canones, & legitimare filios inceſtuoſos ex tunc, in præiudicium eorum quibus delata eſt hæreditas, & etiam mortuis cõiugibus, vt ſingulariter tradit Petr. de Anchar. conſ. 409. Viſo, & diligenter inſpecto, & nos diximus ſupra q. 11. Item facit doctrina Andr. in c. 1. num. 4. de vaſſall. decrepit. ætat. vbi tenet poſſe Princi-
3 pem vaſſallum ex ſententia priuatum feudo, reſtituere ad feudum ad alios deuolutum; quia ſententia eſt de iure ciuili, & quæ ſunt iuris ciuilis poſſunt tolli à Principe, ad not. in l. fin. C. ſi contra ius. Et quamuis aliqui dixerint non poſſe Principem tollere ius quæſitum etiam artificio iuris poſitiui, iuxta Bald. in l. 1. C. de iure aureor. anulor. & in l. reſcripta. C. de precibus Imperatori offerendis, & alios relatos per Gabriel. de iure quæſito non tollendo concl. 1. limit. 3. tamen contraria opinio, quod Princeps poſſit; habet grauiſſimos authores, vt per eũdem Gabriel. Et quo ad impedimentum iuris canonici, & poteſtatem Summi Pontificis, vt tollat etiam ex tũc, non eſt difficultas ex ſupradicta communi concl. in cap. per venerabilem. Cenſeo igitur Papam poſſe diſpenſare etiam poſt feudum apertum, tollendo impedimentum iuris canonici, quod inhabilitabat ad pugnam, & ad ſeruitium præſtandum Domino. & tantò magis ſi ſuadeat cauſa publica, quo caſu poteſt Princeps laicus reſtituere rebellem etiam ad bona tertio alienata. Bart. in l. quicunque. C. de fidei inſtrumentor. lib. 10. Alex. & alij l. fin. C. de ſententiam paſſis. DD. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. quamuis Summus Pontifex id ſine cauſa facere non præſumatur. vide ſupra, quæſt. 10. de clerico, an poſſit habilitari à Principe ad feudum antiquum in præiudicium agnatorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vita & militia an debeatur clericis ſecundogenitis.*

2 *Feudum datum ad certum ſeruitium, ceſſante ſeruitio ceſſat.*

3 *Vita & militia an æquiparetur portioni feudi, vel legitimæ, aut alimentis.*

4 *Illegitimus an ſit inhabilis ad penſionem.*

5 *Legatum relictum tutori pro alimentis, debetur etiam ſi non fuerit tutor.*

6 *Vita & militia an debeatur à ſecundogenito primogenito conſtituto in ſacris.*

7 *Piæ cauſa fauore ſit extenſio, in conſuetudinibus & ſtatutis.*

QVAESTIO 65.

De vita, & militia, an debeatur Clericis ſecundogenitis.

1 HANC quæſtionem omiſiſſem tanquam abſolutam in Regno, & pluries practicatam, & deciſam, quod vita, & militia debetur Clericis ſecundogenitis, vt tradit Vinc. de Franch. deciſ. 20. Paris de Put. de finib. feud. c. 40 num. 31. Minad. in conſtit. in aliquibus. verſ. filiorum. num. 7. Affl. in conſtit. regni. Comitibus. num. 6. Ioannes Franc. de Ponte de poteſtate Proregis. tit. de aſſenſ. regij. §. 4. Morſeſius conſ. 9. & alij, quos allegat Oct. Bammac. in §. qui clericus. quæſt. 10. ſi de feud. defunct. content. fuerit. Et quando adeſſet aliquid dubium, ſatis eſſet allegare in Regno hanc conſuetudinem interpretatiuam tot deciſionum Conſilij Neapol. iuxta Abb. Rocch. & alios. cap. fin. de conſuetudine. pro qua facit littera clara conſtitutionis Regni Comitibus, quæ mandat dari vitam, & militiam ſecundogenito. & ſatis eſt, quod Clericus habeat hanc qualitatem filij ſecundogeniti. text. enim legis, aut canonis eſt locupletiſſimus teſtis, vt tradit Cic. in Topic. ad fin. l. ſi quis locuples. ff. de manumiſſ. teſtam. prætermiſſis multis quæ pro hac indubitata concluſione in Regno adduci poſſunt. Omiſiſſem, inquam, quæſtionem, niſi dictus Oct. Bammac. contrarium poſt tot deciſiones, & opiniones eximiorum DD. noſtra tempeſtate defendere conaretur in graue præiudicium Clericorum, & ibi teſtatur nu. 212. pro eius opinione fuiſſe deciſum in Collaterali Conſilio contra Card. Columnam, quamuis in dicta cauſa etiam teſtatoris prohibitio concurreret, ne aliquid ſuper feudis Regni peteretur à magno Comeſtabulo. dicit tamen Clericis ſecundogenitis egenis deberi alimenta officio iudicis de iure communi Romanorum, non vigore Conſtitutionis, Comitibus. Referam igitur duo eius argumenta præcipua, quibus ſolutis, nullus erit locus dubitationi; nam alia eius argumenta ſunt leuia. Primò mouetur, quòd de iure communi feudorum, omnes filij æqualiter ad feuda vocantur, exceptis titulatis feudis, in quibus primogeniti ſoli ſuccedunt. c. omnes filij. ſi de feud. defun. cont. fuer. l. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Federic. Superuenit poſtea ius Francorum deferens primogenitis integra feuda per leges Regni, vt de ſucceſſionibus, & in aliquibus, & Conſtitutione Comitibus, & loco illius portionis debitæ ſecundogenitis de iure communi dat vitam militiam, vt dicit And. noſter de Iſernia in d. Conſtitut. de Comitib. Minad. latè conſ. 1. Vinc. de Franch. d. deciſ. 61. Capic. deciſ. fin. Arm. alleg. 70. Affl. deciſ. 252. Tiraquell. de primogenitis quæſt. 74. num. 3. Cum itaque militia ſuccedat loco portionis feudi ſecundogenitis à iure communi feudorum debitæ, à qua portione Clerici de iure communi ſunt excluſi. d. §. qui clericus, & c. 1. de benef. fœm. & c. 1. de vaſſal. mil. qui arma bellic. Ergo etiam ſunt excluſi à vita militia, quia ſubrogatum ſequitur naturam ſui ſubrogati. Secunda ratio Bammac. eſt, quod militia datur ſecundogenitis, vt ſeruiant primogenitis cum equis, & armis fratris maioris, vt dicit gloſ. in dicta Conſtit. Comitibus; ſed Clerici milites Dei non poſſunt eſſe milites ſeculi ſupradictis iuribus. Ergo conſtitutio non eſt intelligenda de Clericis ſecundogenitis, quemadmodum feudum conditiona-
2 tum datum ad certum ſeruitium, ceſſante ſeruitio, ceſſat. c. pen. & fil. quid ſit in inueſtitura. Iſern. & alij in c. quin etiam Epiſcopum, vel Abbatem, vbi concludit inhabilem ad ſeruiendum feudo priuari. & ratio, quæ eſt de toto ad totum, debet eſſe de parte ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendicat. tenet etiam cum Camer. in l. Imperialem. §. præterea ducatus. fol. 102. lit. O. vbi dicit, vitam militiam eſſe quoddam aliud feudum, quod ſecundogenito conceditur, quia militare compellitur. Verum prædictis non obſtantibus non eſt recedendum à priori, & toties practicata opinione. ad primam rationem multipliciter reſpon-
3 detur. Primò non eſſe clarum vitam militiam æqui-

æquiparari portioni feudi, quia eſſet perpetua quemadmodum portio feudi, & non regularetur à legitima, vt eſſet tertia pars fructuum, ſed integra pars conſtitueretur. Omnes enim fatentur, in liquidatione vitæ militiæ eſſe habendam rationem liquidationis legitimæ ſecundum tempus mortis teſtatoris, iuxta auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt. & dicit Andr. in d. conſtit. & latè probat Vincen. de Franch. deciſ. 61. Præterea ſi vita militia eſſet loco portionis feudi in Regno, ſecundum ius Francorum primogenitus tantum ſuccedit. Ergo nunquam ſecundogenitis debita fuiſſet ſucceſſio, ſicut nec clericis, & tamen ſecundogenitis laicis indubitatum eſt vitam militiam deberi, ergo pariter clericis, qui ſecundogeniti. Sed iſta conſideratio poteſt repelli, quia DD. non conſiderauerũt ius Francorum, quod in Regno tantum defert feudum primogenito, ſed antiquius ius feudorum, quo omnes filij ſuccedebant. & ſucceſſiuè dicunt poſterius ius Francorum habuiſſe reſpectum ad portiones debitas ſecundogenitis de iure communi, & loco ipſius conceſſiſſe vitam, & militiam. Et verè DD. laborant in inueſtigando rationem, qua fuit motum ius Francorum cum in littera tex. hoc non reperiatur, nec militia vltra ſupradicta poſſit æquiparari alimentis, quæ non debentur niſi ſtante neceſſitate. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc. militia tamen debetur iure actionis conditione ex d. conſt. Comitibus, etiã ſecundogenitis locupletiſſimis, vt optimè dicit, & probat Minad. d. conſ. 1. num. 67. Quod vita, & militia non eſt legitima de iure naturę, ſed introducta ex d. conſtit. Comitibus. neque etiam eſt ſubrogata loco alimentorum, ſed eſt quoddam ius ſeparatum, & deriuatum à legitima, & alimentis. & quamuis concludat ipſe & alij ſupradicti, magis communiter eſſe portionem debitam loco partis rei feudalis, in qua de iure Longobardorum filij ſecundogeniti æqualiter ſuccedebant cum primogenitis, tamen hæc cõſideratio procedit ex quadam coniectura, qua ratione fuit motum ius Francorum, ſed non concludit. Quinimmò cenſeo forte poſſe dici, vitam militiã eſſe ſubrogatam loco alimentorum ad inſtar Regis primogeniti, qui ſuccedit in Regno, & tenetur præſtare alimenta ſecundogenito, vt dicit Io. Andr. Petr. de Anchar. & alij in c. licet. de voto. & ſucceſſio primogeniti in Regno fuit ante ius ciuile Romanorũ, & ius Longobardorum, vt patet in Geneſ. c. 25. & 27. prout pulcrè Minad. d. conſ. 1. n. 17. & 18. poſt DD. in d. c. licet. Et quamuis poſtea ex d. conſtit. Comitibus debeatur vita militia etiam ſecundogenitis diuitibus, id procedit ex determinatione ipſius, quæ cõſiderauit, vt plurimum ſecundogenitos indigere alimentis l. nam ad ea. ff. de leg. Apparet igitur coniecturam DD. vitam militiam æquiparari portioni feudi, non concludere aduerſus clericos, qui habent litteram tex. pro ſe, & ſic regulam, contra quam requiruntur probationes clariſſimæ, & non leues coniecturæ. Præterea dato, & non conceſſo, quod vita militia fuiſſet ſubrogata loco portionis debitæ de iure feudorum, non ſapit naturam eius, quia ſubrogatum debet eſſe ſubrogatum cum omnibus qualitatibus, & per omnia, vt ſapiat naturam eius cuius loco ſubrogatur, vt notabilitet tradit Anr. de Butr. & Io. de Imol. cap. Quintauallis. de iureiurando. Paul. Imol. Alex. in l. 1. ff. de legat. 2. Euerar. in loco à vi ſubrogationis. ſed id non eſt in caſu noſtro, cum ſecundogenitus non poſſideat feudum loco primogeniti, nec potiatur honoribus, dignitatibus & auctoritatibus, quas cõſequuntur Barones, de quibus latè per Marin. Frecc. de ſubfeud. par. 3. ſed tantum habet quandam portionem fructuum pro alimentis, quæ propriè appellari poteſt penſio, quicquid dicat Bammac. qui dicit poſſe pro vita militia exemplo Paragij agi actione reali contra tertium poſſeſſorem, ex capit. Regni alienationis actus. ergo infert ipſe, nedum ſuper fructibus, ſed etiam ſuper ipſo feudo debetur vita, & militia. Non enim obſtat, quod detur actio contra tertium, quia ex d. cap. Regni datur actio perſonalis cõtra poſſeſſorem in rem ſcriptam, & datur ad finem conſequendi pecuniam debitam, non autẽ ad acquirendum dominium, vel ius formatum ſuper feudo, vt optimè aduertit Franc. de Ponte loc. cit. Cum itaque ſit quædã penſio ſuper fructibus, nullo pacto ſapit naturam feudi, quemadmodum penſio ſuper beneficio non eſt beneficium, quãuis eius loco ſubrogetur, vt optimè probat Felin. in cap. ad audientiam, il ſecondo. de reſcrip. Quemadmodum & patrimonium ad victus titulum quis recipit ordines ſacros. iux. cap. cum ſecundum. de præbend. ſubrogatur loco beneficij, & tamen non eſt beneficium. Quinimmò, quòd magis accedit, illegitimus eſt inhabilis ad obtinendum beneficium ſine
4 diſpenſatione, ſed non eſt inhabilis ad penſionem ſubrogatam loco beneficij, vt optimè

probat

probat Samenſis in reg. de annali, quæſt.21.
Card. Paleot. de notis, & ſpur. q.58. Idque
fuit pluries reſolutum in Rot. Rom. vt nouiſ-
ſimè teſtatur Cardin.Seraph.deciſ.1264. Eſt
etiam concluſio DD. clara, quod niſi fiat
mentio feudi res non præſumitur feudalis. Io.
Andr.& alij communiter, in cap.nimis.de iu-
reiur. latè Gabriel. de feud.concl.3. & latius
diximus, in quæſt. 1. Nec obſtat ſecunda ra-
tio Bammac. quòd vita militia detur pro ſer-
uitio militari, hoc enim nullo pacto probatur
in d. conſtit. Comitibus, vt optimè aduertit
Gloſ. dum dicit, quod de conſuetudine ſe-
cundogenitus militat expenſis primogeniti
ergo non eſt de iure; quæ conſuetudo con-
traria conſuetudine tolli poteſt. & receſſiſſe
ab aula, quod ſecundogeniti ſeruiant, tradit
Affl. in d. conſtit. Prætereà ſumus in materia
fauorabili alimentorum, quo caſu etiã ſi con-
ſtitutio diceret, quod dentur alimenta fratri
militi, adhuc deberentur ſi non militaret, ex
illa notabili concl. DD. quod legatum factum
tutori non debetur, ſi cum poſſit nolit admi-
niſtrare tutelam l.Neſennius & l.quid autem.
ff.de excuſ.tut. Quia in dubio præſumitur re-
lictum contemplatione officij d. l.Neſennius.
5 tamen id non habet locum in legato alimen-
torum, quia eorum fauore præſumendum eſt
onus adminiſtrationis impoſitum non fuiſſe
cauſa legati, & conſequenter teſtatorem in
dubio fuiſſe relicturum, etiam ſi tutelam non
adminiſtrauerit. gl. ſingularis, in l.1.C.de le-
gat. dum dicit maximè quod Bar. etiam ſen-
tit per illum tex.l.illis libertis.ff.de condit. &
demonſtr. Ruin. conſ. 38. num.3. & 4. lib.2.
Card. Mant. de coniect. vlt.volunt.lib.6.tit.
16.num.6. Sed poſſumus conijcere fuiſſe de-
nominatam militiam in d. conſtit. ratione
frequentiæ, cum ſoleant vt plurimum ſecun-
dogeniti vitam ducere militarem, & expreſ-
ſio frequentiæ cauſæ non excludit cæteras
cauſas. Corſet. latè in verbo frequentia. Item
facit, quod habens penſionem ſuper benefi-
cio nõ tenetur ad reſidentiam, nec ad procu-
rationem Epiſcopi, aut alia onera, ad quæ te-
netur beneficiatus. cap. qui verò. de præbend.
c. cum Apoſtolus. §. prohibemus. de cenſib.
Et ex his videtur clara concluſio, quod ſe-
cundogenito clerico debeatur vita militia
ſuper fructibus feudi, cum non reperiatur ex-
preſſum contrarium de iure, nec expreſsè ſit
impoſitum onus militandi. Patet etiam non
procedere dictum Camer. quod vita militia
erat feudum. Debetur ergo clerico vita mili-
tia.

tia ſuper fructibus feudi, quomodo autem
ſit taxanda, & an debeatur de augmento
feudi, tradit Vinc.de Franch.d.deciſ.61. Mo-
let. in d. conſ.9. qui idem dicit in religioſo
profeſſo, poſt Affl. in d. conſt. De quo non eſt
dubitandum ex illa clara concl. DD. quòd
feudum tranſit in monaſterium, quando non
præſtatur ſeruitium militare, vt per omnes c.
in præſentia. de probat. Sed fuit dubitatum,
an deberetur à ſecundogenito primogenito
6 conſtituto in ſacris, qui ex ſe ipſo ſe priuaue-
rat feudo per ſuſceptionem ſacrorum ordi-
num; & videbatur non deberi, quia non ab
alio, ſed ſe ipſum excluſit l.ſi ex cauſa. §.nũc
videndum.ff.de minorib. Item conſtitutio lo-
quitur de ſecũdogenito, & ideò cum ſit one-
roſa, non videtur extendenda ad primogeni-
tum. reg. hodie. de reg. iur. in 6. E contrario
videtur, quòd hæc vita, & militia datur loco
alimentorum, & ſic in piam cauſam, quo ca-
7 ſu fit extenſio etiam in conſuetudine, & ſta-
tutis: & hanc opinionem tenet Affl. in §. qui
clericus, fundans ſe inhabilitate clerici. Con-
trariam opinionem, vt debeatur primogeni-
to clerico in ſacris tenet Conſ.Neap. vt teſta-
tur Vinc.de Franch.deciſ.20. Quamuis enim
conſtitutio prædicta loquatur de vita, & mili-
tia danda ſecundogenito, id fuit à communi-
ter accidẽtibus, & leges adaptãtur ad ea quę
frequentius accidunt. l. nam ad ea.ff.de leg.
Nam rarò primogeniti nolunt ſuccedere; &
quamuis hic caſus rarò accidat, dũmodo non
miraculosè, inducabitur ſecundum eaſdem
ll. conditas in caſibus communiter accidenti-
bus. Dec. in reg. ea quæ rarò. ff. de reg. iur. per
tex. in §. inſula. inſtitut. de rer. diuiſ. Andr.
de Iſern. c.1. de alien. feud. pater. & in conſtit.
Regni quamplurimum. Iaſ. conſ.112. vol.1.
per tex. cum gloſ. in l.1. C. de his, qui ad Ec-
cleſiam confugiunt. Satis enim eſt, quod mi-
litet eadem ratio. l. illud. ff. ad legem Aqui-
liam. & ex d. conſtit. debetur vita, & militia
ſecundogenito occaſione excluſionis à ſuc-
ceſſione feudi. quæ ratio militat, quando pri-
mogenitus excluditur. Nec obſtat, quod ſe
excluſerit à ſe ipſo, quia ſe excluſit à ſucceſ-
ſione feudi, nõ à vita, & militia. Immò multò
magis debetur per ſecundogenitum primo-
genito ex cuius perſona maius commodum
conſequitur, & ſic magis rationabile videtur,
quod detur primogenito, quam ſecundogeni-
to. Ergo lex dicit. quicquid enim ratione con-
tinetur, lex eſt. c. conſuetudo. diſt. 1. Et hanc
opinionem latiſſimè defendit Vinc. de Franc.
loc.

loc.cit.quem ſequitur Io.Franc.de Ponte. vbi ſup.num.30.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtitura feudi duplex.*
2 *Inueſtitura feudi abuſiua, quid operetur in feudo Eccleſiaſtico.*
3 *Poſſeſſio bonorum vacantium non tranſit in fiſcum niſi apprahendatur.*

QVÆSTIO 66.
De inueſtitura abuſiua fauore Eccleſiæ transferente dominium.

1 SCIENDVM, duplicem eſſe inueſtituram feudi, abuſiuam, & veram. Abuſiua eſt, quæ fit verbis, & poſtea traditur haſta, vel anulus, vel aliud ſignum interuenit. & per hanc non datur poſſeſſio; ſed intelligitur conceſſa licentia vaſſallo inueſtito, vt poſſit ingredi poſſeſſionem feudi auctoritate propria. niſi fieret talis inueſtitura in conſpectu rei feudalis; quia tūc transferretur poſſeſſio, iuxta l.quod meo. §.ſi debitorem. ff. de acquir. poſſ. ita habetur in c.1. quid ſit inueſtitura, & ibi noſter Andr.de Iſern.Card.Alex.Affl.& alij. Vera inueſtitura eſt, & propria, quando acquiritur poſſeſſio, ſicut homo propriè dicitur veſtitus, poſtquam induit ſe veſte non ante. Eſt tamen hic notandum, quod Eccleſiæ fauore abuſi-
2 ua inueſtitura transfert dominium, quia ex ſolo titulo transfertur in Eccleſiam dominium. l. fin. & ibi DD. C. de ſacroſan. Eccl. Vnde ipſa præfertur ſecundo inueſtito, quamuis poſſeſſionem fuerit adeptus, iux. l. quoties. C. de rei vendic. ita Iacobin. de S. Georg. de feud. in verbo Princeps. verſ. quæro. n.2. Ant.Gabr. de empt.vendit.concl.2. num.35. Andr.in l.1.c.1.§.ſi verò contingerit. de pace iura firman. Capic.in inueſt.feudali in S. feudorum inueſtituræ col.fin.verſ. potior res Eccleſia. Roſſent. de feud.c.6.concl.10.n.2. vbi alios allegat. Nō tamen transfertur poſſeſſio, quoniam eſt facti, vt dicit Bald. in d. cap.1. quid ſit inueſtitura, quemadmodum nec in fiſcum transfertur niſi appræhendatur. l.cum duobus.§.idem reſpondit.ff. pro ſoc.l.vt inrer diuinum.in fin. C. de ſacroſan.Eccl. & C. de bon. vacant. lib. 10. Et hinc eſt quod bonorum vacantium fiſcus habet proprietatem, &
3 non poſſeſſionem antequam appræhendat: & ratio eſt, quia ſeparata eſt cauſa dominij, & poſſeſſionis.l.1.§.ſeparatis.ff. de vſucap. pro empt.l.naturaliter. §.nihil commune. ff.de acquir. poſſeſſ. ita Bald. Quamuis dicat aliquos tenere per inueſtituram transferri poſſeſſionem in Eccleſiam, ſed Legiſtæ non concedunt ex ſupradictis.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum Eccleſiaſticum, quod propriè dicatur.*
2 *Feudi prima origo attenditur, vt iudicetur Eccleſiaſticum, vel ſeculare.*

QVAESTIO 67.
De feudo Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè recepto ab Eccleſia aliqua.

1 QVAERITVR, quid ſit feudum Eccleſiaſticum. DD. enim dicunt, vt aliud ſit eſſe ſeculare, aliud Eccleſiaſticum. Breuiter dicendum, tribus modis poſſe dici feudum Eccleſiaſticum. Primo quando datur ab Eccleſia. Secundo, quando ab Eccleſia ſuſcipitur. Tertio, quando datur, vel ſuſcipitur à clerico non tanquam ab Eccleſia. c.1.qui feud.dare poſſ.cap.1. §.ſi quis dominus, quibus modis feud. conſtitui poteſt. c.1. de clerico, qui inueſtituram fecit. ita Bald. in proœm. feud.nu.56. *Zaſ.*in Epit. feud.par.2. n.7. Roſſent. qui alios numerat. de feud.c.1. concl. Licet ipſe teneat impropriè dici feudum Eccleſiaſticum, quando datur, vel ſuſcipitur à clerico, non tāquam Eccleſia, & etiam quando Eccleſia ab aliquo ſeculari tenet. Sed dubium eſt, ſi feudum retineatur ab Eccleſia, ſed mediante inueſtitura, ſeu ſubinfeudatione facta à vaſſallo laico, qui immediatè ſuſcepe-
2 rat ab Eccleſia, an dicatur amplius feudum Eccleſiaſticum. Et videtur eſſe appellandum ſeculare conſiderata ſecunda infeudatione, nihilominus verior eſt, quod ſit Eccleſiaſticum, quia debet attendi natura originaria rei, non accidēs ſuperueniens: naturalis enim cauſa vincit accidētalem l.qui habebat. ff. de tutelis. ita ſingulariter Abb.in c.ex tranſmiſſa.num.6.de for.compet. & è contra feudum Eccleſiæ recognitum à laico immediatè, ſed receptum ab Eccleſia illa mediante, dicitur lai-

laicale, quia attenditur prima origo tradit Innoc. Zab. Soc.poſt Abb.in d.c.ex tranſmiſſa. Burſ.conſ.49.lib.1.nu.4.tenet etiam Abb. opinionem quod ſi feudum conceditur Epiſcopo à ſeculari perſona,non deſinit eſſe ſeculare. ita debet dici è conuerſo, quando feudum primo proceſſit ab Eccleſia, & ſecundò deriuauit in alium laicum. Sed arguitur de cap. 1. de iurepatronatus, in 6. vbi iuſpatronatus laicale, ſi donatur Eccleſiæ ſtatim efficitur eccleſiaſticum, & mutat primæuam naturam: ergo idem in feudo. Sed poteſt reſponderi, quod in feudo retinetur directum dominium, ſed in donatione iuriſpatronatus nihil remanet penes laicum donatorem. Sed adhuc relinquo cogitandum.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ priuationis feudi Eccleſiaſtici.*
2 *Eccleſia an priuetur feudo ſi non ſeruentur pacta.*

QVÆSTIO 68.
De aliquibus cauſis priuationis feudi Eccleſiaſtici.

1 AFFL. in cap. 1. §. fin. quib. mod. feud. amitt. ca. 45. & 46. ponit duas cauſas particulares vltra communes, ex quibus vaſſalli Eccleſiarum priuantur feudis. Prima ſi faciunt ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ, à qua feudum tenent. Secunda ſi negligent dare nonas,& decimas Eccleſiæ. allegat quædam iura, quæ per te videre poteris, vbi dicit, quid in Regno, quando non ſoluuntur decimæ. quidam tamen cauſam ob ſtatuta condita in præiudicium illius Eccleſiæ declarant, ſi ſtatuta tenderent in præiudicium laicorum, qui feudum, vel emphyteuſim ab Eccleſia poſſident, tunc non adeſſet pœna priuationis feudi, nec alia; ex latè traditis per Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. num.95. & ibi Dec. num.6.quod intellige niſi indirectè grauaretur Eccleſia. Sed quæſtio notab. eſt,an Eccleſia priuetur feudo ſi non ſeruetur pactum propter quod datum fuit,nam de iure nulla eſt iuſtior cauſa priuationis feudi,quam ſi non ſeruetur pactum,c.1.
2 ſed non eſt alia, quæ fuit iam cauſa benefic. amitt.Bald.in rubr. de feud. num.56. putat, quod ſi Eccleſia,quę debet eſſe mater iuſtitiæ in ſe & in alium, cap. 1. de alien. feud. non ſeruat pacta, quòd feudum poſſit ab ea auferri,non obſtante l. placet.C.de ſacroſ.Eccl.vbi res Eccleſiæ non incidunt in cõmiſſum. quia verum eſt ſi Eccleſia venit contra legem tantum; ſecus ſi venit contra legem, & contra pactum,& contra hominem. nam delictum in omittendo, vel etiam committendo contra pacta, quia delinquitur à Prælato,& Capitulo, nocet Eccleſiæ, ad not. in l. iubemus nullam. C.de ſacroſ.Eccl. in auth. hoc ius correctum in fine. & dicit hæc eſſe vera in felonia contractus.ſequitur Decian. conſ.4.n.24.lib. 1. Card.Mant.de tac.& ambig.lib.23.tit.22. nu.3. Sed huic opinioni obſtat reg.delictum, de reg.iur.in 6. & ideo vide quæ dixi q. & q.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia pauper an ſoluat melioramenta emphyteuſi reuerſa ob lineam finitam, vel detur retentio contra eam.*
2 *Aedificiorum deſtructio prohibetur, ne ciuitas deformetur, & quando permittatur.*
3 *Impenſæ vtiles in quibus caſibus ſoluantur.*
4 *Aedificia magna facientes ſuper fundis, vt auertat dominos à vendicatione ſub prætextu melioramentorum maioris quantitatis falluntur, & ſi fundus eſt Eccleſiæ, ſint excommunicati.*

QVÆSTIO 69.
De Eccleſia paupere an ſoluat melioramenta facta in emphyteuſi ad eam reuerſa.

1 ECCLESIA conceſſit fundum in emphyteuſim, emphyteuta fecit magna ædificia, & tamen finita emphyteuſi ob lineam; Eccleſia cum ſit pauper,non poteſt ſoluere meliorationes, an propterea detur retentio hæredibus emphyteutæ:Bald.in auth. excipitur. C.de bonis quæ liberis, dicit in ſpecie, quod quando Eccleſia conceſſiſſet in emphyteuſim areã, in qua emphyteuta feciſſet multas meliorationes, ex quarum ſolutione valdè oneraretur Eccleſia, quod tunc liberatur Eccleſia ſoluendo id, quod ex dicto ædificio diruto percipere poſſet hęres,vel tollere rudera, per tex. in cap.1. §. ſi vaſſallus hic finitur lex. ſequitur Pariſ. de reintegrat. feud.f.9.Prępoſ.in d.§.ſi vaſſallus.Sed videtur

aduerſari Senatuſconſultus, quod prohibet
2 abraſionem ędificiorum, ne Ciuitas deformetur l. Senatus. ff. de contrab. emp. l. cætera. ff. de legat. 1. & procedit etiam in ædificijs ruri factis. Gl. in l. in rem. §. dignum. ff. de rei vend. Alex. Iaſ. in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de legat. 1. DD. communiter intelligunt text. in l. in fundo. ff. de rei vendic. in quo permittitur abraſio ædificiorum, vt procedat in paruis, quæ tolli poſſunt abſque deformitate, & ruina, vt ſunt ædificia ex palea, & lignaminibus. Bartol. Bald. Angel. Imol. Paul. Aret. in d. §. Marcellus, & ita etiam Andr. noſter de Iſern. intelligit d. §. ſi vaſſallus, vt procedat ſi amoueri, & religari, ſeu refigi alibi poſſunt, idem ipſe intelligit de muro fabricato de nouo, vel ſeruitute. Eſt igitur communis concluſio, vt prohibeatur abraſio, & deſtructio præterquam in domunculis
3 amouibilibus. Cũ itaque Eccleſia ſit pauper non tenetur aliquid ſoluere pro melioramentis, per tex. in d. l. in fundo, quæ in tribus tantum caſibus mundat ſolui vtiles impenſas. Primo ſi dominus eſt diues, & ſine eius magno detrimento reddere poſſit. Secundo ſi dominus ipſe eas facturus erat, nam reddere debet quamuis pauper eſſet. Tertio ſi dominus rem venalem habebat. quare Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 50. num. 33. inquit falli eos, qui exiſtimant fabricando magna ædificia ſuper fundis
4 auertere dominos à vendicatione eorum ſub prætextu melioramentorum maioris quantitatis. nam ſi dominus eſt pauper poteſt fundum vendicare non reſtitutis melioramentis, & ita dicit fuiſſe iudicatum in Ciuitate Patauij. quæ ſi vera ſit in priuato, multò magis in Eccleſia, aliàs induceretur nouus modus alienandi bona Eccleſiæ, non cum vtilitate, ſed cum damno notabili contra prohibitiones Summorum Pontificum, cap. nulli. de reb. Eccleſ. cap. 1. eodem in 6. & qui hac intentione fraudandi Eccleſiam facerent magna ædificia, incurrerent etiam cenſuras, & poenas latas à Sacro Concilio Tridentino cap. 11. ſeſſ. 22. de reformat. in conuertentes in proprios vſus res emphyteuticas, & alia iura Eccleſiæ, directè vel indirectè. Aduertendum tamen quod Vinc. de Franch. deciſ. 110. dicit fuiſſe determinatum in emphyteuſi Eccleſię, quod ſucceſſores emphyteutæ, qui melioramenta fecit, poſſent continuare pro pẽſione iuſta conſtituta, alias poſſet arbitrari quod de augumento valoris ſoli aliqua pars penſionis conſtituatur, & detur Eccleſiæ, & reliqua cedant in beneficium poſſeſſorũ. Sed mihi videtur quod iſtud arbitrium pertinet ad Summum Pontificem cum agatur de alienatione rei Eccleſiæ, quæ inconſulto Romano Pontifiee fieri non debet d. extrauag. ambitioſæ. dicit etiam Vinc. de Franch. Bald. deciſ. procedere in emphyteuſi conceſſa pro certis hæredibus, non pro hæredibus quibuſcunque, vt erat in caſu ſuo, in quo etiam aliud concurrebat, quod veriſimiliter Eccleſia fuiſſet conceſſura, cum ad nihilum res deſeruire potuiſſet, niſi pro ædificio, & ſic dominus fuiſſet facturus iuxta d. l. in fundo. Concludendum eſt igitur, quod ſi Eccleſia eſt pauper &, linea finita, non poteſt ſoluere melioramenta, non ſoluet niſi in caſibus d. l. in fundo. aliàs induceretur alienatio rerum Eccleſiæ contra Canones, & Conſtitutiones Summorum Pontificum in graue damnum, & perniciem animarum. Et hæc notanda ſunt in praxi, quia quotidie occurrunt, etenim pro maiori parte bona Eccleſiæ ſunt emphyteutica.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſia an ſoluat melioramenta facta in re emphyteutica, quando conceſſit cum pacto de meliorando.*
2. *Pactum quod finita emphyteuſi abſque culpa emphyteuta, res redeat ad Eccleſiam cum melioramentis valet.*
3. *Res ſterilis ſi concedatur in emphyteuſim, intelligitur conceſſa ad meliorandum, quo caſu meliorationes ſunt domini directi, non emphyteuta. ſecus ſi res erat fertilis, & non indigebat meliorationibus.*
4. *Clericus ſi fecerit meliorationes in territorio Eccleſia, in vita ſua illis fruetur, ſed poſt mortem remanent apud Eccleſiam.*
5. *Meliorationes quando ex pacto, vel natura emphyteuſis pertinent ad dominum directum, debent eſſe moderata, qua veniant ex natura rei tantum, vt ſerere, plantare, non autem veniant magna ædificia.*

QVAESTIO 70.

De Eccleſia, an teneatur ſoluere melioramenta facta in re emphyteutica cum pacto expreſſo de meliorando, vel ſine pacto.

QVAE-

1 QVAERITVR ſingulariter an Eccleſia teneatur ſoluere melioramenta facta in emphyteuſi, ſi conceſſit rem cum pacto expreſſo de meliorando ? & videtur quod non, quia pacta debent intelligi ſecundum ius commune, Alex. conſil. 21. lib. 5. Roland. late de lucro dotis, quæſt. 37. iure autem communi etiam emphyteuſi Eccleſiæ finita per extinctionem lineæ, melioramenta ad hæredes emphyteutæ pertinent etiam extraneos, vt tradit Bald. l. Senatus. §. Marcellus. ff. de legat. 1. & ibi Aretin. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 45. Item quia ſemper emphyteuſis datur ad meliorandum, nam emphyteuſis dicitur ab emponeuma, quod eſt melioratio Paul. de Caſtr. in l. colonus. ff. locati. Alber. in verbo emphyteuſis, & communis. vnde expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur, l. 3. ff. de leg. 1. Sed non obſtante natura contractus facti ad meliorandum ſoluuntur melioramenta, ergo idem ſtante pacto expreſſo. Et hanc opinionem tenet Burſat. conſil. 76. num. 36. quem refert, & ſequitur Rimin. Iun. 354. num. 48. lib. 4. Contrariam opinionem cenſeo veriorem ex doctrina Bartol. in dicta l. Colonus. vbi dicit differentiam eſſe inter colonum, & emphyteutam, vt colonus ſi propter penſionem non ſolutam eijciatur, repetat meliorationes, vt in dicta l. Colonus, ſed emphyteuta ſiue Eccleſiæ, ſiuè alterius, quando propter penſionem non ſolutam eijcitur, ſuas meliorationes non repetit, vt l. 2. C. de iur. emphyt. affert rationem, quia emphyteuta minorem penſionem ſoluit, & ideò dicit Bart. conſueuit poni in inſtrumento, quod dat in emphyteuſim talem rem ad meliorandum non ad deteriorandum. Sequitur ibi clarè Paul. de Caſtr. poſt Bald. Cæpoll. de ſeruit. vrb. prædior. cap. 59. num. 18. Idem aſſerit Aretin. in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg. 1. vbi diſputat articulum, & refert ſe ita reſpondiſſe, licet ibi non determinet. & ex modernis hanc opinionem latè defendit Ludouic. Sacc. reſp. 99. eandem opinionem tenet Cardinalis Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 21. num. 18. quæ opinio multò magis procedere debet in emphyteuſi Eccleſiæ in qua Fulgoſ. Doctor eximius conſil. 9. tenuit indiſtinctè, ad Eccleſiam Dominam pertinere melioramenta, cuiuſdoctrinæ meminit Dec. in auth. qui rem in 6. notabili. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Præterea ſi tale pactum eſſet iniquum, neque etiam valeret pactum, quod finita emphyteuſi abſque culpa emphyteutæ, res perueniat ad Eccleſiam cum melioramentis, quia Eccleſia locupletaretur cum aliena iactura, quod ei non conuenit, cum ſit cultrix iuſtitiæ in ſe & in alios, cap. 1. de alien. feud. nec etiam Eccleſia recipit plus iuſto pretio etiam ſponte oblatum. gloſ. in cap. hoc ius, 10. quæſt. 2. & tamen ſtante pacto debentur ei melioramenta iuxta omnes, vt trad. Bartol. in l. Iubemus. §. ſanè. num. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſ. in l. 2. num. 28. C. de iur. emphyteut. & fuit deciſum in Rota Romana Cardinalis Seraph. deciſ. 1496. vbi quod ſi melioramenta ſint magni valoris, adhuc comprehenduntur in pacto de illis lucrandis, quando ſunt appoſita verba ad quamcunque ſummam, ex Bald. in l. 2. C. de reſcind. vendit. & ibi Cagnol. num. 130. Item facit regula iuris clara, quod pactum habetur loco pretij, & ideò ſeruandum, quia aliàs non contraxiſſet, l. fundi partem. ff. de contrah. empt. præſertim in contractu emphyteutico, pactorum ratio habenda eſt ante omnia, l. 2. & 3. C. de iur. emphyteut. quinimò etiam ſine pacto arguendo ab etymologia vocabuli, iuxta l. notionem. §. inſtrumentorum l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſignific. emphyteuſis enim, vt ſupra diximus, eſt melioratio, videtur tenendum, quod cum iſte contractus fiat ad meliorandum, omnia melioramenta efficiuntur directi Domini, nam emphyteuta rei ſterilis tacitè intelligitur ſe obligare ad meliorandum, auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. Eccleſ. l. 2. C. de alluuion. Et ſi non fecerit rem meliorem iure licito poteſt expelli Rip. reſponſ. 8. num. 16. & reſponſ. 27. Cardinal. Mantic. loc. cit. num. 16. Nec videtur obſtare lex 2. & 3. C. de iur. emphyteut. vbi emphyteuta poteſt vendere meliorationes requiſito prius domino, vt etiam habetur in cap. potuit de locato, & ſucceſſiuè non efficiuntur domini. nam reſpondetur, diſtinguendos eſſe modos conceſſionis in emphyteuſim, ſi quidem olim concedebantur ſola prædia ſterilia in emphyteuſim, quæ diligentia emphyteutæ efficiebantur fertilia, poſteà ad id ventum fuit, vt dentur in

emphyteuſim etiam fertilia, vt tradit gloſ. in dicta l. 3. in verbo emponemata. C. de iur. emphyt. & clarius Bald. in l. 1. C. eod. in 1. colum. vbi dicit, quod meliorationes pertinent ad dominum. nam olim concedebatur emphyteuſis ad hunc finem, vt per emphyteutam melioraretur, & talis melioratio habebatur loco pretij, & nihilominus certa penſio ſingulis annis præſtabatur, vt per eius præſtationem appareret directum dominium remanſiſſe penes concedentem ſequitur Iaſ. in d. l. 1. num. 5. referens Bald. Inſuper conſidero, quod ſi Eccleſia deberet ſoluere melioramenta rei ſterilis conceſſæ in emphyteuſim, alienatio non eſſet in Eccleſiæ vtilitatem, quæ recipit modicam penſionem: nam poterat per ſe ipſam conducendo operarios terram reducere ad culturam niſi fuiſſet ſoluta magna quantitas pro intratura arbitrio boni viri. & contractus debet præſumi factus in vtilitatem Eccleſiæ, iuxta Sacros Canones, & ſupra allegata, vel niſi melioramenta reddidiſſent terram notabiliter magni valoris, vt certo modo lucraretur cum aliena iactura. Quarè dicendum, quod ſi conceduntur prædia fertilia cum emphyteuta non teneatur ad meliorandum rem iam fertilem & fructuoſam, pro qua ſoluit notabilem quantitatem fructibus correſpondentem, vel paulo minorem poſtquam in contractibus potius ſubſtantia, quàm nomen attendi debeat l. vbi ità donatur. ff. de donat. cauſa mortis, ſequitur quod meliorationes efficiuntur emphyteutæ, ſecus verò quando iuxta antiquum modum conceduntur ſterilia, maximè cum modica penſione. tunc enim abſque pacto melioramenta efficiuntur directi domini, vt optimè conſiderat Bald. Et hoc caſu non procedunt l. 2. & 3. &c. & cap. potuit. de locato. repugnante etymologia vocabuli, nec aliqua qualitate ſubſtantiali interueniente, quæ mutaret ſubſtantiam contractus. Pro ſupradicta concluſione adduco ſimile ſingulare. nam clericus rector beneficij ſi ex induſtria ſua meliorationes fecerit in territorio Eccleſiæ plantando vineam, vel agrum fecerit, reducendo territorium Eccleſiæ ad culturam, poterit meliorationibus frui in vita ſua, ſed poſt mortem remanent Eccleſiæ, cap. fin. de peculio cleric. & ſic quando conceduntur ſterilia, remanent meliorationes apud Eccleſiam Dominam. & tex. in dicto cap. fin. videtur mihi notabilis, nec videtur obſtare doctrina Abb. in dicto cap. fin. dum dicit, illum textum procedere quando rector ex induſtria ſuæ perſonæ rem Eccleſiæ meliorem fecit, vt quod impendit ex induſtria ſua non repetat, credit tamen quod ſi ex patrimonio impendit contemplatione Eccleſię, poterit ipſe aut eius hæredes repetere, adducit text. cum gloſ. in cap. 2. 12. quæſt. 4. nam acquiſita ex induſtria clerici comparantur eius patrimonio, ita quod de illis clericus poteſt liberè teſtari quemadmodum de patrimonio, vt tradit notabiliter idem Abbas in cap. cum eſſes, num. 24. de teſtam. & dicuntur verè bona patrimonialia clerici ſecundum Nauar. de redditibus eccleſ. monit. qua de re tex. in d. cap. 2. videtur declarari per tex. in d. cap. fin. vt meliorationibus fruatur clericus ſua vita durante. & ratio videtur manifeſta, quia clericus tenetur augere bona Eccleſię dicto cap. 2. & ideò meliorationes non repetũt eius hæredes. tex. autem in dicto cap. 2. poteſt intelligi in alijs impenſis de patrimonio clerici extra meliorationes ad quas tenetur. Et ſic patet reſponſio ad ea, quæ pro priori opinione adducuntur pacta etiam continentia idem quod ius commune ſemper debeat aliquid vltra operari l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris. c. ſi conſtitutus. de reſtitut. in integr. cum ſimilibus infra etiam quod probauimus opinionem Abbatis non ſubſiſtere. Sit itaque concluſio, meliorationes non deberi hæredi emphyteutę Eccleſię, ſtante pacto ad meliorandum, nec deberi quando ſine pacto conceduntur res ſteriles Eccleſiæ, niſi ſint magni valoris, vel ſoluatur magna penſio, vel magna ſumma fuerit ſoluta pro intratura arbitrio boni viri.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta non debentur Eccleſiæ reſoluto contractu ob culpam emphyteutæ, qui non impetrauit aſſenſum Apoſtolicum.*

2 *Eccleſia ob ceſſationem à ſolutione penſionis repetit fundum, & etiam penſiones præteritas.*

3 *Colonus cadens à locatione ex culpa ſua recuperat melioramenta.*

4 *Locatio dicitur, quando penſio correſpondet fructibus, licet nominetur emphyteuſis.*

QVAE-

QVAESTIO 71.

De melioramentis, an ſemper debeantur Eccleſiæ, finita emphyteuſi ob culpam emphyteutæ.

1 QVAERITVR ſi Eccleſiæ res
non ſolita concedatur in em-
phyteuſim abſque benepla-
cito Sedis Apoſtolicæ, an re-
ſoluto cõtractu, emphyteuta
perdat melioramenta, quaſi
ex culpa ſua id euenerit: quo caſu meliora-
menta non debentur l.2.C.de iur.emphyt.&
videtur quod non.cum ex omiſſione ſolemni-
tatis nullum pariatur præiudicium Eccleſia,
quia ſi ipſa vult ſtare contractui, poteſt. eſt
enim ſolemnitas inducta in eius fauorẽ, Aret.
conſ.77.& pluries fuit in Rota Romana deci-
ſum, & DD. ponunt exemplum in culpa, quæ
cedit in aliquod damnum directi domini, vt
ſi emphyteuta ceſſat à ſolutione penſionis,
vel negar dominium Eccleſiæ, vel tentat in-
teruertere poſſeſſionem domini. Sed iſto caſu
nulla poteſt conſiderari culpa damnoſa Ec-
cleſiæ, & ita fuit deciſum in Rot. Rom. vt te-
ſtatur Card. Seraph. deciſ. 546. Sed videtur
obſtare, quod quando ceſſat à ſolutione nul-
lum fit præiudicium Eccleſiæ, quia Eccleſia
recuperat fundum, & poteſt etiam agere pro
penſione præterita, vt latè per Iaſ. l.2. C. de
iur. emphyt. & tamen propter ceſſationem
amittuntur melioramenta d. l. 2. ſed non eſt 2
recedendum à deciſione Rotę, quia ſaltem fit
præiudicium Eccleſiæ in retardatione penſio-
nis contra naturam contractus. & maximè ſi
interuenit pactum: quo caſu, etiam quæ in
melius fiunt, quia fiunt cõtra voluntatem di-
cuntur afferre præiudicium l.penult.ff.de vſu,
& habit. Limitatur ſecundò ſupradicta con-
cluſio, vt non procedat in contractu locatio-
nis, in quo cadens ex locatione ex culpa ſua
nõ amittit meliorationes, tex.eſt in l.colonus.
ff.locat. ratio eſt, vt ibi dicit Bar. quia in em-
phyteuſi quid modicum ſoluitur, colonus ve-
rò ſoluit penſionem æquiualentem fructibus,
vt ibi dicunt Bart.& Paul.de Caſtr.Iaſ.d.l.ſi.
Cognoſcitur autem an ſit locatio ex quanti-
tate penſionis, licet nominetur emphyteuſis
Bart.in l.1.& ibi Iaſ. C.de iur.emphyt. Aret.
conſ.55.Natt.qui teſtatur de communi conſ.
49. Iul.Clar.in §.emphyteuſis q.1. & ita fuit
deciſũ in Rot.Rom.vt teſtatur Card. Seraph.
in ſupradicta d. Sed contra prædicta, quod bo-
na Eccleſiæ meliorata non poſſint retineri te-
net Surd.conſ.133.vol.2. quia hoc non repe-
ritur iure cautum, & res Eccleſiæ ſine titulo
retineri non poſſunt, & quod de iure non eſt
expreſſum, non eſt ſuperſtitioſis adinuentio-
bus præſumendum. Archid.in procem.6. in
verb. ſacroſanctæ: & ſi liceret bona Eccleſiæ
meliorata detinere DD.hunc caſum nõ omi-
ſiſſent. Et pro hac opinione Surdi facit, quod
valet argumentum a contractu ad diſtractum
ſtante identitate rationis, ita quod conſtitu-
tio habens locum in contractu, habet etiã lo-
cũ in diſtractu.l.item veniunt.§.1. ff.de petit.
hæred. c. de illis, il primo. de deſponſat.im-
pub. iuncto c.vnico.§.idem quoque eodem in
6.& dicit Bart. & Bal. in l.ſi vnus. §.pactus ne
peteret. ff. de pact. quod ſi mulier ex ſtatuto
non poteſt contrahere ſine conſenſu duorum
propinquorum; neq; poterit liberare debito-
rem ſine conſenſu eorum, licet liberatio non
ſit contractus, ſed diſtractus. latè tradit Eue-
rard.in loco à contractu ad diſtractum, & ſuc-
ceſſiuè ſolemnitas requiſita in alienatione rei
Eccleſiæ, requiritur etiam in retenſione per
quam tollitur ius Eccleſiæ recuperandi ſua.
Accedit etiam, quod neque poteſt tranſigi ſu-
per re Eccleſiæ ſine ſolemnitate, quando res
Eccleſiæ non remanet penes ipſã, vt per Abb.
in c.contingit. de tranſact. & communem: &
prædicta fecerunt me aliquantulũ dubitare. 2
Sed non recedendum à priori opinione cum
emphyteuta ſit dominus melioramentorum,
de quibus poteſt diſponere in c.potuit. de lo-
cato.& l.2. C.de iur.emphyt. vnde principa-
liter incumbit poſſeſſioni rei ſuæ, licet in con-
ſequentiam impediatur reuerſio fundi ad Ec-
cleſiam, & quod principaliter fit attendi de-
bet l.ſi quis nec cauſam, cum ibi latè traditis
per Iaſ.ff.ſi cert.pet.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Eccleſia an fiat remiſſio penſio-
nis ob ſterilitatem.*

2 *Emphyteuta, quando fiat remiſſio penſionis ob
ſterilitatem.*

QVÆSTIO 72.

An emphyteutæ Eccleſiæ fiat remiſſio penſionis ob ſterilitatem.

1 AN emphyteutę Eccleſię fiat remiſſio
mercedis propter ſterilitatẽ, dicendũ
quod nõ: quia à principio ſit diminu-

tio ſextæ partis pēſionis, auth. perpetua. C. de ſacroſ. Eccl. & ex quo Eccleſia in hoc grauatur, releuatur in alio, vt remiſſionē facere non teneatur propter ſterilitatē, & alia pericula, non ſic in priuato, ex quo rem ſine diminutione conceſſit, ita gloſ. notabilis in d. auth. perpetuum, & priuato non fit remiſſio, niſi res pereat tota, l. 1. C. de iur. emphyt. Item quando non percipiuntur tot fructus, qui ſufficiant ad ſoluendum penſionem, nam talis caſus cenſetur ſimilis totali rei peremptioni Bart. & alij in d. l. 1. Item quando emphyteuta non ſoluit quid minimum, ſed penſionem magnam quantam conductor, tunc fit remiſſio. Paul. & alij in l. penul. ff. locat. Bart. in d. l. & alij, quos refert, & ſequitur Berous conſ. 131. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an tranſeat ad illegitimos, conceſſa cū pacto de affranchando.*

QVÆSTIO 73.

De emphyteuſi Eccleſiæ conceſſa cum pacto de affranchando, an in ea ſuccedat illegitimus.

1 COMMVNIS eſt concluſio emphyteuſim eccleſiaſticam non tranſire ad illegitimos, quia non eſt veriſimile perſonam eccleſiaſticam propter ſui dignitatem de huiuſmodi filijs cogitaſſe, cum ſine peccato mortali generari non poſſint. Bald. in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 42. de conſtitut. Abb. & communis in c. in præſentia. de probat. Sed quid ſi emphyteuſis eccleſiaſtica ſit conceſſa cum pacto de affranchando, an tranſeat ad illegitimos? Et videtur idem reſpondendum. In contrarium eſt veritas, nam ſequuta affranchatione, cum emphyteuta ſit perpetuò liberatus, illegitimi non poſſunt dici emphyteutæ Eccleſiæ, quæ non habet amplius in dominio rem. Ita ſingulariter Alciat. conſil. 7. lib. 1. quem refert, & ſequitur Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 10.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus, an poſſit in emphyteuſi eccleſiaſtica à fratre hæres inſtitui.*

2 *Spurij quo ad ſucceſſionem fratrum habentur pro extraneis.*

3 *Spurius poteſt à patre relinqui exequutor in teſtamento.*

4 *Spurius poteſt à patre ſubſtitui in bonis pupillaribus.*

5 *Illegitimus ſuccedit in emphyteuſi eccleſiaſtica ſi tamen erat natus tempore conceſſionis ſecundum Card. Paleot.*

6 *Illegitimus filius poteſt admitti ad emphyteuſim eccleſiaſticam ex voluntate Eccleſiæ expreſſa, vel tacita.*

7 *Eccleſia ſi inueſtiat illegitimum de emphyteuſi, cenſetur etiam admittere filios illegitimos futuros.*

8 *Illegitimi excluduntur à conductione rerum Eccleſiæ.*

9 *Legitimi excluduntur à bonis eccleſiaſticis ſi fuerint procreati ex illegitimis.*

10 *Illegitimus à principio abſque dubio poteſt admitti ad emphyteuſim eccleſiaſticam.*

11 *Prælatus an præſumatur ſcire laudabilem vitam illegitimi, vt eum admittat ad emphyteuſim eccleſiaſticam? quod non: & requiritur ſcientia Prælati, & non Vicarij.*

QVÆSTIO 74.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica, an in ea poſſit Spurius hæres inſtitui à fratre.

1 QVAERITVR an in emphyteuſi eccleſiaſtica poſſit ſpurius inſtitui hæres à fratre ſuo? Rim. iun. conſ. 558. nu. 15. vol. 5. fuit in opinione, quod poſſit inſtitui: ipſe enim conſiderat rationes, quare non poteſt ſpurius patri ſuccedere, videlicet propter vitium paternum refrenandum, l. fin. C. de natural. lib. vel vt homines incitentur ad contrahēdum matrimonium, & tollatur materia peccandi, Aret. in l. Gallus, §. quid ſi tantum his. ff. de liber. & poſthum. Ruin. conſ. 70. n. 1. vol. 3. & ne effectu quodam intemperato luxuriæ parentum maneat impunita ſi filijs incapacib. relinqui liceret. quæ rationes ceſſant in fratribus, vel alijs tranſuerſalibus legitimis ſpurio relinquentibus, qui non peccarunt, nec incontinentes fuerunt, cum ſpurium non generauerint; & ideò nihil impedit, quin tali caſu ſpurio relinqui poſſit, vel de bonis liberis, vel ab Eccleſia recognitis. quia ceſſante cauſa prohibitionis relinquendi ſpurio, ceſ-

ceſſare debet prohibitio. l.1. & ibi Bald. C.ſi rector prouinciæ. cap. etſi Chriſtus,& ibi Bal. & Butr. de iureiur. Tiraq. in tractatu ceſſante cauſa. 1.parte.num.215. Secundo conſiderat Rimin. rationem, quæ viget inter fratres, & alios tranſuerſales, quorum reſpectu inſtitutus non eſt ſpurius, vt declarat Angel.in §.fin. col.3.verſ.reſtat. in autb.quibus modis naturales. vbi memoratis perſonis aſcendentium, & deſcendentium. quibus ſpurius non ſuccedit, ſubdit de tranſuerſalibus dicens, alijs verò cognatis Patris poteſt ſuccedere, quia quo ad eos non eſt ſpurius, nec hoc reperitur l.prohibitum. citans gloſ. magnam ibidem. Item quia tali caſu ſpurius non eſt odibilis,vt declarat Bald. conſ.373. præmittendum eſt. num.7. ad finem, vbi dicit, ſi dicatur, quòd tales filij ſunt odibiles, ergo non continetur in fauoribus, quod immò non ſunt odibiles, quo ad tranſuerſales. & Bald.& Angel.ſequitur Roland. à Valle conſ. 87. num.20. & 21. vol. 3. Ex quibus concluditur, quod ſpurius ſuccedere poſſit fratri ſuo legitimo in bonis etiã recognitis ab Eccleſia. Adducitur etiam concluſio certa DD. quod ſpurius poteſt inſtrui hæres à fratre in prophanis,quemadmodum ab alio extraneo,iuxta d.gl.§.fi. & communem in l.ſi qui. ff.de vulgari, & pupillari. Bald. in conſ. 140. vol. 1. vbi loquitur etiam de bonis paternis,quæ per mediam perſonam legitimi fratris deueniunt ad ſpurium. quam 1 concluſionem tenet Card.Palæot. de notbis. cap.43. vbi dicit, ſpurios nihil in bonis patrijs ſibi vendicare poſſe, aut ex patris iudicio conſequi, vt eius nefaria libido cohibeatur, cæterum nil probibet, quin Pater ſpurium filium bonorum ſuorum executorem in teſtamento relinquat. cum tunc nihil ex eis ſibi retinere, ſed omnia prout iuſsit teſtator in alios debet diſtribuere, facta fide iudici, de ea re, vt ceſſet fraudis ſuſpicio. & quod pater poterit eundem filium ſpurium, non in proprijs, ſed alienis, vt puta pupillaribus bonis ſubſtituere, ex l.ſi is,qui. ff.de vulgari, & pupillari, iuxta communem intellectum. Et hac ratione, & fratri ex teſtamento ſuccedere licebit,& de agnatis,vel extraneis quibuſcumque quacunque ratione acquirere. idem Card.Palæot.c.31. magis in ſpecie tenet illegitimos ſuccedere in emphyteuſi eccleſiaſtica, ſi iam erant nati tempore conceſsionis in emphyteuſim, quia in illis nulla amplius vertitur peccati ſuſpicio, ex quo iam ſunt procreati, immò fortè facilius ſunt admittendi ad bona eccleſiaſtica, quàm prophana, cum videamus Eccleſiam, multò quam alias leges his benigniorem, & propenſiorem. præſtat enim illis alimenta. c.cum haberet. de eo,qui duxit matrimonium, nec quo ad ea aliquid intereſt, quomodocunque quis natus, conceptusq. ſit, cum ipſa virtutes, vitiaue tantum reſpiciat, quæ non ex ſemine, ſed ex propria voluntate contrahuntur. cap.dominus. c.naſci.diſtinct.56.Et cum in priuatis quando reperiuntur nati, nulla præbetur occaſio delinquendi, nullum inquit diuerſum ius conſtituendum eſt in bonis eccleſiaſticis, cum præſertim, quo ad ſucceſsionem ius ciuile tantum obſeruetur. Sed his non obſtantibus, contrariam opinionem cenſeo veriorem,vt illegitimi non ſuccedant fratribus in emphyteuſi eccleſiaſtica, quia Eccleſia odio habet illegitimos, ex quo procreati ſunt cum peccato ex fornicatione, vt dicit tex.in cap.1. de filijs presb. nec diſtinguit, an pater viuat,vel deceſſerit, & proptereà à beneficijs, & ordinibus ipſos repellit indiſtinctè, niſi miſericorditer cum eis fuerit diſpenſatum.cap.1.de filijs presbyt. in 6. Solent enim eſſe imitatores incontinentiæ paternæ, nec fortes in bello, nec in fide ſtabiles. c. ſi gens Anglorum. diſtinct.56. Et quamuis Eccleſia cum ipſis ex benignitate diſpenſet ſi cæteræ virtutes in eis conueniant, tamen quod ex diſpenſatione procedit, ad conſequentiam regulæ generalis trahi non poteſt, vt pulchrè inquit Gratian. de illegitimis in cap.apoſtolica.d.diſtin, Hæc autem ratio odij ob fornicationem, ſiue Pater ſit ſuperſtes, ſiue deceſſerit, militat etiam in bonis eccleſiaſticis temporalibus. non enim præſumitur Eccleſiam, ſpeculum pudicitiæ voluiſſe ad ſucceſſionem admittere, quos odio habet. Bald. in cap.quæ in Eccleſiam. num. 24. de conſtitut. Prætereà, ſi prohiberetur, ne detur occaſio patri delinquendi, nec poſſet Eccleſia id expreſsè concedere vt emphyteuſis tranſiret etiam ad naturales,id autem facere poteſt,& etiã ex coniecturis conijcitur, vt dicit poſt Abb. Dec. in c.in præſentia. de probat. quem refert Card. Mant.de tac.& ambig. lib. 22. tit.10. veluti ſi emphyteuſis eccleſiaſtica à principio fuerit conceſſa illegitimo, alijs etiam illegitimis conceſſa intelligitur.quia origo inſpicitur. l. 1. C. de imponen. lucrati. deſcript. lib. 10. Bald. in cap. quæ in Eccleſiam. num. 43. de conſtit. Iaſ.in l.generaliter. §.cum autem. C. de inſtit.& ſubſtitut.Dec. in cap.in præſentia.

num. 36. C. de probat. Roland. conſ. 76. lib. 3. Item ſi conſideretur materia peccandi tantum, in Eccleſia non eſt cur hæc ratio plus deberet militare, quo ad ſucceſſionem in bonis, quæ pater obtinet, quam aliorum, ne detur alijs materia delinquendi, qui ſaltem ſperarent eorum filios illegitimos admittendos eſſe ad ſucceſsionem fratrum. Eccleſia enim odit peccatum in omnibus. Non obſtant adducta in contrarium, quod ſpurius quo ad fratres habetur pro extraneo. nam etſi verum ſit de iure ciuili, quod cenſuit refrenandam eſſe paternam incontinentiam, vt matrimonia contrahantur, quia ius ciuile tantum diſpoſuit in filijs quo ad ſucceſsionem patris, ſed ratio odij Eccleſiæ, quæ lege Dei gubernatur. cap. filius. de teſtam. includit omnes. nec ſtandum eſt iuri ciuili, quo ad ſucceſsionem in bonis Eccleſiæ, de quibus Principes nullam habent diſponendi facultatem. cap. bene quidem. 96. diſtin. cap. Eccleſiæ S. Mariæ. de conſtit. cap. fin. de reb. eccl. non alien. Et concluſio Card. Palæot. poſſet procedere data ſcientia Eccleſiæ, quod illegitimi erant nati, & Pater non habebat vxorem, vel inhabilem ad concipiendum. Ex eadem ratione odij peccati, illegitimi non ſolùm excluduntur ab emphyteuſi eccleſiaſtica, ſed etiam à locatione. Dec. in d. cap. in præſentia. num. 47. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebell. Berous in d. cap. in præſentia. num. 368. & ita fuiſſe in Rota Romana deciſum, tradit Card. Mant. loc. cit. num. 6. idq. ampliatur, vt neque ſuccedant filij legitimi ex filijs illegitimis procreati, quia ex radice infecta non datur legitima conſequentia. l. fin. C. de natural. lib. Ruin. conſ. 158. lib. 1. Ant. Gabr. concl. 3. nu. 17. de hæred. inſtituend. lib. 4. Mant. loc. cit. Poſſunt tamen illegitimi ab initio inueſtiri, nam in dubio, Eccleſiã propter ſuam dignitatem & pudicitiæ ſpeculum, non videtur de eis ſenſiſſe, in claris autem non eſt opus coniecturis, l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligat. Bald. in l. eam quam. num. 36. C. de fideicommiſſ. & in d. l. quæ in eccleſiarum. nu. 44. & dicunt Doctores, Prælatum, qui illegitimo emphyteuſim conceſsit, præſumi ſciuiſſe eum fuiſſe bonis moribus ornatum ex l. qui cum alio. de reg. iur. Dec. in d. cap. in præſentia, num. 47. Sed tutius eſſe, vt ipſe probet vitæ honeſtatem, quia Eccleſia non reijcit illegitimos, ſi ſunt vitæ laudabilis, & litteris eruditi. & quamuis vnuſquiſque præſumatur bonus. cap. fin. de præſumpt. tamen hæc præſumptio generalis non ſufficit, vt habeat locum diſpoſitio legis, quæ ſpecialiter exigit hanc qualitatem, ſed debet probari. Rim. inal. Sen. conſ. 17. & 439. Fuit etiam vt teſtatur Card. Mantic. deciſum in Rot. Rom. requiri ſcientiam Prælati illius Eccleſiæ, nec ſufficere ſcientiam Vicarij, ſed ſpurij Clericorum per conſtitutionem Pij V. omninò excludantur, de qua per Hieron. Gabr. conſ. 84. lib. 4. quem refert Mant. loc. cit.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa etiam cum ſolemnitatibus, pro ſe & hæredibus, non tranſit ad extraneos, niſi id ſit expreſſum, aut verbis generalibus ſignificatum, iuxta veriorem opinionem, & æquiorem.*

2 *Emphyteuſis eccleſiaſtica an tranſeat ad hæredes extraneos, quando res ſterilis fuit induſtria emphyteutæ redacta ad culturam.*

QVÆSTIO 75.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica an tranſeat ad hæredes extraneos, quando res ſterilis Eccleſiæ fuit redacta ad culturam.

1 PRAESVPPOSITA pro veriori, & tutiori opinione, quod emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa etiam cum ſolemnitatibus, pro ſe & hæredibus, non tranſeat ad hæredes extraneos, niſi id ſit expreſſum, aut verbis generalibus ſignificatum, iuxta latè tradita per Couar. lib. 2. variar. reſol. cap. 17. & Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q. 28. & Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 19. vbi ponit verba, & coniecturas, ex quibus præſumuntur vocati hæredes extranei, ad quos remitto lectorem, de qua quæſtione ſuo loco tractabimus, Deo dante. Quæritur modo ſi
2 fuerit conceſſa res ſterilis vſque ad tertiam generationem, quæ diligentia emphyteutæ fuit redacta ad culturam, an finita tertia generatione tranſeat ad hæredes extraneos. Bart. in l. quicunque. la ſeconda. C. de omni agro deſerto. lib. 11. tenuit, quod tranſeat ad hæredes extraneos, per illum text. vbi, qui rem patrimonialem Principis de ſterili reddidit fertilem, illam in perpetuum habebit, &

vt

vt propriam ad hæredes tranſmittet, quem ſequuti ſunt Bald. in l. penult. C. de ſolution. Alex. conſ. 70. lib. 1. & conſ. 9. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 44. Marſ. ſing. 550. Grammat. conſ. 85. lib. 1. Rip. in l. 1. C. de priuileg. credit. & in tract. de peſte. part. vlt. num. 155. Cæpoil. conſ. 25. Bero. conſ. 83. & 98. lib. 1. Dec. conſ. 3. lib. 1. latiſsimè, qui alios allegat Cardin. Mant. d. tit. 19. num. 30. & tit. 24. d. lib. nu. 16. Nam qui ſua diligẽtia & cultura, fundos fertiles reddidit, in hoc debet remunerari, vt non poſſit expelli, neque penſio ei augeri, iuxta Bart. in l. 2. C. de fund. patrim. lib. 11. Pariſ. conſ. 86. lib. 4. Et pro hac opinione facit, quod non eſt æquum cultores ſuas deplorare operas, facit etiam tex. in cap. ad aures. de reb. eccl. vbi qui ſua induſtria rem Eccleſiæ reddiderunt ad culturam, in perpetuum retinere merentur. Item facit notab. conſ. Paul. de Caſtr. 142. videtur dicendum, vbi concludit, quod ſi cultura coloni, vel emphyteutæ, fundus ſterilis fuerit effectus fertilis, dominus tenetur finita locatione & emphyteuſi, eundem reinueſtire eodem pretio, & ad tantũdem temporis, etiamſi à tertio maior penſio offeratur. Item facit, quod Clericus, qui terram Eccleſiæ incultam ſua diligentia ad fertilitatem induxit, poterit eam retinere vſque ad mortem, etiamſi propter delictum beneficio fuerit priuatus. Innoc. & Abb. cap. fin. per illum tex. de pecul. cleric. Ripa de peſte d. vlt. par. num. 64. Perſpicis igitur, quomodò hæc opinio eſt grauiſsimorum Doctorum authoritate munita. Nihilominus contrariam opinionem, ſalua reuerentia tantorum DD. cenſeo veriorem, & tutiorem, quam tenet Roman. in l. etiam. in princ. num. 14. ff. ſoluto matrimonio. vbi dicit expreſsè opinionem Bart. eſſe falſam, quia ſi hoc eſſet, quod ſi res ſterilis ipſo iure propter ſuperuenientem fertilitatem facta fuiſſet tranſmiſsibilis ad extraneos, fruſtra Summus Pontifex in d. cap. ad aures. de reb. eccleſ. non alien. conceſsiſſet facultatem Eccleſiæ, vt poſſet illi in perpetuum fundum in emphyteuſim concedere, qui antea eundem ſibi in emphyteuſim conceſſum, e ſterili reddidit fertilem; fruſtra enim precibus imploratur id, quod iure communi conceditur. l. 1. C. de theſaur. lib. 10. l. ei qui. ff. de acquir. hæred. l. quæ ſub conditione. C. de condit. inſtitut. Non obſtat inquit l. quicunque, quia loquitur in re Principis, nec apparet ibi, an emphyteuſis data fuiſſet. Secundo pro hac opinione facit, quod emphyteuſis de ſui natura datur ad meliorandum. l. 1. 2. & 3. C. de iur. emphyt. Ergo cultura non eſt aliquid extraneum & ſubſtantiale, quod debeat alterare eius naturam, & deſtruere, vt intelligatur conceſſa vltra tertiam generationem, iuxta l. pacta conuenta. C. de contrahen. empt. Item adduco text. notab. in cap. fin. de pecul. cleric. vbi ſi clericus agrum Eccleſiæ ſterilem reduxit ad culturam, non tranſmittit ad hæredes agrum, neque melioramẽta. Præterea induceretur alienatio rei Eccleſiæ contra voluntatem ipſius, maximè ſtante pacto expreſſo vſque ad tertiam generationem, quod non eſt dicendum. Conuentiones enim principaliter attenduntur in contractu emphyteutico. l. 2. & 3. C. de iur. emphyt. & qui conceſsit in emphyteuſim rem ſterilem, de qua præſumptio erat clara, quod emphyteuta non poterat ea vti, niſi prius redacta ad culturam, poterat alienare in perpetuum, transferendo etiam dominium directum, & emphyteuta poterat ſibi cautius conſulere, ergo ſibi eſt imputandum. l. veteribus. C. de pact. l. quicquid aſtringendæ. ff de verb. obligat. Inſuper conſidero, quod res Eccleſiæ non poſsint concedi in emphyteuſim ſine euidenti vtilitate Eccleſiæ. extrauag. ambitioſæ. de reb. eccleſ. quæ vtilitas in re ſterili præcipuè conſideratur in reductione ad culturam. nam pro re ſterili modica quantitas, & pecunia ſolui poteſt, & ſucceſsiuè emphyteuta reducendo ad culturam, non fecit aliquid vltra id quod tenebatur pro vtilitate Eccleſiæ. Ergo nihil vltrà meretur. Et hæc opinio ſemper mihi viſa fuit tutior ad euitandas fraudes contra Eccleſiam, ne ſub varijs prætextibus, directè vel indirectè bona Eccleſiæ occupentur contra Conc. Trident. cap. 11. ſeſs. 22. de reform. & ex his apparet reſponſio ad contraria.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica an tranſeat ad hæredes extraneos, ſi penſio correſpondet fructibus.*

2 *Contractus ſubſtantia eſt attendenda, non nomen.*

3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica eſt vera emphyteuſis, etiam ſi penſio correſpondeat fructibus.*

QVAESTIO 76.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica an tranſeat ad hæredes extraneos, ſi pen-

ſi penſio correſpondet fructibus, & an tali caſu emphyteuta cadat à iure ſuo, ſi non ſoluit penſionem per biennium.

1 QVAESTIO eſt practicabilis, an emphyteuſis eccleſiaſtica tranſeat ad hæredes extraneos, quando penſio correſpondet fructibus, vel eſt paulo minor, & an tali caſn emphyteuta nõ ſoluens penſionem per biennium cadat à iure ſuo. DD. dicunt, quod rranſeat, quia dicitur potius locatio, quàm emphyteuſis, quo caſu tranſit ad hæredes extraneos tanquam ſi eſſet locatio perpetua. Bart. & ibi Iaſ. in l. 1. C. de iur. emphyt. Bald. in cap. litteræ. de dilat. Cagnol. lib. 2. num. 202. C. de reſcind. vendir. Cephal. conſ 9. Roland. à Valle conſ. 96. vol. 1. Dec. conſ. 35. Riminald. Iun. conſ. 461. num. 6. vol. 4. Card. Manr. de tacit. & ambig. lib. 22. tir. 19. num. 27. qui alios allegat. Idque videtur procedere, quando penſio non correſpondet omninò fructibus, ſed quaſi, etiamſi exprimatur nomen emphyteuſis. Ruin. conſ. 61. nu. 22. vol. 1. Riminal. loc. cit. facit l. in inſulam. ff. de præſcriptis verbis. quia in contractibus non tantum nomen, quàm ſubſtantia attenditur. Bald, in rubr. C. de iure emphyt. Roman. conſ. 509. Alex. conſ. 107. vol. 3. Et an penſio fructibus reſpondeat, tempus, quo contractus fuit celebratus, inſpici debet. Ruin. d. conſ. 61. Alciat. conſ. 39. lib. 1. Riminal. loc. cit. conſ. 461. & dicit Afflict. deciſ. 72. præſumi emptionem ſimulatam, licet nominetur emphyteuſis, ſi ſoluatur medietas pretij valoris rei, poſt gloſ. quam allegat in l. fin. C. de præd. curialium. lib. 10. & alios, vbi dicit ceſſare ius congrui in emphyteuſi, ſtante dicta ſolutione pretij, quia eſt potius venditio. Contrariam opinionem cenſeo veriorem, quia quod penſio correſpondeat fructibus, non alterat ſubſtantiam veræ, & propriæ emphyteuſis eccleſiaſticæ, ergo non eſt recedendum à regula, quod niſi ex verbis expreſſis, vel generalibus æquipollentibus exprimatur, emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos, de qua latè per Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 17. & per Iul. Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 28. & per eundem Card. Mant. d. tit. 19. Maior probatur, quia inſpecto iure ciuili, iuſta penſio quæ correſpondeat fructibus, debet ſolui pro emphyteuſi eccleſiaſtica, & quod Eccleſia poſſit diminuere ſextã partem, ob periculum ſterilitatis, vt habetur in §. quia verò Iconis. in auth. de non alienan. & in auth. perpetua. C. de ſacroſ. eccl. quæ eſt canonizata in cap. perpetua. 10. quæſt. 28. Sic concludenter apparet, quod emphyteuſis, pro iuſta & congrua penſione conſtitui poteſt, & retinet naturam veræ emphyteuſis, vt tradit idem Card. Manr. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 2. nu. 15. & ſeq. Nec doctrina Bald. in cap. lirreræ. contradicit, quia procedir quando ſumus in dubio, & penſio correſpondet fructibus, vt præſumatur potius locatio, & conductio, nihilominus ſi nominetur emphyteuſis ab Eccleſia, pro qua ſoluitur iuſta penſio, cum ſit verè emphyreuſis, cenſeo opinionem Bald. tãtum procedere in emphyteuſi priuati. quia data correſpondentia fructibus in emphyteuſi eccleſiaſtica, non alreratur ſubſtantia contractus, & ſic non ſumus in terminis l. vbi ita donatur. ff. de donar. cauſa mortis. Et proinde non obſtat ratio, quod attenditur ſubſtantia contractus, & non nomen, quia non alteratur ſubſtantia cõtractus emphyteuſis eccleſiaſticæ. ſed in ſeculari forrè aliud eſt, ſi ex conſuetudine nunquã penſio correſpõdeat fructibus. Teneo igitur hãc opinionẽ, quod ſi pẽſio correſpõdeat fructibus in emphyreuſi eccleſiaſtica, nec poteſt illa rrãſire ad extraneos. Hinc non videntur mihi bene dicere aliqui Doctores, videlicet Rubeus in l. Gallus. §. quidam rectè, ſub nu. 207. ff. de liber. & poſthum. & Franch. Decius conſ. 35. num. 6. lib. 1. quod emphyteuta Eccleſiæ non cadit à iute ſuo, ſi non ſoluit penſionem per biennium, ſi penſio eſt magna correſpondens fructibus. ex quo potius ſecũdum ipſos præſumitur locatio, quàm emphyteuſis, quia in emphyreuſi eccleſiaſtica non alteratur ſubſtantia ipſius, vt dictũ eſt. & ideo eſt emphyteuſis, & non erit locatio.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei Eccleſiæ perpetua an inducatur, ſi à colonis per 30. annos fuit ſoluta vniformis penſio.*

2 *Conductor cenſetur ſingulis annis renouare conductionem, & non præſcribit contra Dominum.*

QVÆSTIO 77.

De re Eccleſiæ an cenſeatur perpetuo locata, ſi per triginta annos

nos

nos à colonis fuit ſoluta vniformis merces, ſiue penſio.

1 AN per ſolutionem vniformem per 30. annos à colonis Eccleſiæ cenſeatur contracta perpetua locatio, ita vt colonus ſoluendo dictam penſionem non poſſit expelli. & in prædijs priuatis magis recepta opinio eſt eſſe contractam perpetuam locationem, ita vt non poſſit expelli. Bald. in l. malè agitur. nu. 7. l. de prætenſione 30. ann. Alex. in apoſtill. ad Bart. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. Affl. in cap. 1. §. præterea ducatus. num. 43. de prohib. feud. alien. per Federic. & in deciſ. 365. Ruin. conſ. 75. verſ. & idem Bald. lib. 1. Mant. de tac. & ambig. lib. 5. tit. 21. num. 18. quamuis Soc. Iun. & Crauetta contradicant, quos allegat Marzar. conſ. 16. num. 1. idque multò magis procedit, ſi coloni fundos ſteriles & paduloſos, fertiles reddiderunt, tum enim nullo modo poſſunt expelli, nec penſio eis augeri. l. quicunque. la 2. & ibi notat Bart. C. de omni agro deſerto, lib. 11. l. cognouimus. §. 1. & ibi Bart. nu. 2. C. de manc. & colon. patrim. eodem lib. Paul. de Caſtr. latè conſ. 387. num. 1. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 47. nu. 7. Ruin. conſ. 131. lib. 1. Mant. loc. cit. Nimis eſſe iniquum videtur eos, qui agros ſteriles ſuis laboribus fertiles, & fructiferos reddiderunt, poſſe expelli, ita vt doleant operam ſuam dediſſe agrorum culturæ, & diligentiam ſibi fuiſſe damnoſam. l. fin. C. de alluuio. & palud. lib. 11. & l. pen. C. de omni agro deſerto, eodem lib. Sed an in prædijs eccleſiarum id locum habeat, cum alienari non poſſint. & quod idem ſit iudicandum, videtur tex. in c. ad aures. cum glo. de reb. eccl. & ita in iudicando, & conſulendo ab hac ſententia non eſſe recedendum tradit Berous conſ. 98. nu. 18. lib. 1. ſequitur Mant. loc. cit. qui teſtatur ita fuiſſe deciſum in Rot. Rom. corã ipſo tunc auditore Sac. Palatij die 12. Febr. 1588. quod fuit dictũ habere locum etiam in colonis partiarijs, tametſi ius quoddam ſocietatis cum eis contractum videatur. Sed prædictis obſtat, quod iura fingunt finito tempore conductionis, renouatam videri ſingulis annis locationem, ac ſi quolibet anno conductor fundum reconduxiſſet, & ſic quot ſunt anni à die finitæ primæ conductionis, tot cenſentur renouatæ conductiones. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. l. ſi cum Hermes. C. eodem. & perinde conductor, ſi dominum iure conductionis recognoſcit, nullo tempore præſcribit. Et hanc opinionem veriorem cenſent Iacob. de Arena in d. l. malè agitur. Cynus in l. comperit. C. eodem. Rim. Sen. conſ. 10. Ruin. conſ. 61. & conſ. 75. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 63. in 2. dub. vol. 2. Pariſ. conſ. 23. num. 4. latiſſimè Crauet. de antiq. temp. in 4. part. §. 5. nu. 10. & contra Bald. opinionem fuiſſe iudicatum Neap. in magna Curia tradit Vrſell. ad Afflict. deciſ. 365. & Peruſij ita etiam fuit iudicatum, Ludou. deciſ. 165. & Patauij idem fuiſſe iudicatum, & eſſe veriorem opinionem, quando conſtat de locationis titulo tradit Marc. Ant. Pereg. loco cit. Quare cenſeo primam opinionem poſſe procedere, quando non conſtat à principio dictæ locationis, iuxta dicta in præcedenti quæſtione, & poteſt procedere ex æquitate, quando Eccleſia vellet relocare alijs, excluſis illis qui per triginta annos inſudauerunt, & terras ſteriles ad culturam reduxerunt, iuxta d. cap. ad aures, de quo egimus quæſtionem particularem, quam vide.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſi finita per generationem, Eccleſia an teneatur relocare deſcendentibus, & quid ſi velit pro ſe retinere. num. 2. & 3.*

2 *Eccleſia, finita emphyteuſi per generationem non tenetur renouare deſcendentibus, ſi vult per ſe retinere, latè probatur.*

3 *Eccleſia finita emphyteuſi per generationem tenetur relocare deſcendentibus, ſi ex conſuetudine immemorabili renouari conſueuit.*

QVÆSTIO 78.

De Eccleſia an teneatur renouare emphyteuſim finita generatione, ſi velit pro ſe retinere.

1 DICIT Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana, & æſtiu. quod finita emphyteuſi per generationem poſſunt deſcendentes petere ſibi renouari emphyteuſim, &, ſi dominus denegat poterunt à tali denegatione appellare, quia grauantur, & iniuria efficiuntur, & Iudex appellationis debebit compellere dominum ad renouandam eis Inueſtituram. Idem in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verbor. obligat. vbi Alex. latè,

latè,

latè, & tandem dicit opinionem Bart. habere
in ſe magnam æquitatem,& quod in practica
ita ſemper vidit obſeruari, & eſſe communem
pluribus oſtendit Dec.conſ.131. Sed difficul-
tas magna eſt, ſi dominus finita emphyteuſi,
vult pro ſe retinere, an teneatur renouare.
Dec. d. conſ.131. tenet poſſe compelli ad re-
nouandum, quia ſi Dominus poſſet pro ſe re-
tinere, eluſoria eſſet communis opinio. Bart.
& DD.in d.§.permittitur. nam poſſet domi-
nus ſemper dicere, volo pro me retinere; eſt
autem communis opinio. & quælibet diſpoſi-
tio ita interpretanda, ne reddatur eluſoria,vt
in ſimili arguit Panor. in cap.quæ in eccleſia-
rum.col.fin.verſ.limitarem tamen.de conſtit.
Ripa de peſte de remed. præſeruatiuo. n.263.
dicit contemplandam eſſe æquitatem, ſuper
qua fundatur communis opinio. nam ſi em-
phyteuta reddit fundum ſterilem ſua cultura
fertilem, æquitas facit pro emphyteuta, &
eius hæredibus, ne lugeant amiſiſſe fructus
laborum ſuorum, ſed ſi emphyteuta recepiſ-
ſet fundum fertilem in emphyteuſim,quæ eſ-
ſet finita tempore vel generatione, dicit Ripa
æquitatem eſſe pro domino,qui vult gaudere
fructibus rei ſuę.Sed altercatio magna eſt in-
ter DD. an Eccleſia teneatur renouare, ſi ve-
lit pro ſe retinere, & verior eſſet opinio, nam
poſſet cogi ad renouandum, ſi velit pro ſe
retinere, pro qua facit. Primò, quia alienatio
rerum Eccleſiæ eſt prohibita, ergo etiam
emphyteuſis perpetua, quæ non diſtat ab
alienatione. c.nulli,& toto tit. de reb.eccl. §.
emphyteuſim. in auth.eod.tit. Secundo,quia
non valet pactum, vt poſt finitam generatio-
nem Prælatus teneatur emphyteuſim proxi-
mioribus renouare. §. neque illud. alias §.
quod autem dictum. cum ſeq.eodem tit. in
auth.de non alienan.reb.eccl. & hunc tex.ad
propoſitum inducit Aret.in l.ſi mihi,& Titio.
col.5.verſ.hoc autem præcipuè.de verb. obli-
gat. & Ruin.in conſ.152.num.3.& 4.lib.1. &
Gozad.in conſ.39.num.19.& 20.verſ.præte-
rea. Idque etiam comprobatur per extrauag.
ambitioſæ. de reb.eccl.non alien. ibi,omneq.
pactum ponderando illa verba,& de rebus ab
antiquo concedi ſolitis, & tunc eccleſiarum
euidenti vtilitate. Neque enim euidens Ec-
cleſiæ vtilitas dici poteſt, quod Prælatus ad
renouandum poſſit compelli,quia hæc eſt em-
phyteuſis perpetua, & quædam ſpecies pro-
hibitæ alienationis iuribus ſupra citatis. Ter-
tio, quia ſumma æquitas eſt, vt eatenus quiſ-
que rebus Eccleſiæ vtatur, quatenus ei tri-
buere velit. l.& habet. in princ. ff. de precar.
c.2. de feud. in illis verbis, feudum deceden-
tis liberè, ſi videris expedire, concedas: nam
ſi liberam habet concedendi facultatem, ad
renouandum cogi non poteſt. Quarto, & vl-
timo. hæc ſententia eſt verior, crebrior, &
æquior, vt Eccleſia poſt finitam generatio-
nem poſſit prædia in emphyteuſim conceſſa
pro ſe retinere; ſic enim tenet in primis Abb.
in cap.bonæ. il 2. num.28. verſ.hoc dictum
ego limitarem. de poſtul. prælat. Curt. Sen.
conſ.47.num.10.verſ.ſecus ſi vellet. Calcan.
conſ.8.num.45.& Iaſ. conſ.24. col.pen. verſ.
ſed non recedendo. lib. 3. Ruin. latè in conſ.
152. num. 3.vſque ad finem. lib. 1. Idemque
copioſè conſuluit Gozad. in conſ.39. nu. 22.
& 24. verſ.tertio. & ita tenet etiam Ripa in
l.1.nu.9.& 10.ff.de priuileg.cred. & Staphil.
de lit. grat. & iuſt. fol. 79. verſ. ſed iſtud di-
ctum, ſub tit.de mod.prouiſ.num.3.& Mil.in
repert.in verſ.emphyteuſi finita. ſub num.13.
Clarus in §.emphyteuſis.quæſt.44.in fin. vbi
dicit eſſe æquiorem, quæ magis communem
atteſtatur etiam Rota, vt ſcribit Caputaq.de-
ciſ.303.& ſeq. par.1. & Benintend. deciſ.19.
Et hæc ſententia tanquam magis fauorabilis
Eccleſiæ ſequenda eſt.cap.vlt.de re iud.l.ſunt
perſonæ.in fin. de relig & ſumpt. fun. Neque
obſtat, quod ſi dominus poſt finitam genera-
tionē recuſat proximiores agnatos inueſtire,
iniuriam eis facere indicatur, arg. l.1. §. per-
mittitur. cum gl.& ibi Bart. de aqua quotid.
& æſti. Rom.in conſ.22.num.5. Alex.in conſ.
80. num.19.& 20.lib.1. Dec.in conſ.131. &
Pariſ.in conſ.29.num.1. lib. 1. quia ſententia
Bart. quam alij ſequuntur, nititur æquitate,
& ideo debet intelligi, quando dominus vult
extraneos inueſtire, & agnatis defuncti præ-
ferre; ſed ſi velit pro ſe retinere, æquitas ei
magis ſuffragatur, quia prima charitas inci-
pit à ſeipſo. cap. non ſatis. 86. diſtinct. & l.
præſes. C. de ſeruit.& aqua. & nemo de pro-
prio tenetur alicui facere beneficium. c. præ-
1 cariæ. il 1.in fin.10.q.2. & nulli cum alterius
damno eſt conſulendum.cap.1. §.non eſt. 22.
quæſt.2. Quamobrem, licet æquum ſit agna-
tos inueſtire, tamen multo æquius eſt, vt do-
minus poſſit pro ſe retinere, vt dicitur in ſi-
mili propoſito in l.ſi ſeruus communis. §.quod
vero,ibi, multò tamen æquius eſt.ff.de furt.&
l.exigendi. ibi, ſed multò iuſtius. C. de pro-
cur.& ita intelligit Gozad.repugnantes DD.
opiniones, & ſic conciliat conſ.86. num. 24.
verſ.præſertim, atque ſentiunt omnes in locis
ſupra

ſupra cit. Neque obſtat, quod opinio Bar. reddetur eluſoria; ſi dominus poſſit pro ſe retinere. Dec. conſ. 137. n. 3. verſ. Secundo, non obſtat. & conſ. 326. ad finem. quia reſpondetur, quod ſi dominus falſo dixerit velle pro ſe retinere, proximior agnatus poterit repetere, ſi poſtea alteri conceſſerit, quia ex hoc fraudis conſilium detegitur. Rip. in d. l. 1. n. 10. de priuil. credit. Alciat. in d. l. ſi mihi, & Titio. n. 31. de verb. obſig. Gozad. d. conſ. 39. n. 21. Neque etiam obſtat; ſi eccleſia ſit ſolita proximiores agnatos inueſtire, quia hoc nõ ſufficiet, niſi in ſpecie probetur conſuetudo, quod pro ſe non poſſit retinere. Anchar. conſ. 339. vol. 5. verſ. ad ſecundam rationem. Paul. de Caſtr. in conſ. 340. ad fin. verſ. Supereſt videre, lib. 2. Socin. Iun. conſ. 101. num. 1. lib. 4. Rip. reſp. lib. 1. cap. 25. num. 17. in fin. Crauett. in conſ. 96. num. 4. Neque enim conſuetudo plus habet potentiæ, quam vſus ei conceſſerit. Bald. in cap. 1. num. 21. qui feud. dar. poſſ. Curt. Sen. conſ. 11. num. 8. Curt. Iun. conſ. 26. num. 10. Socin. Iun. conſ. 101. nu. 15. lib. 2. & ideò cum non probetur, eccleſiam voluiſſe & non potuiſſe pro ſe retinere, conſuetudo ad iſtum caſum extendi nõ poteſt. Accedit etiam quod ea quæ facultatis ſunt, non inducunt conſuetudinem reſtrictiuam liberæ poteſtatis. Abb. in c. 1. n. 7. de conceſſ. præben. Dec. conſ. 175. n. 6. verſ. præterea. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina. n. 44. & ſeq. de cauſ. poſſ. & propriet. Neque etiam obſtat pactum de renouando appoſitum in inueſtituris, quia loquitur de renouando de 29. ann. in 29. annos, & habet locum in filijs, & nepotibus, ſicuti expreſſum fuit, neque ad agnatos collaterales, de quibus nulla mentio facta eſt, porrigitur. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in fin. de verb. oblig. Bald. in cap. 1. in princ. nu. 9. de feud. cognit. Habes itaque ſatis plenè probatum eccleſiam non eſſe cogendam ad renouandum, quando vult pro ſe retinere.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ, an poſſit hodie concedi in emphyteuſim cum diminutione ſextæ partis.*

2 *Leges Imperatorum circa res Eccleſiæ ad quid inſeruit in decreto Gratianus.*

QVÆSTIO 79.

De re Eccleſiæ, an poſſit hodie concedi in emphyteuſim cum diminutione ſextæ partis.

1 QVAERITVR, an poſt extrauag. ambitioſæ. de reb. eccleſ. non alien. in qua prohibetur alienatio ſine euidenti vtilitate, poſſint concedi res Eccleſiæ in emphyteuſim cum diminutione ſextæ partis veri valoris reddituum propter periculum ſterilitatis, & aliorum caſuum fortuitorum ad emphyteutam pertinentium. iuxta auth. perpetua. C. de ſacroſan. eccl. Petr. Caball. conſil. 172. tenet, poſt diſpoſitiones Summorum Pontificum id fieri non poſſe, cum requirant euidentem vtilitatem, non diminutionem. item quia, vt ipſe dicit, eccleſia propter ſterilitatem non remittit mercedem emphyteutæ, ſicut priuatus. Alber. in d. auth. perpetua. in fin. Salyc. ibi, num. 2. Alexan. conſil. 112. in 4. arg. lib. 1. Item poteſt addi, quod leges Imperatorum circa alienationem rerum eccleſiæ, quamuis fuerint canoniza-
2 tæ, non obligant; ſed Gratian. illas inſeruit in decreto ad oſtendendam deuotionem Imperatorum, & diligentiam circa res eccleſiæ conſeruandas. vt dicit gloſ. not. tit. 1. in verbo tractatus. de reb. eccl. non alienan. in 6. Et certè hæc opinio videtur vera niſi vtilitas eccleſiæ remitteretur ſecundum Canones arbitrio boni viri, cum non reperiatur expreſſa. iuxta l. 1. ff. de iur. deliber. ſed tantum quod ſit euidens, vt in dicta extrauag. ambitioſæ, & ſic poſſet eſſe vtilitas eccleſiæ etiam facta diminutione maioris partis, quam ſextæ, ſi fortè ab initio conceſſionis ſolueretur magna quantitas pro intratura, quæ quaſi correſponderet pretio emptionis. Si verò nihil ſolueretur, vel modicum, & fieret diminutio ſextæ partis ob periculum ſterilitatis, quod ſuſcipit emphyteuta, quia alias non reciperet, & eccleſia retinẽdo damnũ pateretur, nec adeſſet alius, cui concederet: adhuc poſſet cõſiderari vtilitas eccleſiæ, quia periculum eſt pretio æſtimabile cap. in ciuitate. de vſur. l. iactum rete. ff. de contrah. empt. remittetur itaque iudicis arbitrio. Non obſtat quod lex Imperatorum non liget Eccleſiam, nam poſſumus illa vti, tanquã rationabili: omne enim, quod ratio naturalis dictat lex eſt, & ligat omnes. c. cõſuetudo. diſt. 1. Notandũ eſt, quod d. diminutio non fit etiã ſecundũ auth. niſi, facta diligenti inquiſitione, non reperiretur,

retur, qui velit plus date, alias ſi adeſſet qui plus daret, non valeret. Bart.ibi. Item ſecundum Ang. in §. quia verò leonis. in auth. de non alien. procedir d.auth. perpetua in prædijs diſtantibus ab eccleſia, non in propinquis, ſed vt dixi, quia tantum ytimur ratione. d. l. id iudicis arbitrio remittitur. qui ex diuerſis circumſtantijs neceſſitatis vtilitatis temporis, & alijs conſiderabit euidentem vtilitatem à ſacris Canonibus requiſitam. ſed vide in quæſt. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Penſio in emphyteuſi Eccleſiaſtica quanta eſſe debeat.*

2 *Vtilitas Eccleſiæ in alienatione de iure ciuili continebat medietatem veri valoris, & quid ſeruandum.*

QVÆSTIO 80.
De penſione in emphyteuſi Eccleſiaſtica quanta eſſe debeat.

1 QVAERITVR quanta debeat eſſe penſio in emphyteuſi eccleſiæ, vt eccleſia non dicatur læſa, ſed conſequi vtilitatem: reſpondetur quod tex. in §. quia verò. in auth. de non alien. & in auth. perpetua. C. de ſacroſ. eccl. diſtinguit, quod ſi ſunt res pretioſæ, ſed modici redditus, & tum penſio viginti annorum ſimul collata verã ęſtimationem rei conſtituat ſi verò res nõ eſſet pretioſa, ſed talis, cuius redditus fuerint diminuti ob cladẽ, vel inundationem, aut alium damnum, tũ poterit dari pro illo canone qui reperiri poteſt, & in effectu, quando vtilitas continet. 5. pro. 10. ideſt, medietatem, vltra valorẽ legitimum rei: quare ſi valet. 10. concederetur pro. 15. & ad rationem medietatis aucti veri valoris fit taxatio fructuum, vt pulchrè tradit Bero. conſ. 85. Reuerende Domine. lib. 1. Sed certè id remittitur arbitrio iudicis. l. 1. ff. de iur. deliber. vt diximus in præcedenti quæſtione, pone enim quod concedatur res ſterilis, vt reducatur ad culturam pro modico, & etiam pro extraneis, dicitur facta in euidentem vtilitatem. ad not. in cap. ad aures. de reb. eccl. Bero. loc. cit. vbi etiam ponit, quando fuit facta conceſſio decem modiorum eccleſiæ, & poſtea reperiuntur vndecim.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de renouando emphyteuſim Eccleſiaſticam ad 29. annos, an extinguatur in prima renouatione.*

2 *Eccleſia non cogitur vigore pacti renouare emphyteuſim, quando emphyteuta non ſoluit penſionem.*

3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa ad 29. annos, non renouatur tacitè per patientiam.*

4 *Emphyteuſis conceſſa ab eccleſia alicui pro ſe, & liberis, puta ad annos 40. ſi emphyteuta moritur abſque liberis intra illud tempus, ſtatim reuertitur ad eccleſiam, & non tranſit ad hæredes extraneos.*

QVÆSTIO 81.
De emphyteuſi Eccleſiaſtica ad 29. annos cum pacto de renouando.

1 QVAERITVR notabiliter, an in emphyteuſi eccleſiaſtica ad 29. annos conceſſa cum pacto de renouando, pactum extinguatur per primam renouationem. & videtur quod ſic, per reg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif. & ita fuit deciſum in Rot. Rom. quod per primam renouationem extinguatur tale pactum, niſi aliud ex tenore inſtrumenti concipi poſſit. ita tradit fuiſſe deciſum Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 23. num. 19. Sed vt Ipſe aduertit in caſu d. deciſ. fuerat ſimpliciter dictum, quod nominati conducunt titulo renouationis in 29. annos ad renouandum. diuerſum eſt, inquit, ſi dicatur ad renouandum de nouennio in nouennium, & ſic de 29. in 29. quia hæc verba habent tractum ſucceſſiuum, & ideò primus actus non conſumit effectum, ſed diſpoſitio intelligitur non ſolum de primo actu, ſed etiam de omnibus alijs ſubſequentibus. Bart. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de legat. 3. Bald. in l. iniunctis. ff. de procurat. Et prædicta procedunt facta conceſſione cum ſolẽnitate. iux. extrauag. ambitioſæ. ſed quæritur an hodie valeat locatio rei eccleſiæ ad nouem annos cũ pacto renouandi de nouennio in nouẽnium. Mant. loc. cit. tenet, quod in reb. eccl. vel minorum, nõ valet vltra primum nouenniũ, quia cenſetur alienatio. ex Ang. in

§. nos

§. nos igitur, alias in §. neque illud. in auth. de non alien. Alex. conſ. 165. num. 1. lib. 2. Iaſ. in l. manumiſſiones. num. 7. & 8. ff. de iuſtitia, & iure. Riminal. Senior. conſ. 74. num. 3. vt enim tenet Mant. ibi, & nu. 11. non poteſt dici alienatio, ſi non excedit nouem annos. iuxta gl. in Clem. 1. de reb. eccl. non alien. & in l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperficiebus. & vt aduertit Rim. loc. cit. Sed certè iſta dicta Mant. faciunt me dubitare poſt extrauag. ambitioſæ, in qua prohibetur locatio vltra triennium. niſi fortè dicas, quod ipſe loquitur in locatione ad nouem annos cũ pactis emphyteuticis propter multas differentias inter emphyteuſim, & locationem, quas ponit Bald. in l. 1. C. de iur. emphyt. & quod diſpoſitio extrauag. ambitioſæ loquatur in ſimplici locatione. maxime quod ibi exprimit locationem, & contractum emphyteuticum, tanquam diuerſa, vt ſic attento iure communi non dicatur alienatio rei eccleſiæ conceſſio in emphyteuſim ad nouem annos, & correctio legũ eſt euitãda, niſi appareat de expreſſa correctione. l. præcipimus. C. de appell. c. cum expediat. de elect. in 6. Sed adhuc requiritur aſſenſus Papæ, vel conſuetudo concedendi in emphyteuſim. Notandum eſt, quod ſi conceſſio in emphyteuſim fuit facta ab eccleſia ad 29. annos cum ſolemnitate cum pacto renouandi, non poteſt eccleſia iure pacti cogi ad renouandum quando emphyteuta non ſoluit penſionem, quia ſi ipſe non impleuit ec-
2 cleſia non cogitur ſeruare pactum, quod intelligitur, dummodo emphyteuta, promiſſa non ſeruauerit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati, & quia pro non ſolutionem priuatur iure emphyteutico, ergo etiam amitti commodum ipſius pacti. nam niſi duraret pœna priuationis non haberet effectum perpetuum, quia per renouationẽ recuperaret quod perdidit, & tamen pœna debet eſſe perpetua. l. ſeruus. C. de pœn. gloſ. in c. quamuis, in verbo perpetuum, de pœn. in 6. ita tradit Ruin. conſ. 167. n. 15. & 14. lib. 1. Inſuper notandum in
3 hac materia, quod emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa alicui ad 29. annos tãtum, finito primo termino expirat, nec per patientiam tacitè intelligitur renouari. Bald. in l. 1. nu. 32. C. quando non petentium partes. Alex. conſ. 17. lib. 4. Soc. Iun. conſ. 9. lib. 3. quos refert & ſequitur Mant. d. lib. 22. tit. 24. vbi etiam n. 18. poſt Io. Andr. in addit. ad Specul. §. nunc aliqua. verſ. 145. n. 172. & Rimin. Sen. conſ. 485. & Ruin. d. conſ. 167. dicit fuiſſe deciſum in
4 Rot. Rom. contra Spec. in loc. cit. Quod ſi emphyteuſis fuit conceſſa alicui ad certum tempus veluti ad annos 40. pro ſe, filijs, & nepotibus, & is intra tempus pręſtitutum ſine liberis deceſſerit, finita intelligitur, & ideò hæredes extranei non ſuccedunt, ſed illico ad eccleſiã reuertitur. Sed de hac materia renouationis per patientiam vide omninò infra q. Multa alia ponit circa materiam renouationis. Mant. loc. cit. ad quem remitto lectorẽ. Vnum non omitto, quod ex Conc. Trid. c. 11. ſeſſ. 25. de reform. non prohibetur conceſſio in emphyteuſim ad 29. annos cum ſolemnitate, nec conceſſiones antea factæ annullantur, ſed tantum illæ, quas Synodus Prouincialis à triginta annis citra factas, iudicauerit fuiſſe in damnum Eccleſiæ contractas.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſi ſit conceſſa pro ſe, & perſona nominanda, ſi non nominetur, an hæres poſſit nominare.*

2 *Declaratio voluntatis defuncti ad hæredem non tranſmittitur regulariter.*

3 *Decimæ receptæ pro ſe, & perſona nominanda, ſi non nominetur, an tranſeant ad illum quem hæres nominabit.*

4 *Feudum conceſſum cum poteſtate nominandi ſucceſſorem, ſi non nominetur an tranſibit ad illum, quem hæres nominabit.*

5 *Declaratio voluntatis defuncti tranſmittitur ad hęredẽ, quando agitur de damno alicuius.*

6 *Incertitudo de iure canonico venit certificanda arbitrio boni viri; & quomodo id procedat.*

QVÆSTIO 82.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & perſona nominanda, ſi non nominetur, an hęres poſſit nominare.

1 QVAERITVR ſi eſt conceſſa emphyteuſis eccleſiaſtica pro ſe, & perſona nominanda, ſi emphyteuta decedat nõ facta nominatione, an facultas nominãdi tranſeat ad eius hęredẽ. Gl. in l. inter ſtipulãtẽ. §. 1. ff. de verb. obl. & in l. Põponius. tenet quod nõ quã multi ſequũtur, quia nõ poteſt hæres eſſe certus de mente, & voluntate defuncti, ſolus

Deus ſecretum animi nouit,& eſt cordiũ ſcrutator, & ita dicunt Canoniſtæ in c. nouit ille, qui ignorat.de iudicijs.Barbar.conſ.73.vol.3. Fel. in c.2. de libelli oblatione. & in c.qualiter,& quãdo.col.2. de accuſ. Dec.in c.cũ veniſſent. de iudic.& in l.hæredem.ff.de reg.iur. Corn.in l.edita.C.de eden.& ibi Cagnol. qui teſtatur de communi) ſupradicti communiter tenent libellum obſcurum non poſſe ab hærede declarari.Rimin.Iun.conſ.191.vol.5.latiſſimè loquẽs in decimis receptis pro ſe,& perſona nominanda. Item facit, quod conceſſio cũ facultate nominandi cohæret perſonæ emphyteutæ,& eſt poteſtatiua ſi voluiſſet nominare ſucceſſorem,& conditio poteſtatiua non tranſmittitur ad hæredem.l.qui Romæ.§.Augerius.ff.de verb.oblig. Bald.in c.ſignificauit. de reſcrip.& in c.ad noſtram.de iureiuran. Et hanc opinionem in feudo conceſſo cum poteſtate nominandi ſucceſſionem latè defendit Marin.Frecc.de ſubfeud lib.2.q.44.Sequitur etiam Card.Mant. in materia ambiguæ ſtipulationis, vt non tranſeat declaratio ad hæredem.in lib.14.tit.29 num.18.de tacit. & ambig. conuent. Contrariam opinionem tenet Iaſ. in d. l.inter ſtipulantem. § 1. & Dec. in l. acta.n.50.de trãſ.& Lancell.Dec.in l.ſi quis à filio.§.1.ff.de leg.1. per tex. in d.l.ſi quis à filio. §.ſi quis plures.vbi ſi non apparet de quo teſtator ſenſerit,hæres eligit, & per illum tex. notat Dec. in l.gerit.ff. de acquiren. hæred. quod de voluntate defuncti ſtandum eſt declarationi hæredis, qui melius nouit eius voluntatem, & quia regulariter hæres eſt eiuſdem poteſtatis, ſicut defunctus. d. l. hæredem, & factum hæredis reputatur factum defuncti. Ang.conſ.285.Et hanc opinionem tenet Marc. Berling. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ. ſed Cagnol. in d. l. edita. num. 151. dicit non eſſe recedendum à communi opinione, ac contrarijs reſpondet.Sed pro opinione Iaſ.videtur facere doctrina Bart. in d. §. ſi quis plures, vbi dicit quod permittitur hęredi declaratio voluntatis defuncti, quando nemo per hoc poſſet damnificari; ſecus ſi aliquis damnificaretur. Et in caſu noſtro videtur, quod eccleſia nullum damnum ſentiret, ſiuè declaret emphyteuta, ſiuè hęres,cũ iam conceſſerit etiam pro perſona nominanda. Item videtur facere in caſu noſtro,quod quicquid ſit de iure ciuili,tamen de iure canonico incertitudo certificanda eſt ad arbitrium boni viri ex illo ſolemni dicto Archid.in c.ſunt nonnulli.1.quæſt.1. quem DD.communiter ſequuntur,vt per Fel. in c.1.de pactis: & clarum eſt,quæſtiones emphyteuſis eccleſiæ terminãdas eſſe ſecundum ſacros Canones.iux.not.in c.1.de operis noui nunciat. & in c. ſanctæ Mariæ. de conſtit. Verum his non obſtantibus, non eſt recedendum à communi opinione, quod talis nominatio nõ tranſmittatur ad hæredem. Non obſtat doctrina Bar.in d.§.ſi quis plures;quia hic non agitur de lucro, ſed de dãno eccleſiæ vitando, ad quam ipſo iure per lineam finitam reuertitur emphyteuſis non facta nominatione. Bar. enim ponit exemplum in legato plurium ſeruorum,quorum neminem declarauit teſtator; & teſtator ſenſerat de certo, & dubium erat de quo. iux.d.§.ſi quis plures. vnde dicit ipſe declaratio obſcuri libelli porrecti per defunctum non tranſit ad hæredem, quia poſſet reo inferri præiudiciũ, forte enim declararet hæres aliquid ſuper quo reus defenſiones nõ fecit,quę omnia ceſſant in caſu noſtro, cum non appareat de aliqua voluntate ſaltem obſcura defuncti, & agitur de damno eccleſiæ euitando iuris quæſiti ab ipſa lege. eodem modo reſpõdetur ad doctrinam Archid. loquitur enim quando eſt facta diſpoſitio ſaltem in genere maximè ad pias cauſas,vt ſi dicatur lego pro anima,& non exprimat, quid, vel quantum,tunc taxabitur arbitrio boni viri,ſed in caſu noſtro nulla eſt facta nominatio, nec in ſpecie,nec in genere.quinimmò cum magna ſit ratio,quę prò religione facit.l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.funer.prę ſumendum eſt defunctum noluiſſe nominare, vt ſaltem pro refrigerio animæ ſuæ emphyteuſis reuerteretur ad eccleſiam. & hæc opinio verior mihi videtur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & perſona nominanda, an tranſeat ad hæredem vniuerſalem nulla facta nominatione.*

2 *Hæres cenſetur nominatus ad omnia, quæ poſſidebat teſtator.*

3 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro ſe, & perſona nominanda, an tranſeat ad filium non nominatum, ſi nullus ſit inſtitutus hæres.*

4 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica cum poteſtate nominandi vnum ex filijs, ſi nullus nominetur an omnes ſuccedant.*

5 *Emphyteuta cum poteſtate nominandi, non poteſt nominare inhabilem.*

6 *Nominatione relictæ ad arbitrium, an pater poſſit nominare filium.*

QVAESTIO 83.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & perſona nominanda, an tranſeat ad hæredem vniuerſalem, nulla facta nominatione, vel ad filium, & alia circa hanc materiam.

1 QVAERITVR, ſi ſit conceſſa emphyteuſis eccleſiaſtica pro recipiente, & perſona nominanda, & nulla perſona nominetur, ſed emphyteuta decedat hærede vniuerſali inſtituto, an iſte inſtitutus cenſeatur nominatus. Et videtur quod non: quia quando aliquid eſt adimplendum iuxta formam aſſignatam, non ſufficit adimpleri per æquipollens, ſed debet nominatim fieri. l. 1. & 2. ff. de liber. & poſthum. In contrarium eſt veritas, nam cum hæres ſuccedat in vniuerſo patrimonio defuncti. l. hæreditas. ff. de verb. ſignif. per inſtitutionem hęredis cenſetur no-
2 minatus ad omnia quæ poſſidebat, hoc enim venit ex natura verbi hæres. l. prætor. §. interdictum, & ibi gloſ. in verbo expreſſum. ff. de oper. nou. nunciar. l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. & nominatim dicitur fieri, quando exprimitur nomen, vel alia circumſtantia neceſſario demonſtrans, licet non exprimatur nomen proprium, vt pet gl. communiter receptam, in c. conſtitutionem, in verbo nominatim de ſententia excõmunicationis, in 6. & talis eſt circumſtãtia hæredis, nam nominatus hæres eſt nominatus ad ſucceſſionẽ omnium quæ poſſidet defunctus, verè & non fictè. Et hanc opinionem latè probat in fortiotibus terminis in feudo conceſſo per ſe, & perſona nominanda, Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 45.
3 Sed quid ſi emphyteuta decedat nullo hærede inſtituto, ſed relicto filio; an filius cenſeatur nominatus? Breuiter dicendum, quod ſic, quia lex illum nominat, vt poſt mortem patris ſuccedat in hæreditate, & in emphyteuſi: & conceſſio cenſetur facta prout ius intelligit. l. ſicut. C. de ſeruitute. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. & verba pro perſona nominanda nõ fuerunt appoſita ad excludendum filium, ſed ad alium finem, vt ſi fortè filius deceſſiſſet in vita patris, ut poſſet alium facere ſucceſſorem, uel ſi fuiſſet filius patri irreuerẽs, & pater nollet illi relinquere emphyteuſim. unde uerba poſita in fauorem patris non debent in odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. & inducta in augmentum non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de legat. præſtand. & ita idem Marin. Frecc. concludit d. lib. 2. q. 46. in feudo conceſſo pro perſona nominanda, ut cenſeatur nominare filiũ, quem lex nominat, & non excludit. Sed quid ſi concedatur emphyteuſis cũ poteſtate nominandi
4 unum ex filijs, ſi nullus nominetur quis ſuccedat. Franciſc. de Amicis, in tit. qui feud. dar. poſſ. fol. 197. n. 21. dicit fuiſſe Neapoli iudicatum in feudo, quod cenſeatur nominatus primogenitus. affert rationem, quia ſtatim quod quis naſcitur, implet & pręoccupat locũ, non facta alia electione, uel nominatione, ex Ang. conſ. 287. licet in allodialibus dicat omnes filios admitti per l. ſi Titio. & l. cum quidã. ff. de legat. 2. Nihilominus in emphyteuſi eccleſiaſtica in qua de iure cõmuni non ſuccedit primogenitus tantum, ut conceſſa pro una perſona nominanda tranſeat ad plures filios, ualde dubito, cum interſit eccleſiæ habere pauciores emphyteutas ob ſpem facilioris deuolutionis ad tradita per Bero. conſ. 95. n. 51. lib. 1. Burgin. deciſ. 45. Niſi dicas conceſſionem fuiſſe factam non ad excludendum filios de iure cõmuni nominatos, & uocatos, ſed in fauorem patris ſi fortè filij decederent ante ipſum, uel illos nollet admittere, ut diximus ſupra de feudo, quod fortè eſt æquius. Eſt autem notandum, quod non poſſit emphyteuta nominare perſonam inhabilem de iure communi,
5 quæ autem ſit talis, ponit gl. in cap. potuit. de locato, et ſuo loco dicemus; latè tradit in materia feudali Frecc. d. lib. 2. q. 50. qui etiam ponit alias quæſtiones notabiles circa hanc materiã. An uero nominatione relicta ad arbitrium alicuius, pater poſſit proprium filium
6 nominare, & quod poſſit tenet Caſp. Theſ. q. for. 3. lib. 3. & hæc breuiter dixiſſe ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ cum poteſtate nominandi, ſi nominatus decedat ante ipſum, an poſſit iterum nominare.*

2 *Conceſſio pro determinata cauſa, non conſumatur in primo actu ſi adhuc cauſa durat.*

QVÆSTIO 84.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica pro ſe, & perſona nominanda, an ſi perſona nominata decedat ante emphyteutam, poſſit ille aliam nominare.

1 QVAESTIO eſt notabilis ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica fuit conceſſa pro recipiente, & perſona nominanda, ſi emphyteura ſemel nominauit, ſed nominatus ante ipſum deceſſit, an poſſit iterum nominare? Et videtur quod non: ſufficit enim quod conditio ſemel fuerit adimpleta per nominationem, licet non durauerit. l. ſi quis hæredum. C. de inſtit. & ſubſtit. Tiraquell. latè in l. ſi vnquam, in verbo ſuſceperit, n. 187. & ſeq. In contrarium eſt veritas, quia in conditionibus primum locum obtinet mens diſponentis. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtr. Mens autem partium eſt prouidere ſucceſſoribus; vnde ſi nominatus moriatur ante nominantem, non eſt prouiſum. facit etiam, quod vbi conceſſio fit pro certa, & determinata cauſa, nempè relin-
2 quendi ſucceſſorem, non conſumatur in primo actu, ſi durat adhuc cauſa conceſſionis. Bart. in l. 1. ff. ad legem Iul. maieſt. Abb. Felin. in c. 1. de tregua, & pace. Et hanc opinionem his. & pluribus alijs, tenet Rot. Rom. vt teſtatur Card. Seraph. deciſ. 589. quam vide, quia notabilis. eandem ſententiam, latè probat Burſat. conſ. 378. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica cum poteſtate nominandi quoſcunque, an tranſeat ad illegitimos.*
2 *Hæredum appellatione cum adiectione quibuſcunque, veniunt legatarij.*
3 *Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, non tranſit ad fœminam.*
4 *Aſſenſus Principis de relinquendo officio quibuſcunque, non includit fœminam incapacem exercitij officij.*

QVÆSTIO 85.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica, an tranſeat ad illegitimos, quando fuit conceſſa cum poteſtate liberè nominandi, quoſcunque voluerit.

1 HAEC quæſtio eſt ſingularis, & pro opinione affirmatiua facit tex. in l. cum quidam. ff. de leg. 2. cum declaratione Paul. de Caſtr. vbi habetur, quod ſi teſtator committat in liberam voluntatem hæredis incertæ perſonæ de incertis electionem, poterit eligere quem vult, etiam indignum non gratum, & acceptum teſtatori propter iniuriam, ſecus ſi in voluntatem non liberam, ſed ſubnixam arbitrio boni viri. hoc enim operatur libera voluntas, & ſibi imputet teſtator, quod per hæc verba, dedit poteſtatem hæredi eligendi, ſecus ſi per alia verba. & in dubio præſumitur, quod ſenſerit de digno, vt l. Lucius. §. Lucius eodem, ex quo tex. videtur depēdere reſolutio quæſtionis, an conceſſa poteſtate nominandi quoſcunque, non excludatur illegitimus, de quo Eccleſia in dubio non cenſetur ſentire, & non eſt ei gratus, & acceptus, cum ſit natus ex peccato, iuxta communem, in c. in præſentia. de probat. Hoc enim verbum, quibuſcumque, eſt aptum comprehendere omnem perſonam extraneam, & inhabilem, & quæ ſecundum propriam ſignificationem non veniret. Cephal. conſ. 137. col. 10. n. 35. 1. vol. poſt Curt. Iun. conſ. 48. & conſ. 133. quem allegat. & appellatione hæ-
2 redum cum adiectione, quibuſcunque, veniſſe etiam legatarij. Ruin. conſ. 16. & 20. vol. 1. Iaſ. in vſib. feud. col. 16. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis ita. ff. ad trebell. Socin. conſ. 72. vol. 1. & conſ. 122. vol. 2. Pariſ. conſ. 71. vol. 3. & conſ. 13. num. 170. vol. 1. In contrarium facit, nam quod naturales expellantur ab emphyteuſi Eccleſiaſtica, non dependet à voluntate contrahentium, ſed à lege canonica, quæ illos odio habet, vnde nil curandum de forma verborum. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. l. in priuatorum. C. de iuriſdiction. omnium iudicum. Item quia verba debent intelligi, & capi ſecundum ſubiectam materiam, in qua interponuntur. l. ſi verò. ff. locati. ſed ſubiecta materia non congruit illegitimo à canone excluſo, & ſatis eſt quod verificentur in extraneis, qui ad emphyteuſim Eccleſiaſticam regulariter non admittuntur. & dicit Bald. in cap. 1. §. donare, qualiter feudum alienari poſſit, quod ſi feudum eſt conceſſum pro hæredibus

qui-

quibuſcunque non venit fœmina feudorum incapax,& dictio,quibuſcſique, debet reſtrin-
3 gi ad perſonas habiles,vt l.1. C.de ſacroſan. Eccl.in qua datur libera facultas diſponendi, ſed intelligitur, vt non includantut perſonæ prohibitæ moribus,vel natura incapaces.arg. l.cum prætot. §.penult. & fin. ff.de iudic. idque clarius declarat Bald. conſ.207.vol.2. in quo concludit,ſpurium non ſuccedere in feudo patrui, de quo erat inueſtitus cum pacto, quod poſſit relinquere hæredibus quibus velit:nam verba ſunt reſtringenda ad perſonam idoneam,ſicut nos dicimus,habeat vnuſquiſque, ſcilicet habilis, vt C. de ſacroſan.Eccl. l.1.& ff de muner. & honor. l.vt gradatim.§. & ſi lege.Non ergo poſſet transferre in perſonam prohibitam, puta in filium ſuum ſpuriũ, vt in cap.naturales.ſi de feudo fuerit controuerſia,vel in alium,qui non eſſet ſibi æqualis, puta miles in ruſticum. c.1. §.ex eadem lege, de l.Corrad.vel robuſtus in cotpote vitiatũ, vt in c.1. an mutus, vel ſurdus, vt latius per Bald. in d.conſ. quem ſequitur Matin. Frecc. de ſubfeud. lib.2. quæſt. 52. vbi his, & alijs, concludit, facultatem ſiue aſſenſum præſti-
4 tum à Rege relinquẽdi officium quibuſcunque hæredibus, aut in eo nominandi quemcunque hęredem,non includere fœminam incapacem exercitij officij.& hæc eſt verior opinio. Non obſtat. l.cum quidam, quia non loquitur de incapacitate iuris. eſt verum, quod illegitimus poteſt exprelsè inueſtiri ab Eccleſia. Bald.in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtitutio. Ripa in l.ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. & diximus in alia q. & ſatis eſt quod verbum, quibuſcunque,verificetur in hærede extraneo. & hæc eſt verior opinio, quicquid dicat Ant. Gama deciſ.2.& 149.& Vallaſcus conſult.147. Raro enim Eccleſia inueſtit illegitimum, niſi notas habeat mores,vel ſeruitia.arg.l.nam ad ea.ff.de legib.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an poſſit donari irrequiſita Eccleſia.*
2 *Emphyteuta Eccleſia non poteſt donare niſi reſeruato iure domini, ſecus in priuato.*
3 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica poteſt donari inuita emphyteuta tantum.*
4 *Emphyteuta fiſci poteſt alienare ſaluo iure fiſci.*

Q V Æ S T I O 86.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica, an poſſit donari irrequiſita Eccleſia.

1 QVAERITVR an emphyteuſis Eccleſiaſtica poſſit alicui donari irrequiſita Eccleſia directa domina, quemadmodum emphyteuſis priuati, iuxta omnes. in l.fin.C.de iur.emphyt. Bart. fuit in opinione, quod non in l.vniuerſas, la ſeconda. C. de rei dom. vel templo.per illum tex. ibi vendente, vel nullo alio facto alienante, quæ lex eſt canonizata. 16.quæſt.4. cap.vniuerſas. idem tenet Bar.in l.ſi domus. §. fin. ff.de legat.1. & in l.in conuentionibus. ff. de verb. obligat. & in l.ſi pattoni.ff.ad Trebell.ſequitur Ang.in d.l.ſi domus. §.fin. & in l.cum hic. §.ſi cui. ff.de tranſactionib. dicir quod Bart.de illa lege ſemper faciebat magnum feſtum. ſequitur Alex. in conſ.119.viſis dicto themate.vol.3.idem Bar. in l.1.§.penult.ff.de ſuperficiebus dicit, quod illa l. vniuerſas eſt ad hoc ſingularis. & hæc eſt opinio Bart. in emphyteuta Eccleſiæ, licet ſecus in emphyteuta fiſci,quia res fiſci tranſit ad alium cum onere ſuo, & ideò non tenetur agere contra primum poſſeſſorem, ſed Eccleſia neceſſe haberet agere contra nouum poſſeſſorem rei uendicatione,in qua dominium probari debet.l.in rem.in princ. ff.de rei vendicat. quę probatio eſt difficilis. Et pro hac opinione facit,quod emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad hæredes extraneos. §. emphyteuſim. in auth.de non alienan. Ergo non poteſt donari. Contrariam opinionem tenet Bald.in l.fin.C.de iut.emphyt. Innoc.& in alij in d.l.ſi domus. §.fin. Iaſ.in d. l.fin. C.de iur. emphyt. qui dicit, hanc opinionem contra Bart. eſſe veram,& communem.Card.Mant. qui alios allegat de tac. & ambig. lib.23.tit. 28.Pro qua opinione primò facit,quod in venditione dominus eſt requirendus, ſi velit rem pro eodem pretio.d.l.fin. in donatione autem non habet locum ius offerendi, quia donatio fit propter affectionem perſonæ,quæ in domino ceſſat; ergo diſpoſitio legis finalis non habet locum in donatione. cap.cum ceſſante.de appellat. l.alligere. §. quamuis. ff. de iurepatronat.quæ ratio militat etiam in emphyteuſi Eccleſię, cum non reperiatur deciſum contrarium in iure. Item facit,quod emphyteu-

ta

ta fiſci poteſt donare rem emphyteuticam, ſaluo iure ipſius fiſci. l. 1. de fund. patrim. lib. 11. ergo idem in emphyteuta Eccleſiæ, quia fiſcus, & Eccleſia preſertim equiparantur. l. 2. C. ne rei domin. vel templo. gl. in cap. 1. de reſtitut. in integr. Non obſtat lex vniuerſas allegara per Bart. quia reſpondet Bald. quod illa lex procedit, quando emphyteuta donat, vel alienat rem Eccleſiæ tanquam propriam non facta mentione de Eccleſia, vel non dicendo ſaluo iure Eccleſiæ. quare cum talis alienatio poſſit vergere in damnum Eccleſiæ, ideo lex illa prohibuit talem conrractum donationis, vel legati, vel alium. & ſubdit Bald.
2 in hoc eſſe differentiam inter emphyteutam Eccleſiæ, & emphyteutam priuati; quia emphyteuta Eccleſiæ non poteſt donare, niſi reſeruato expreſſo iure directo Eccleſiæ, ſed emphyteuta priuati poteſt ſimpliciter donare, quia intelligitur ius domini, & ſic ſuperioris exceptuatum. l. vxor patrui. C. de legat. & hanc differentiam approbat Iaſ. loc. cit. quia quando emphyteuta donat nõ reſeruato expreſſo iure directo Eccleſiæ, videtur prodere Eccleſiam cum donet rem ex toto ſuam, & quantùm in ſe eſt, videtur interuertere poſſeſſionem, & dicitur malè vti re emphyteutica, cũ tribuat donatio cauſam præſcribendi contra Eccleſiam, & merito debet expelli iure ſuo, cum ius Eccleſiæ deterius reddat. auth. qui rem. C. de ſacroſan. Eccl. vt notabiliter Bald. à Iaſ. relatus in l. eadem. C. locati. Non obſtat ratio Bart. quod filius habet rem obligatam pro canone contra quemcunque poſſeſſorem, tex. eſt in §. ſiue autem. in auth. de non alien. quem ad hoc reputat ſingularem Bald. in auth. ſi quis ruinas. C. de ſacroſan. Eccleſ. quod eſt notandũ, quia Ant. & Imol. in cap. potuit. de legato dicunt, non reperiri iure cautum, quod Eccleſia poſſit agere pro Canone contra tertium poſſeſſorem. Non obſtat, quod emphyteuſis Eccleſiaſtica non poſſit tranſire ad extraneos, nam reſpondet Imol. in d. l. ſi domus. §. ſi. & Iaſ. in d. l. ſi. quod §. emphyteuſim loquitur de re Eccleſiæ emphyteutica, vt poſſit tranſire in extraneam perſonam per viam ſucceſſionis, ſed nos lo-
3 quimur in alienatione, quam facit emphyteuta Eccleſiæ in vita ſua per viam donationis, donando perſonæ extraneæ, quod de iure non reperitur prohibitum dum viuit, quamuis eo mortuo non tranſiret ad extraneos hæredes. Opinio igitur contra Bar. eſt communis à qua nullo pacto recederem. Nihilominus diſcurrendo videtur pro opinione Bart. multum facere tex. in d. l. vniuerſas, quæ prohibet omnem contractum, idque fuiſſe ſtatutum fauore fiſci, & Eccleſiæ. & quamuis poſtea per l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11. fuerit permiſſum
4 emphyteutam fiſci alienare ſaluo iure fiſci, id non videtur extendendum ad Eccleſiã, quia fiſcus eſt potentior Eccleſia, quo ad recipiendam rem à ſuo ſubdito, Eccleſia verò ſæpè indiget auxilio temporali. c. 1. de off. ordin. cap. adminiſtratores. 23. quæſt. 5. & principes iurant illam defendere, & eius bona. Clemen. 1. de iureiur. c. regum officium ſupradicta cauſa, & quæſtione. & illa lex vniuerſas generaliter loquitur ſine diſtinctione, an fiat alienatio rei tanquam propriæ, vel tanquam Eccleſiæ, & eſſet condita lex ſuper re non dubitabili, quod non poſſit fieri alienatio rei Eccleſiæ, tanquam propriæ, contra l. ancillæ. & l. quod Labeo, cum ſimilibus. ſed dubium videbatur cõſiſtere in donatione dominij vtilis, & fiſcus, & eccleſia æquiparantur in caſibus expreſſis. in l. fin. C. de ſacroſan. eccl. ſecundum Ant. & Imol. in d. c. potuit. Hæc dicta ſunt per viam diſcurſus, placet tamen limitatio, quod licet emphyteuta poſſit donare irrequiſito domino, tamen non poteſt rem tradere ſine cõſenſu domini iuxta gl. communiter receptam in d. l. fin. C. de iur. emphyt. & dominus tenetur intra duos menſes conſentire, & in poſſeſſionem inducere, ſi non ſit de perſonis prohibitis, & donatarius debet ſoluere laudemium domino, & in hoc omnes conueniunt, vt latè poſt Iaſ. in loc. cit. tradit Card. Mant. vbi ſupra alios allegans. Et prædicta intellige de donatione emphyteuſis eccleſiæ in vita tantum, vt ſupra fuit dictum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis priuata, an poſſit legari Eccleſiæ in præiudicium directi domini.*

QVÆSTIO 87.

De emphyteuſi priuata, an poſſit legari Eccleſiæ in præiudicium directi Domini.

1 QVAERITVR an emphyteuſis poſſit legari eccleſiæ, quæ nunquam moritur in præiudicium domini directi; reſpõdeo, quod ſic: ſed Dominus directus

ctus poterit vnum ex tribus eligere,ideſt,permittere quod eccleſia rem teneat emphyteuticam,vel ſoluere ipſe exiſtimationem,vel pati quod res intra annũ vendatur alij. Specul. de locato. §.nunc aliqua.nu.157. Io. Andr.in c.potuit.de locato.col.3. vbi Card.quæſt.15. Butr.num.16. Imol.n.25. Archid.n.13.Prob. num.17.Guidop.conſ.139.Clar.in §.emphyteuſis.q.33.in fi. Rimin.conſ.90.n.15. Innoc. conſ.216. in fin. & opinionem Specul. communem tradit Surd.conſ.521.vol.4.

SVMMARIVM.

1 *An emphyteuta Eccleſiæ poſſit legare rem emphyteuticam.*
2 *Emphyteuſis Eccleſiæ, quando tranſit in legatarios.*
3 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an tranſeat ad vxorem vſufructuariam vniuerſalem.*
4 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe & hæredibus, intelligitur de deſcendentibus.*

QVAESTIO 88.
An emphyteuta Eccleſiæ poſſit legare rem emphyteuticam.

1 AN emphyteuta Eccleſiæ poſſit legare rem emphyteuticam, communis ſententia eſt, quod poſſit cum conſenſu Epiſcopi, ita omnes in l. ſi domus.§.vult. ff.de legat.1.Immò multi tenent,quod etiam ſine conſenſu Epiſcopi.Bero.in c.1.de iurepatronat. Sed verior eſt prima opinio,& cõmunis,vt tradit Menoch. conſ.90.lib.1.nu.105. Sed iſta concluſio videturintelligenda,quando emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad hæredes extraneos,ſed poſt mortem legantis rediret ad eccleſiam, alias poſſet legare ſine conſenſu,vt diximus ſupra quæſt.86.quando emphyteuſis eccleſiaſtica poſſit donari. Et concluſiuè loquendo nõ tranſit in legatarios
2 particulares,niſi ſit conceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque. ita ſingulariter tradit Alex.in l.quid dicitur.ff de verb.obligat. Bero.conſ.56.nu.4.vol.1. Et ex hoc deducitur illa clara concluſio, quod ſi
3 vxor inſtituatur vniuerſalis vſufructuaria,non tranſit ad eam emphyteuſis eccleſiaſtica,quæ de ſui natura non tranſit ad extraneos. Alex. conſ.11. col.7. lib.3. Aret. conſ.53. per l. ſequens quæſtio,& ibi Bart.ff.de legat.2.Corn. conſ.165.col.3. Riminald.Iun.conſ.460.vol. 4. Et etiam ſi conceſſa fuerit emphyteuſis
4 pro ſe,& hæredibus, nam intelligitur deſcendentibus.gl.Bart.& Bald.Caſtr.& omnes in l. etiam. ff. ſolut. matrim. ſed vide in quæſt.ſequenti, quando venit in reſtitutione fideicommiſſi, vbi quando dicatur merè hæreditaria,vel mixta.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiæ, an veniat in reſtitutione fideicommiſſi.*
2 *Emphyteuſis Eccleſiæ mixta nunquam tranſit ad hæredes extraneos, & quæ ſit.*

QVÆSTIO 89.
De emphyteuſi Eccleſiaſtica, an veniat in reſtitutione fideicommiſſi.

1 AN emphyteuſis eccleſiaſtica veniat in reſtitutione fideicommiſſi, DD. tenent non venire, quia non tranſit ad hæredes extraneos, ſed ex beneficio domini concedentis pertinet ad liberos. ita Bart. in l. ſi duo patroni.ff.ad Trebell. & ibi communiter DD. latè Archid. conſ. 52. & Alex. conſ. 91.num.15.vol.1. qui dicit eſſe communem, & reſpondet obiectionibus,quod conſ.eſt repetitum in conſ.11.vol.3.Idem tenet Rimin. Sen.conſ.257.tit.27.Socin.conſ.72.num.61. vol.1. Bald. verò in l.cum virum. C. de fideicommiſſ. intelligit, quod emphyteuſis eccleſiaſtica non veniat in reſtitutione fideicommiſſi,itaut à liberis tranſeat ad extraneos,ſed vt tranſeat ad liberos,& per fideicommiſſum, ſequitur Card.Mantic. de coniect.vlt.volunt. lib.7. tit.9.nu.4. Eſt etiam hic aduertendum,
2 quod emphyteuſis eccleſiaſtica mixta non tranſit ad hæredes extraneos, ſed tamen hæreditaria ſimpliciter, licet dicatur quibuſcunque. Dicitur autem feudum, vel emphyteuſis mixta, quædam conceſſio facta pro ſe, & hæredibus, & ſit addita clauſula, Ab ipſis legitimè deſcendentibus. Quæ feuda, vel emphyteuſis mixta participant de conceſſione ex pacto & prouidentia,vt tantum ad deſcendentes tranſeat. requiritur tamen qualitas hæreditaria; & dicitur emphyteuſis, vel feudum hæreditarium ſecundum quid. Cephal. conſ.253. Burſat. conſil.148. Surd. conſ.63. & 108.

& 108.& 395. Rim.Iun.conſ. 18. n.63. vnde in reſtitutione fideicommiſſi non venit; ſecus autem ſi eſſet emphyteuſis hæreditaria ſimpliciter, quæ eſt, quando conceſſio fit pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, vel pro ſe, & quibus dederit; & iſta venit in reſtitutione fideicommiſſi, non autem mixta. Bald. in d. l. cum virum. Mant. loc.cit.nu.4. Sutd.d.conſ. 108.Menoch.lib.4. præſumpt.197. latiſſimè Carol.Bardel.conſ.93.num.50.& ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an teneatur conſentire emphyteutæ volenti alienare rem in tertiam generationem, ſi emphyteuſis erat duratura tantum in vita ſua.*

2 *Contractus cenſentur geri iuxta conſuetudinem loci.*

3 *Vaſſallus an poſſit ſubinfeudare, quando de proximo extinguitur ius eius.*

4 *Pactum, vt poſt finitam generationem Prælatus teneatur de nouo infeudare proximioribus, an valeat.*

5 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim Eccleſiæ, an procedat.*

QVAESTIO 90.

An Eccleſia teneatur conſentire emphyteutæ volenti alienare rem emphyteuticam in tertiam generationem, ſi emphyteuſis erat duratura tantum in vita ſua.

1 QVAESTIO eſt notabilis: emphyteuſis eccleſiaſtica erat duratura tantum in vita emphyteutæ, cuius linea eius morte extinguebatur, ipſe vult alienare emphyteuſim, & non inuenit qui illam recipiat durante eius vita tantum, ſed in tertiam generationem, prout ipſe ab eccleſia receperat; an eccleſia teneatur conſentire alienationi? Et videtur quod non: nã licet poſſit emphyteuta alienare requiſito domino. l.fin. C. de iur.emphyt. non tamen plus iuris in aliũ trãsferre poteſt quàm ipſe habet. l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur. Sed emphyteuſis non erat duratura penes ipſum, niſi vſq; ad eius mortem, ergo non poteſt cogi eccleſia ad conſentiendum alienationi, quam emphyteuta facere non poteſt. Præterea, etiam ſi alienatio fuiſſet facta iure permittente, non poſſet producere effectum vltra eius mortẽ, ex illa reg. quod finito iure datoris, finitur ius acceptoris. l. lex vectigalis. ff. de pignor. Item quia lex præcipit domino, vt conſentiat emphyteutæ alienanti, & recipiat in emphyteutam acquirentem, recepta quinquageſima parte pretij, non autem vt concedat ius pinguius, quam habebat venditor, ſeu ius duraturum longiori tempore, quoniam hoc non habetur in d.l. fin. neque in c.potuit. de legato. Contrariam opinionem tenet poſt alios quos allegat, Corbul. de iur. emphyt. de cauſa priuationis ob alienationem.q.1.vbi dicit, prædictis non obſtantibus communem obſeruantiam, & veritatem eſſe, vt eccleſia teneatur nouum emphyteutã inueſtire pro ſe, filijs, & nepotibus, vt fuerat inueſtitus alienãs, & vt ſolet emphyteuſis alienata concedi. Nam ſtante quod eccleſia eſt cõſueta inueſtire de hac emphyteuſi pro ſe filijs, & nepotibus, talis conſuetudo ab ipſa eſt ſeruanda, cum contractus cenſeantur geſti ſecundum ea, quæ ſunt conſueta fieri, 2 & ita interpretantur, vt in eis conſueta intelligantur. ideò ille, qui recipit emphyteuſim ſua pecunia ab eccleſia, cenſetur recepiſſe vt poſſit vendere eam illi, cui per eccleſiam fiat renouatio, pro ſe, filijs, & nepotibus ſecũdum quod eſt conſuetum. arg.l.quod ſi nouit. §. aſſidua. ff. de ædil. edict. l.ſi prius. ff. de aqua quotid. & æſtiu.l.licet. C.locati. ſua enim intereſt ita contrahere, quoniam poterit emphyteuſim longe plus vendere, quã alias poſſet, cum emptor recuſet emere, niſi renouatio fieret hoc modo. Neque obſtat, quod non reperiatur iure cautum, vt debeat fieri ſimilis renouatio, et quod reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, quoniam iſta nõ procedunt vbi conſuetudo eſt in contrarium, cum dominus ex pluribus cauſis cogatur renouationem facere; et inter alias cauſas oritur neceſſitas renouandi ex conſuetudine. Neque obſtat, quod id fit gratis, et ſpõte, et ideò non debet trahi ad neceſſitatem; quia reſpondetur id non procedere vbi adeſt conſuetudo, ex qua interpretatur contractus, vt cenſeatur celebratus iuxta conſuetudinem diſponentis. Et pro hac opinione allegat Rot. Bonon. deciſ. 87. Corneum conſ. 250. in hac conſultatione, et alios. Et ex his mouetur Corb. non mediocriter eruditus in materia emphyteutica. et pro eius opinione poterat allegare tex. ſingularem in c. 1. §. 1. qualiter olim feudum alienari poterat, vbi habetur, quod quando primus

3 mus vaſſallus ſubinfeudauit alteri quomodo-
cunque,extinguatur ius primi vaſſalli. & ſi ſe-
cundus vaſſallus ſit paratus ſeruire priori do-
mino, & ab eo feudum recognoſcere, non
poteſt feudo priuari. & ibi dicit Aluar. eſſe
caſum,in quo reſoluto iure datoris,non reſol-
uitur ius acceptoris,& validum eſt argumen-
tum de feudo ad emphyteuſim, DD. in l.
etiam. ff.ſoluto matrim.& l. ſi patroni. ff. ad
trebell. Euerar. in loco de feudo, & emphyt.
nihilominus cenſeo priorem opinionem eſſe
veriorem.pro qua facit primo, quia alienatio
rerum Eccleſiæ eſt prohibita, ergo etiam em-
phyteuſis perpetua, quæ non diſtat ab alie-
natione. cap. nulli. & toto tit. de reb.eccl. §.
emphyteuſim.in auth. de alienat. & emphyt.
Sed hoc modo induceretur alienatio perpe-
tua, & fruſtra fuiſſet facta conceſsio vſque ad
tertiam generationem. ergo id fieri non po-
teſt ſine ſolemnitate, & conſenſu Summi
4 Pontificis. Secundo facit, quod non valet pa-
ctum expreſſum, vt poſt finitam generatio-
nem Prælatus teneatur emphyteuſim proxi-
mioribus renouare. §. neque illud alias. §.
quod autem dictum. in authen. de non alien.
reb. eccl. Aret.l.ſi mihi,& Titio. col. 5. de
verb. obligat. ergo neque id fieri per pactum
tacitum. l.cum quid. ff.ſi certum petat. Præ-
terea, verior & magis communis opinio eſt,
quod ſi Eccleſia poſt finitam generationem
velit prædia in emphyteuſim conceſſa pro ſe
retinere, non cogitur renouare agnatis, non
obſtante doctrina Bart. l. 1. §. permittitur. ff.
de aqua quotid. & æſtiu. quam opinionem
æquiorem,& magis communem dicit Clar.in
§.emphyteuſis.Rot.Caputaq.deciſ.303. par.
1.& latè probauimus ſupra in quæſt.... Ergo
neque ad id poteſt cogi Eccleſia ante finitam
generationem, cum militet eadem ratio, vt
non poſſet, ſi vellet poſt mortem pro ſe reti-
nere. Nec videtur obſtare conſuetudo, ſuper
qua facit fundamentum Carb. nam ea quæ
ſunt facultatis,non inducunt conſuetudinem
reſtrictiuam liberæ voluntatis. Abb.in cap. 1.
de conceſs.præbend. Rip.in cap. cum eccleſia.
ſub trina.de cauſ. poſſ. & propriet. Iaſ. latè in
l.quo minus.ff. de fluminib. Difficultas eſt in
reſpondēdo tex. in c.1.qualiter olim feudum
alienari poterat, ſed multipliciter reſponde-
tur. Primo,quia ille textus exorbitat à iure
communi. quo diſponitur reſoluto iure dato-
ris, reſoluitur ius acceptoris, & in exorbi-
tantibus à iure communi,iura feudalia non
5 habent locum in emphyteuſi Eccleſiæ, ſed in
ea ius commune ſeruari debet. Bero. q.18.n.
8.poſt Alex.conſ.9. lib. 1.& conſ.87. & 106.
lib.4. Iaſ.in l. 1.col.14. C.de iur.emphyt.Bar.
in l.iuſiurandi. §.ſi liberi.ff.de operis liberror.
Alex.in l.quod dicitur.ff.de verb. oblig. Præ-
terea conſuetudo iſta feudalis eſſet onerosa
Eccleſiæ, cum induceret alienationem per-
petuam contra eius expreſſam voluntatem,
quæ conceſſit tantum vſque ad tertiam gene-
rationem. ergo non eſt extendenda, nec ſer-
uanda,cum non ſimus in materia feudali.cap.
1. de conſuetudine.

QVARTVM CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ fauore, & ſolutione penſionis annuæ, an contractus præſumatur emphyteuticus, vel cenſualis.*

2 *Donare quis præſumitur minus quam poteſt.*

3 *Interpretatio fauorabilis Eccleſiæ, in dubio fieri debet.*

4 *Interpretatio benignior, quæ excludat pœnam, facienda eſt.*

5 *Sententia ferenda eſt in dubio pro Eccleſia, etiam ſi ſit actrix.*

6 *Odia in dubio amplianter fauore publico Eccleſiæ, vel militiæ.*

QVAESTIO 91.

An fauore Eccleſiæ ex ſolutione vniformi certæ penſionis annuæ, ratione alicuius fundi, præſumatur contractus cenſualis, vel emphyteuticus.

1 HAEC quæſtio eſt magni mo-
menti, quia in contractu em-
phyteutico non transfertur do-
minium directum, & habet lo-
cum caducitas,& ſpes reuerten-
dæ emphyteuſis ad Eccleſiam, ſed in contra-
ctu cenſuali transfertur directum dominium,
& non habet locum caducitas ob non ſolutio-
nem canonis per biennium, iuxta gloſ. magi-
ſtralem communiter receptam in c. conſtitu-
tus, in verbo, iuxta ratam. de relig. domib.

pro

pro Eccleſia facit vt præſumatur emphyteu-
2 ticus, nam id ei feuorabilius eſt, & in dubio
illa interpretatio eſt faciēda, quæ magis fauet
Eccleſiæ. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt.
fun. Item facit præſumptio l. cum de indebito.
ff. de probation. quod quilibet præſumitur mi-
3 nus donare, & in alium transferre, quàm po-
teſt; non enim debemus præſumere transla-
tum eſſe dominium, & omnem poſſeſſionem
per concedentem, vbi poſſumus præſumere
duntaxat eſſe tranſlatum vtile dominium, &
poſſeſſionem naturalem tantum, ex d. l. cum
de indebito. & in l. ſi cùm aurum. ff. de ſolut.
& hanc opinionem tenet Io. Faber in ſuo bre-
uiario in l. 1. C. de iur. emphyt. quem refert,
& ſimpliciter ſequitur Iaſ. in l. 2. C. eodē. quos
ſequitur etiam Euerard. in loco ab emphy-
teuſi ad cenſum, vbi tamen in regione æquè
frequentantur ambo contractus, cenſualis &
emphyteuticus, ſecus ſi aliquis magis fre-
quentetur, & loquitur quando ſumus in du-
bio, & in priuatis, multò magis videtur id
præſumendum in Eccleſia, vt cenſeatur po-
tius tranſlatum vtile dominium, quàm dire-
ctum, quod etiam patebit ex infra dicendis.
Et hāc opinionem veriorem eſſe dicit Berous
q. 14. Contra Eccleſiam, vt præſumatur con-
tractus cenſualis, facit, quia in contractu em-
phyteutico ineſt pœna caducitatis, quæ non
4 eſt in cenſuali, & in dubio benignior interpre-
tatio, quæ excludat pœnam, facienda eſt, re-
gula in pœnis. de reg. iur. c. odia. eodem tit. in
6. quæ ratio militat tam in priuato, quàm in
Eccleſia, & facit d. cap. conſtitutus. hanc opi-
nionem tenet Soc. Sen. conſ. 167. num. 6.
lib. 2. Cephal. conſ. 267. num. 9. Idem Bero. in
cap. 1. nu. 82. de reſtit. in integ. fatetur in pra-
xi ſe bis obtinuiſſe, quod etiam in conceſſio-
ne facta ab Eccleſia contractus in dubio ma-
gis præſumatur cenſualis quàm emphyteuti-
cus, ſequitur Couar. lib. 3. variar. reſol. c. 7. nu.
1. Clar. in §. emphyteuſis, q. 1. verſ. ſed pone.
Card. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 22.
tit. 4. num. 17. Eadem etiam opinionem tenet
Burſat. conſ. 26. volum. 1. & multos allegans
Corb. de cauſa priuat. ob non ſolutum canon.
limit. 34. vbi dicit ita fuiſſe deciſum in Rota
Rom. & vidiſſe deciſionē Rot. manuſcriptam
coram D. Blanchetto, ſub die 3. Iunij 1575.
poſt Creſcentium in ea citatum deciſ. 33. lib.
2. & ſi hæc opinio non teneatur, non videtur
obſtare, quod in dubio pro Eccleſia præſu-
matur, quia non procedit in odioſis, quæ poſ-
ſunt continere aliorum iacturam, & pœnas,
quas Eccleſia minus quàm alij exigit. cap.
ſuam, de pœnis. cum ibi notatis. Et hæc con-
cluſio procedit in dubio, ſecus ſi adſint ali-
quæ coniecturæ, vt ſi fuiſſet ſolutus canon in
recognitionem dominij, quia ſine dubio in-
telligitur celebratus contractus emphyteuti-
cus. Natt. conſ. 3. Mant. loc. cit. num. 15. Item
quando apparet fuiſſe ſolutum laudemium.
Bertrand. conſ. 3. & 310. in ſecunda edit. ſe-
quitur Mant. qui dicit ita fuiſſe deciſum in
Rot. Rom. vbi etiam fuit dictum idem eſſe,
quando in alienatione rei Eccleſiæ fuit re-
quiſitus conſenſus Prælati, quia in alienatio-
ne cenſus non eſt neceſſarius. Dec. conſ. 164.
num. 2. Crauet. conſ. 215. Mihi verò in pun-
cto iuris videtur verior prima opinio. pro qua
facit, quod Eccleſia eſt adeò priuilegiata in
dubio, vt pro ea ſit capienda præſumptio ta-
lis, quæ transferat onus probandi in aduer-
ſarium poſſeſſorem, ita tenet Dec. in l. fin.
verſ. ſed pulchra eſt dubitatio. C. de edicto di-
ui Adriani tollen. quem ſequitur idem Card.
Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. num.
5 52. per tex. in cap. fin. de re iudicat. vbi ha-
betur, quod in dubio ſententia ferenda eſt
pro Eccleſia ſi eſſet actrix, & præfertur reo,
& poſſeſſori, de quo nos infra, Deo duce, tra-
ctabimus. & ſucceſſiuè probatio incumbit ſol-
uenti quid annuum, quod ſoluat ratione cen-
ſus, & non ratione emphyteuſis, aliàs pro Ec-
cleſia eſt iudicandum. Præterea regula odia
reſtringi, non procedit in Eccleſia, quia eius
fauore in dubio odia ſunt amplianda, idque
6 probatur, quia Eccleſia continet ius publi-
cum. cap. ius publicum. diſtinct. 1. Et quando
ex vna parte verſatur ius publicum, & ex al-
tera priuatum, tunc præfertur ius publicum
in dubio, ſiue ex parte odij, ſiue ex parte fauo-
ris. & ita limitatur d. regula odia. vt ibi dicit
Io. Andr. Item fauore militiæ odia amplian-
tur. l. 2. §. exercitum. ff. de his qui notantur
infamia. Notat Dynus in d. regula odia. &
eſt tex. in l. fin. C. de his qui non impletis ſti-
7 pend. lib. 10. & ibi hoc notat Io. de Platea,
multo magis in Eccleſia hoc eſt dicendum,
quæ gaudet omnibus priuilegijs militiæ con-
ceſſis, vt per gl. & omnes in l. miles. ff. de re
iudicat. Quinimmo fauore Eccleſiæ fit exten-
ſio etiam in pœnalibus, vt in ſententia ex-
communicationis, iuxta gloſ. auream, com-
muniter receptam in cap. ſciant cuncti. de
elect. in 6. & nos alibi diximus. & ab hac opi-
nione abſque remorſu conſcientiæ non rece-
derem. Non obſtat text. in cap. conſtitutus.
quia

quia ibi Epiſcopus tranſtulit quicquid iuris habebat in illis Eccleſijs. ex quo patet, quod contractus fuit cēſualis, & nō emphyteuticus, vt ibi per gl. & Card. Ad alia patet reſponſio.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ fauore non præſumitur pro caducitate in emphyteuſi eccleſiaſtica.*
2 *Pœna caducitatis, quæ non venit ex natura contractus ſed ex pacto, ab Eccleſia non exigitur.*
3 *Pœna caducitatis contra minorem, an exigatur ab Eccleſia.*

Q V Æ S T I O 92.

An fauore Eccleſiæ in dubio pro caducitate iudicandum ſit in emphyteuſi eccleſiaſtica.

1 AN in dubio, quando agitur de caducitate, iudicandum ſit pro Eccleſia, vt præſumatur caducitas in eius fauorē. dicendum quod Eccleſia debet eſſe benigna, & non debet eſſe facilis in pœnis, vel caducitatibus exigendis. Soc. conſ. 99. vel 66. lib. 3. & in dubio contra Eccleſiam circa pœnam commiſſi eſſe iudicandum. Burſat. conſ. 181. n. 48. lib. 2. tradit poſt alios Clar. in §. emphyteuſis. q. 8. verſ. ſed quis. Notandum eſt etiam,
2 quod pœna caducitatis, quæ non venit ex natura contractus ſed ex pacto, dicitur pœna conuentionalis, quam Eccleſia non poteſt exigere, niſi quatenus cum intereſſe concurrat, vt fuit deciſum in Rota Rom. Card. Seraph. deciſ. 794. iuxta not. per Hoſtien. & alios in c. dilecti. de arbitris. & nos alibi probauimus, Eccleſiam non exigere pœnam conuentionalem vltra intereſſe. Fuit etiam deciſum in
3 eadem Rot. vt refert Seraph. deciſ. 313. quod pœna caducitatis contra minorem ab Eccleſia non exigitur, maxime ſi eius conditio non ſit effecta deterior. & idē ſi bona alienata ante acceptatam ab Eccleſia caducitatem, ſint recuperata, de quo alibi, Deo dante, dicemus.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa pro ſe & filijs, an comprehendat fœminas.*
2 *Maſculinum in contractibus non concipit fœmininum.*
3 *Fœminæ quando ſuccedant in emphyteuſi eccleſiaſtica.*
4 *Opinio contra communem ſequenda eſt, ſi fulciatur melioribus rationibus.*

Q V Æ S T I O 93.

De emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa filijs, an includat filias fœminas.

1 ARDVA eſt iſta quæſtio: pro negatiua facit, quia maſculinum in contractibus non comprehendit fœmininum, vt tradit Archidiac. in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Bald. in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & poſth. Bart. d. l. liberorum. ff. de verbor. ſignif. Alex. conſ. 61. vol. 1. & conſ. 104. volum. 2. & conſ. 1. vol. 5. & conſ. 125. eodem vol. Gabr. latiſſimè de verbor. ſignif. concluſ. 6. num. 87. vbi numerat Doctores, & dicit eſſe magis communem. Ratio eſt, quia maſculinum non comprehendit fœmininum ex propria ſignificatione vocabuli, ſed per extenſionem, vt eſt text. optimus in l. penult. in verbo, extendi. C. de proxi. ſacro. ſcrin. lib. 10. & in l. pronunciatio. in verbo, porrigitur. de verbor. ſignif. & in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. Bart. in l. 1. de verbor. ſignif. text. gloſ. in l.
2 quicunque. C. de ſeruis fugitiuis. Sed in contractibus fit ſtricta interpretatio. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. obligat. & fit interpretatio contra illum qui ſe fundat in verbis contractus. l. veteribus. C. de pactis. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de verbor. oblig. reg. contra eum. de regul. iur. in 6. Præterea dicta regula tanto magis debet procedere in emphyteuſi eccleſiaſtica; quia fieret interpretatio, & eſſet odium contra perſonam fauorabiliorem, id eſt contra Eccleſiam, quæ excluderetur, vt dicit Bald. in l. 2. C. de iur. emphyteut. Alex. dicto conſ. 61. volum. 1. Hieron. Gabr. dicta concluſ. 6. num. 102. Nec videtur obſtare text. in §. emphyteuſim. in authent. de non alien. vbi admittuntur filij maſculi & fœminæ, ibi filijs tamen maſculis aut fœminis; quia admittuntur ſi hoc fuerit expreſſum, vt dicit Imol. in cap. potuit. de locato. Rom. l. ſed ſi ac. §. liberos. ff. de in ius vocando. Roland. conſ. 93. lib. 2. Iaſ. in l. 2. num. 193. in fin. ibi. hoc eſt verum quando fuit expreſſum pro filiabus. Et hanc opinionem eſſe magis communem,

poſt Clar. & Couar. quos allegat, & tradit Card. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 14. & ſecundum eam fuit iudicatum in Rot. Rom. pluries, vt habetur in deciſ. nouiſs. diuerſ. 125. num. 20. part. 2. & in deciſ. Card. Seraph. 1487. Recipit autem hæc communis concluſio limitationem, quando ſunt appoſita verba communia maſculis & fœminis, vt ſi pro ſe & liberis, pro ſe & hæredibus,
3 ſi ex conſuetudine Eccleſiæ maſculinum concipit fœmininum, ſi ab initio fuit emphyteuſis conceſſa fœminæ, ſi conceſſio facta fuerit à fœmina, ſi fuit pro ſe & filijs vſque ad tertiam generationem, nam fœminæ, & deſcendentes ex eis continentur, vel quando emphyteuſis fuit conceſſa à Principe, quia eius beneficia ſunt latiſsimè interpretanda, vt diffuſè has omnes limitationes, earumque auctores congerit Card. Mantic. loc. citato. ad quem te remitto. Contraria opinio, quod appellatione filiorum veniant fœminæ in emphyteuſi Eccleſiaſtica, videtur etiam vera. & omiſſis nonnullis, quæ adduci poſſunt, videtur facere textus apertus in d. §. emphyteuſim. vbi appellatione filiorum veniunt maſculi, et fœminæ, ibi filijs maſculis, & fœminis. & procedit etiam quando nulla fuit facta mentio liberorum, ſed requirit text. tantum quod exprimatur, quando fit pro viro, vel vxore, ergo tex. eſt clarus, quod filiorum appellatione veniunt fœminæ in hac materia, & clare patet ibi, filijs tamen maſculis, & fœminis. & non eſt verum, quod debeat intelligi quando exprimitur, cum ibi tantum requiratur expreſsio in vxore, & viro. Et hanc opinionem tenet Salyc. in l. 2. q. 12. & 17. C. de Iur. emphyt. & ibi Iaſ. n. 194. in fin. ibi additæ. Alciat. in l. 1. in gloſ. fin. ff. de verb. ſignif. Couar. lib. 2. variar. reſol. c. 18. Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q. 32. vbi dicit communem opinionem nunquam ſibi placuiſſe. Eandem opinionem latè defendit, alios allegans Cardin. Mant. loc. cit. qui addit, quod maſculinum regulariter ſemper concipit fœmininum. l. qui duos. ff. de leg. 3. Ergò ſtante regula iuris non dicitur res ambigua, ſed clara. Bart. in l. quoties. ff. ſi quis caution. & ſic non ſumus in re ambigua, vt interpretatio ſit facienda contra eum qui verbis nititur. Item quia in materia odioſa maſculinum concipit fœmininum, niſi odium ſit irrationabile. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium Iudicum, quod non eſt in hoc caſu, cum fœminæ admittantur ad emphyteuſim eccleſiaſticam. Item quia iuris interpretatio tantundem operatur, quantum propria verborum ſignificatio. vnde etiam in contractibus ſtricti iuris voluntas contrahentium magis inſpicitur, quàm proprietas verborum. l. in conuentionibus. ff. de verbor. ſignif. l. ſtipulatio iſta. §. ij qui. & §. hoc quoque. ff. de verb. oblig. Alex. per illum tex. in l. ſi tibi. & voluntas contrahentium talis præſumitur, cum emphyteuſis de ſui natura ad foeminas etiam tranſeat, d. §. emphyteuſis. & alia adducit, & dicit eſſe æquiorem. Et ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum in conſ. Neap. vt teſtatur Vinc. de Franch. deciſ. 30. vbi dicit, non eſſe mirum, ſi contra communem opinionem iudicauit, quia meliores rationes ſunt pro hac opinione contra communem, & rationes ſunt ponderandæ, non numerus DD. l. 1. §. ſed neque. C. de veter. iur.
4 enucleando. Idem fuit iudicatum in Rot. Bonon. deciſ. 52. & hæc opinio videtur probari principaliter in d. §. emphyteuſim, vbi patet, quod in emphyteuſi eccleſiaſtica, filiorum appellatione veniunt foeminæ, & ſic nnn ſumus in caſu dubio in contractibus. quinimo in d. §. emphyteuſis, dicitur, quod ſi emphyteuſis ſit alicui ſimpliciter conceſſa, intelligitur pro filijs, & nepotibus vtriuſque ſexus. ergo multo magis, ſi fuerit alicui conceſſa pro ſe, & filijs, & nepotibus, nam debet intelligi pro maſculis, & foeminis, quia ex ſui natura tranſit ad maſculos, & foeminas, vt colligitur ex dicto textu. Et hæc opinio æquior, quam æquitatem maximè ſeruare debet Eccleſia, maximè ſi filiæ ſint pauperes, ex veriſimili mente contrahentium, quamuis prima opinio non careat ratione: nihilominus opinio Rotæ videtur verior: quia tex. in d. §. smphyteuſim loquitur in hæredibus, & nomen hæredis eſt generale maſculis & foeminis, vt fuit dictum ibi in duobus eiuſdem perſonæ hæredibus, deinceps filius tantum ſolis maſculis, aut foeminis. ita quod non exprimit text. quod appellatione filiorum veniunt maſculi & foeminæ, ſed loquitur de hæredibus, de quibus non eſt dubium.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an cenſeatur perpetua vel temporalis.*

2 *Emphyteuſis ſi probetur præſcriptione, quo pacto præſumatur contracta.*

QVAE-

QVAESTIO 94.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica an præſumatur perpetua, vel temporalis, ſi nihil eſt expreſſum.

1 QVAERITVR, an in dubio emphyteuſis eccleſiaſtica prę-ſumatur perpetua, vel temporalis: dicendum Primo, recurrendum eſſe ad conſuetudinem concedentis: nam ſi erat ſolitus concedere in tertiam generationem, vel in perpetuum, ſic præſumitur conceſſio. arg. l. vel vniuerſorum. ff. de pig. actio. & l. ſi tertius. §. rectè. & ibi Bart. de aqua pluu. arc. gl. in l. penul. C. de fideiuſs. Secundo ſi de conſuetudine concedentis non apparet, recurrendum eſt ad conſuetudinem regionis, arg. l ſi fundus. ff. de euict. & l. licet. la 1. C. de locat. & conduct. Si vero neque de conſuetudine concedentis, neque regionis apparet, vel ſi conſuetudo non ſit conſtans, ſed varia, diſtinguendum eſt: aut emphyteuſis conceditur à priuato, aut ab Eccleſia. priore caſu præſumitur perpetua, quia talis eſt eius natura, vt in perpetuum porrigatur. Bald. & Ang. in l. 1. in princip. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. idem Ang. in §. emphyteuſim. in auth. de non alien. Rom. in l. etiam filij, num. 15. ff. ſolut. matrim. Alex. in l. qui in aliena. in princ. num. 14. de acquir. hæred. qui ad hoc propoſitum adducit §. adeo. Inſtit. de locat. & d. l. 1. in princ. ſi ager vectig. Poſteriore autem caſu, quando emphyteuſis conceditur ab Eccleſia, non præſumitur perpetua, ſed intelligitur vſque ad tertiam generationem, quia hæc eſt eius propria natura. §. emphyteuſim. in auth. de non alien. & ita intelligit Bald. in l. 2. num. 6. de iur. emphyt.
2 vbi quæritur in ſpecie, ſi ex præſcriptione probetur emphyteuſis, quo pacto prę-ſumatur eſſe contracta? & reſpondet, quod emphyteuſis Eccleſiæ in dubio præſumitur contracta vſque ad tertiam generationem. per d. §. emphyteuſim. qui tamen ſubiungit, niſi aliud probetur; tum enim præſumitur inquit, in perpetuum; ſed aliud eſt, quod probetur, aliud, quod præſumatur, quia probatio præſumptionem excludit. l. cum de indebito. ff. de probat. Sed in priuato inquit Bald. ſemper in perpetuum præſumitur; quia natura emphyteuſis eſt, quod ſit perpetua. Et ſupradictam concluſionem alios referens tradit ſingulariter Mant. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 15. n. 15.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ſi peruenit ad aliam Eccleſiam, an poſſit per Eccleſiam directariam reuocari.*

2 *Emphyteuſis an tranſeat in monaſterium per ingreſſum emphyteutæ.*

3 *Intellectus §. 1. in auth. de alien. & emphyt.*

4 *Statutum in fauorem Eccleſiæ particularis non eſt locale, ſed generale omnibus Eccleſiis.*

5 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ſi tranſeat ad aliam Eccleſiam per ingreſſum Religionis, poteſt Eccleſia directaria illam reuocare intra biennium poſt profeſſionem, non poſt mortem.*

QVAESTIO 95.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ peruenit ad aliam Eccl. an poſsit per Eccleſ. directariam reuocari.

1 QVAERITVR, ſi emphyteuſis eccleſiaſtica perueniat ad aliã eccleſiam, puta quia emphyteuta ingreſſus eſt monaſterium, an poſſit Eccleſia diuexa domina illam ad ſe reuocare? Iſta quæſtio eſt difficilis, pro reſolutione præmitto, quod quæſtio eſt
2 ardua inter DD an emphyteuſis tranſeat in monaſteriũ. Iaſ. in l. 2. n. 200. C. de iur. emph. dicit, communem opinionem eſſe quod ſi ſit emphyteuſis priuati, tranſit ad Eccleſiam, ſi verò ſit Eccleſiæ, tũc eſt in eius facultate illã ad ſe reuocare, alias remanebit penes Eccleſiã, vt eſt caſus in §. 1. in auth. de alien. & emphy. Alij tenẽt indiſtiocte, quòd emphyteuſis ſiue priuati, ſiue Eccleſiæ, ſi nõ eſt cõceſſa pro
3 quibuſcunque hæredibus, itaut trãſeat ad extraneos, non tranſit in monaſteriũ, quia efficeretur deterior cõditio domini, ex quo nunquã eſſet ſpes caducitatis ob lineam finitã. Et hãc etiam eſſe communem opinionem in emphyteuſi priuati dicit Clar, poſt Pariſ. quẽ allegat in c. in præſentia. n. 196. Vel ſaltem inquit ipſe
1 Clar. dicendũ eſt, quod in omnem caſum Eccleſia tenebitur illam vendere infra annũ alteri priuato, & ita ſeruari de conſuetudine, allegans Specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua. q. 117. tradit Clar. in §. emphyteuſis. q. 33. Sed quomodocunque tranſeat ad Eccleſiam, quæritur an poſſit Eccleſia directa domina illã ad ſe reuocare. tex. in d. § 1. de alien. & emphy. videtur clarus, quod ſi Eccleſia directaria intra bienniũ declarauerit nolle aliam Eccleſiam habere pro emphyteuta, id poterit, ſe-

cus ſi non reuocauerit, quia tunc remanebit
penes ſecundam Eccleſiam. & ita communi-
ter tenetur, vt dicunt Bald. Salycet. Fulgoſ.
Iaſ. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ.
Felin. in cap. in præſentia. num. 49. de loca-
tionibus. poſt Abb. ibi. & Specul. in dicto §.
nunc aliqua. verſ. 120. & ibi Ioann. Andr. &
in ſpecie Bald. in authen. niſi locati. C. ad tre-
3 bellian. & eſt communis. nihilominus con-
tra text. in dicto §. 1. vt non ſimpliciter pro-
cedat, tenet Iacob. de Beluiſ. ibi. qui dicit
illum textum procedere, quando emphyteu-
ſis tranſit ad eccleſiam titulo ſingulari, vt
tunc poſſit reuocari, ſecus ſi in titulo vniuer-
ſali, quando Eccleſia ex teſtamento ſucce-
deret laico. quia multa tranſeunt cum vni-
uerſitate, quæ tranſire nequeunt titulo ſin-
gulari. l. quidam. ff. de acquir. rerum domin.
l. in modicis. ff. de contr. empt. ſequitur
Dec. in dicta authent. ingreſſi. Sed id non
videtur ſubſiſtere, quia in dicto §. 1. poni-
tur verbum, peruenire, quod eſt adaptabile
ad omnes titulos, vniuerſales & particulares,
& ſupradicti Doctores ponunt exemplum in
ingrediente in Monaſterium, qui transfert
omnia ſua, & in ſpecie Bald. in authent. niſi
rogati. num. 13. C. ad trebell. inquit, quo-
modo poteſt eſſe, quod peruenerint ad aliam
Eccleſiam? reſpondeo per ingreſſum Mona-
ſterij, vel quia filius monachus ſuccedit pa-
tri in emphyteuſi, & hoc tenet Bart. ff. de
damno infecto. & l. ſi finita. §. in qua. ſed In-
noc. tenet contrarium in dicto cap. in præſen-
tia. 51. quod per Monaſterium poſſideatur,
donec Monachus viuat. Sed non reſpondent
Doctores dicto §. de alien. & emphyt. ſed re-
ſponderi poteſt, quod ille §. loquitur de Ec-
cleſijs Conſtantinopolitanis, de quibus lo-
4 quitur tota prima pars illius tit. & ſic ille §.
eſt localis. ſed hæc reſpenſio non placet,
nam quicquid ſtatuitur in fauorem Eccleſiæ,
intelligitur eſſe ius generale, niſi contrarium
inueniatur expreſſum, vt in authent. de non
alienan. §. hæc ergo. Dictum autem Innoc.
poteſt habere locum, ſi Eccleſia domina
non recognoſcit ab alia, vel vult retractare,
ſed poſt biennium. Hactenus Bald. cuius ver-
ba volui referre tanquam notabilia, & magnæ
auctoritatis. Alij dicunt, quod d. §. procedit,
quando emphyteuſis peruenit ad Eccleſiam,
vel Fiſcum de facto, non de iure, dum dicit,
quod Eccleſia poteſt vendicare, & ſic præſup-
ponit, quod non ſit tranſlatum dominium,
nec competat ius retinendi. ita Corb. de cauſ.
priuat. ob mort. ciuil. n. 8. poſt Ruin. quem al-
legat in conſ. 23. nu. 35. vol. 5. & Imol. in c. ex
parte. nu. 22. de feud. & hunc intellectum dat
Corb. ad d. §. Sed re vera iſte intellectus non
ſubſiſtit, quia ſi Eccleſia vel fiſcus, rem em-
phyteuticam occupaſſet de facto, non de iu-
re; Eccleſia, quæ tacuit per biennium, non
poſſet excludi, & tamen per illum tex. exclu-
ditur, vt aduertit Card. Mantic. de tac. & am-
big. lib. 22. tit. 30. nu. 14. in illa quæſtione, an
poſſit Eccleſia reuocare à fiſco, poſtquam in
d. §. idē ſtatuitur, quando peruenit ad fiſcum,
vel Eccleſiam. Socin. conſ. 266. nu. 33. lib. 2.
dicit magis communem opinionem eſſe, quod
ille tex. procedat, quando emphyteuſis eccle-
ſiaſtica publicatis bonis de iure ad fiſcum per-
uenit, veluti ſi in conceſſione conuenerit, vt
ad hæredes etiam extraneos tranſeat; & ita
etiam intelligit Ruin. conſ. 117. nu. 16. & conſ.
155. num. 11. & 12. lib. 1. quos refert, & ſequi-
tur Card. Mant. loc. cit. num. 15. Et ex his ap-
paret, quod ille tex. loquitur, quando de iure
ad Eccleſiam peruenerat emphyteuſis eccle-
ſiaſtica, vt Eccleſia directaria habeat hoc pri-
uilegium reuocandi intra bienniū, eſt verum,
vt Bart. in d. auth. ingreſſi. tenet, quod etiam
dominus priuatus poſſet intra biēnium reuo-
care. per d. §. Sed vt inquit Iaſ. ibi malè dixit,
quia ille tex. loquitur, quādo directum domi-
nium erat alterius Eccleſiæ. & ſic eſt reſoluta
quæſtio, quod hic eſt ſpecialis fauor emphy-
teuſis eccleſiaſticæ. Et hanc opinionem, quod
Eccleſia directa poſſit reuocare à monaſterio,
latè defendit Burſat. conſ. 199. & ſequitur
Marc. Ant. Pereg. conſ. 94. num. 2. lib. 2. Sed
difficultas eſt, an iſtud biennium currat à die
5 quo emphyteuta profitetur, an verò à die quo
naturaliter moritur, tractat Felin. in d. cap. in
præſentia. num. 49. in fin. Verius mihi videtur,
quod currat poſt profeſſionem. per tex. in d. §.
1. in verbo, mox cum peruenerit.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica an ſit priuilegiata, vt in ea ſuccedatur in capita, non in ſtirpes.*
2 *Subingreſſio in locum patris, an detur in feudo. & num. 8.*
3 *Subingreſſio in locum patris datur in fideicommiſſis.*
4 *Subingreſſio in locum patris datur in emphyteuſi priuata.*
5 *Subingreſſio in locum patris non datur in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
6 *Fictio procedit tantum in caſibus expreſsis.*

Sub-

7 *Subingreſſio in emphyteuſi Eccleſiaſtica non datur, etiam ſi fuit data poteſtas nominandi extraneum.*

8 *Subingreſſio in locum patris datur in feudo paterno.*

QVÆSTIO 96.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica, an in ea ſuccedatur in capita, vel in ſtirpes.

1 QVAERITVR, an filius alterius fratris defuncti ingrediatur locũ patris ſui, & ſimul cum patruo ſuccedat in emphyteuſi eccleſiaſtica. & videtur quod ſic; quia quoties agitur de ſucceſſione aſcendentis, vel patrui ab inteſtato, nepos ex fratre ſuccedit vna cum patruo. §. 1. in authen. de hæred. ab inteſtato. authent. ceſſante. C.
2 de legitim. hæred. Item quia idem ſeruatur in feudo. cap. 1. de grad. ſucceſſ. & valet argumentum de feudo ad emphyteuſim. DD. in
3 l. etiam. ff. ſolut. matrimon. Idem ſeruatur in fideicommiſſis, iuxta gloſ. communiter receptam in l. cum ita. in §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. & hanc opinionem in emphyteuſi tenent Ang. Alex. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſthum. Alciat. dicta l. cum ita. in dicto §. in fideicommiſſo. Card. Mantic. qui alios allegat de tacit. & ambig.
4 conuent. lib. 22. tit. 18. Et hæc opinio vera eſt in emphyteuſi priuata, quia intelligitur pro hæredibus conceſſa, iuxta communem, & in hæreditate datur iſta repræſentatio, ſed difficultas eſt in emphyteuſi eccleſiaſtica, quando eſt conceſſa pro filijs & nepotibus, abſque qualitate hæreditaria. quia tunc cum non ſimus in ſucceſſione hæreditaria, quæ defertur ex diſpoſitione hominis, ſed in ſucceſſione, quæ defertur ex diſpoſitione legis, &
5 iure contractus, & ex ordine prius ſit filius, quam nepos, prius debet intelligi vocatus filius, quàm nepos. Bald. in d. §. in fideicommiſſo. Raph. Cuman. ibi. Alex. conſ. 129. nu. 4. lib. 5. Ruin. conſ. 162. nu. 11. lib. 1. Ludou. Bolog. conſ. 48. lib. 3. Facit, quod cum emphyteuſis eccleſiaſtica nullam habeat coniunctionem cum ſucceſſione hæreditaria, non debet admitti huiuſmodi repræſentatio, quæ inducitur
6 per fictionem legis. ſiquidem fictio locum non habet, niſi in caſibus ſpecialiter expreſſis, iux. adnot. in l. cum hæredes. §. in ijs, & l. rem, quæ nobis. ff. de acq. poſſeſſ. & nullibi reperitur expreſſum, quod detur repræſentatio, niſi quando agitur de hæreditate aſcendentis, vel patrui, auunculi, materteræ, vel amitæ. d. §. 1. & ſeq. in auth. de hæred. ab inteſtato. Item facit tex. in l. hæredes mei. §. fin. ff. ad trebell. vbi habetur, quod quando plures vocantur ordine ſucceſſiuo, donec extat aliquis ex filijs, nepos ex filio præmortuo non admittitur. Et hanc opinionem in emphyteuſi tenet Raph. Cuman. in d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. in vtraque lect. in fin. de leg. 2. & ſenſit Paul. de Caſtr. in conſ. 146. col. 2. lib. 2. verſ. præfatum decretum, & ſecundum eam etiam copioſe conſuluit Alex. in conſ. 129. lib. 5. & Ruin. in conſ. 48. num. 5. & Ant. Gabr. concl. 1. nu. 34. & 35. de ſucceſſ. ab inteſtato. lib. 2. Eandem ſententiam tenet Card. Mant. de tacit. & ambig. num. 18. d. tit. 17. & ſecundum eam iudicauit Rot. Rom. vt in contractibus inter viuos ſtipulatio ſemper intelligatur facta pro ſe, filijs, & ſucceſſoribus ordine ſucceſſiuo, vt teſtatur Card. Seraph. deciſ. 89. Idem fuit deciſum coram Cardin. Pamphilio, die 6. Martij 1595. in vna Romana domus, non obſtantibus allegatis per Roland. conſ. 68. lib. 1. Et Hieron. Gabr. conſ. 76. lib. 1. hanc etiam tenet, non obſtante, quod in defectum generationis fuerit
7 data facultas nominandi perſonam extraneam, quia ex hoc non dicitur alterata natura emphyteuſis Eccleſiæ, vt habetur in eius deciſionibus manuſcriptis. Non obſtant adducta in contrarium. & primo, quod detur ſubingreſſio in ſucceſſione patrui, quia patet reſponſio, ex quo non agitur de ſucceſſione hæreditaria. non obſtat cap. 1. de grad. ſucceſſ. quia loquitur de feudo paterno, in cuius ſucceſſione filij fratris defuncti admittuntur cum patruo, quia feudum cohæret hæreditati aliter quàm emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ filijs, vt filijs conceſſa fuit, vt reſpondet Alex. conſ. 129. lib. 5. ex notatis in c. 1. an agnati, & per Bart. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de op. libert. Mant. loc. cit. pulchrè. Eſt igitur verior iſta opinio.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis conceſſa alicui, & eius generationi, comprehendit fœminas.*

2 *Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa nobilibus uſque in tertiam, vel quartam generationẽ nõ cõprehendit filios filiorũ natos ex plebeis.*

3 *Tranſmiſſionis facilitas in emphyteuſi eccleſiaſtica, in dubio vitari debet.*

QVÆSTIO 97.

De emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa nobilibus vſque ad quartam, vel quintam generationem, an tranſeat ad filios filiarum natos ex plebeis.

1 VERIOR eſt opinio, quod em-
phyteuſis eccleſiaſtica, conceſ-
ſa alicui,& eius generationi,vel
generi,trãſeat ad fœminas,cum
hoc nomen generationis com-
plectatur maſculos & fœminas generantes.
nam in actu generationis concurrunt pater,
& mater. Paul.de Caſtr. in l.1. de condit.in-
ſertis. Marian,Socin. qui teſtatur de commu-
ni, in quodam ſuo conſilio quod non reperi-
tur impreſſum, ſed de illo mentionem facit
Clar.in §.emphyteuſis. quæſt.36.& multi alij
Doctores hanc opinionem tenent, quos re-
fert, & ſequitur Card.Mantic.de tac. & am-
big. lib.22. tit.15. & videtur probari in cap.
ſtatutum, il 2. de hæreticis. in 6. & in cap.1.
de ſchiſmaticis. eodem lib. Sed quæſtio eſt, ſi
2 emphyteuſis ſit conceſſa aliquibus Comiti-
bus, vel nobilibus, vſque in eorum quintam
generationem, an filij filiarum nati ex ple-
beis includantur. Bald. in l.2. num.7. C. de
iur. emphyt. proponit hanc quæſtionem, &
videbatur dictos filios comprehendi ex dicta
l.1. C. de condit. inſertis. In contrarium
facit, quod non videntur comprehenſi, quia
degenerant. Bald. dicit, conſiderandam
eſſe mentem contrahentium ex qualitate eo-
rum, & ex vi verborum. vnde inquit, ſi em-
phyteuſis eſt eccleſiaſtica non continentur,
3 quia facilitas tranſmiſſionis eſt euitanda, &
quia illud verbum, eorum, non comprehen-
dit natos ex fœminis nuptis his qui ſunt al-
terius nationis, quia maſculinum genus non
concipit fœmininum in præiudicium Eccle-
ſiæ, nam eſſet interpretatio odioſa contra
Eccleſiam, quæ eſt fauorabilis; aliud dicit in
emphyteuſim laicorum, vt Principum, quo-
rum beneficia ſunt largius intelligenda. Idem
etiam dicit, ſi concedatur ſub genere maſcu-
lino in tertiam eorum generationem, tunc
maſculinum eorum, coniunctum cum verbo,
generationem, includit etiam fœmininum,
quia contractus conſonat cum iure communi.
§.emphyteuſim.in auth. de non alien. Alex.
conſ.61.lib.1.Iaſ.in d.l.2. num.167.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & hæredibus, ſine verbo, quibuſcunque, an tranſeat ad extraneos hæredes.*

2 *Emphyteuſis eccleſiaſtica pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, tranſit ad extraneos.*

3 *Tex. in §. emphyteuſim, de alien. & emphyt. quomodo procedat.*

4 *Emphyteuſis appellatione non venit perpetua, etiam inter deſcendentes.*

5 *Res Eccleſiæ in totum alienata in recipientem & hæredes, quare tranſit ad hæredes extraneos, & non ſi ſit conceſſa in emphyteuſim.*

QVÆSTIO 98.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & hæredibus, an tranſeat ad hæredes extraneos.

1 QVANDO emphyteuſis ec-
cleſiaſtica, eſt conceſſa pro ſe
& hæredibus quibuſcunque,
vel alijs verbis generalibus
comprehendentibus extra-
neos, omnes conueniunt,
eam tranſire ad hæredes extraneos. Sed diffi-
2 cultas eſt magna, quando eſt conceſſa pro ſe,
& hæredibus ſimpliciter, an veniant extra-
nei hæredes, itaut Doctores contendant de
communi, & magis communi in l. etiam. ff.
ſolut.matr.in c.in præſentia.de probat. & in
alijs locis, & latè tradit Couar. in lib. 2. var.
reſol.c.17.Iul.Clar.§.emphyteuſis. q.28. la-
tiſſimè Card.Mantic.de tac.& ambig. lib.22.
tit.19.qui annumerat DD.hinc inde.Couar.&
Iul.Clar.poſt multa concludunt,in puncto iu-
ris veriorem eſſe opinionem,quod tranſeat ad
hæredes extraneos, quando cum ſolemnitate
& cauſa,facta ſicut conceſſio pro ſe & hæredi-
bus; ſed contrariam opinionem tanquam tu-
tiorem pro Eccleſia complectuntur.Et omiſſis
multis, quæ pro vtraq; parte adduci poſſunt,
referam præcipua fundamenta.Pro opinione,
quod tranſeat ad hæredes extraneos, facit
tex.in §.licentiam.in auth.de alien.& emphy.
vbi conceditur licentia alijs Eccleſijs, præter
3 Conſtantinopolitanas,vt poſſint concedere in
emphyteuſim perpetuã.per quẽ text. videtur
correctus tex.in §.emphyteuſim,vbi eſt cõſti-
tutũ,quod non trãſeat ad hæredes extraneos,
ſed

ſed vſque ad tertiã generationẽ, ne ad virum, & vxorem, ſi non exprimantur. Cum itaque poſſit traſire ad hæredes extraneos ex d. §. licentiam. non poteſt aſſignari ratio, quare totalis alienatio rerum eccleſiæ cum ſolemnitate & cauſa pro ſe & hæredibus, tranſeat ad extraneos, de quo non eſt dubium, & emphyteuſis conceſſa pro ſe, & hæredibus non tranſeat. Et hoc eſt fundamentum principale huius opinionis, ſecundũ quam iudicauit Conſ. Neap. vt tradit Vincen. de Franc. deciſ. 235. Quamuis ibi diceretur pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus. Pro contraria opinione adducitur 1. tex. in d. §. emphyteuſim, vbi prohibetur cõceſſio, niſi vſque ad tertiam generationem. qui tex. non reperitur correctus quo ad qualitatem hæredum per d. §. licentiam, ſed tantum, quantum ad numerum hæredum, ita vt poſſit concedi filijs, nepotibus, & omnibus deſcendentibus in infinitum, & ita communiter intelligitur, vt teſtatur Dec. in d. c. in præſentia. n. 157. vbi ponderat illum tex. in d. §. licentiam, dum inquit, non ſolum ad tempus, ſed perpetuò. & ita patet, quod verb. perpetuò ponitur ibi reſpectu temporis, quo ad numerum hæredum. de qualitate verò hæredum, nihil ibi dicitur. ergo. §. emphyteuſim remanet incorrectus reſpectu qualitatis, & correctio legum eſt euitanda, præterquam in expreſſis. c. cũ expediat. de elect. in 6. Preterea, poſito quod emphyteuſis eccleſiaſtica poſſit concedi in perpetuum, ita vt tranſeat ad extraneos hæredes, aliud eſt, quod poſſit concedi, aliud eſt, quod cenſeatur conceſſa, quando fuit accepta pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, ergo in dubio, cum poſſit fieri in perpetuum, & ad tempus, debet præſumi fauore eccleſiæ, quo ad tẽpus, niſi in ſpecie fuerit expreſſum, vel tacitè intellectum, ex verbis, vel aliquibus argumentis. vt dicit Abb. Felyn. in d. c. in præſentia. Gozad. conſ. 39. nu. 12. & conſ. 86. num. 22. Curt. Iun. conſ. 4. nu. 1. & multi alij.

4 Inſuper facit, quod appellatione emphyteuſis non venit perpetua etiam inter deſcendentes, niſi id exprimatur. tex. eſt in cap. nulli. de reb. eccl. vbi Summus Pontifex poſt prohibitionem alienationis declarat, quid contineatur ſub verb. alienationis, & dicit contineri contractum emphyteuticum perpetuum, ergo niſi exprimatur non intelligitur emphyteuſis conceſſa in perpetuũ. & hæc eſt æquior opinio, quam ſequuta fuit Rot. Rom. quamuis fuiſſet dictum per ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in deciſ. Caputaq. 304. num. 1. quam refert, & ſequitur Card. Mant. loc. cit. n. 20. & ibi allegat DD. atteſtantes de communi. Non obſtat d. §. licentiam, quia iam eſt reſponſum, quod nihil innouauit circa qualitatem hæredum, ſed tantũ circa tẽpus. Facit, quod verb. hæredibus in feudo intelligitur de hæredibus ſanguinis ſecundum ſubiectam materiã. c. 1. de ſucceſſ. feud. c. 1. de alien. feud. & tamen non eſt dubium, quod poſſet directus dominus concedere feudum, vt tranſeat ad extraneos hęredes, vnde niſi exprimatur non intelligitur. Non omitto, quod Rom. in l. etiam. nu. 12. ff. ſolut. matrim. fuit in opinione, quod d. §. licentiam fuerit correctus per ius canonicum in d. cap. nulli, vbi Papa poſtquam dixit rem eccleſiæ eſſe alienari prohibitum, ſubiungit alienationis verbo includi perpetuũ emphyteuticum contractum. Et ſi dicatur quod d. c. nulli loquitur, cum alienatur res eccleſiæ ſine ſolemnitate, reſpondet Rom. quod ille tex. poneret caſum non dubium contra l. ancillæ. & l. quod Labeo, cum ſimilibus. maxime, quia antea ſtatutũ erat alienari non poſſe ſine ſolemnitate. vt in c. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. Præterea dicit Rom. ſi ſpeciale eſt, vt res ſterilis data in emphyteuſim poſtea reddita fertilis, poſſit ab eccleſia concedi in perpetuum etiam per extraneis hæredibus, vt eſt caſus in c. ad aures. de reb. eccl. ergo in alijs caſibus eſt in contrarium ius cõmune. & alia conſiderat Rom. vt oſtendat d. §. licentiam eſſe correctum. Quæ quidem ſunt notatu digna, & ſecunda conſideratio Rom. multum ſtringit, quamuis prima habeat difficultatem propter gloſ. & DD. in c. nulli, qui intelligunt ibi prohiberi alienationem ſine ſolemnitate, & cauſa, ſecus ſi cum ſolemnitate. Non obſtat, quod nun poſſit aſſignari ratio diuerſita-
5 tis, cur venditio rerum eccleſiæ facta cum ſolemnitate & cauſa pro ſe & hæredibus, tranſeat ad quoſcunque hæredes, & non emphyteuſis. quia patet reſponſio, nã venditio transfert dominiũ vtile, & directũ, & de ſui natura tranſit ad extraneos, quod non eſt in emphyteuſi, & ſic liquet reſponſio ex ſupradictis. Præterea, quando res eccleſiæ in totum alienatur, eccleſia recipit pretium ęquiualens rei, & neceſſitati, vel vtilitati conſulitur, non ſic in emphyteuſi, quæ vt plurimũ ſolet dari pro modica penſione ad meliorandum. & hæc eſt æquior, & tutior opinio, quam tenẽt Anchar. in conſ. 38. nu. 1. verſ. & licet. & in conſ. 134. n. 1. Ant. de Butr. in conſ. 23. n. 1. in fin. & 2. & com. dicit Imol. in l. ex facto. n. 14 in fin. ff. de hæred.

hæred. inſtit. & Alex. qui dicit magis comm. in conſ. 23. uum. 10. lib. 1. & in conſ. 9. nu. 11. lib. 2. & in conſ. 89. num. 1. lib. 4. Rim. Sen. in conſ. 437. num. 3. Socin. Sen. qui etiam dicit magis comm. in conſ. 121. nu. 18. lib. 4. Ruin. qui ſimiliter magis comm. profitetur in conſ. 48. num. 10. in conſ. 161. num. 6. & 9. & conſ. 162. n. 11. lib. 1. & conſ. 25. nu. 12. lib. 4. Grat. conſ. 55. n. 8. lib. 1. Gozad. conſ. 75. n. 9. Bero. conſ. 95. n. 48. & ſeq. lib. 1. Clar. in §. emphyteuſis. q. 28. verſ. & in ſpecie. quam etiam magis communẽ atteſtatur, & ſequitur Ceph. conſ. 400. num. 5. Et ideò illud verbum pro hæredibus, ſimpliciter in conceſſione poſitum intelligitur deſcendentibus, niſi ex alijs verbis vel coniecturis, conijci poſſit contrahentes de extraneis etiam hæredibus ſenſiſſe, vt latiſſimè per Mant. loc. cit. Vbi ponit verba, & coniecturas, ex quibus poteſt colligi contrahentes voluiſſe tranſire emphyteuſim ad hæredes extraneos. nempè ſi ſit cõceſſa pro hæredibus quibuſcunque, vel pro maſculis quibuſcunque, vel pro ſe, & quibus dederit, vel ſi in conceſſione fuerit appoſita clauſula ad habendum, tenendum, & quod voluerit faciendum. quod etiam tenet Rot. Rom. vt tradit idem Card. Mant. loc. cit. qui ponit alios caſus, quos per te vide, quorum mihi aliqui videntur dubij.

S V M M A R I V M.

1 *Ruſticus ſi negat rem Eccleſiæ eſſe emphyteuticam, cui incumbat onus probandi.*

2 *Ruſticus ſi acceptet ſe eſſe emphyteutam Eccleſiæ, ſed non pro toto territorio, quid probandum.*

3 *Eccleſia an poſſit compellere emphyteutam ad oſtendendum inſtrumentum conceſſionis.*

Q V AE S T I O 99.
Cui incumbat onus probandi rem eſſe emphyteuticam, Eccleſiæ, vel emphyteutæ neganti.

1 SOLENT ſæpè Ruſtici nolentes ſoluere penſionem eccleſiæ pro re emphyteutica, negare rem eſſe talem, quare dubitatur, quis teneatur probare rem eſſe emphyteuticam: & contra eccleſiam facit præſumptio, quod quælibet res præſumitur libera, niſi ſeruitus probetur. l. altius. C. de ſeruit. Eſt diſtinguendum, vtrum agat dominus, vel emphyteuta; nam ſi agat dominus poſſeſſorio contra emphyteutam, qui aliquando ſoluit ad ſoluendum penſionem, tuendus eſt dominus in ſua quaſi poſſeſſione. c. querelam. de elect. Specul. de locato. §. nunc aliqua. verſ. 63. num. 80. Si verò agat petitorio, vt eum expellat propter Canonem nõ ſolutum, tenetur oſtendere bona pro quibus agitur, & cauſam quare agat, alioquin reus debet abſolui. cap. 1. vt eccleſiaſt. benef. l. qui accuſare. C. de eden. & ita concludit Bal. in cap. 1. n. 2. de vaſſallo, qui contra conſtitut. Lothar. Rip. reſp. 30. num. 8. verſ. ego verò. vol. 2. Menoch. conſ. 301. num. 9. Mant. de tac. & ambig. lib.
2 22. tit. 20. n. 9. Sed dubium eſt notabile, pone, quod emphyteuta non negat ſe eſſe emphyteutam, ſed dominus dixit penſionem ſibi ſolui pro omnibus bonis, quæ in illo loco emphyteuta poſſidet, cui credendum? Bald. in cap. 1. §. vaſſallus. ſi de feud. fuer. controuerſia inter dom. & agnat. tenet omnia bona præſumi emphyteutica. Idem Socin. conſ. 167. n. 2. lib. 2. Affl. in c. 1. §. illud. de prohib. feud. alien. per Federic. niſi ſecundum Alber. in l. ſi certis annis. C. de pact. haberet iuſtam cauſam ignorantiæ, vt in hærede. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ſi tamen emphyteuta oſtendiſſet aliqua bona eſſe emphyteutica, ſi dominus dixerit alia etiã eſſe emphyteutica, tenetur ipſe probare, cum actori incumbat onus probandi. Specul. in d. §. nũc aliqua, verſ. 60. & 62. n. 67. Bald. in c. 1. n. 2. de vaſſall. qui contra conſtit. Lothar. Verior tamen opinio eſt, quãdo emphyteuta non poteſt oſtendere pro quibus rebus ſoluat penſionem, vt ad coniecturas recurratur, ſi inſtrumenta non apparẽt, & etiam ſint termini moti, & fama, & teſtes nõ adſunt. coniectura autem ſingularis eſt pretij quantitas, ſiue penſionis, conſuetudo loci eccleſiæ concedentis, mos regionis, valor prædiorum ita quod ſi poſſeſſiones magnæ ſint extimationis, & penſio modica ſoluatur, nõ præſumitur emphyteuta pro omnibus bonis ſoluiſſe, ſed ex modo, ſeu quantitate pro qua poſſeſſione ſoluat, extimari debet. reg. l. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. ita Specul. Alber. in locis cit. Bal. in d. c. 1. de vaſſall. qui contra conſtit. Lothar. Affl. in c. 1. de controuerſ. inter maſc. & fœm. Bald. facit ſolemne conſil. 109. lib. 4. Debet tamen eccleſiæ ſaltem certa poſſeſſio deſignari tanquam ſpecialiter obligata pro ſolutione penſionis, quæ nec ſit melior, nec deterior. nam ſi hæres tantummodo perſonaliter

liter

liter obligaretur ad ſoluendum penſionem, non eſt cautum eccleſiæ in caſu non ſolutionis per bienniū, vt acquirat vtile dominium, ſeu conſolidetur vtile cum directo, vel ſi res alienatur ſine conſenſu eccleſiæ, vt notabiliter tradit Fulgoſ.conſ.217.num.1.in fin.& 2. quem refert,& ſequitur Mant.loc.cit.Sed an
3 poſſit eccleſia compellere emphyteutam ad edendum inſtrumentum conceſſionis? Et dicendum eſt quod ſic,cum ſit commune ratione communis vtilitatis. l.prætor ait.§.1.ff.de eden.Specul.d.§.nunc aliqua.verſ.14.n.168. Idem tenet Bald.conſ.225.n.1.verſ. item tenetur. lib. 1. quia eccleſia æquiparatur fiſco, cui ad fundandam intentionem inſtrumentum edi debet, niſi de crimine capitali agatur l.2.§.Diuus Adrianus.ff.de iure fiſci.nos egimus q. particularē,an eccleſiæ debeant edere inſtrumentum, & hæc notanda ſunt in praxi contra Ruſticos vexantes iniquè eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an reuertatur ad Eccleſiam, ſi vnus ex hæredibus non ſoluit ſuam partem canonis.*

2 *Pœna committitur contra omnes hæredes, ſi vnus ex hæredibus contraueniat ſtipulationi defuncti.*

QVÆSTIO 100.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica, an reuertatur ad Eccleſiam ſi vnus ex pluribus hæredibus non ſoluerit ſuam partem Canonis.

1 QVAESTIO eſt notabilis, ſi vnus ex pluribus hæredibus non ſoluerit ſuam partem Canonis, an tota emphyteuſis reuertatur ad eccleſiam. iux.l.2.C.de iur.emphyt.& c. potuit. de locato. & quod tota reuertatur tenet gloſ.in l.communi diuidundo.ff.communi diuidundo,tam in eccleſia, quam in priuato. pro qua opinione facit, quia in contractibus ſtricti iuris,ſicuti eſt emphyteuſis.§.actionum inſtitut.de act. ſi vnus ex hæredibus eius con-
2 tra quem cautum ſit, fecerit,pœna committitur contra omnes pro portione hæreditaria. l.4. §.Cato. ff.de verb.oblig. Item quia ſi defunctus, qui emphyteuſim recepit, non ſoluit partem,poteſt à tota emphyteuſi repelli,ergo idem de pluribus hæredibus dicendū eſt, quia ex perſonis hæredū non debet immutari conditio obligationis.l.2. §.ex his.ff.de verb.obl. Item quia ſi pœna adijcitur obligationi quæ conſiſtit in dando certam ſpeciem, vel quantitatem,cōmittitur in totum, niſi illa ſpecies, vel quantitas tota ſoluatur.l.ſtipulationum.la ſeconda. §.fin.& l.in exequutione. §. fin.de verb.oblig.l.hæredes.§.idem iuris.ff.famil.erciſc. ergo ſi vnus ex pluribus hæredibus non ſoluerit ſuam portionem, in totum committitur pœna priuationis. Et hanc opinionem tenent Specul.de locato.§.nunc aliqua.verſ.71. num.92.& ibi Io. Andr.& Bart. licet obſcurè loquatur in l. fraudati.n.3.ff.de public. Alex. in l.4.§.Cato.n.29.& 30.de verb.oblig.& ibidem Socin. Sen.n.20. & Alc. n.97. qui hanc opinionem communem profitetur.& Soc.Iun. nu.88. cum ſeq. qui poſt longam diſputationem tuetur, & in dubio à communi recedendum non putat. quam etiam ſequitur Iaſ.in l. 2.n.58. de iur.emphyt. & communem,& veram dicit etiam Bolognet.in d.§.Cato.n.290. quamuis Card. Mant. ſuſtineat opinionem contra communem. de tacit.& ambig.lib.22. tit.27. Nihilominus, quia hæc cōmunis opinio non procedit de æquitate Canonica, vt tradit Imol.in cap. potuit. n.47. verſ.ex prædictis de locato, ſequitur clarè, quod in emphyteuſi eccleſiaſtica, & etiam priuatorum, quando agitur in terris eccleſiæ, communis opinio non debeat obſeruari, vt tradit Socin. Iun.in d. §. Cato.n.92. & 93. quem ſequitur Card. Mant.loc.cit. eſt enim clarum,æquitatem Canonicam eſſe ſeruandam in re eccleſiæ.ad notata in c.1.de oper.nou.nunciat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſia deuoluta propter caducitatem, an virtute pacti præcedentis poterit affrancari.*

2 *Pactum de affrancando, an poſſit apponi ex interuallo poſt conceſſionem rei Eccleſiæ in emphyteuſim.*

QVÆSTIO 101.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa cum pacto de affrancando, an poſſit affrancari, ſi fuerit finita propter caducitatem.

QVAE-

1 QVAERITVR, an emphy-
teuſis eccleſiaſtica finita pro-
pter caducitatem, poſſit af-
francari ſtante pacto de af-
francando? Breuiter reſpon-
dendum, quod Aut pactũ eſt
2 appoſitum in eodem inſtrumento, & pactum
expirat, quia eſt correſpectiuum, & pars ipſius
contractus, intelligitur enim tale pactum, ſi
emphyteuta penſionem ſoluerit, & obſerua-
rit contractũ l.quæro. §.inter locatorem.ff.de
locat. Salic.in l.2.n.3. C.de iur.emphyt. Cæ-
poll.de ſimulat. contractus præſump.2.Felin.
pulchrè conſ.25. Iaſ.in l.2.Mantic.de tacit.&
ambig. lib.22. tit 21. n.55. vbi dicit ita fuiſſe
determinatum in Rot.Rom. Aut in inſtrumen
to ſeparato, & tunc ſi emphyteuta cadit ab
emphyteuſi, non cadit à pacto de affrancan-
do. hæc eſt communis diſtinctio, de qua teſta-
tur Manent.de contract.libellario. quæſt.4.in
princip. Theſaur. q. 12. lib.1. vbi tradit ita
fuiſſe deciſum in Senatu Pedemontano. Ni-
hilominus, hæc procedunt in emphyteuſi ve-
ra, ſecus in venditione, vt ſi quis venderet do-
mum ſuam, & poſtea illam reciperet in em-
phyteuſim ab emptore cũ pacto de redimen-
do vſque ad certum tempus, quia tunc licet
amitteret emphyteuſim, non tamen ammit-
teret ius redimendi; quia hoc caſu ius redi-
mendi eſt pars venditionis, & refertur ad ven-
ditionẽ totius rei. Et videtur ratio, quia quan-
do rem meam propriam concedo alicui in
emphyteuſim cum poteſtate affrancandi in
eodem contractu, dico legem quam volo rei
meæ, qua non adimpleta, omnia corruunt,
quando verbi gratia ab alio emo, & poſtea
eidem concedo in eodem inſtrumento, vel
alio, licet conceſſio, & poteſtas affrancandi
ſint vltima in exequutione, ſunt tamen primæ
in intentione, vnde ſi vnum amitto, alterum
remanet per l.ſi domus.ff.de ſeruit.vrb.præd. 1
Cæpoll. loc. cit. Et ita fuit deciſum in conſil.
Neap. vt teſtatur Vinc.de Franch.deciſ.267.
Idem tenet Manent.d.q.4.n.3. vbi reprehen-
dit Corbul. de cauſa priuationis ob non ſolu-
tionem Canonis. limit.38. & Borgnin. deciſ.
16.& 37. idẽ tenet Card. Mant.loc.cit.n.55.
vbi dicit diuerſum eſſe, ſi hoc ius redimendi
ſcriptum eſſet in inſtrumento venditionis ſe-
parato ab inſtrumẽto iuris emphyteutici. Sed
aduertendum circa emphyteuſim eccleſiaſti-
cam, quando pactum fit in inſtrumento ſepa-
rato, & ſumus in emphyteuſi, non in vendi-
tione. quia tunc nõ videtur quod tale pactum
2 fieri poſſit in præiudicium eccleſiæ cui ex pri-
mo inſtrumento fuit ius quæſitum ſine tali
pacto. quare videntur neceſſariæ ſolemnitates
requiſitæ in prima conceſſione, quemadmo-
dum res ſolita concedi ſine ſolemnitate non
poteſt concedi cum nouis pactis, vt per DD.
in cap.2. de feud.& latè tradit Curt. de feud.
par.1.principali q. & diximus in q.feud.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ alienans partem irre-
quiſita Eccleſia, an cadat à toto.*
2 *Alienans partem feudi Eccleſiaſtici an per-
dat totum feudum.*
3 *Aequitas ſeruanda in emphyteuſi, & feudo
Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 102.

De emphyteuta Eccleſiæ alienante partem irrequiſito Domino, an cadat à toto.

1 QVAESTIO eſt vtilis, & nota-
bilis, an emphyteuta eccleſiæ
alienans partem rei emphyteu-
ticæ irrequiſito domino, cadat à
tota emphyteuſi. juxta cap. po-
tuit.de locato.& l.fin.C.de iur.emphy. Et pro
affirmatiua, quod priuetur tota re emphy-
teutica, latè conſuluit Roland. conſ.17. lib.2.
Natta conſ.479.& ſeq. Cephal. conſ.139. dif-
fusè. Pro contraria opinione facit tex.in c.1.
& ibi Bald. & Affl. de vaſſall. qui contra con-
ſtitut. Lothar. feudum alienat. idem Bald. in
c.1.§.aut ſi in bellario, quibus modis feudum
ammittatur. Iaſ.in l.fin.nu.25. Areı.conſ.14.
num.5. Tiraq. de retract. lignag.§ 23.gloſ.1. 2
num.25.Curt.Sen.conſ.70.num.9.Riminald.
Sen.conſ.429. num.50. Et hanc communem
opinionem eſſe dicit Gaualup. inter conſilia
Cornei conſ.67. num.10. lib.2. Hæc etiam
opinio videtur æquior, vt pœna non trãſcen-
dat metam delicti. l.alienatum. ff.de verb.ſi-
gnif. Nihilominus, etſi hæc opinio in emphy-
teuſi priuata habeat contradictores, in em-
phyteuſi eccleſiaſtica eſt omninò ſequenda,
vt per alienationem partis non cadat à toto.
gl.notab.in c.ex parte in verbo alienare. de
feud. ſingulariter Alex.conſ.99. in fin.verſ. & 3
in hoc ſaltem eſt verum.lib.5. vbi inquit, hoc
ſaltem eſt verum in conceſſione facta ab Ec-
cleſia allegat notata. in c.ſuam. de pœnis. &
Bald.

Bald. in cap.1. §. ſi verò. qualiter olim feud.
poter.alien. vbi dicit,quod etſi de rigore iuris
2 ciuilis alienans partem feudi cadat à toto,ta-
men de æquitate Canonica,quæ ſeruanda eſt
in Terris Eccleſiæ, & in feudis eccleſiaſticis,
dicit alienantem non perdere,quod non alie-
nauit. Gaualup. etiam loc. cit. dicit de æqui-
tate Canonica in Terris Eccleſiæ ita obſer-
uari. ſequitur Card. Mant. de tac. & ambig.
lib.22.tit.28.num.13.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiæ ob extinctionem lineæ finita,an renouetur per patientiam Prælati.*
2 *Locatio facta à Republica, transfert vtile dominium.*

QVAESTIO 103.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica ob extinctionem lineæ finita, an tacitè renouetur per patientiam Prælati.

1 QVAESTIO iſta pulchra
eſt, & videtur tam emphy-
teuſim eccleſiæ, quam pri-
uati minimè per patientiam
tacitè renouari, non obſtan-
te. §. qui impleto. l. quæritur.
ff. de locato, quia vt inquit Bald. ibi procedit
in locatione, in qua nō agitur de magno præ-
iudicio domini,prout in emphyteuſi, in qua
transfertur vtile dominium. ſequitur Alex.
conſ.17.num.11.& ſeq.lib.4. Dec.conſ.328.
num. 1. Socin. Iun. conſ.9.lib. 3. Ruin.conſil.
78.lib.1.Sed alij dicunt,quod ille tex. proce-
dit etiam quod transfertur vtile dominium,
2 quia loquitur etiam de locatione facta à Rep.
ex qua vtile dominium, & naturalis poſſeſſio
transfertur,vt ibi ſcribit Bart. ſequitur Card.
Mant.de tac. & ambig.lib.22.tit.35.n.15. &
quod tacita renouatio habeat locum etiam
in emphyteuſi eccleſiæ, latè conſuluit Grat.
conſ.121.num.2. quem ſequitur Card.Mant.
loc. cit. Nihilominus hæc concluſio reſtrin-
gitur primo, vt procedat, ſi probetur ſcientia
Epiſcopi, vel Prælati. Bart. in §. qui impleto.
n.6. ibi,quod nota pro Prælatis Eccleſiarum,
& tutoribus, vt ipſorum ſcientia, & patientia
inducat tacitam relocationem. & ita etiam
tradit Alex.conſ.17. nu.12.lib.4. Socin.Iun.
conſ.9. num.16. verſ. reſponderi poteſt.lib.3.
Vnde ſi ignorantiam Rectorum præſupponi-
mus, per receptionem Canonis non poteſt in-
telligi remiſſa caducitas, neque cenſetur re-
nunciatum iuri, quod ignorabant ſibi com-
petere.l.marer decedens.ff.de inoff.teſtam. &
ita fuiſſe deciſum in Rot. Rom. tradit Card.
Mant. loc.cit.num.19. Secundo debet reſtrin-
gi,vt procedat, quando ſolus Epiſcopus, vel
Prælatus poteſt dare in emphyteuſim: nam ſi
expreſsè non potuit concedere abſque ſolem-
nitate, quæ in alienandis, vel etiam locandis
ad longum tempus rebus eccleſiæ eſt neceſ-
ſaria.cap.ſine exceptione.12.q.2. non poteſt
intelligi tacitè renouaſſe. Alex.loc.cit.Ceph.
conſ.9.num.23.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ, an teneatur ad cenſus ſi contractus eſt nullus.*
2 *Fides adhibita bono viro,excuſat à pœna.*

QVÆSTIO 104.

De emphyteuta Eccleſiæ, an teneatur ad cenſus, ſi contractus eſt nullus ob defectum ſolemnitatum.

1 QVAERITVR, an emphy-
teuta eccleſiæ teneatur ad cen-
ſus, ſi contractus eſt nullus ex
quo ſine debitis ſolemnitatibus.
dicendum, quod ſic. tex. in §. ſi
verò.in auth. de non alien. vbi Ang.in princ.
quem ſequitur Iaſ.in l.2.vol.3. C. de iur.em-
phyt. Capic. in inueſtit. verſ. Prælati Eccle-
ſiarum concl. 24. Vinc.de Franch.deciſ.296.
qui referr Caual. deciſ. 46. declarat Vinc. vt
non teneatur ad cenſus emphyteuta, quando
fuit ei dictum à concedente, quod habebat
facultatem concedendi ſine aſſenſu Apoſto-
2 lico, & fuit concedens bonus vir, cui poterat
credere. habet gl. in l.à Tirio.ff.de conſtit. &
demonſtrat. quam ſequitur Alex. conſ. 173.
col.3.vol.2.Iaſ.in l.2.ff.de eo per quem.Curt.
in tractat.feud.in 7. q.2.par.princ.in fin. Ne-
que videbarur obſtare, quod contra eccle-
ſiam hoc non videtur poſſe opponi, ſed tan-
tum contra Epiſcopum,vel Rectorem, quia
id procederet, quando Prælatus eſſet ſoluen-
do, alias eccleſia tenetur Prælato non exi-
ſtente

ſtente ſoluendo, etiam ex contractu nullo, vt dicunt gl. Cyn. & DD. in auth. qui res. C. de ſacroſ. eccl. Sed de hoc infra latius dicemus in q. quia eſt valde dubium.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, an habeat locum in emphyteuſi Eccleſia conceſſa duobus vſque ad tertiam eorum generationem.*

2 *Emphyteuſis conceſſa pluribus, vno deficiente aperitur Eccleſia, nec eſt locus iuri accreſcendi.*

QVÆSTIO 105.

De iure accreſcendi, an habeat locum in emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa duobus fratribus vſque ad tertiam eorum generationem.

1 ARDVA eſt quæſtio, an in emphyteuſi locū habeat ius accreſcendi, & varie à DD. diſtinguitur in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. obli. Nihilominus in emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa duobus vſque ad tertiam eorum generationem, abſque dubio locus eſt iuri accreſcendi, alioquin ad tertiam generationem peruenire non poſſet, ita Bart. in d. l. ſi mihi & Titio. num. 6. & ibi Alex. num. 15. Zaſ. conſ. 117. lib. 4. Ruin. conſ. 169. num. 12. lib. 1. & conſ. 203. n. 24. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 55. in fin. Menoch. conſ. 632. n. 7. vol. 7. vbi quod hoc caſu inter ipſos deſcendentes eſt inducta quædam reciproca ſubſtitutio. Specul. de locato. §. nunc aliqua. verſ. 69. n. 89. Paul. de Caſtr. conſ. 74. lib. 1. Anchar. conſ. 418. & 245. Salic. in l. 2. quæſt. 24. C. de iur. emphyt. Alex. conſ. 204. lib. 2. & d. l. ſi mihi & Titio. num. 12. Affl. in cap. 1. §. & quia. num. 18. qui feud. dar. poſſ. Gabr. conſ. 87. in fin. Decian. conſ. 73. lib. 2. idem Gabr. conſ. 66. lib. 2. & alij. Et hæc concluſio procedit quando fuit dictum, vt poſt mortem eorum quibus conceſſa eſt emphyteuſis, ad eccleſiā reuertatur. quæ verba habent hunc ſenſum, vt donec aliqui eorum ſuperuixerit, ad eccleſiam non reuertatur. tit. 1. in fi. de duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis: ſecus ſi dicatur vſque in eorum, & cuiuſcunque eorum tertiam generationem, quia tunc hæc verba intelliguntur, vt cuique eorum dimidia pars acquiſita, apud quemlibet permaneat donec eius tertia generatio ſuperſit, neque portio vnius alteri accreſcat. ita Gabr. conſ. 87. lib. 1. quem refert, & ſequitur Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 34. n. 30. poſt Syluestr. Aldobran. conſ. 91. n. 295. lib. 1. Ceph. conſ. 345. nu. 14. Quod ſanè etiā intelligitur niſi ex alijs verbis aliud concipi poſſit, vt per eundem Gabr. conſ. 66. n. 1. lib 1. & Decian. conſ. 73. n. 14. Mant. loc. cit. vbi addit, quod ſi fuerit dictum, vt pars præmorientiū ad ſuperſtites perueniat, ſic debet intelligi vt etiā inter deſcendentes à primis inueſtitis, ius accreſcēdi locum habeat, ita vt portio huius lineæ extinctæ deſcendentibus alterius accreſcat, quia abſque huiuſmodi pacto inter deſcendentes cuiuſlibet inueſtiti ius accreſcendi locum habet. & ita dicit fuiſſe deciſum in Rot. Rom. Poſtea vidi deciſionem Card. Seraph. 604. n. 10. in qua fuit di-
2 ctum, quod ſi emphyteuſis eccleſiaſtica fuit conceſſa pluribus, vno deficiente aperitur eccleſiæ, nec eſt locus iuri accreſcēdi. ex d. c. 1. de duobus fratribus. alleg. Bal. cōſ. 280. n. 9. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiæ ſolita concedi pro maſculis tantum, ſi poſtea per annos 40. fuerit conceſſa pro fœminis, an poſſit in futurum.*

2 *Immemorabilis præſcriptio, non ſuffragatur quando conſtat deſnitio inualido.*

3 *Vltimus ſtatus attenditur in beneficialibus.*

QVAESTIO 106.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica ſolita concedi pro maſculis tantum, poſtea per annos 40. conceſſa etiam pro fœminis.

1 QVAESTIO eſt notabilis, ſi emphyteuſis eccleſiaſtica fuerit ſolita concedi pro maſculis tantum, ſi vltimo loco per binos actus intra ſpatium 40. annorum reperiatur etiam cōceſſa pro fœminis, an poſſit in futurum concedi, quaſi fuerit ſolita concedi. Varietas eſt inter DD. aliqui dicunt requiri centenariam ob mutationem antiquæ formæ. Iaſ. conſ. 155. lib. 2. Curt. de feud. 2. par. princip. nu. 9. dum ſe remittit ad dicta in tertio, & quarto. vbi dicit cētenariam

eſſe

Digitized by Google

eſſe ſeruandam. Marc. Anton. Peregr. conſil. 19. Aliqui tenent ſufficere binos actus duorum Epiſcoporum intra tempus 40. annorum. Cum conſ. 100. Hæc opinio videtur verior, quia ſi iux. veriorē opinionem ſufficiunt 40. anni cum duobus actibus ad inducēdam conſuetudinem alienandi res eccleſiæ abſq; ſolemnitate pro maſculis & fœminis & quibuſcunque, quam ſeruat Rot. Rom. vt tradit Card. Seraph. deciſ. 1451. dicens etiam eſſe cōmunem: & nos ſequuti ſumus in q. feudali per quot actus inducatur conſuetudo infeudandi res eccleſię ſine ſolemnitate, non eſt irrationabile, quod tale tempus poſſit alterare formam antiquā in parte. Sed poſſit opponi, quod conſtito de antiqua forma non poſſit induci alia conſuetudo, quia nec immemora-
2 bilis ſuffragatur, quando conſtat de initio inualido. vt per Io. Andr. & alios in c. 1. de præſcript. in 6. Sed certè illa reg. videtur procedere, quando res eſt prohibita alienari ob iuris reſiſtētiam, ſecus ſi ob defectum ſolemnitatum de quo faciemus quæſtionem particularem..... Nullo verò tempore concurrente non poterit ſecunda inueſtitura mutare primam, vt latiſſimè tradit Menoch. conſ. 131.
3 ſeu 132. vbi multos allegat. adduco tex. in c. cum de beneficio. de præb. in 6. cum ibi notatis, vbi quod in beneficialibus attenditur vltimus ſtatus, maxime concurrente tempore quadraginta annorum, qui tex. eſt multum ad propoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa cum pacto de alienando, an poſſit alienari irrequiſita Eccleſia.*

2 *Creditor an poſſit diſtrahere pignus ex pacto de vendendo, abſque requiſitione debitoris.*

3 *Pacta ſunt intelligenda iuxta naturam contractus, & ſecundum ius commune, & ne detur occaſio malignandi.*

4 *Dominus feudi præfertur alijs in emptione fructuum territorij.*

5 *Dominus præfertur in emptione fructuum ſpectantium ad colonum partiarium.*

6 *Pactum, quod per non ſolutionem Canonis emphyteuta non cadat ab emphyteuſi, non inducit remiſſionem Canonis.*

7 *Epiſcopus non poteſt concedere in emphyteuſim cum pacto de alienando.*

QVÆSTIO 107.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa cum pacto de alienando, an poſſit alienari irrequiſita Eccleſia.

1 HAEC quæſtio eſt practicabilis, & quod non requiratur conſenſus facit tex. in c. 1. de feud. non habente propriam naturam, vbi eſt caſus, quod ſi feudum fuit alicui conceſſum cum facultate alienandi, is poteſt ſine conſenſu domini alienare, & tamen de iure, feudum ſine conſenſu domini alienari non poteſt. c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. c. 1. §. donare qual. olim feud. poter. alien. Idque multò magis debet procedere in emphyteuſi, quę recipit omne pactum. l. 1. & 2. C. de iur. emphyt. Item quia tale pactum debet interpretari vt non ſit eluſorium. c. ſi Papa. de priuil. in 6. l. ſi quando. ff. de leg. 1. l. fin. C. de donat. Item facit, quod creditor poteſt vendere rem pignori obligatam, niſi dictum fuerit quod non poſſit eam diſtrahere, dūmodo ter denunciauerit debitori quod ſoluat, & ipſe
2 renuerit. l. ſi conuenerit. ff. de pign. act. & ſi nihil fuit dictum creditor poteſt vendere vnica tantum denunciatione præcedente. l. fin. C. de iur. domin. impetrandi. ſed ſi conuenerit vt creditor poſſit vendere pignus, ſaltem deberet præcedere vnica denunciatio, quæ non requiritur ſtante dicto pacto de vendendo. d. l. ſi conuenerit. Ergo nec in caſu noſtro, vt pactum aliquid operetur. & hanc opinionem tenent Bald. in l. cum eſſent. §. per plurium. in fi. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & ibi Ang. num. 1. Imol. in cap. potuit. de locato. nu. 68. Rom. in ſing. 409. incip. emphyteuta. qui etiam in fine ſubiunxit ſe mirari, quod Ioan. Andr. in addit. non reprobauit Specul. & hanc quoque opinionem tenet Salicet. in l. vlt. num. 2. de iur. empbyt. & Alex. in conſil. 173. incip. viſo themate, & ſcripturis. num. 5. verſ. & ſic conceditur licentia alienandi. lib. 2. licet Ruin. in conſ. 213. n. 6. lib. 1. cum allegat in conſil. 99. alias 91. lib. 3. & hanc opinionem ſequitur etiam Socin. Sen. in conſ. 3. n. 24 lib. 3. Iaſ. in l. vlt. num. 4. & ſeq. & Ruin. in conſ. 81. num. 6. lib. 1. & communem atteſtatur, & ſequitur etiam Dec. in conſ. 164. nu. 3. verſ. ſecundo reſpondetur, & Pariſ. conſ. 3. nu. 29. lib. 1. & Crauet. qui de feudo loquitur in conſ. 84. n. 11. & conſ. 92. n. 6. & communem profitetur Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q. 13.

verſ. vlterius quæro. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 21. nu. 27. Corb. de cauſa priuationis ob alien. limit. 1. vbi multos allegat, & dicit eſſe com. Limitant tamen prædicti, vt non poſſit fieri alienatio in perſonas prohibitas, vt ſunt potentiores, & alij numerati per gl. in d. c. potuit, nec etiam poſſit emphyteuta propria auctoritate introducere emptorem in poſſeſſionem, ſed id pertinet ad directum dominum. item vt non poſſit emphyteuta alienare rem tanquam allodialem, quia caderet à iure ſuo. item vt debeat ſolui laudemium, vt per Iaſ. in d. l. 2. Corb. & Mãt. loc. cit. Præterea hanc opinionem procedere etiam in feudo, non obſtante Conſtit. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ, quæ prohibet alienationem feudi ſine aſſenſu Regis in Regno, vt non requiratur nouus aſſenſus, quando à principio fuit data poteſtas alienandi, tenet Marin. Frecc. de ſubfeudis. fol. 169. nu. 106. limit. 46. ad dictam conſtitutionem. Pro contraria opinione, vt requiratur conſenſus
3 Eccleſiæ facit, quia pacta debent intelligi ſecundum naturam contractus ſuper quo interponuntur. l. ſi ſtipulatus. in princ. ff. de vſur. l. 2. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt legatorum nomine caueatur. hæc autem eſt natura emphyteuſis d. l. fin. C. de iur. emphyt. Præterea ſunt intelligenda, ne detur occaſio malignandi contra cap. quanto. de diuor. & maximum eſſet Eccleſiæ præiudicium, ſi poſſet fieri alienatio in quoſcunque ſine conſenſu Prælati, vel Rectoris. nam ſi velit offerre iuſtum pretium debet alijs præferri, vt in l. fin. C. de iur. emphyt. pacta enim, & contractus recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi. cap. cum dilectus. de conſuetudine. l. ſi ſerui veſtri. de noxal. actio. Et hanc opinionem tenet Specul. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 94. num. 117. Alexan. conſil. 206. num. 4. lib. 4. Calcan. conſil. 50. il ſecondo. vol. 1. Facit quod reſcripta Principis interpretantur ſecundum ius commune. cap. cauſam quæ, de reſcript. & ibi latè Felin. nu. 5. vbi poſt Dominic. quem allegat reſpondet ad illud Broccardicum, quod verba debent aliquid operari. dicit enim eſſe verum, ſi iuris ratio patitur, ſecus ſi non patitur, & ibi adducit multa ſimilia. Item facit, quod ſi daretur poteſtas alienandi in quoſcunque, non eſſet emphyteuſis, ſed allodium, quemadmodum feudum conceſſum cum poteſtate alienandi in alios quo ad hoc eſſet allodium, vt conſiderat Affl. in cap. 1. de feudo non habente propriam naturam; ergo Prælatus qui habet poteſtatem, vel ex auctoritate Summi Pontificis vel ex conſuetudine, concedendi emphyteuſim abſq; ſolemnitate, non poſſet apponere dicta verba in præiudicium Eccleſiæ, quia eſſet facere rem allodialem vltra eius poteſtatem, & emphyteuta eccleſiæ non poteſt alienare, niſi vtile dominium, vt in c. potuit. de locat. & ad hoc facit, quod feudum conceſſum cũ clauſula, quibus dederit, ſi alienetur, nouo domini conſenſu non indiget, quia eſt allodium, & non retinet naturã feudi quo ad hoc. ſecus eſt ſi dicta clauſula habeat adiectum verbum in feudum, vel titulo feudi, nam tunc eſt magnum dubium, ex dictis per Affl. in d. c. 1. vt tradit Cardin. Seraph. deciſ. Rot. Rom. 99. Item facit, quod quando emphyteuta eccleſię vult alienare, habemus formam traditam à Canone in d. c. potuit, vt debeat nunciare eccleſiæ pretium quod ſibi ab alijs offertur, an velit pro ſe emere d. cap. potuit. quod non poteſt verificari in conceſſione generali alienandi, cum non eueneritt caſus, & tempore euentus poterit eccleſia indigere, vel agi de eius vtilitate, & hac ratione velit pro ſe retinere, qui caſus præuideri non poteſt à principio. & videmus à ſimili in locatione, quod locator non poteſt expellere conductorem, ſed id ei lex permittit quando pro ſe ipſo indiget. l. eædem. C. locati. Ergo Prælatus non poteſt præiudicare eccleſiæ, vt clarum eſt. c. veſtra. de locat. Iac. de S. Georg. de feud. in verbo ita etiam quod ipſi vaſſalli, diſtinguit poſt Rainer. circa licentiam datam alienandi feudum à principio, quod aut ſimpliciter eſt data poteſtas alienandi, & non eſt vltra proceſſum, & procedit opinio Spec. ſed ſi eſſet vltra proceſſum, & dictum quod ſibi in quem alienabitur habeat, tunc procedit opinio Salic. vt non requiratur nouus aſſenſus. Et hanc diſtinctionem ſequitur Capic. in l. Imperialem. fol. 35. col. 2. licet Iacobin. dicat in puncto iuris opin. contra Spec. eſſe veriorem. Item ex prædictis res ſaltem eſt dubia, & in dubio contra ſtipulatorem facienda eſt interpretatio. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulat. ff. de verb. oblig. l. veteribus. ff. de pact. Item in dubijs tenẽda eſt ea pars & opinio, quæ fauet eccleſiæ. l. ſunt perſonę. ff. de relig. & ſumpt. fun. Imol. in c. in præſentia. de probat. Tiraq. latè de pia cauſa priuil. 148. ſed adhuc conſiderandum, differentiam eſſe inter poteſtatem alienandi irrequiſita eccleſia, & interpretationẽ vt eccl. offerendo pretium debeat alijs præ-

4 præferri. nam videmus; quod dominus feu-
di præfertur in emptione fructuum qui pro-
ueniunt ex territorio feudi, quos ſubditi vo-
lunt alijs vendere, & non reperitur expreſ-
ſum quod non poſſint illos vendere irrequi-
ſito domino ob hanc cauſam. nec dicuntur
prohibiti alienare, quia alius offerendo iu-
ſtum pretium, alijs præfertur; hoc enim po-
tius reſpicit præiudicium emere volentium,
quàm poteſtati alienandi deroger. per text.
l. 1. C. de metallis. lib. 11. & ibi Luc. de Penn.
Affiict. in cap. 1. §. poſt natale de pace te-
nenda. Marin. Frecc. de ſubfeudis. lib. 2. au-
ctorit. 38. & dominus præfertur extraneo in
5 emptione fructuum ſui prædij ſpectantium ad
colonum partiarium. l. fin. C. comm. rerum
alienat. Item vbi adeſt conſuetudo iuris con-
grui, vel conſtitutio, vt in cap. conſtitutus.
de in integr. reſtitut. & in conſtitut. regni ſan-
cimus, & multis alijs caſibus, datur prælatio
in emptione, quos enumerat Frecc. loc. cit.
Igitur eſt differentia inter requiſitionem, &
prælationem, & ſucceſſiuè non fit illatio, ec-
cleſia præfertur ergo eſt requirenda. & ſic vi-
debatur dicendum, quod licentia alienan-
di operabitur, vt emphyteuta non teneatur
requirere eccleſiam in alienatione, & pote-
rit alienare, ſed eccleſia offerendo pretium
tanquam directa domina ad inſtar baronis, &
aliorum, præfertur alijs. Nec videtur obſtare,
quod requiſitio ſit ad effectum an velit eme-
re, vt in d. l. fin. & cap. potuit. quia hæc
requiſitio in alijs non expreſſa, ex ſupradi-
cto pacto tollitur, ſed non cenſetur eccleſia
renunciaſſe prælationi ſibi ex alijs iuribus
competenti ad inſtar baronis. Et ſic videtur
reſponſum ad fundamentum opinionis, quod
pactum nihil operetur. quia operatur, vt ſit
valida alienatio ſine requiſitione abſque pœ-
na caducitatis; ſed non tollit prælationem,
ex diuerſis enim non fit illatio. l. Papinianus
exuli. ff. de minor. à ſimili facit notabilis do-
ctrina Bart. in l. fundi. C. de fundis patrim.
vbi dicit quod poſſunt fiſcus & eccleſia ap-
6 ponere pactum, quod per non ſolutionem
Canonis, emphyteuta non incidat in com-
miſſum, ſed per iſtud pactum non tollitur
quin teneatur ad Canonem, & ex hac con-
ſideratione vt poſſit fieri alienatio videtur
verius, quando conceſſio cum tali poteſtate
ſit à Papa, quia Prælatus non habens pote-
ſtatem à Summo Pontifice, vel ex conſuetu-
7 ne alienandi vtile & directum dominium ec-
cleſiæ, ſed tantum in emphyteuſim conce-
dendi, non poſſet in conceſſione emphyteuſis
apponere ſupradictum pactum de alienando,
quia quo ad illud, emphyteuſis efficeretur al-
lodium, vt diximus de feud. cum Affl. in d. c. 1.
de feud. non hab. propr. nat. vbi dicit, quod
ille tex. procedit in principe, non in alijs qui
qui non poſſunt facere de feudo allodium, vt
ſunt Barones in regno Neapolitano, & Præ-
lati inferiores à Papa. Sed adhuc dubito pro-
pter adducta pro negatiuâ opinione, & in
dubio in fauorem eccleſiæ iudicandum eſt c.
fin. de re iudic. & ſupra diximus. pro vera re-
ſolutione recurre ad Vrbem.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſi alienetur in Eccleſiam, an valeat alienatio ſaltem quo ad extimationem.*

2 *Prohibitus acquirere rem, non prohibetur acquirere pretium.*

QVÆSTIO 108.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica alienata in aliam Eccleſiam, an valeat alienatio ſaltem quo ad extimationem.

1 AN ſi emphyteuſis eccleſiaſtica
transferatur in aliam eccleſiam,
quæ connumeratur inter perſo-
nas prohibitas. iuxta gl. & DD.
in cap. potuit. de locato. Iaſ. in
l. fin. num. 91. C. de iur. emphyt. debeatur ſal-
tem extimatio. Specul. de locato. §. nunc vi-
dendum. quæſt. 117. dicit, quod licet eccle-
ſia cenſeatur prohibita quo ad retentionem,
eſt tamen capax extimationis rei, quam de-
bet infra annum vendere. & vltra eccleſiam
id procedit in alia perſona. quæ prohibetur
acquirere rem immobilem. puta per ſtatu-
2 tum prohibeatur forenſis, nam valet acqui-
ſitio reſpectu extimationis rei, cum non ſit in-
capax ex delicto, nec ſtatutum reſiſtat quo
ad acquiſitionem pretij, vt tenent Bart. Bald.
Imol. Caſtr. & alij in l. filiusfamilias. §. ſi quid
alicui. ff. de legat. 1. Anchar. Imol. cap. filius.
de reſtit. & de communi teſtatur Iaſ. in l. apud
Iulianum. §. fin. n. 34. ff. de leg. 1. Rimin. conſ.
453. vol. 4. qui declarat hãc Spec. opinionem
non procedere in ſtatu Ferrarienſi ob bullam
bonifacianã, ampliſſimis verbis trãſlationem

prohibentem, vt ibi per eum. limitatur etiam doctrina Specul. vt non procedat, quando ius concedentis erat eius morte finiturum. vt quia emphyteuſis finite debebat in perſona diſponentis, ex dictis per Bald. & alios in l. quod in terum. §. 1. ff. de legat. 1. & ſic reprehendit Specul. Socin. Iun. in conſil. 74. volum. 1. quem refert, & ſequitur Riminald. loc. cit. num. 25. Et ſupra d. concluſionem cenſeo veram quocunque titulo, ſiuè legati ſiue contractus, fiat alienatio in eccleſiam. per tex. in cap. recolentes de ſtatu Monachorum, vbi acquiſita à Ciſtercienſibus contra eorum regulam, poſſunt commutari in alia quorum ſint capaces, & ſic, etſi detur incapacitas ad acquirendum, non tamen ad vendendum, & commutandum. Erit igitur capax eccleſia extimationis emphyteuſis in ipſam alienatæ.

SVMMARIVM.

1 *Pactum an valeat, quod emphyteuta Eccleſiæ non poſſit expelli per non ſolutionem Canonis per biennium, ſed per triennium.*

2 *Pactum an valeat, quod emphyteuta Eccleſiæ per non ſolutionem Canonis nunquam poſſit expelli.*

QVÆSTIO 109.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica, an in ea valeat pactum, quod emphyteuta ita demum expelli poſſit, ſi per triennium ceſſaſſet à ſolutione Canonis.

1 AN in emphyteuſi eccleſiaſtica valeat pactum, quod emphyteuta ita demum expelli poſſit, ſi per triennium ceſſaſſet à ſolutione Canonis, cum de iure poſt biennium id fieri poſſit? Diccendum quod valet tale pactum, quia contractus ex conuentione legem accipiunt, l. legem, C. de pactis conuentis. & ita tenet Bart. Socin. conſ. 118. lib. 3. Sed an valeat pactum, quod emphyteuta
2 nullo modo poſſit expelli propter non ſolutionem Canonis? dicendum, quod in priuato communiter tenetur quod ſic in l. 2. vbi eſt caſus. C. de iur. emphyt. & ita tenet Specul. & ſequitur Ioan. Andr. in tit. de locato. §. nunc aliqua. verſ. 89. & eſt caſus in l. fundi. C. de fund. patrim. lib. 11. & ibi Bart. tenet tale pactum valere, etiam ſi fiat ab eccleſia, dicit enim quod fiſcus & eccleſia æquiparantur. l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. ſed in d. l. fundi valet tale pactum factum à fiſco, ergo idem erit in eccleſia. ſequitur Socin. loc. cit. Sed prædicta intellige, niſi Prælatus fuerit ſolitus concedere iuxta formam iuris. cap. potuit. de locato. quia tunc non poterit alterare faciendo noua pacta in præiudicium eccleſiæ, niſi conſenſus Summi Pontificis accedat. iuxta extrauag. ambitioſæ. de reb. eccl. ad notata latè in q.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ an poſſit obligare ſpecialiter rem Eccleſiæ.*

2 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an veniat in generali obligatione.*

QVAESTIO 110.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica an veniat in generali obligatione.

1 AN in obligatione generali veniat emphyteuſis eccleſiaſtica. dicendum, quod emphyteuta eccleſiæ poteſt rem emphyteuticam ſpecialiter, & generaliter obligare. gl. & omnes. in l. fin. C. de iur. emphyt. Imol. Alex. in l. ſi domus. ff. de legat. 1. Sed dubium eſt, quando non fit expreſſio. & videtur dicendum, quod non veniat in obligatione generali, nam feudum non venit. cap. 1. §. in generali. ſi de feud. fuer. controuer. inter dominum, & agnat. valet
2 argumentum regulariter de feudo ad emphyteuſim eccleſiæ. Præpoſ. in præludios feudorum circa fin. gloſ. & Bald. in cap. 1. an filius, vel vaſſallus. Imol. in cap. potuit. de locato. Alexan. conſil. 87. lib. 4. Niſi diuerſa ratio aſſignari poſſet, ſed feudum non venit in obligatione generali, quia eſt quid dignius. Iſernia, & alij in d. cap. 1. §. in generale. idem in emphyteuſi eccleſiaſtica ob illius dignitatem. vnde dicunt DD. quod ſicut legitimatus, non cenſetur admiſſus ad feudum. vt in cap. 1. §. naturales. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. cum ibi notatis,

ita

ita nec ad emphyteuſim eccleſiæ, niſi ad illam fuerit expreſsè legitimatus. Imol. & Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. Bero. in cap. in præſentia. de probat. & ex eiſdem concludit Bero. conſ. 127. vol. 1. vt in generali obligatione non veniat. & ita tenent multi nos alibi latius dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia declarans caducitatem, an poſſit petere penſionem temporis præteriti.*

2 *Eccleſia recipiendo Canonem præteritum, an cenſeatur remiſiſſe caducitatem.*

QVÆSTIO 111.

De Eccleſia declarante caducitatem ob non ſolutionem Canonis, an poſſit ab emphyteuta petere penſionem temporis præteriti.

1 PVLCHRA eſt quæſtio: Eccleſia declarauit rem emphyteuticam eſſe deuolutam ob non ſolutionem Canonis; & expulit emphyteutam; an poſſit adhuc petere penſionem pro tempore præterito ſibi debitam? Dicendum quod in emphyteuſi priuata, ſi dominus declarauit caducitatem, & reſeruauit ſibi ius petendi penſionem pro annis præteritis, iſta proteſtatio operatur vt poſſit eam petere; hæc eſt communis opinio de qua teſtatur Boer. deciſ. 309. ſecus ſi non fuit proteſtatus, quia non poterit petere, vt eſt etiam communis opinio, vt teſtatur Gig. de penſion. quæſtion. 75. quicquid contra dixerit Bartol. in l. 2. num. 8. C. de iur. emphyt. Si verò ſumus in emphyteuſi eccleſiæ, tunc ſpeciale eſt in ea, vt poſſit ſemper exigere penſionem, & expellere emphyteutam. per text. in authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 10. verſ. quæro nunc. Cephal. conſil. 18. num. 44. ſequitur Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. titul. 27. numero 72. qui intelligit quando prælatus eccleſiæ declarauit caducitatem, ſecus ſi ante declarationem receperit Canonem, tunc eſt alia quæſtio, an cenſeatur remiſiſſe
2 pœnam caducitatis. in qua ſolet dici, quod non niſi receperit penſionem temporis præteriti, & quando eccleſia non eſt collegiata, aliàs ſecus, quia requireretur conſenſus Collegij, vt per Gig. de penſion. quæſt. 73. per Cardin. Alexandr. in cap. 1. in princip. de his qui feud. dar. poſſ. per Imol. in cap. potuit. de locat. & alios, quos allegat, & ſequitur Iul. Clar. loc. cit. in d. quæſt. 10. in princip. & in verſ. Sed nunquid ea quæ dicta ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an priuetur emphyteuſi, ſi eius rector non ſoluit Canonem.*

2 *Eccleſia an ſit reſtituenda, ſi eius rector non ſoluit Canonem rei emphyteuticæ.*

3 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus Canonem non ſolutum, Prælato exiſtente ſoluendo.*

QVÆSTIO 112.

De Eccleſia, an priuetur emphyteuſi, ſi eius Rector non ſoluit Canonem directo domino, & an in integrum reſtituatur.

1 QVAERITVR, an Eccleſia priuetur emphyteuſi, quam ab alia eccleſia, vel priuato accepit, ſi eius Rector, vel Prælatus Canonem non ſoluit intra tempus à iure ſtatutum. Ioan. Andr. in cap. conſtitutus. de in integr. reſtitut. fuit in opinione, quod eccleſia non poſſit perdere vtile dominium rei, ex ſolutione Canonis non facta per prælatum, quia cum res eccleſiæ non poſſint ſine ſolemnitate. cap. ſine exceptione. 12. q. 2. à Clericis alienari expreſſè, multò magis non poterunt tacitè alienari Canonem non ſoluendo; alias aperiretur via fraudibus contra c. quanto. de diuortio. ſequitur Odofred. in ſumma. de immunit. eccleſ. Hoſt. in ſumma eodem titul. §. 3. quos ſequitur Ruin. conſ. 156. volum. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. num. 69. vbi quod eccleſia non amittit vtile dominium, ſi rector non ſoluit Canonem. ex Abb. in cap. 1. num. 18. de dolo & contumacia. licet poſtea dicat, quod ſit reſtituenda in integrum, de quo infra tractabimus. In contrarium facit, quod

iſta reſolutio venit ex natura contractus. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Item non poteſt dici alienatio, ſed redintegrario iuris domini concedentis, quod videtur promiſſum. arg. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Potuit enim dominus directus conditionem reſolutiuam in conceſſione rei, ſiuè ſi canon non ſolueretur, in præiudicium eccleſiæ acquirentis apponere. iuxta Hoſt. Io. And. Abb. & comm. in cap. verum. de condit. appoſitis. per illum tex. vnuſquiſque enim eſt rei ſuæ moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Et dicunt DD. quod licet res quæ tranſit ad eccleſiam, efficiatur exempta à collectis de iure, poteſt tamen teſtator legando rem eccleſiæ, apponere legem, quod ad collectas teneatur, vt per Ancharan. conſ. 217. & Ruin. conſ. 27. vol. 1. & Epiſcopus in fundatione eccleſiæ ad inſtantiam patroni poteſt conferre in alium ius inſtituendi, quod ad ipſum pertinet de iure, & ſic præiudicare Epiſcopatui. cap. cum dilectus. de conſuet. Item poteſt apponi pactum, quod donator poſſit propria auctoritate ingredi rem traditam eccleſiæ, contractu reſoluto per modum non adimpletum, iuxta comm. in d. cap. verum. Facit, quod licet regulariter delictum Prælati non noceat eccleſiæ. cap. delictum. de reg. iur. fallit tamen ſi ille qui transfert rem in eccleſiam, aliter diſponit expreſsè. vt ſi dixerit, quod ſi per prælatum, vel rectorem res alienetur, vel non ſoluatur Canon ſuo tempore, nam tunc factum prælati nocet eccleſiæ ex ſupradictis. Ang. notabiliter conſ. 168. teſtator. & conſ. 154. Ruin. Ancharan. loc. cit. Tiraquel. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 15. Nec reperitur eccleſia in hoc expreſsè priuilegiata; ergo debet vti iure communi, cum ſit cultrix iuſtitiæ. cap. 1. de alien. feud. Salicet. in authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. & hanc opinionem tenuit gloſ. in d. cap. conſtitutus. Bald. in cap. 1. de alien. feud. & ibi Aluar. §. inde poteſt. & Afflict. Bald. in l. placet. C. de ſacroſan. eccleſ. & in d. authent. qui rem. & ibi Cagnol. teſtatur de communi. Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphyt. num. 48. & ibi Salicet. num. 2. Hoſt. Abb. & alij in d. cap. conſtitutus. Specul. de locato. §. nunc aliqua. quæſt. 15. num. 25. Corb. diffusè, qui alios numerat de cauſa priuat. ob non ſolut. can. ampliat. 27. Et ex ſupradictis patet reſponſio ad contraria. Sed quæritur notabiliter, an eccleſia ſit ſaltem reſtituenda in integrum, vt Canonem ſoluat, & rem retineat ad inſtar minoris, Reip. & communiter tenetur eſſe reſtituendum. Specul. loc. cit. quæſt. 15. num. 26. Iaſ. in d. l. 2. num. 49. Curt. in tract.
2 de feud. quæſt. 18. num. 3. Corb. loc. cit. num. 15. vbi alios allegar. Cardin. Mantic. vbi ſupra. Arig. notabiliter dicto conſil. 168. Sed
3 difficultas eſt, an ſit reſtituenda Prælato exiſtente ſoluendo, vel prius debeat haberi recurſus aduerſus Prælatum. Et quod eccleſia habeat electionem, an velit agere contra prælatum, an verò rem vindicare à tertio eſt. gloſ. not. in cap. 2. in verbo reſtituimus. de in integr. reſtitut. quæ dicit ſpeciale eſſe fauore eccleſiæ. facit tex. ſingul. in l. etiam. C. ſi tutor vel curator interuenerit, vbi datur talis electio minori, an velit agere contra curatorem, vel reſtitui contra poſſeſſorem. eccleſia autem fungitur iure minoris. cap. 1. de in integr. reſtit. & ideò dicit Abb. in d. cap. 2. quod ſi Prælatus damnificauit eccleſiam contrahendo, in iudicio eſt in optione eccleſiæ, an velit agere contra Prælatum, ſeu ipſius hæredes ad emendationem damni, an verò petere reſtitut. in integr. Non tamen eccleſia habet electionem, quando eſſemus in adminiſtratore voluntario, vt in procuratore. quia tunc, quamdiu competit remedium ordinarium agendi contra procuratorem ad intereſſe, ceſſat ordinarium reſtitutionis in integr. l. in cauſa. C. de minor. & d. l. etiam procedit in adminiſtratore neceſſario, vt in caſu noſtro, vt per gloſ. & Bart. in l. cum mandato. §. fin. ff. de minor. Sic etiam intelligitur gloſ. in d. cap. 2. in verbo reſtituimus. vt per Anton. Abb. ibi. In contrarium facit, quod pactum reſolutiuum contractus, impoſitum à domino concedente emphyteuſim, ſeruiret de vento ſi ſtatim daretur reſtit. eccleſiæ, & aduerſus rem, & tamen tale pactū eſt tantæ efficaciæ, quod operatur contra reg. delictum. de reg. iur. in 6. vt delictū Prælati in acquiſitis nocet eccleſiæ, vt ſupra fuit dictum. ex traditis. in c. verū. de cond. oppoſ. multò magis poterit operari vt tollat electionē. Præterea per culpam Prælati amittitur feudum abſque ſpe reſtitutionis, licèt fauor Eccleſiæ operetur vt poſt mortem Prælati ad ipſam reuertatur. §. & iterum ſi clericus. de cap. Corra. & ibi etiam dicit Andr. noſter de Iſern. quod ſi Eccleſia damnum patitur ex amiſſione feudi, Prælato non exiſtente ſoluendo, reſtituetur, & valet argum. de feud. ad emphyt. ex identitate rationis, vt late per Euer. in loco à feud. in emphyt.

phyt. Et hanc opinionem ſtante pacto reſolutiuo, cenſeo veriorem, vt non detur reſtitutio, Prælato exiſtente ſoluendo, quam tenet Ang. d. conſ. 168. Ruin. d. conſ. 27. & latiſſimè alios cumulans probat Corb. loc. cit. ſecus ſi Prælatus non exiſteret ſoluendo. quia contrahens videtur appoſuiſſe pactum in odium perſonarum non ſoluentium, non Eccleſiæ, quæ non poteſt delinquere.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ an ſoluat collectas.*
2 *Canon debitus Eccleſiæ, deducitur in collectis.*

QVÆSTIO 113.
De emphyteuta Eccleſiæ an poſſit collectari.

1 QVAERITVR, an emphyteuta Eccleſiæ poſſit collectari? Bart. in l. priuatè. C. de excuſ. munerum. lib. 10. tenet quod non: quia nõ debet. duplici onere grauari. Alij contra. Bald. in l. placet. C. de Epiſc. & cleric. Andr. de Iſern. c. 1. quæ ſint regalia. verſ. & plauſtrorum. Alex. conſ. 105. vol. 1. quia res ſumit conditionem à perſona, non è contra. idem Alex. ad Bart. in d. l. priuatè. Iaſ. in l. 1. num. 31. C. de iur. emphyt. Brun. de ſtatuto excluſ. fœmin. in 8. art. princ. num. 106. qui dicit, quod ſi ſoluit modicam penſionem, tenetur ad collectas, ſi vero ſoluit penſionem correſpondentem fructibus, non tenetur, & ita intelligatur opinio Bart. Sed in omni caſu di-
2 cit, quod in extimando valorem rei, debet deduci onus quod ab emphyteuta ſoluitur. Idem Purpur. conſ. 332. num. 2. Roland. conſ. 66. num. 34. Menoch. de arbitrarijs caſu 180. Surd. latè qui alios allegat conſ. 338. volum. 3. nu. 13. & ita ſolet practicari, quod ſit deductio canonis. Tu cogita.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an per non ſolutionem canonis per biennium, amittat rem, vel requiratur triennium.*

QVÆSTIO CXIV.
De Eccleſia an amittat emphyteuſim, ſi non ſoluat canonem per biennium alteri Eccleſiæ, vel priuato.

1 CLARVM eſt, quod priuatus non ſoluens canonem Eccleſiæ per biennium, cadit ab emphyteuſi; ſed quando ſoluendus eſt priuato requiritur triennium. l. 2. C. de iur. emphyt. Quæritur modò, ſi eccleſia recepit emphyteuſim ab alia eccleſia, an ſi non ſoluerit canonem per biennium, cadat à iure ſuo, quemadmodum caderet priuatus. Salyc. in auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. fuit in opinione, quod non ſufficit biennium, vt emphyteuſis quam habet eccleſia, cadat in commiſſum, ſed requiritur quod fuerit ceſſatum per triennium in canonis ſolutione, ne illud quod eſt inductum in fauorem eccleſiæ, vt eius emphyteuta per non ſolutionem ſolius biennij poſſit priuari, retorqueatur in odium eccleſiæ, contra l. quod fauore. C. de leg. Sequitur Iaſ. in l. 2. num. 50. C. de iur. emphyt. Contrarium tenet Specul. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 22. quod ſufficiat ſolum biennium, vt ſit par cum ipſo priuato habente ab ipſa eccleſia, in qua lapſo biennio poteſt priuari. Bald. in auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. poſt Iac. Butr. & Petr. quem ſequitur idem Iaſ. ibi dicens Salyc. fuiſſe malè locutum per generalitatem tex. in d. auth. qui rem. vbi dicitur, quod emphyteuta eccleſiæ ceſſans biennio à ſolutione, expellitur, nec diſtinguitur, an ſit priuatus, vel eccleſia. Item quia eccleſia accipiens non eſt priuilegiata tempore, ſicut eccleſia concedens, ergo poteſt vti priuilegio ſuo contra aliam eccleſiam, ex doctrina Bart. in auth. quas actiones. Et pro hac opinione facit tex. in cap. 1. §. fin. de cap. Corra. vbi eccleſia priuatur feudo, ſi Prælatus ſit negligens ſoluere. & interpretationi Salyc. ad illum tex. reſpondet Iaſ. loc. cit. Et hæc opinio videtur mihi verior, maximè per tex. in cap. potuit. de locato, vbi agitur de ceſſatione per biennium. & iſtud fuit inductum, non in odium laicorum, ſed in fauorem eccleſiæ concedentis, vt citius res reuertatur ad eccleſiam. maximè, quia per continuam mutationem Prælatorum, ſi expectaretur per triennium, raro reuerteretur ad eccleſiam; nam elapſo triennio poſſent oriri lites dilationis. quæ ratio militat tam in eccleſia quàm in priuato recipiente, ergo idem ius. l. illud. ff.

ad

ad legem Aquil. Corb.de cauſ.priuat.ob non ſolur.can.ampl.27.num.15.& ſeq.& ſequirur hanc opinionem poſtea concordat, vt opinio Bald. procedat vbi eccleſia obtinet emphyteuſim ab alia eccleſia; & opinio Salyc.quando eccleſia tenet emphyteuſim à priuato.quę concordia videtur etiam æqua.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica finita ob lineam, an ſit renouanda proximioribus agnatis re non integra, vt quia eccleſia alium extraneum inueſtierat.*

2 *Feudum collatum à principe, non debet ſine cauſa auferri.*

QVAESTIO CXV.

De emphyteuſi eccleſiaſtica finita ob lineam, an ſit renouanda proximioribus agnatis re non integra, quia iam Eccleſia alium extraneum inueſtierat.

1 OPINIO Bar.in l.1.S.permittitur.ff.de aq.quotid.& æſt.quod finita emphyteuſi per generationem, poſſunt deſcendentes petere renouarionem,& niſi inueſtiantur ſit eis iniuria,ita quod de iure poſſunt appellare, eſt communiter recepta, & pro ſingulari habita. quam ſolemniter more ſuo ampliat & limitat Gabr. comm.concl.de iur.emphyt.concl.1.Rot.Rom.Card.Seraph. deciſ.610. ponit 6.limit. ad d. regul. aliquas etiam ponit Rot. Rom. diuerſ. part. 2. deciſ. 198. Inter quas dubia videtur illa, quando res non eſt integra, vt quia iam eccleſia, ad quam reuerſa eſt emphyteuſis, extraneum inueſtiuit, & poſtea proximiores agnati vltimi emphyteutę petũt renouationem.Et quod non ſinr admittendi, cum petitionis tempore res non eſt integra,tenet Rom.conſ.70.Alex. conſ.50.lib.3. Gozad.conſ.39.Iul. Clar.in S. emphyteuſis. q.44. verſ. ſed pone. vbi dicit eſſe communem.Ruin.conſ.5.vol.1. & conſil, 25.vol.2.Corſet.in addit.in apoſtill. ad Abb. in cap.bonæ memoriæ. il 2. in verbo, renouationem, de poſtulat.prælat. Pro qua opinione facit tex.in cap.quamuis.de reſcript.in 6. vbi ſi reſtituatur quis ad gratiam reuocatam, in-
2 telligitur reſtitutus dummodo poſt reuocationem & anre reſtitutionem, alij gratia facta non fuerit. facit etiam in cap.1.de natura feud.vbi feudnm ſemel collarum à Rege, vel Imperatore,non poteſt pro libitò ſine cauſa auferri. Contrariam opinionem tenet Alex. in l.ſi mihi & Titio.num.20.ff.de verb.oblig. Ruin.conſ.161.lib.1.num.36. Pariſ. conſ.28. lib.1.Apoſtill.ad Rom.conſ.22. idem Gozad. conſ.86.num.24. & eſſe communem opinionem tradit Rota Romana d.deciſ. diuerſ.198. & multos allegat Riminal. Iun. conſ.444.nu. 49. pro qua opinione Alex. allegat tex. in S. Titius ſi de feud.fuer. controu. inter dominũ & agnat. vbi Titius, & Sempronius ſucceſſeranr patri in feudo, & ex diuiſione inter eos facta, feudum peruenit ad Sempronium, ac Titius fecit pactum Sempronio de illo feudo non petendo ab eo,vel hæredibus ſuis. deceſſit Sempronius ſine filijs maſculis,hærede extraneo relicto, fuit quæſitum, an Titius poſſit petere feudum ab hærede inſtituto, vel ei obſtet exceptio pacti. & reſpondet text. quod poterit petere, non obſtante pacto; & ſic videtur caſus apertus, quod etiam re non integra, qui debebat admitti ſit admittendus. & reſpondet Alex.ad tex. in d.cap. 1. de natura feud.quod non loquitur in caſu,quo in alium eſſet facienda renouatio. Mihi videtur verior prima opinio, vt re non integra non admittatur renouatio. & ad hoc moueor,quod non reperitur iure cautum, quod Eccleſia teneatur requirere conſanguineos,quemadmodum emphyteuta non poteſt alienare irrequiſito directo domino. cap. potuit. de locat. l.fin. C.de iur.emphyt.quinimò tex. in cap.2.de feud.inquit, quòd ſi feudum ſit reuerſum ad eccleſiam, poteſt libere eccleſia illud alijs de nouo concedere; & valet argumentum de emphyt. ad feud. ad finem alienandi ſolita, vt in extrauag.ambitioſæ. de reb. eccl. & per omnes. ſolum Bart. fuit in opinione in æquitate fundata, quod ſi petierint deſcendentes emphyteuræ,ſunt præferendi alijs. quæ æquitas non debet cõtinere eccleſiæ præiudicium, vt priuetur libertate diſponendi, ſi non fuerit petita inueſtitura. Non obſtat tex. in d.§.Titius. quia pactum de non petendo feudum factum à fratre fratri recipienti pro ſe & hæredibus ſuis, intelligitur de liberis hæredibus non extraneis; nam in feudo, appellatione hæredis non veniunt extranei, vt ibi ſingulariter notat Bald. & feudum debebatur fratri altero decedente ſine liberis, nec poterat in eo inſtitui hæres extraneus. Hæc autem intelli-

telligenda ſunt dummodo ceſſet fraus in eccleſia. vt in d. deciſ. diuerſ. 189.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis priuati, an poſſit alienari in Eccleſiam, quæ non moritur.*

2 *Eccleſia, quod numeretur inter perſonas prohibitas recipere emphyteuſim priuati, non est in iure expreſſum.*

QVAESTIO 116.

De emphyteuſi priuati, an poſſit alienari in Eccesiam, quæ nunquam moritur.

1 QVAERITVR, an emphyteuſis poſſit alienari in eccleſiam, quæ nunquam moritur. tex. in cap. potuit. de locato. dicit non poſſe fieri alienationẽ emphyteuſis in perſonas prohibitas, inter quas aliqui DD. numerant eccleſiam. ſed Io. Andr. d. c. potuit. dicit non reperiri de iure expreſſum, quod in eccleſiam non poſſit transferri ius emphyteuticum, & tex. in l. fin. C. de iur. emphyt. & in d. cap. potuit. de locat. loquun-
2 tur, (dum ibi dicitur in perſonas prohibitas non poſſe fieri alienationem,) & intelliguntur de prohibitione facta per pactum appoſitum in contractu emphyteutico, vel per conſuetudinem, & ita etiam intelligitur Imol. in d. cap. potuit. Præterea, poſito quod eccleſia non poſſet acquirere quantum ad retinẽdum pro ſe, tamen quantum ad hoc vt in eccleſiam transferatur titulo inſtitutionis hæreditatis, vel legati, & ipſa alteri idoneo vendat, hoc non eſt prohibitum. & ita de conſuetudine ſeruatur, quod eccleſia intra annum vendat alteri. ſecundum Specul. in tit. de locat. §. nunc vero 7. vbi ad hæc allegat Inac. 12. quæſt. 2. longinquitate rei. ſequitur Io. Andr. & DD. in d. c. potuit. & ibi Io. de Imol. in col. 17. ſuper gloſ. in verbo prohibetur. ſequitur Alex. conſ. 120. vol. 1. vbi id concludit etiam ſtante expreſſa prohibitione de non vendendo locis pijs.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ ſi vagatur, & ignoratur an viuat, an emphyteuſis redeat ad Eccleſiam.*

QVÆSTIO 117.

Emphyteuta Eccleſiæ ſi vagatur per mundum, & ignoratur an viuat, an præſumatur mortuus, & emphyteuſis redeat ad Eccleſiam.

1 EMPHYTEVTA Eccleſiæ vagatur per mundum, & ignoratur an viuat, dimiſſo tamen procuratore, qui ſoluit Canonẽ, an eccleſia propter dubium mortis emphyteutæ poſſit reuocare emphyteuſim, & non admittere procuratorem volentem ſe manutenere in poſſeſſione. Specul. de locat. in §. nunc aliqua. verſ. 144. inclinat in fauorem eccleſiæ, vt poſſit procuratorem non admittere, & ſit commiſſa pœna. In contrarium facit, quod fundans ſe in morte, debet probare ſaltem per famam, alias præſumitur vita. l. nec nos. C. de captiuis. l. ſi quidem. ff. ſolut. matrim. & notatur in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quidem teſtam. pereanrur. Bald, vero in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. dicit eſſe recurrendum ad coniecturas, ſed ſi nihil omnino appareat eſſe iudicandum pro eccleſia. per l. notab. dominus horreorum. ff. locati. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ ſolita concedi in emphyteuſim, an poſſint concedi in feudum ſine ſolemnitate.*

QVAESTIO 118.

Bona Eccleſiæ ſolita concedi in emphyteuſim, an poſſint concedi in feudum ſine ſolemnitatibus.

1 QVAERITVR, an Prælatus poſſit bona Eccleſiæ ſolita concedi in emphyteuſim, concedere in feudum ſine ſolẽnitatibus: breuiter dicendum quod non: quia deterioraretur cõditio eccleſiæ. Nam emphyteuta eccleſiæ ceſſando à ſolutione Canonis per biennium cadit à iure ſuo. cap. potuit. de locato. l. 2. C. de iur. emphyt. Sed feudatarius eccle-

eccleſię, etiamſi non ſolueret cenſum per mille annos non cadit à iure ſuo, vt tenet Specul. de locato. §. nunc aliqua. verſ. 75. Imol. in c. 2. de feud. Gemin. in cap. ad Apoſtolicæ. §. ſed licet. de re iudic. in 6. & ita in terminis quæſtionis tenet Alex. conſ. 9. conſ. 1. & 2. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non cogitur in pluribus ſolutionibus recipere debitum.*

2 *Princeps ex benignitate recipit Canonem ab emphyteuta tribus vicibus.*

3 *Eccleſia, an ſaltem ex benignitate debeat recipere Canonem ab emphyteuta in duabus, vel tribus ſolutionibus.*

QVÆSTIO 119.

Eccleſiæ ſi ſoluatur Canon ab emphyteuta non integer, ſed pro parte in duabus, vel tribus vicibus, an poſſit illum priuare emphyteuſi.

1 REGVLA eſt, quod creditor non cogitur in pluribus ſolutionibus recipere debitum, quia particularis ſolutio. damnoſa eſt, ideo debet debitor totum debitum. liquidum vna vice ſoluere. l. pluris. ff. familiæ erciſcundæ. & l. tutor. §. lucius. ff. de vſur. Nihilominus Imperator vtitur maxima benignitate. & humanitate in ſubditos. decreuit enim in l. placuit. C. de fundis patrim. lib. 11. quod emphyteutæ fundorum patri-
2 monialium Principis, particulatim Canonem debitũ ſoluere poſſint. dum tamẽ particularis ſolutio tres vices non excedat, & in tribus vicibus totus Canõ ſit ſolutus. & ibi ſummopere commendant DD. benignitatem Principis, & etiam fiſci erga ſubiectos, quos non vult nimis grauare, & in l. fi. C. de apoc. publ. lib. 10. qua benignitate non debet Eccleſia, Mater Principum & Regum, ab illis ſuperari. 96. diſtinct. cap. ſi Imperator. cap. alma mater. de ſent. excommun. in 6. cum alijs. Præterea vt alias probauimus, eccleſia poteſt in pluribus
3 vicibus ſoluere pecuniam ſuo creditori, exẽplo libertatis, cuius fauore id permittitur. l. cũ hæres. §. ſi duobus. ff. de ſtatu liberis. & validum eſt arg. de libertate ad eccleſiam, vt ſæpius diximus. Debet igitur eccleſia cuius vbera dicuntur plena dulcedine, ſaltem ex benignitate recipere partem Canonis exemplo Imperatoris. extrauag. vnica. de ſent. excomm. 1. ad Roman. 2. q. 6. Sed non tenetur, quia leges ciuiles oneroſæ eccleſijs non attenduntur authen. caſſa, & irrita. C. de ſacroſan. eccleſijs.

SVMMARIVM.

1. *Emphyteuſis Eccleſiaſtica non poteſt concedi poſt mortem primi emphyteutæ, alijs non deſcendentibus ab eodem Prælato.*

QVAESTIO 120.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica, an poſſit concedi poſt mortem primi emphyteutæ, alijs non deſcendentibus ab eodem Prælato.

1 BREVITER dicendum, quod poteſt cõcedi emphyteuſis laicalis, ſed non eccleſiaſtica. quia ſi illa non finiretur viuente Prælato concedente, non valeret, tanquam collata in tempus alterius Prælati, qui concedere debet. ita Bero. conſ. 116. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 10. quos refert, & ſequitur Cornazz. deciſ. 105. & bene, quia ratio eſt manifeſta. quid autem in feudo diximus ſupra, à quo non ſemper valet argumentum. maxime, quando ius canonicum contradicit, vt per DD. in cap. 2. de feudis, & Prælatus non debet præiudicare ſucceſſori. cap. 1. de ſolution. cap. fin. ne Prælati vices ſuas. cum ſimilibus.

QVINTVM CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Quarta debetur vxori in re emphyteutica, non tamen conceſſa ab Eccleſia.*

QVÆSTIO 121.

An quarta debeatur vxori in re emphyteutica Eccleſię.

NON

1 NON eſt omittendum, quod mulieri debetur quarta in re emphyteutica, dummodo non ſit conceſſa pro Eccleſia, ſed per priuatum; ita tradunt ſingulariter Luc. de Penn. in l. 1. C. quando, & quibus quarta pars. lib. 10. Andr. de Iſern. de inueſtit. de re aliena facta. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus præſcriptionem quadragenariam ex capite ignorantiæ.*

2 *Lex non debet eſſe impoſita verbis.*

3 *Eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptionem quadragenariam, etiam data ſcientia ex ſpeciali priuilegio.*

QVÆSTIO 122.

An Eccleſia reſtituatur aduerſus præſcriptionem 40. annorum ex capite ignorantiæ, & an data ſcientia.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an Eccleſia aduerſus præſcriptionem 40. annorum reſtituatur ex capite ignorantiæ. pro reſolutione ſciendum (ſecluſa Eccleſia, de qua eſt quæſtio noſtra) magnam eſſe altercationem inter Doctores, an detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. annorum, & multi tenuerunt non dari, per tex. in l. fin. C. de præſcript. long. temp. vbi talis præſcriptio currit aduerſus ignorantem, & lex eſſet impoſita verbis, contra l. 2. C. communia. de legat. Item quia in d. l. fin. dicitur, talem præſcriptionem procedere ne inextricabilis dubitationis oriretur occaſio, quod eſſet quia poſt centum annos repertis inſtrumentis antea incognitis peteretur reſtitutio. Præterea in d. l. fin. dicitur, quod præſcribens aduerſus ignorantem eſt ſecuritate pleniſſima tutus; ergo ceſſat reſtiturio; quia alias non eſſet ſecurus. & hanc opinionem tenet Bald. in l. 1. col. 10. C. qui admitti. Anchar. conſ. 170. Aret. latè conſ. 104. & multi alij, quos refert Fel. in cap. vigilanti. de præſcrip. num. 1. & ex modernis hanc opinionem latè defendit Arius Pinellus C. de bon. matern. in auth. niſi triennale. num. 59. & ex modernioribus Vaſq. de controu. illuſtr. lib. 2. c. 75. vbi multa adducit. Theſaur. deciſ. pedemont. 133. quem ſequitur Gaſp. Theſaur. eius filius in q. forenſ. . . . . Nihilominus contrariam opinionem tanquam veriorem & æquiorem, ſequuti ſunt DD. grauiſſimi. Bart. in l. 1. §. ſi quis autem. ff. de itin. actuq. priuato. & ibi Alex. in apoſtill. Abb. in cap. vigilanti, de præſcript. & ibi latiſſimè Felyn. vbi numerat DD. & dicit opinionem Bart. eſſe communiter receptam, ſecundum quam ſæpius fuit iudicatum in conſil. Neap. vt per Affl. deciſ. 37. & deciſ. 329. & vtrobique Vrſill. idem etiam tenuit Rot. Rom. magnæ auctoritatis deciſ. nouiſs. diuerſ. 1. par. 387. data iuſta, & probabili ignorantia, & ex omni parte excuſabili. Nec videtur obſtare tex, in d. l. fin. vt enim dicit Alex. conſ. 173. vol. 2. licet ille tex. dicat ignorantiam non impedire curſum præſcriptionis, non tamen negat quin ſi fuerit iuſta, & probabilis, non debeat ei ſubueniri. idem Abb. & Felyn. in cap. vigilanti. facit tex. in l. Pantonius. ff. de acquir. hæred. vbi tempus prætendendæ bonorum poſſeſſionis, currit hæredi probabiliter ignoranti, ſed datur reſtitutio in integrum, & alia ſimilia affert Felyn. loc. cit. Non obſtant alia ſupra adducta, quibus facilè reſpondetur per Felyn. & Abb. lo-
2 cis cit. Ad illud tamen, quod lex eſſet impoſita verbis, reſpondetur, quod poſt quadriennium à die ſcientiæ non datur reſtitutio. cap. 1. de reſtit. in integr. in 6. Eſt igitur hæc opinio verior & æquior. nihilominus quatenus haberet aliquam dubitationem, in Eccleſia eſt omninò tenendum quod ſpeciali iure aduerſus præſcriptionem 40. annorum ſit reſtituendum, per tex. apert. in Clement. vnica. de reſtit. in integr. vbi indiſtinctè Eccleſia reſtituitur aduerſus lapſum temporis. ergo aduerſus præſcriptionem, quæ cauſatur ex curſu temporis, vt eam generaliter intelligit Abb. in cap. 1. de præſcript. num. 10. quicquid ibi voluerit gl. in contrarium. Præterea minori currit præſcriptio, & tamen reſtituitur. l. vnica. C. ſi aduerſus vſucapionem. & l. fin. C. in quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. Ergo idem in Eccleſia, quæ fungitur iure minoris circa reſtitut. cap. 1. & cap. auditis. de reſtit. in integr. cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. d. Clem. vnica. Nec poteſt replicari, quod dicta iura loquuntur in contractibus, & præſcriptionibus iudicialibus, ergo non debet fieri extenſio. nam d. Clem. vnica loquitur generaliter. Item nec apparet ratio reſtingendi. ſi enim aduerſus contractum datur reſtitutio,

reſtitutio, fortius aduerſus præſcriptionem, cum contractus ſit de iure gentium, & cum partium conſenſu. l.ex hoc iure. ff.de iuſt. & iur. Præſcriptio autem eſt de iure ciuili cauſata citra partiũ conſenſum. Item actus iudiciales ſunt multò fauorabiles, vt detur litium finis. cap. fin. de dolo & contum. Sed aduerſus tales actus Eccleſia reſtituitur, ergo multò fortius aduerſus præſcriptionem extraiudicialem. Et hanc opinionem latè defendit Abb.in cap. 1.de præſcript.vbi teſtatur eſſe magis communiter receptam, quam tenuit Curt.in auth. quas actiones. C.de ſacroſ. eccleſ.& in auth. de eccl. titulis. §. temporalibus. gl.in cap.placuit.il 2.16. quæſt.3.Innoc. Papa Doctor Illuſtriſſimus in cap.1.de reſtit. in integr. & alij multi, quos allegat Abb. in d.cap.1.idem tenet Card.Zabar.& Imol.in d.Clem. vnica. de reſtit. in integr. Roman. conſ.123.circa primum dubium.& conſ.166. viſo diligenter. Ruyn. qui de communi teſtatur conſ.103.vol.4. Facit, quod propter Prælatorũ mutationes præſumitur facilius ignorantia, iuxta l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Alex. Socin in l.cum filius. §. in hac. ff de
3 verb. oblig. Eſt igitur hæc opinio verior, vt abſque dubio Eccleſia reſtituatur aduerſus præſcriptionem 40. annorum. quam etiam latè probat Sforza Odo re reſtitut. in integr. par.2.quæſt 89.vbi multos allegat. Sed quod maximè notandum eſt multi DD.tenent concedi reſtitutionem Eccleſiæ aduerſus quadragenariam præſcriptionem, etiam concurrente ſcientia ex ſpeciali priuilegio. Clem.1. de reſt,t.in integ.& ibi Card. quæſt. 9. Aret. conſ.15.in fin. Rom.conſ.123.nu.4. Honded. conſ.80. lib.2.num.86.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus præſcriptionem centenariam.*

2 *Quadriennium ad petendam reſtitutionem in integrum non currit ignoranti, etiam per centum annos.*

3 *Caſus in quibus præſumitur ignorantia poſt centum annos, ad finem petendi reſtitutionem in integrum.*

4 *Eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptionem immemorabilem iuris paſcendi contra Fiſcum.*

QVAESTIO 123.

An Eccleſia reſtituatur aduerſus præſcriptionem centum annorum.

1 ARDVA eſt iſta quæſtio propter varias opiniones DD. Negatiuam, quod poſt centum annos non detur reſtitutio, tenent Boer.deciſ.39.col.4.num.6.Salyc.in auth.quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. col.2.Pariſ.in cap.placuit.num.20.& 22.de præſcript. Iaſ.in conſ. 209. col. 3. lib. 2. vbi hoc tenet pro indubitato, quia talis præſcriptio habet vim tituli, & priuilegij. ergo abſurdum eſſet quod competeret reſtitutio. item quia hoc modo Eccleſia ſemper reſtitueretur. item Eccleſia inferior erit melioris conditionis quam Eccleſia Romana, cui competit præſcriptio centenaria ſine beneficio reſtitutionis in integrum, ſecundum Boer.loc.cit. quod eſt abſurdum. Item quia probatio ignorantiæ eſſet multum difficilis, cum præſumatur ſcientia ex antiquitate temporis. Contrariam opinionem cenſeo veriorem, quod detur reſtitutio Eccleſiæ, & etiam alijs, quando intra quadriennium datum ad petendam reſtitutionem, vt in cap.1.de in integr.reſtit.in 6.conſiderari poteſt ignorantia, ſed multo magis in Eccleſia, ex infra dicendis. Fundamentum huius opinionis eſt doctrina Bald.communiter recepta in l.falſam.
2 C. ſi ex falſis inſtrum. vbi dicit, quadriennium non currere durante ignorantiæ impedimento, etiam ſi per centum annos læſus eſſet tali impedimento detentus. & hanc doctrinam Bald. recipere totum mundum tradit Sforza Odo. de reſtit.in integr.part.2.q.89. art.6.& 7. vbi tenet hanc opinionem. idem Iaſ.in d.auth. quas actiones. num.35.vbi dicit eſſe perpetuo cordi tenendum, quadriennium non currere ignoranti. Card. in Clem. 1.de reſtit.in integr.Abb.cap.1.de præſcript. Alex.conſ.69.vol.2. latiſſimè id firmat Crauet.de antiq.temp.part.4.fol.294.& ſeq. vbi reſpondet rationibus Iaſ.& Boer. Idem etiam alios cumulans tradit Theſaur. deciſ. Pedemont.133. Si igitur vera eſt doctrina Baldi, ergo etiam poſt centum annos, datâ ignorantia probabili, datur reſtitutio, quia tempus ad eam petendam non eſt lapſum. Non obſtat argumentum Iaſ. quod centenaria, aut immemorabilis præſcriptio habet vim tituli; ergo non competit reſtitutio. nam videmus, quod etiam contra titulum, vere & expreſse

habi-

habitum inter partes datur reſtitutio, vel priuilegio ætatis, vt in titulo. ff. de minor. vel ex cauſa doli, vis, aut ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa viſa fuerit. Nec eſt verum, quod eccleſia inferior, eſt melioris conditionis Eccleſia Romana, quæ non reſtituitur poſt centum annos; nam præſuppoſito pro vero dicto Bald. in dicta l. falſam communiter approbato per antiquos & modernos, datur etiam reſtitutio Eccleſiæ Romanæ aduerſus centum annos. Neque etiam obſtat, quod præſumatur ſcientia ob temporis antiquitatem, & erit difficilis probatio ignorantiæ; nam poterit dari caſus probabilis ignorantiæ poſt centum annos. puta ſi inſtrumentum aliquod fuerit repertum apud extraneum, vel fortè apud aduerſarium; quod oc-
3 cultum fuerit per tantum temporis, vel dolo aduerſarij, aut ex odio, aut inimicitia alterius ſubtrahentis inſtrumentum faciens in fauorem eccleſiæ. Item ſi per incendium, aut bellum inſtrumenta & protocolla notariorum non reperiantur niſi in locis remotis; aut apud ignotos, nonne eccleſiæ ſubueniri debet, vt ſingulariter, & copioſè poſt alios tradit Crauett. loco citato. In eccleſia etiam ſunt in conſideratione, quando fuerunt variæ, & nouæ mutationes Prælatorum, ob quas non fuit facultas iura eccleſiæ inueſtigare. ex talibus enim mutationibus præſumitur ignorantia, & non currit quadriennium. ex gloſ. communiter recepta in cap. 1. de reſtitutione in integrum. libro 6. quam pro ſingulari ſequitur Dec. in conſil. 36. Crauet. vbi ſupra num. 71. nouiſſimè ex noſtris Neapolit. idem tenet Ioan. Ant. Lanar. conſ. 38. vbi dicit, non eſſe ponere os in Cœlum, affirmare Eccleſiam reſtitui aduerſus præſcriptionem centenariam, cum quadriennium currat à die ſcientiæ, & ignorantia propter nouas mutationes Prælatorum præſumatur, & ibi diffuſè conſuluit pro Eccleſia, vt eſſet reſtituenda contra præſcriptionem immemorabilem iuris paſcendi fiſci aduerſus eam. & tanto magis attenta quadragenaria præſcriptione libertatis, arando, & ſeminando territoria ipſius Eccleſiæ, & conſtituendi ſe in poſſeſſionem libertatis, iuxta l. quod autem ff. de ſeruit. quo caſu ſufficiunt quadraginta
4 anni; cum libertatis præſcriptio ſit fauorabilior, quàm ſeruitutis. Rodo. Suarez. allegat. 25. numero 6. & dicit in fauorem eccleſiæ fuiſſe iudicatum Neapoli aduerſus Fiſcum, qui prætendebat præſcripſiſſe jus paſcendi in territorio Eccleſiæ, ex tradit. per Cæpoll. de ſeruit. iur. paſcend. numero 40. & Couarruu. libro 1. variarum reſolut. capit. 17. quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia reſtituitur in integrum poſt quadriennium etiam data ſcientia ob enormiſſimam læſionem.*

2 *Eccleſia an reſtituatur elapſo quadriennio ob enormem læſionem.*

QVAESTIO 124.

De reſtitutione in integrum ſemper competente Eccleſiæ, data enormiſſima læſione.

1 QVAERITVR an poſt quadriennium, data ſcientia læſionis, competat aliquando reſtitutio in integrum eccleſiæ; dicendum quod ſic, in vno caſu extra ignorantiam, quando damnum Eccleſiæ eſſet grauiſſimum, & enormiſſimum; caſus eſt notabilis, cum gloſ. communiter recepta in capit. 1. in fin. de reſtitutione in integrum. lib. 6. & ibi omnes. Anton. Abb. Imol. in cap. penult. de reb. eccleſ. non alienan. Alex. conſ. 47. libro 5. & 150. libro 7. Ancharan. conſ. 136. Iaſ. conſil. 54. libro 1. Roman. conſ. 123. & 369. & 407. Natta conſilio 525. libro tertio. Crauet. de antiquitate tempor. part. 4. numero 71. fol. 295. latè Sforza Odo. alios referens de reſtitutione in integrum. part. 1. quæſtione 19. art. 7. Ea eſt ratio, quia in enormiſſima læſione, impoſſibile videtur quod non contineatur dolus aduerſarij, qui non debet lapſu temporis adiuuari. cap. finali de conſuetudin. vnde in dicto capit. 1. de reſtitutione in integrum in ſexto. in caſu præuaricationis admittitur prorogatio quadriennij propter odium captioſorum hominum. Quanta autem debeat eſſe iſta læſio, tradit pulchrè Socin. conſ. 266. libro ſecundo. column. 10. 2
quod debet intelligi habito reſpectu ad quantitatem redditunm eccleſiæ, & patrimonij ipſius, ſeu facultatis, idque remitti debet arbitrio iudicis. Cranet. & Sforza loco citat. Couarruu. variar. reſolut. capit. 3. num. 13. Aliqui dicunt dici enormiſſimam læſionem,

quando excedit dimidium. Iaſ. conſilio 55. libro primo, allegans alios. quæ opinio ſubſiſtere poteſt, ſed non regulariter. erit igitur remittendum arbitrio iudicis, iuxta ſupradictos. Natta conſilio 255. Dicit tamen Sforza vbi ſupra, non ſufficere enormem læſionem, vt reſtituatur eccleſia poſt quadriennium elapſum; ſed verior mihi videtur opinio Coſtæ in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. numero 82. ſecunda parte. ff. de liber. & poſthum. quod enorme damnum tantum ſufficit. pro qua facit text. in dicto cap. 1. de reſtitutione in integrum. in ſexto. vbi attenta fraude non obſtat quadriennium. & videtur conſideranda fraus in re notabili, & ſic enormi, non enormiſſima. ſed de hac re inferius tractabimus. faciunt notata in ſequenti quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an reſtituatur in integrum ſi ſit læſa citra dimidiam iuſti pretij.*
2 *Eccleſia pro modica læſione an reſtituatur in integrum.*
3 *Eccleſia læſa citra dimidiam iuſti pretij in tertia parte, reſtituitur in integrum.*
4 *Alienatio rerum Eccleſiæ vt ſit nulla, an requiratur læſio, vel ſatis ſit quod non adſit vtilitas.*
5 *Eccleſia reſtituitur in integrum etiam abſque læſione, ſi non adeſt euidens vtilitas. & quid ſi alienatio ſit ob neceſſitatem.*
6 *Lex ſecunda. C. de reſcindenda venditione. procedit etiam quando Prælatus Eccleſiæ vendit ſcienter cum damno Eccleſiæ.*
7 *Eccleſia nullo modo debet lædi in venditione facta ſub haſta.*

QVÆSTIO 125.

De Eccleſia læſa citra dimidiam iuſti pretij, an reſtituatur in integrum, & quid ſi læſio eſt modica.

1 VIDETVR quod non competat reſtitutio in integrum, cum adſit remedium ordinarium l. ſecundæ. C. de reſcinden. vendition. approbatum à ſacris Canonibus in capit. cum dilecti. de emptione & vendition.
vt agatur ad reſciſſionem contractus, vel ad
ſupplendum iuſtum pretium, data tamen
læſione vltra dimidiam. & regula eſt, quod
remedium extraordinarium, ceſſat vbi eſt or-
dinarium, vt dicit Bartol. in l. prima. C. ſi
aduerſus fiſcum. In contrarium eſt veritas,
ſiquidem quando remedium extraordina-
rium eſt pinguius ordinario, extraordina-
rium non ceſſat. ita Bald. Aretin. & alij in
dicta l. prima. Barbat. in dicto capit. cum di-
lecti. columna tertia. remedium autem l.
ſecundæ non eſt ita pingue; eſt enim in ele-
ctione rei, vel ſupplere iuſtum pretium. &
in ſpecie, quod non requiratur in eccleſia
læſio vltra dimidiam, tradit Abb. in dicto
capitulo cum dilecti. in gloſ. in verbo, quæ-
ſtione. Anton. Burgenſ. ibi numero quadra-
geſimotertio. Couarru. libro primo varia-
rum reſolutionum. cap. 3. numero vndecimo.
2 in fine. Quanta autem debeat eſſe læſio ci-
tra dimidiam, vt habeat locum reſtitutio in
integrum, Doctores remittunt arbitrio iudi-
cis. pro valde modica læſione ſecundum ve-
riorem, & magis communem opinionem
Doctorum non eſt concedenda ex l. ſcio. ff.
de reſtitutione in integrum. quod etiam in
Eccleſia procedere tradit Marian. Iun. con-
ſilio octuageſimoquarto. volum. ſecundo,
quem refert, & ſequitur Anton. Gabriel. de
in integrum reſtit. concluſione prima. De-
bet igitur eſſe aliqua ex parte notabilis. An-
ton. de Burg. in dicto capit. cum dilecti. co-
lumna duodecima. verſic. venio ad ſecun-
dum. dicit arbitrio iudicis remitti, ſufficere
re tamen læſionem in tertia parte. quan-
do autem eſſet in minori, arbitrium iudicis
3 erit in conſideranda paupertate Eccleſiæ.
& hanc opinionem ſequutum eſt Conſilium
Neapolit. vt tradit Vincentius de Franch. de-
ciſione 248. Mihi verò ſupradicta videntur
valde dubia. cum enim contractus rei ec-
cleſiæ ſit nullus niſi fiat in euidentem vtili-
tatem eccleſiæ. extrauag. ambitioſæ. de
rebus eccleſiæ non alienand. poſt capit. ſine
exceptione 12. quæſtione ſecunda. capit. 2.
de rebus eccleſ. non alienandis. in ſexto. Cle-
mentina prima, eodem titulo, & alia iura.
ergo læſio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit quod
non adſit vtilitas. vnde Geminian. in dicto
4 capit. ſine exceptione in illa quæſtione, an
vt alienatio rerum eccleſiæ non ſit nulla,
ſufficiat, eccleſiam non eſſe læſam, vel de-
beat eſſe locupletata, diſtinguit, quod aut
fit alienatio propter neceſſitatem, & tunc
ſufficit

ſufficit Eccleſiam non pati damnum, aut
ſit ſolum ex cauſa vtilitatis, & tunc con-
tractus non tenet ſi non adeſt vtilitas. ſe-
quitur Petrus Rebuffus in compendio alie-
nation. rerum eccles. in verſic. vt meliora.
num.71. littera M. & ſic ſupradicta non poſ-
ſunt adaptari, quando alienatio ſit propter
euidentem vtilitatem, ſed fortè poſſunt pro-
cedere, quando alienatio ſit propter neceſſi-
5 tatem, quando notabilis non eſt læſio, arbi-
trio iudicantis. quod nec concluſiue pro
nunc affirmo. & in iſtis terminis videtur in-
telligendus textus in dicto capit. cum dile-
cti, in quo vna eccleſia emerat ab altera.
poſſet etiam dici, quod ibi non fuit actum
remedio extraordinario reſtitutionis in in-
tegrum, ſed ordinario. dicta l. ſecunda. Et
prædicta intelligo multò magis procedere
in venditione rerum eccleſiæ facta ſub ha-
6 ſta, in qua cuilibet priuato competit reme-
dium l. ſecundæ. data tamen læſione in ſex-
ta parte, iuxta doctrinam Bart. in l. ſi duo
ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio, &
proxim. vt per Vrſill. ad deciſionem Afflict.
340. Facit Authen. hoc ius. C. de ſacroſanct.
eccleſ. vbi alienatio rerum eccleſiæ, quæ
ſiebat ſub haſta, non debebat continere dam-
num eccleſiæ. in venditione enim median-
te ſubhaſtatione, non poteſt attendi certum
pretium, prout taxatur ab expertis ad frau-
des euitandas. ſæpe enim ſubhaſtationes
ſunt calumnioſæ. Neapod. in conſuetudin.
Neap. de iure congrui. in verbo, fuerit. Ti-
raquell. de retract. fol. 240. Vrſill. loco cita-
to. Nullum igitur debent continere dam-
num eccleſiæ. Hic obiter non omittendum,
quod ſecundum Bald. l. 2. C. de reſcindend.
vendit. procedit etiam quando eccleſia ven-
3 dens ſcit fuiſſe læſam, quia Prælatus vendi-
tor non habet poteſtatem vendendi, etiam
ſcienter, cum damno eccleſiæ. quinimò iniu-
ſtior eſt contractus propter malam fidem ad-
miniſtrationis. argum. ff. de manumiſſ. te-
ſtam. l. qui filium. & ff. pro emptore. l. qui
fundum. §. ſi tutor.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an reſtituatur in integrum ad-
uerſus alienationem factam cum Decre-
to Commiſſarij Apoſtolici, in euiden-
tem.*

2 *Reſtitutio in integrum an concedenda aduer-
ſus præſumptionem iuris & de iure.*

3 *Decretum iudicis inducit præſumptionem iu-
ris tantum, non iuris & de iure.*

4 *Eccleſia, iuxta veriorem opinionem non indi-
get reſtitutione in integrum, quando alie-
natio eſt facta cum ſolemnitate & decre-
to, ſi deficit cauſa neceſſitatis, vel vtilita-
tis, ſed alienatio eſt ipſo iure nulla.*

QVAESTIO 126.

An Eccleſia reſtituatur in integrum aduerſus alienationem factam cum decreto Commiſſarij Apoſtolici, continente illam cedere in euidentem vtilitatem.

1 RVYN. conſilio 35. numero
37. libro primo tenet, quod
ſi eccleſia contraxit cum au-
ctoritate Papæ, & cum ſolem-
ni expeditione illius condi-
tionis, ſi in euidentem, non admittatur am-
plius ad probandam læſionem, & conſequen-
1 ter nec ad reſtitutionem obtinendam, quæ
non datur vbi non probatur læſio. l. mino-
ribus. C. de reſtitutione in integrum. quem
refert, & videtur ſequi Sfortia Odo de reſti-
tutione in integrum. quæſtione 16. art. 10.
numero duodecimo in illa quæſtione, an de-
2 tur reſtitutio aduerſus præſumptionem iu-
ris & de iure, in qua aliqui negant, ali-
qui affirmant. ipſe verò Sfortia diſtinguit,
aut præſumptio iuris & de iure, facit, & in-
ducit veritatem in hoc, quod quis non di-
catur læſus, & tunc procedit prima opinio,
& allegata pro ea, pro qua ipſe adducit
conſil. Ruyn. quia ſi læſio probari non po-
teſt, reſtitutio non conceditur, vt clarum
eſt. aut præſumptio iuris & de iure, indu-
cit veritatem in hoc, quod facit aliquem
debitorem, vel obligatum, qui non eſt, vel
abſtulit alicui ius ſuum, & inducit amiſſio-
nem illius ex curſu temporis, & tunc proce-
dit ſecunda opinio quod detur reſtitutio:
nam cum illa detur aduerſus rem iudicatam,
quæ dicitur facere veritatem, & conſtitue-
re debitorem victum, & abſoluere victo-
rem, & tamen ex clauſula generali datur re-
ſtitutio aduerſus rem iudicatam, ſi conſtet de
errore iudicis manifeſto, vt in l. ſi mater. ff. de
re iudic. In hac quæſt. contrarium eſt verius,

 quod

quod quantumcunque in alienatione rei eccleſiæ vel minoris, interuenerit decretum ſuperioris, & omnis iuris ſolemnitas, tamen ſi minor vel eccleſia, poteſt probare ſe læſum ex illo conrractu, poteſt petere reſtitutionem in integrum, per text. in l. ſi quidem. C. de præd. minor. qui licet loquatur in minori, tamen minor & eccleſia in materia reſtitutionis in integrum æquiparantur. cap. 1. de reſtitutione in integrum. Et ita in ſpecie tenet Abb. in cap. conſtitutus. numero octauo, reddens rationem, quia decretum ſuperioris inducit præſumptionem, quod omnia ſint legitimè acta, vt in l. 1. & quod ibi notat Bart. C. de præd. decur. ſine decret. non alien. libro decimo. tamen non inducit præſumptionem iuris, & de iure, vnde poteſt probari contrarium, vt in d. cap. conſtitutus. & dicta l. ſi quidem. Quinimò verior opinio eſt, quod nec requiratur reſtitutio in integrum, non obſtante decreto & ſolemnitate adhibita, ſi deficit cauſa alienandi neceſſitatis, vel vtilitatis; ſed quòd alienatio ſit ipſo iure nulla, nec ſit opus reſtitutione, tenet gl. penultima in capit. primo. de in integrum reſtit. & communem dicit Abb. in capit. ſua. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli. Soc. Senior conſil. 29. libro primo. & conſilio 52. libro quarto. vbi dicit, in conſulendo & iudicando ab ea non eſſe recedendum; & multi alij, quos refert, & ſequitur Cardinalis Mantica de tacit. & ambiguis conuentionib. libro quarto. tit. 7. num. 55. quæ opinio videtur probari in capit. 1. de rebus eccleſ. non alienan. libro ſexto. & in Clementina prima. eodem titulo. in quibus vt valeat alienatio duo requiruntur, ſolemnitas, & iuſta cauſa, alias contractus eſt nullus. facit text. in l. magis puto. §. ſi æs alienum. ff. de rebus eorum qui ſub tutela. vbi ſi res minorum cum decreto iudicis ſine iuſta cauſa diſtrahantur, alienatio eſt nulla; idem dicendum eſt in eccleſia, & poſſit opponi quod alienatio fuerit ſubreptitia, ex ſupradictis, poterit igitur opponi de ſubreptione, & ſatis erit. Vide tamen deciſiones Rotæ Seraphini 1125. Papienſ. bonorum. & 508. Placentina bonorum. vbi, quod præſumitur pro Decreto, quod ſit vtilis alienatio, donec contrarium probetur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio poteſt fieri Eccleſiæ cum pacto reſolutiuo; quod res donata redeat ad donatorem, vt tranſeat in aliam Eccleſiam, non ſeruata conditione.*
2 *Text. in cap. verum. de condit. appoſ. late declaratur.*
3 *Rectores Hoſpitalis ſeu Confraternitatis, retinent totam poteſtatem Collegij, in concernentibus vtilitatem, non delictum.*
4 *Monitio requiritur quando aliquid debet fieri ſingulis annis, & dies non eſt expreſſa.*
5 *Mora purgatur quando aliquid debetur ſingulis annis, & non eſt appoſitum tempus certæ diei.*

QVÆSTIO 127.

De legato facto Eccleſiæ pro celebratione Anniuerſarij ſingulis annis, cum pacto reſolutiuo, quod in caſu negligentiæ tranſeat ad aliam Eccleſiam; quæ requirantur, vt fiat reſolutio.

1 CLARA eſt iuris diſpoſitio, quod poteſt apponi à teſtatore in legato facto eccleſiæ pactum reſolutiuum in caſu alicuius modi non adimpleti, vt res reuertatur ad hæredem, vel ad alium. text. eſt, & Doctores ibi in capit. iterum. de condition. appoſit. Quæritur modò, ſi teſtator legauit fundum eccleſiæ pro anniuerſario celebrando ſemel in anno, & in caſu negligentiæ, quod fundus tranſeat ad aliam eccleſiam, an ſtatim in caſu vnicæ contrauentionis Prælati, & ſine alia monitione fiat reſolutio, & fundus tranſeat ad aliam eccleſiam. In hac quæſtione poſt Doctores in dicto capitulo verum, reperi Felynum eleganter eam tractantem conſilio trigeſimoquarto, vbi requirit tria, vt committatur poena. Primum vt debeat concurrere negligentia Prælati, & Capituli. ita Abb. Anton. ibi in dicto capitulo verum. Anton. in capit. final. de donation. quia in quæſitis ſolus Prælatus non poteſt nocere eccleſiæ. gloſ. in §. primo. 17. quæſtione ſexta. & in regula delictum. de regulis iuris. in ſexto. quod ampliat Felyn. in conſilio 34. procedere etiam in gubernatoribus Hoſpitalis, cui eſt factum tale legatum. neque obſtat,

obſtat quod tota poteſtas Collegij, ſeu Confraternitatis hoſpitalis videatur reſidere apud gubernatores. gloſ. ordinaria in rubric. C. quæ ſit longa conſuetudo. & in l. ſed in hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando; id enim procedit in his quæ concernunt vtilitatem Collegij, non delictum, quia in generali mandato non venit poteſtas delinquendi. l. 1. ff. de magiſtrati. conuen. & niſi delictum fiat congregato conſilio, vel ſaltem ratificetur; vt plenè per Ang. conſil. 163. incip. cum multitudo quorumdam Romeorum. Circa hoc dictum Felyni videtur aduertendum, quod ad hoc vt dicatur ſolus Prælatus negligere, requiritur proteſtatio Capituli contra Prælatum, alias ipſum quoque delinquit negligendo. ſatis enim eſt quod teſtator dixerit, quod in caſu negligentiæ anniuerſarij vel alteriùs rei, legatum transferatur. facit, quod licet vniuerſitas non dicatur delinquere, niſi communicato conſilio. gloſ. in l. ſicut. §. quoniam. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis omnes. cap. dilectus. de ſimonia. tamen id procedit in delicto, quando conſiſtit in faciendo; ſecus in omittendo, iuxta Salyc. in l. 1. C. de ſeditioſis. qui allegat l. iubemus nullam. C. de ſacroſan. eccleſ. quem refert, & ſequitur idem Felyn. in dicto cap. dilectus. quod eſt valde notandum. Nam cum teſtator dixerit, & cum non fiat transferatur, non faciendo, omnes delinquunt, niſi proteſtantur. Secundò requiritur monitio, quando dicitur quod aliquid fiat ſingulis annis, & non exprimitur dies. ita tradit idem Felyn. per gloſ. notab. in d. Clem. quia contingit. in verbo, annis ſingulis. quæ dicit, quod vbi ſunt talia verba, ſufficit paratum eſſe, quando requiritur. maximè cum non dicatur die tali. allegat etiam Bart. in l. 1. ff. de penu. legata. & tanto magis ſi adfuit probabilis cauſa intermiſſionis, vt ſi tempore teſtamenti aderant in eccleſia regulares, poſtea clerici ſeculares. Hoc ſecundum requiſitum quod ponit Felyn. eſt valde dubium, cum iam adſit pœna impoſita à teſtatore. quo caſu quamuis Innoc. voluerit in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præben. quod vbi apponitur pœna negatiuè, non committitur niſi præcedat monitio, ſecus ſi affirmatiuè. tamen contra Innoc. tenet Abb. in d. §. qui verò. poſt gloſ. notabilem in l. 1. ff. de his quibus vt indignis. de qua facit feſtum Bart. in l. in cognitione. ff. ad Syllanianum. quæ concludit, quod pœna appoſita non vendicanti mortem defuncti, ipſo facto eſt inflicta, quod habuit quis facultatem vindicandi & non vindicauit. Idem tenet Bald. in l. 1. ff. de his quibus vt indignis. multò magis id debet procedere, quando adeſt negligentia in non refrigerando animam teſtatoris, quæ fortè cruciatur in purgatorio. Tertiò declarat Felyn. quando Rectores eccleſiæ purgauerunt moram, offerentes pecuniam pro Anniuerſario non facto adimplendo, & obtulerunt ſe paratos continuare omni anno. quia vbi eſt appoſita pœna, & tempus non certæ diei ſed annuatim, poteſt mora purgari, ex notabili doctrina Bartoli in dicta l. 1. ff. de penu. legata. Imol. in l. ſi inſulam. ff. de verborum obligation. Paul. de Caſtr. conſilio vigeſimo. incip. In Chriſto, conſuluit in fauorem hæredis qui tenebatur ex teſtamento ſingulis annis facere certum quid ſub pœna priuationis, quod potuerit moram purgare. & dicit Felyn. vſque ad litis conteſtationem, ſed de hoc etiam requiſito videtur dubitandum ex dictis in alia quæſtione, an in hoc caſu propoſito detur reſtitutio in integrum, & admittatur purgatio moræ, ad quam te remitto. concludo tamen in hac quæſtione, quod eccleſia legataria ſit diligens in adimplendo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta Eccleſiæ ſub modo præſtandi alimenta, ſi non præſtentur, an reuocetur, & res donata reuertatur ad dominum.*

2 *Donatio facta Eccleſiæ ſub modo, an reuocetur ſi modus non fuerit adimpletus.*

3 *Donatio facta Eccleſiæ ſub modo, cenſetur continere vt cauſam finalem, pium vſum, non modum.*

4 *Donatio facta Eccleſiæ ſub modo vt conſtruatur capella, & non aliter, nec alio modo, non reuocatur niſi dicatur expreſſè, quod ſi aliter fiat reuocetur.*

5 *Verba adiecta exequutioni non retrahuntur ad præcedentia, quando diſpoſitio præcedens habet perfectam orationem.*

QVAESTIO 128.

De donatione facta Eccleſiæ ſub modo præſtandi alimenta, an reuocetur ipſo iure, ſi non præ-

 ſten-

ſtentur; & an modus præſumatur cauſa finalis donationis factæ Eccleſiæ, vel Deus, & remiſsio peccatorum.

1 QVAERITVR, an ſi donatio fiat Eccleſiæ ſub modo præſtandi alimenta donatori, ſi non præſtentur, ipſo iure dominium reuertatur ad donantem? & videtur quod ſic. ex l. 1. C. de donat. quæ ſub modo, & Eccleſia vtitur iure communi, ſi non apparet ei fuiſſe priuilegium conceſſum. c. 1. de alien. feud. quem ad hoc allegat Salycet. in l. dictam. C. de donat. ob cauſam. & ita tenet Rom. conſ. 284. quem refert Couar. variar. reſol. lib. 1. cap. 14. nu. 6. In contrarium facit, quia donatio facta Eccleſiæ ſub modo, non reuocatur etiamſi modus non fuerit adimpletus, ſed aduerſus eam poteſt agi vt modus adimpleatur. gl. Imol. Hoſt. Ant. Card. Abb. in cap. verum. de condit. appoſ. & dicit Abb. illum tex. eſſe ſing. & ibi Præpoſ. Paul. in l. 1. ff. de donat. Rom. in l. ſi pecuniam. ff. de condit. indeb. Bald. Nouellus de dote part. 6. priuil. 50. Soc. Sen. in l. quibus diebus. §. Termiſſus. num. 15. & 16. ff. de condit. & demonſt. Felyn. in cap. verum. num. 13. de foro compet. & eſſe communem dicit Couar. loco cit. Mant. de tac. & ambig. lib. 13. tit. 44. nu. 10. Et ratio eſt, quia in donatione facta Eccleſiæ, liberalitas collata in pium vſum, cenſeatur cauſa finalis propter Deum, & in remiſſionem peccatorum. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa. limit. 1. num. 58. modus autem adiectus præſumitur cauſa impulſiua, ſicut de libertate etiam dicitur in l. mercia. ff. de manum. teſtam. & de libertate ad piam cauſam valet argumentum, l. proxime, & ibi notat Bart. ff. de his quæ in teſtam. delentur. Bald. etiam id in ſpecie dicit in d. l. dictam. quod donator Eccleſiæ, etiam circumſcripto modo præſumatur Eccleſiæ donaturum. per l. cum is. §. ſi mulier. ff. de condit. indeb. Mant. loc. cit. Nec obſtat fauor alimentorum de quibus loquitur illa l. 1. quia non debet admitti ad læſionem Eccleſiæ, cui maximus etiam fauor exhibetur. cap. fin. de re iudic. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. præſertim quia negligentia Prælati vel gubernatoris, in iure quæſito non debet ei obeſſe. cap. delictum. de reg. iur. in 6. l. pariter. ff. de liber. cauſa. & prædicta procedunt, niſi expreſſè caueatur, quod donatio non ſeruato modo reuocetur. Card. Abb. Præpoſ. in d. cap. verum. Couar. Manric. Eſt itaque ſpeciale fauore Eccleſiæ, vt in dubio donatio non præſumatur facta propter modum appoſitum, ſed principaliter propter Deum, & ſalutem animæ; ſed ſi aliud eſt expreſſum, in claris non eſt opus correctoris. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & actus agentium non operantur vltra intentionem. l. non omnis. ff. ſi cert. petat. Sed pone, quod teſtator hæredem inſtituit eccleſiã, ita quod eccleſia teneatur erogare mille in fabricam cappellæ, & non aliter, nec alio modo, an dicta clauſula importet amiſſionem hæreditatis, ac ſi dixerit, ſi non erogauerit, amittat hæreditatem? & videtur quod ſic. quia dicta clauſula remouet conſenſum. ex latè traditis per Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphyt. de alien. re empt. ſaluo aſſenſu domini, & non aliter, nec alio modo, latè Menoch. conſ. 38. quod dicta clauſula importet conditionem, & faciat deficere conſenſum. Contrarium tenet Io. And. Georg. alleg. 31. num. 19. vt dicta clauſula importet non annullationem diſpoſitionis, ſed præciſam exequutionẽ ipſius; quaſi quod teſtator voluerit omninò mille in fabricam erogari, & non in alium pium vſum. Quæ opinio videtur ſatis æqua, & conformis iuris diſpoſitioni, quæ in ſimili pœnam priuationis non inducit niſi in expreſſis. gl. in Clem. fin. de iure patrim. & fauore eccleſiæ benignior interpretatio facienda eſt. d. l. ſunt perſonæ. quamuis Io. Andr. Georg. ex alijs probet, & ita fuiſſe deciſum in conſ. Neap. teſtatur, ad quem te remitto. Facit concluſio DD. quod diſpoſitio habens perfectam orationem, vbi præcedit, & poſtea ſequitur verbum exequutiuum, tunc alia diſpoſitio adiecta exequutioni non retrotrahitur ad præcedens verbum diſpoſitiuum ſimpliciter prolatum, ita DD. in l. ſi cui. §. hoc legatum. ff. de legat. 1. faciunt tradita per Alex. in l. 1. nu. 2. ff. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Mora irregularis currit fauore Eccleſiæ, vt abſque interpellatione debitor teneatur ad intereſſe.*

2 *Eccleſia ſi non denunciat litem motam, tenetur etiam venditor de euictione.*

3 *Eccleſiis ſi ſiant legata, vel fideicommiſſa, hæres conſtituitur in mora abſque iudicis monitione, iuxta auth. hoc amplius. C. de*

fidei-

ſi ſidecommiſſ. & quomodo id procedat.

4 *Mora irregularis non currit contra debitorem minoris, quando minor non haberet perſonam legitimam cui ſolueretur, quod in Eccleſia rarò contingere poteſt.*

QVAESTIO 129.

De mora irregulari inducta fauore Eccleſiæ, & an Eccleſia teneatur denunciare venditori rem ſibi euictam.

1 CLARVM eſt fauore minoris currere moram irregularem, ita vt conſtituat debitorem in mora abſque interpellatione. tex. eſt in l. in minorum. C. In quibus cauſis in integr. reſtitut. non eſt neceſſ. quætitur modo an id procedat etiam in Eccleſia? & breuiter omiſſis diſputationibus communis opinio ſe habet, idem eſſe in Eccleſia, ex quo minor & Eccleſia de iure æquiparantur.cap.1.cap. auditis, & ibi gl.de in integr. reſtit. gl.in l. reſpublica. C.ex quib.cauſ.maiores. gl.notab.in §.ex maleficijs.in verb.in iudiciũ.inſt.de act. ex qua colligunt ibi Iaſ. Gomeſ. Aret. & alij fauore Eccleſiæ conſtitui debitorem in mora abſque interpellatione, idem tenet Imol. in cap.breui.de iureiur. Alex.in l.quod te.ff.ſi cert.petat.n.8.Bal.in l.1. C.de peric.& commod. rei vend. Rom. in l. ſi ex legati cauſa. ff.de verb. oblig. & alij, quos refert,& ſequitur Couar. lib. 3. var. reſol. c.17.n.4. optimè reſpondens Barbat. & Ant. Burgenſ. contrarium tenentibus, in c. fin. de empt. & vendit. Eſt igitur hæc verior, & communis opinio à qua non eſt recedendũ.ex quo ſequitur, quod
2 Eccleſia ſi non denunciat venditori litẽ motam, etiam venditor tenetur de euictione iuxta c.fin.de empt.& vendit. quemadmodum in minore denunciatio non eſt neceſſaria, ſed ſatis eſt vt venditor ſciat minori motam eſſe litem ex d.l.in minorum. cum non requiratur interpellatio ad conſtituendum debitorem in mora.ex reg. d.l. in minorum, quæ procedit etiam in Eccleſia.ita ſingulariter Couar.loc. cit. Secundo deducitur quod monitio, quæ requiritur in auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. ad priuandum hæredem non adim-
3 plentem poſt lapſum anni, non requiritur in legatis, vel fideicommiſſis relictis Eccleſijs; ſed ipſo iure committitur mora, ità Bald.in d.auth. hoc amplius, ſequitur ibi Iaſ. n.4. Limitat tamen ſecundum Ang. ibi, quod licet verum ſit, quod in legatis Eccleſiarum, aut fiſci, committatur mora ipſo iure, tamen illa mora non ſufficit ad priuãdum hæredem hæreditate. & pro hoc poſſumus adducere, quod pœna priuationis non inducitur niſi exprimatur. gl.comm.recepr.in c.fin.de iurepatron. ſed in priuatione hæreditatis eſt expreſſum vt requiratur monitio iudicis, vt in d.auth. hoc amplius. ergo quando non requiritur ex priuilegio Eccleſiæ, non debet induci priuatio hæreditatis, tenebitur itaque ad intereſſe.ad not.in l.quod te.ff.ſi cert.pet. Inſuper ſciendum quod mora irregularis, vt de-
4 beatur intereſſe minori, non currit cõtra debitorem, quando minor non haberet perſonam legitimã cui ſolueretur. l. cum quidam. §.ſi pupillo.vbi gloſ.& DD. ff.de vſur. quam limitat.ſequutum eſt conſ.Neap. vt per Vinc. de Franch.deciſ.16.n.5.Id autem in Eccleſia rarò contingere poteſt, nam poterit fieri ſolutio, vel rectori, vel Epiſcopo, qui concurrit cum quolibet rectore in defenſione Eccleſiarum inferiorum.c.2.de ſucceſſ. ab inteſtat. & ibi DD. vel eius Vicario.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Apoſtolicus an præſumatur interueniſſe in alienatione rerum Eccleſiæ, quando ex inſpectione inſtrumenti apparet non interueniſſe.*

2 *Teſtamentum Cardinalis, an præſumatur conditum de licentia Summi Pontificis.*

QVAESTIO 120.

De alienatione rei Eccleſiæ, an præſumatur interueniſſe in ea, aſſenſus Summi Pontificis, quando ex inſpectione inſtrumenti apparet non interueniſſe.

1 CONCLVSIO eſt verior, & in praxi recepta, quam ſeruat Rot. Rom. vt beneplacitum Sũmi Pontificis poſt 30. annos præſumatur interueniſſe in alienatione rerum eccleſiæ, vt tradit Cardin. Seraph. deciſ. 671. poſt Anchar. in conſ. 136. Gemin. conſil. 87. Dec. 2
conſ.

conſ.36. & alios. Sed difficultas eſt, quando ex inſpectione inſtrumenti apparet non interueniſſe, an tunc procedat ſupradicta concluſio .& multi tenuerunt non præſumi propter euidentiam facti, ita Paul. de Caſtr.conſ.48. vol. 1. incip. in cauſa quæ vertitur inter Reuerendum Patrem. quem refert, & ſequitur Alex. conſ. 1. vol. 4. col.penul n.21. Iaſ.in l. bonorum.C.qui admitti.n.15.verſ.quinto limita. Affl.deciſ.107. in cauſa domini Moziæ, vbi quod multum operatur euidentia facti. Bald.in l.1. C.de edi.act. & tollitur præſumptio per id quod in cõtrarium apparet. l.cum multæ.C.de donat.ante nupt.& multi alij ſequuntur hanc opinionem, quos refert Ant. Gabriel. com n. concluſ. de præſumption. concluſ.1. num. 57. Contrariam opinionem tenet Felin.in c.ſicut.de re iud.n.33.verſ. ſeptimò, & vltimo declara. poſt Anchar.quem ipſe allegat conſ. 136. propter curſum 30. annorum qui facit præſumi ſolemnitatem, & eſſe purgatum omne vitium. declarat tamen Paul.de Caſtr.& Alex. in loc.cit. vt eorum opinio procedat, quando in inſtrumento enunciatur ſolemnitas, ſed non eſt integrè deſcripta; tunc clarè conſtat ex inſpectione de ſolemnitate non adhibita, ſecus quando in inſtrumento nihil dicitur de ſolemnitate tunc in facto antiquo præſumitur, vt latè per Felin. loc. cit. Idem tenet Crauet. de antiq. temp.par.3.n.27. qui alios allegat. Secundò declarat Fel. quando conſenſus debuiſſet requiri à principio à perſona tali, cum qua non fuit ſequuta diuturna obſeruantia actus, neque aliqua continuata eius notitia; tũc enim non eſſet inducta præſumptio quod illa perſona conſenſiſſet, quia ceſſat ratio quare ex diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe. eſt enim ratio, vt inquit, diuturna obſeruantia, & ſcientia, & patientia eorum cum quibus res eſt geſta, quæ facit præſumi quod ſi à primordio actus fuiſſet minus ſolemnis, non fuiſſet toleratus, ſed impugnatus ab habentibus notitiam defectus ſolemnitatis. vnde infert poſt Alex. quem allegat, quod ſi Epiſcopus iurauit non alienare inconſulto Romano Pontifice, & reperiatur facta alienatio quæ de licentia Papæ nihil exprimit, certè ex diuturnitate temporis non præſumitur dicta ſolemnitas, cum non conſtet, verè vel præſumptiuè, Papam habuiſſe ſcientiam dicti contractus, & ſequitur, & de hac deciſ. nunquam obliuiſcaris: infert etiam, quod ſi apparet teſtamentum Cardinalis antiquum non præſumitur teſtatus de licentia Papæ, niſi teſtamentum fuerit confectum in Curia, & ſit notorium, tunc præſumitur ſcientia Papæ, & per conſequens præambula licentia. ſequitur Affl.in d.deciſ.107. poſt Alex. quem allegat conſ.17.vol.4.col.2.& conſ.9.col.3.vol.2. & Bald.in l.2.C.de legit.hæred.& in l.ſi aliena. ff.de acquir.hæred. in verbo, ſed ſi non adierir, & in l. ſi filius. C. de petit. hæred. vbi ex antiquitate temporis præſumitur ſolemnitas, quia interuenit ſcientia, & patientia illius cuius auctoritas, vel conſenſus præſumitur.& ſucceſſiuè, non probata ſcientia Papæ qui debebat conſentire, non oritur præſumptio. Et ex hac declaratione ſequitur, quod beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, ex curſu temporis non præſumitur dara eius abſentia, ſed benè aliæ ſolemnitates, vt tractatus, & conſenſus Capituli, Epiſcopi, & aliorum qui fuerunt præſentes. Redditur igitur valdè dubia prima concluſio, vt aſſenſus præſumatur. pro qua etiam videtur facere, quod qui ab initio ſine Papæ licentia cum eccleſia contraxit, & poſſeſſionem rei eccleſiæ accepit cõtra iura, præſumitur quod poſt adeptam poſſeſſionem non amplius curauerit de impetranda licentia, vt in reg. qui ſemel malus ſemper præſumitur malus; & ex præterito præſumitur in futurum, vt notat gl. in d. reg. vbi quod requiritur probatio in contrarium, vt tollatur hæc præſumptio. c. ferrum. diſt.51. Et prædicta tantò magis procedunt in perſonis ruſticis, qui ſæpe etiamſi ſciant indigere diſpenſatione, vel licentia Papæ, neque illam impetrant, cũ quibus, præcipuè circa impedimenta iuris poſitiui, Prælati quandoque in praxi vtuntur diſſimulatione. arg. c. quia circa.de conſang.& affin. vel limitarem tamen, quando in inſtrumẽto reſeruaretur auctoritas Sedis Apoſtolicæ, cum clauſula non aliter nec alio modo, tunc colligeretur animus impetrandi aſſenſum.ad notat per Iaſ.in l.2. C.de iur.emphyt.& ex diuturnitate temporis præſumi deberet. Declarat tertio, vt beneplacitum Sedis Apoſtolicæ etiam ſecundum Rot. opin. non procedat, ſi adſit præſumptio in contrarium, vt optimè tradit Seraph.d.deciſ. num. 8. & hæc breuiter circa hanc materiam dixiſſe ſufficiat, hæc dicta ſint per viam diſcurſus, ſed ſi caſus occurrat in perſonis ruſticis, quæ ex conſuetudine, & inopia non impetrant aſſenſum, recurre ad Vrbem pro vera reſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio transfertur ex contractu inutili.*
2 *Poſſeſſio ex contractu inutili, non transfertur fauore Eccleſiæ.*
3 *Alienatio rei Eccleſiæ ſi ſit reuocata antequam interponatur decretum, an poſſeſſori competat remedium poſſeſſorium.*
4 *Reſeruatio Summi Pontificis, inficit poſſeſſionem.*
5 *Alienans rem emphyteuticam irrequiſito domino, cum clauſula non aliter nec alio modo, incidet in commiſſum.*
6 *Excommunicatus ſpoliatus non reſtituitur, niſi fuiſſet ſpoliatus vxore.*

QVÆSTIO 131.

De contractu inutili non transferente poſſeſſionem fauore Eccleſiæ.

1 DICIT Bar. in l.1.§.ſi vir vxori.ff.de acquir.poſſeſſ. quod licet ex contractu inutili transfertur poſſeſſio, vt in d. tex. id tamen fallit in Eccleſia cuius fauore ex contractu inutili non transfertur poſſeſſio. per tex. in l.iubemus.in fin. C.de
2 ſacroſan. eccl. reddit rationem, quia ex contractu inutili non transfertur poſſeſſio, quando perſona eſt talis quæ non poteſt deſinere animo poſſidere, vt pupillus, & Eccleſia. vt in l. pupillus. ff. de acquir. rer. domin. ſequitur Anchar. in cap. 1. per illum text. de reb. eccl. non alien. in fin. & per d.l.iubemus, & eſt cõmunis opinio de qua teſtatur Bened. Bologn. conſ. 30. Sed quæritur, ſi eſt facta alienatio ſaluo aſſenſu Apoſtolico, qui eſt impetratus, ſed ante decretũ Epiſcopus moritur, & ſucceſſor reuocat alienationem, ac de nouo ac-
3 cipit poſſeſſionem, fecitq. emanare banda, & affigi cedulas pro alienatione alijs facienda an dicatur turbare poſſeſſorem, ita quod illi competat remedium poſſeſſorium. Vinc. de Franch. deciſ. 163. tenuit ei competere remedium poſſeſſorium, ex quo etiam bona alienata ab Eccleſia ſine ſolemnitate dicuntur poſſideri. ex tex. in d.l.iubemus. §.ſancimus. C.de ſacroſan. eccl. dum in d. §. ſanè, primo, & ſecundo dicitur bona Eccleſiæ alienata debere vendicari vna cum fructibus, & acceſſionibus medij temporis, tanquam à nullo empta, & vendita, quę vendicatio præſupponit dominium ex parte agentis; & poſſeſſionem ex parte conuenti. §.1. inſtit. de action. Præterea cum Eccleſia æquiparetur pupillo, quemadmodum pupillus perdit poſſeſſionẽ, quando cum auctoritate tutoris contraxit, videtur quod Eccleſia perdat poſſeſſionem, quando cum auctoritate Prælati fuit facta alienatio parte citata, etiam quod annullaretur actus ipſo iure. Iaſ. latè in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Item quia tractare, an poſſeſſio ſit trãſlata vel ne, concernit negocium principale, quod pertinet ad Commiſſarium Apoſtolicum. His, & alijs dicit Vinc. fuiſſe deciſum pro detinente rem Eccleſiæ, ſtante poſſeſſione petentis notoria, & dubietate prætenſorum contra eam. In contrarium facit extrauag. ambitioſę. de reb. eccl. non alien. vbi requiritur aſſenſus Summi Pontificis in alien. rer. eccl. & clarum eſt reſeruationem
4 Summi Pontificis inficere poſſeſſionem. vt per Abb. in c. in litteris. n. 28. poſt Rot. quam allegat. de reſtit. ſpol. Et pro hac parte conſuluit Io. Franc. de Ponte conſ. 96. per totum; ac ita dicit fuiſſe deciſum. prę ſuppoſito tamẽ quod allegans poſſeſſionem, habeat cauſam ab ipſa Eccleſia ex contractu recenti omninò inualido & nullo, ita quod obſtet notorius defectus dominij, & quia non habet poſſeſſionem, ſed nudam facti detentionẽ, non obſtante doctrina Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ. quæ quando eſſet vera fallit in Prælato, qui incontinenti ſe offert probaturum de dominio. vt poſt Bal. refert Alex. ibi n. 30. verſ. decimotertio fallit. Pro hac opinione adduco, quod quando alienatur res ſaluo aſſenſu Papæ, & ante aſſenſum fit traditio, incurritur in excommunicationem ex parte tradentis, & recipientis. iux. d. extrauag. ambitioſæ. etiamſi dicatur non aliter, nec alio modo, vt declarauit fel.
5 record. Clemens VIII. & retulimus in praxi Neap. c. 52. ſicut in ſimili tenet idem Vinc. de Franch. deciſ. 268. poſt Gramm. deciſ. 48. in alienant. rem emphyt. irrequiſito domino: excommunicatus autem ſpoliatus non reſtituitur. Abb. Dec. & alij in c. intelleximus. de
6 iudicijs, niſi eſſet ſpoliatus vxore ad euitandam forte fornicationem vxoris. per gl. in c. quoniam. 11. quæſt. 3. & tunc fit reſtitutio officio iudicis. vt per Ant. & Abb. in cap. fin. de ord. cognit. Deciſio domini de Franch. proceſſit, ſtante dubietate prætenſorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Procurator Eccleſiæ non poteſt habere fidem de pretio in alienatione rerum Eccleſiæ, & quomodo id procedat.*

2 *Prælatus ſeu Rector Eccleſiæ, in venditione fructuum poteſt habere fidem de pretio, & non gaudet priuilegio Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 132.

De procuratore Eccleſiæ, quod non poſſit habere fidem de pretio.

1 QVAERITVR an procurator Eccleſiæ poſſit habere fidem de pretio? dicendum quod non, ſi eſt procurator Eccleſiæ fiſci, vel minoris; etiamſi mandatum non fuerit limitatum. l.ſi procurator.in fin. ff. de iure fiſci.Bart.in l.à diuo pio. §.ſed ſi emptor.n.3. ff.de re iud.vbi reddit rationẽ, quia ipſi non poſſunt vendere niſi ex cauſa,vt creditoribus ſatisfaciant, quam procurator non implet, ſi fidem habeat de pretio, vt in d. §. ſi emptor, & ita etiam tradit Bal. in l. contractib. §. ſed quoniam, n.4. C. de fideiuſſ. & in l. in ciuile. C. de rei vendic. vbi etiam addit, quod ſi talis procurator totum ferè pretium perceperit,
2 & de modica particula fidem habeat, non transfert dominium in emptorẽ,etiamſi vnus nummus deficiat, quia non videtur habere mandatum ad transferendum dominium, niſi totum pretium fuerit ſolutum. ſequitur Mant.de tac.& ambig.lib.4.tit.21.n.4. Idem in exequutore ad pias cauſas, vt non poſſit habere fidem de pretio tradit Bart.in d. §.ſed ſi emptor.ſi verò eſt datum ad non pias cauſas diſtingue.vt per Bart.ibi,& Mant.loc.cit. Secundo declara,quando fuit vendita res eccleſiæ in cuius alienatione requiritur ſolemnitas, ſecus ſi Prælatus vendat fructus, quos liberè poteſt diſtrahere,vt notatur c.nulli. de reb. eccl. Quia in hoc non gaudet Prælatus priuilegio Eccleſiæ,& poteſt habere fidem de pretio, ſicut in alijs regulariter ſufficit.inſtit, de rer. diuiſ. §.venditæ.ita Florian. quem refert,& ſequitur Imol.in cap.inquirendum. de pecul. cler.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ quando dantur in ſolutum, Eccleſia eſt priuilegiata in multis.*

2 *Res vt detur creditori in ſolutum, plura requiruntur.*

3. *Eccleſia ſi debeat decem, dabitur in ſolutum creditori res quæ valet nouem.*

QVÆSTIO 133.

Res Eccleſiæ, quando datur in ſolutum, Eccleſia eſt priuilegiata in multis.

1 REGVLA eſt,quod non poteſt dari loco quãtitatis inuito creditore niſi quatuor concurrentibus. primo vt debitor probet ſe non poſſe ſoluere, ſecundo quod fecerit diligentiam de inueniendo pecuniã, tertio quod offerat rem meliorem cum inſtrumentis, quarto quod offerat fideiuſſorem euictionis. & ita procedit. auth.hoc niſi. C.de ſolut.Rom.conſ.163. Iaſ.conſ.9.num.3. vol.1.Thom.Parpal.in l.2.§.mutui datio.nu. 14. ff.ſi cert. pet. In Eccleſia verò quædam ſunt ſpecialia.primum quod ſi non inuenitur emptor rei Eccleſiæ, res æſtimata dabitur inuito creditore, & dabitur res mediocris,& cũ additamento decimæ partis, vt habetur in auth.de alienat.& emphyteuſi. §. hoc etiam. & in §. hoc ius porrectum. 10. q.2. & ſic Eccleſia eſt priuilegiata in tribus. Primò quia creditor tenetur recipere in ſolutum contra id quod habetur in l.2. ff. ſi cert. petat. quod aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. Secũdò eſt priuilegiata, quod datur creditori res mediocris cum optima dari debeat auth.niſi. C.de ſolut. vel erit in arbitrio creditoris,quam rem velit accipere. l.creditoris arbitrio. C.de diſtract. pign. Tertiò eſt etiam priuilegiata, quia creditor tenetur probare pecuniam verſam in vtilitatem Eccleſię, vt in d.§.hoc autem.& §.hoc ius porrectum,vbi gl. conſiderat iſta priuilegia. Aliud poteſt conſiderari priuilegium circa additamentum decimæ partis, ſed circa hoc ſunt opiniones. nam quidam dixerunt, quod cum creditor grauetur in prędictis,releuatur in hoc,quod res quę dabitur ſibi in ſolutum,debet valere decem partes pluſquam ſit debitum pro quo ipſe accipit in ſolutum. verbi gratia, ſi creditor debet recipere decem, dabitur in ſolutum res pro decem,quæ valebit vndecim. ita dicit gl. in d.§.hoc ius porrectum.Contrarium tenent DD. vt tradit Ang. quos ipſe ſequitur in §. hoc

hoc etiam. in hoc erit Eccleſia priuilegiata, ſcilicet in additamento decimæ partis extimationis. verbi gratia, creditor debet recipere decem, adiudicabitur ſibi res Eccleſię, quæ valebit nouem, & hoc apparet in verſ. additamento d. §. hoc autem. olim enim non fiebat extimationis additio. Et ſi dicatur, nonnè creditor grauatur, reſpondet Ang. certè ſic, ſed ex ſpeciali fauore Eccleſiæ. & dicit Card. de Turrecrem. in d. c. hoc ius porrectũ, quod iſte eſt caſus ſpecialis in quo quis cogitur rẽ alienam emere pluſquam valeat. ex his infertur, quod Eccleſiaſtici religioſi, vel alij non tenentur offerre Calices, vaſa ſacra aurea, & argentea; ſed ſatis eſt offerre res mediocres in ſolutum.

S V M M A R I V M.

1 *Res Eccleſiæ, an ſint concedenda plus offerenti.*
2 *Diminutio ſextæ partis non ſit in alienatione rei Eccleſiæ, quando reperitur alius qui plus offerat.*
3 *Eccleſia, quando vendit rem, non debet recipere ab offerente plus iuſto pretio:*

Q VAE S T I O 134.

De re Eccleſię non concedenda indiſtinctè plus offerenti, ſed ſatis ſit recipere iuſtum pretium ob Eccleſię honeſtatem.

1 QVAERITVR an res Eccle-
ſiæ ſint concedendæ plus offe-
renti, licet alius offerat pretium
conueniens cum vtilitate Ec-
cleſię. & videtur quod plus of-
ferenti; vnde hac ratione fiebat ſubhaſtatio.
§. hoc ius. 10. q. 2. auth. hoc ius. C. de ſacroſ.
eccl. & ita dicit Bart. l. 1. auth. qui rem eod.
2 tit. quod non debet fieri alienatio cum dimi-
nutione ſextæ partis. iux. auth. perpetua. cod.
tit. quando reperitur alius qui plus offerat.
In contrarium eſt veritas, quod ſatis eſt reci-
pere iuſtum pretium, quia Eccleſia cultrix &
nutrix iuſtitiæ, non debet pati aliquid nec cõ-
tra ſe, nec contra alium iniuſtè fieri. cap. 1. de
alien. feud. vnde quamuis alius per affectio-
nem, vel aliam iuſtam cauſam plus offerret,
non debet excludere, qui iuſtum offert cum
vtilitate Eccleſiæ, imò non debet recipere in-
iuſtum pretium ſupra id quod res valet. gloſ.
not. in d. §. hoc ius. quæ dicit, quod ſi quis
plus offerat quam res valeat, non debet Ec-
cleſia recipere, nec debet lucrari cum aliena
iactura. gloſ. in c. 1. de reſtit. in integr. Non ob-
ſtat doctrina Bart. quia debet intelligi dum-
modo non offeratur plus iuſto, & ita tenet
Bero. qui multipliciter reſpondet Bar. in cõſ.
86. num. 6. lib. 1. Declarat etiam Abb. d. gl. vt
procedat quando quis ignoranter offerret vl-
tra debitum valorem, nam Eccleſia non de-
bet adhibere fraudem in contractu. vt in c.
3 per tuas. de donat. ſecus ſi ſciens verum valo-
rem offerat aliquid vltra, nam tunc nulla eſt
deceptio. arg. regulæ ſcienti. de reg. iur. in 6.
Ita dicit Abb. in c. 1. de empt. & vendit. quod
vltimum dictum Abb. videtur rationabile.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ tantum poſſeſſio ſi apprahendatur, intelligitur capta poſſeſsio omnium rerum, & iurium ipſius Eccleſiæ.*
2 *Eccleſia res poſſidet, non Prælatus.*
3 *Prælatus poſſidet naturaliter res Eccleſiæ; Eccleſia ciuiliter.*
4 *Eccleſia vacans dicitur poſſidere, ita quod contra inuaſorem poteſt ſucceſſor intentare interdictum recuperandæ.*
5 *Poſſeſſio rerum Eccleſiæ, an ſit principaliter penes Chriſtum, vel Eccleſiaſticum vniuerſalem, vel particularem remiſsiue.*

Q V Æ S T I O 135.

De ſingulari Eccleſiæ, vt per appręhenſionem poſſeſſionis Eccleſię tantum, intelligatur capta poſſeſſio omnium rerum, & iurium ipſius Eccleſię.

1 AN per appræhenſionem poſſeſ-
ſionis Eccleſiæ tantum, intelli-
gatur capta poſſeſſio omnium
rerum, & bonorum, ac iurium
Eccleſiæ abſque alio actu poſ-
ſeſſorio particularum rerum. & videtur quod
non: nam verior opinio eſt, quod hæres ade-
pta poſſeſſione vnius rei hæreditatiæ, non vi-
detur quæſiuiſſe poſſeſſionem omnium. quia
poſſeſſio factum deſiderat, & ingreſſus vnius
rei hæreditariæ, operatur vt vniuerſum ius
hæreditatium videatur tranſlatum, ſed non
poſ-

poſſeſſio in alijs rebus, quando ſunt plures res alicui debitæ per ſucceſſionē, vel contractum. ita Andr. de Iſern. in c. 1. quid ſit inueſtitura; col. 3. per tex. in l. 1. rectores. & l. qui abſenti. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. ſequuntur communiter DD. in l. quemadmodum. ff. eod. Sed contrarium dicendum eſt in Eccleſia, vt ſatis ſit apprehendere poſſeſſionem Eccleſiæ. ratio eſt, quia ipſa Eccleſia res poſſidet. ita Innoc.
2 Butr. Card. Abb. in c. cum ſuper de cauſa poſſ. & propr. Abb. Fel. in c. conſtitutus. de relig. dom. Pariſ. conſ. 24. n. 5. lib. 1. Guidop. deciſ. 355. Cacher. conſ. 54. n. 2. & videtur caſus in l. iubemus. in fin. C. de ſacroſan. eccl. & in l. raptores. C. de Epiſc. & Cler. Qua de re dicitur, Prælatum poſſidere naturaliter, Eccleſiā verò ciuiliter. Abb. & Fel. vbi ſupra. Couarr. var. lib. 3. c. 16. nu. 3. Rot. nouiſſ. par. 1. deciſ. 19. alios adducit, & ſequitur Peregr. de fideicommiſſ. art. 48. num. 79. ſimiliter ſi Eccleſia habet Cappellam ſubiectam, aut Ciuitatē, & ſi
3 quis nanciſcatur poſſeſſionem Eccleſiæ, vel Ciuitatis, acquirit poſſeſſionem in Cappella & Caſtro ſubiectis, quia membra caput ſequuntur c. cum non liceat. de præſcript. Soc. conſ. 7. lib. 1. Capic. deciſ. 1. vbi quod capta poſſeſſione Ciuitatis Metropolitanæ, intelligitur capta poſſeſſio totius Prouinciæ. Et prędicta ſunt adeo vera, quod Eccleſia poſſidet.
4 quod ſi quis ingrediatur poſſeſſionem Eccleſiæ vacãtis, poteſt Prælatus ſucceſſor agere tanquam contra inuaſorem, quia poſſeſſio non erat vacans, quamuis vacaret Eccleſia. Specul. de petit. & poſſeſſ. §. 1. verſ. ſed pone. Abb. & alij in d. cap. cauſa ſuper. An autem
5 poſſeſſio ſit principaliter penes Chriſtum, vel Eccleſiam vniuerſalem, vel ſingularem vide DD. vbi ſupra. & Card. de Turrecrem. in cap. videntes. 12. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ res ſtante euidentiſſima vtilitate, an poſſint alienari ſine ſolemnitate.*
2 *Ordo iuris non requiritur in notorijs.*

QVAESTIO 136.

Eccleſiæ res licet quandoque alienare ſine ſolemnitate in eius fauorem.

1 QVAERITVR an res Eccleſiæ poſſint alienari propter euidentiſſimã, & notoriam vtilitatem ſine ſolemnitate; dicendum quod ſic: vt res vtiliores ſtatim comparentur. Affl. in rubr. de vaſſallo, qui contra conſtit. Lothar. beneſic. ali. nu. 2. Soc. conſ. 71. num. 69. & ſeq. lib. 1. & conſ. 28. n. 10. Pariſ. conſ. 16. n. 99. lib. 2. Mant. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 7. n. 28. Petr. de Anchar. ſingulariter conſ. 193. incip. Subtiliter, & ad plenũ. quia ſolemnitas adhibetur, vt liqueat de vtilitate, & in claris nõ eſt opus coniecturis. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. ponit exemplum in ſententia, quam procedere
2 debet ſolemnis & exacta diſcuſſio, & iuris ordo. l. prolatam. C. de ſententijs. 30. q. 1. c. iudicantem, & in facto notorio ſolemnitas relaxatur. cap. ad noſtram. el terzo. de iureiuran. ſequitur Fel. conſ. 42. vbi tenet quod cantor ſucceſſor non potuit reuocare conceſſionem domus factam à prædeceſſore cum euidentiſſima vtilitate.

SVMMARIVM.

1 *Locationi rerum Eccleſiæ facta à Prælato nomine proprio per triennium in vtilitatem Eccleſiæ, tenetur ſucceſſor ſtare, ſi ſit vtilis Eccleſiæ.*
2 *Contractus quilibet præſumitur realis, ita vt tranſeat ad ſucceſſorem.*
3 *Eccleſiæ nomine dicitur fieri contractus ex coniecturis, etiam ſi nomine proprio rectoris celebratus fuerit; & quæ ſint iſtæ coniecturæ.*

QVAESTIO 137.

Eccleſiæ fauore ſi locatio rerum fiat à Prælato etiam nomine proprio per triennium, ſucceſſor tenetur ſtare locationi, ſi ſit Eccleſiæ vtilis. 1

1 QVAERITVR, locatio eſt facta à Prælato ad modicum tẽpus; 2 puta triennij, an ſucceſſor teneatur ſtare, ſi deficit auctoritas ſuperioris? dicendum quod tenetur ſtare etiam ſi deficiat auctoritas ſuperioris; quia Prælatus habet plenam poteſtatem locandi res Eccleſiæ ſuæ, dũmodo locatio fiat ad modicum tempus; & pro Eccleſiæ vtilitate, & in hoc caſu poteſt Eccleſiam obligare. gl. in cap. vlt. no Prælati vices ſuas. quem ſequitur Innoc. Ioan. Andr. Ioan. Calder.

Calder. Card. Abb. & Ioan. de Anan. Socin. Sen. conſ. 134. num. 7. lib. 3. qui reprehendit Ant. aliter dicentem in d. cap. vlt. in verſic. ſi deficit. Decian. conſil. 14. num. 9. verſ. ſecundo. libro ſecundo. Riminald. Iun. late conſil. 292. qui loquitur de locatione triennij, & eſſe communem opinionem dicit Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 13. numero 12. nam quilibet contractus ſecundum Socinum dicitur realis, vt tranſeat ad ſucceſſorem. l. ſi pactum. ff. de probation. Bart. in l. qui in futurum. ff. de pactis. Perſonalis autem tunc dicitur, quando fit ſine auctoritate ſuperioris, ſi aliter fieri non poterit. ergo ſi fieri potuit, dicitur realis, veluti cum locatio fit à Prælato ad modicum tempus, vt pulchrè per Socinum. Duo tamen requiruntur, vtilitas Eccleſiæ, & quod nomine Eccleſiæ ſit facta locatio. cap. hoc ius. 12. quæſt. ſecunda. alias non tranſit in ſucceſſorem, niſi auctoritas ſuperioris interceſſerit. Nomine autem Eccleſiæ dicitur fieri, etiamſi fiat nomine proprio, dummodo id ex coniecturis percipiatur, vt ſi ſit facta ſub nomine dignitatis, dummodo non ſit reſtricta ad perſonam ipſius locatoris. Hoſtienſ. & Ioann. Andr. in dicto capit. final. vel ſi in locatione aliquod onus ſit iniunctum Eccleſiæ, argum. l. nonnunquam. ff. ad Trebell. Bart. in l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipulat. ſeruorum. aut aliæ coniecturæ. Pro vtilitate autem Eccleſiæ dicitur fieri, ſi Eccleſia indigebat reparatione, vel alia expenſa. Cardin. in Clementina 1. in princip. de rebus Eccleſ. ſi fiat locatio vt ſoluantur debita nomine Eccleſiæ contracta. Bart. Bald. in Authen. hoc ius. C. de ſacroſ. eccleſ. nam hoc caſu debet probari debita fuiſſe ſoluta. Anton. in dicto cap. fin. Dicitur etiam locatio vtilis Eccleſiæ, ſi euidenter damnum non patiatur. Paul. de Caſtr. conſ. 2. num. 3. libro 1. Sed ſi Eccleſia dixerit ſe eſſe læſam, poterit petere reſtitutionem in integrum. cap. 1. de in integrum reſtit. veluti ſi probet locationem potuiſſe fieri pro maiori mercede. Caldet. conſil. 1. Item ſi in inſtrumento non ſit ſcriptum locationem eſſe factam nomine Eccleſiæ, ſed fuerit dictum Franciſcum contraxiſſe eo modo, quo melius fieri poteſt. quia ſine dubio intelligitur contracta nomine Eccleſiæ. cum enim voluerit eam valere vſque ad tempus expreſſum, & vſque ad illud tempus non poſſit ſortiri effectum, niſi Eccleſiæ nomine facta fuerit, neceſſe eſt dicere eum contraxiſſe nomine Eccleſiæ. nam cum verba patiantur hunc intellectum, locatio ſic debet intelligi, vt potius valeat quàm pereat. cap. inter dilectos. §. cæterum. de fide inſtrum. & l. quoties. ff. de rebus dubijs. Geminian. conſil. 17. numero duodecimo. verſic. poſſet argui. Socin. Sen. dicto conſil. 134. pro declaratione ſupradictorum, ad quem te remitto. vide Mantic. loco citato.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſia dos an habeat tacitam hypothecam.*
2. *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt.*
3. *Eccleſia habet tacitam hypothecam in bonis Prælati malè adminiſtrantis.*

QVAESTIO 138.

An fauore Eccleſiæ pro eius dote inducatur tacita hypotheca, & de tacita hypotheca in bonis Prælati malè adminiſtrantis.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an hypotheca tacita inducatur pro dote Eccleſiæ, quemadmodum pro dote matrimonij carnalis, iuxta l. 1. C. de rei vxor. act. ita quod bona conſtruentis Eccleſiam ſint tacite hypothecata pro dote. & videtur quod ſic: arguendo de matrimonio carnali ad ſpirituale, quod argumentum eſt validum. capit. 2. de tranſlation. Prælator. cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lit. non conteſtat. cap. cum inter canonicos. de electión. & probat latè Euerard. in loco de matrimonio carnali ad ſpirituale. In contrarium facit, quod nulla hypotheca tacitè inducitur, niſi ſit expreſſum in iure. toto tit. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypoth. tacitè contrahatur. ergo non eſt diſcedendum à regula. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. obligationum ferè. §. placet. cum ibi notat. ff. de action. & obligat. Nec videtur obſtare argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, quia nullum interuenit matrimonium ſpirituale, tantum fuit conſtructa Eccleſia. Prætetea ſatis dicitur grauatus conſtruens, ſi dicimus quod cogitur ipſe, & eius hæredes dotare Eccleſiam. capit. fin. de

M con-

conſecrat.eccleſ.Sed prima opinio verior eſt, & ſupradictis rationibus poteſt reſponderi, quod licet nullum matrimonium fuerit contractum, tamen ſperatur contrahi, quia ſperatur prouideri de rectore Eccleſiæ, & ſic videtur agi de dote matrimonij ſpiritualis futuri. Secunda ratio eſt etiam dubia, quia in matrimonio carnali ſi dos detur ſimpliciter, ius fingit ſtipulationem præceſſiſſe, & ſic actionem perſonalem, & etiam dat hypothecariam. ergo eodem modo non videtur abſonum ſi dicatur, quod ſit inducta hypotheca pro dote eccleſiæ. Et hanc opinionem dicit eſſe æquiorem Ioann. de Imol. conſil. 50. de conſecration.eccleſ.Facit quod nullus tex. dicit, bona Prælati eſſe tacitè hypothecata pro mala adminiſtratione bonorum Eccleſiæ, quemadmodum cauetur de bonis tutoris. vt in l. pro officio. C. de adminiſtration. tutor. Sed quia Prælatus in multis æquiparatur tutori, propterea competere etiam Eccleſiæ tacitam hypothecam tradunt Doctores. gloſ. ſingularis in cap. ex litteris. de pignor. & ibi Abb. Neguſant. de pignor. ſecunda parte. quarto memb.numero 139.qui alios allegat. Item facit, quod omnia priuilegia competéntia doti carnali, competant doti Eccleſiæ, vt latiſſime probat Paulus de Cittadinis in tractatu de iur.patron.in 3.part. 12.quæſt. ſecundæ cauſæ. Camb. in eodem tractatu 8. artic.5.quæſt.princip.1. par.7. lib. vbi enumerat multa priuilegia competentia doti mulieris, extendenda ad dotem Eccleſiæ, & in ſpecie quod quemadmodum dos mulieris præfertur omnibus creditoribus, tam in actione reali quàm perſonali, etiam prioribus tempore, & habentibus tacitam hypothecam. l. aſſiduis. C. qui potiores in pignore habeant. idem dicendum etiam in Eccleſia. Et licet tale priuilegium non poſſit verificari in Eccleſia, quia non venit dos reſtituenda, tamen poteſt verificari in caſu ſimili, nempè vt habeat hoc priuilegium anterioritatis contra creditores rectoris pro recuperanda dote, vel parte per eam alienata, vel contra fundantem eccleſiam pro habenda dote. Dicit etiam quod dos Eccleſiæ eſt magis priuilegiata, quàm dos mulieris, ad quos te remitto. Validiſſimum eſt argumentum de dote mulieris ad Eccleſiam; vel aliam piam cauſam; cap. 1. §. donare. quibus mod. feud. olim alien. poterat. Euerard. late in loco de dote ad piam cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quando ex mutuo obligetur, & an ſemper ſit probanda verſio in eius vtilitatem.*

2 *Creditor non debet probare verſionem in vtilitatem Eccleſiæ, quando pecunia à Prælato cum Capitulo recepta eſt mutuo, & in alijs caſibus.*

3 *Verſio in vtilitatem Eccleſiæ, an ſit probanda vere, vel ſufficiant coniecturæ.*

4 *Coniecturis multa ardua probantur.*

5 *Verſio pecuniæ in vtilitatem Eccleſiæ, debet probari in mutuo, depoſito, & quando Eccleſia vendit pro debitis ſoluendis.*

6 *Verſio in vtilitatem Eccleſiæ, an ſemper debeat probari quando alienatio ſit in determinatam cauſam.*

QVÆSTIO 139.

De priuilegio Eccleſiæ, quod ex mutuo non obligetur, niſi probetur verſio in eius vtilitatem.

1 ECCLESIAE priuilegium eſt, quod ex mutuo obligari non poteſt, niſi probetur pecunia verſa in eius vtilitatem, exemplo Ciuitatis, iuxta l.Ciuitas. ff.ſi certum petat. probatur in cap. penult. de fidéiuſſ. in Authen. hoc ius porrectum. & ibi Bald. num.9.C.de ſacroſ. eccleſ. & conſ.335.nu.1.lib. 3. Ang.conſ.245. verſ. ſed dicendum. Rom.conſ.440. nu.5. Paul.dé Caſtr.conſ.337.nu.1.& ſeq.lib.1.Abb.in c.1. de depoſito, & in d.cap.pen.& in cap.3.de ſolut.& conſ.7.lib.2.Ruin.conſ.29.lib.5.Card. Mant.latiſsimè de tac.& ambig. lib.8. tit.12. Onus autem probandi pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ, incumbit creditoribus. Authen.hoc ius. ibi, verſam eſſe probauerit. facit l.1. C.de ſolut. & liberat.debitor.lib.11.& Bart.in l.Ciuitas.ff.ſi cert.petat.

2 Non tamen neceſſe eſt probare verſionem, quando pecunia à Pręlato cum conſenſu Capituli recepta eſt. gl.Salyc. in d.auth. hoc ius porrectum. Bald.in d. l.Ciuitas. Idem quando pecunia eſſet data conſilio Ciuitatis, vel Eccleſiæ, vel adminiſtratori, cum conſenſu concilij, & mandato ad obligandum pro mutua pecunia. Alex.in dicta l.ciuitas. Honded. conſil.212.num.ſecundo.alias magnum eſſet incommodum eccleſiarum, & ciuitatum, quia

non

non poſſent de facili reperire, qui in neceſſitatibus vellent eis mutuam pecuniam dando ſubuenire, & quod earum fauore inductum eſſet, in odium verteretur. Alciat. in d. l. ciuitas. Rip. in l. ſi is qui. num. 10. ff. de pignor. Couar. var. reſolut lib. 2. cap. 17. n. 3. Item non eſt probanda verſio, quando ſyndicus habet mandatum à conſilio, vt mutuam pecuniam accipiat in certam cauſam, & ipſe tempore quo accepit pecuniam, aſſeruit ſe in eam cauſam recepiſſe. Bart. in d. l. ciuitas. num. 7. per l. 1. §. non autem. ff. de exerc. act. Salic. & Alciat. ac Honded. locis citatis. Nec eſt probanda verſio, ſi creditor agat contra Prælatum qui ex fructibus poteſt ſatisfacere, cum eorum liberam habeat adminiſtrationem. cap. cum nobis. de elect. cap. is cui eod. in 6. Abb. in d. cap. pen. num. 6. de fideiuſſ. & in cap. 1. num. 3. de depoſito. vnum tamen eſt aduertendum, quod ſi mutuum eſt factum à Prælato & Capitulo, vel in caſibus ſupradictis in quibus non eſt probanda verſio, & eccleſia reperitur læſa, poteſt petere reſtiutionem in integrum ad inſtar mutui facti minori cum auctoritate curatoris, qui poteſt reſtitui niſi probetur verſio. l. 1. & 2. C. ſi aduerſum creditorem, & clarum eſt eccleſiam æquiparari minori. cap. 1. de reſtitut. in integr. & ſufficit eccleſiæ hoc caſu allegare læſionem, licet non probet. ita ſingulariter Imol. in dicto cap. 1. de depoſito. ſub num. 17. quod eſt notandum, quia alias eccleſia vt reſtituatur, debet probare læſionem. ad notat. in dicto cap. 1. de reſtit. in integr. vide Imol. in dicto cap. 1. de depoſito, qui latiſſimè hanc materiam pertractat. Hæc autem verſio, an debeat proba-
3 ri verè, vel ſatis ſit per coniecturas, ſunt opiniones. & quidem gloſ. in §. ſi verò quis. in authent. de alienat. & emphyt. requirit veram probationem, cum agatur de obliganda Eccleſia, vel Ciuitate ex facto alterius, per dictam l. Ciuitas. gl. verò in dicta auth. hoc ius dicit ſufficere coniecturas, & primam opinionem eſſe magis communem dicit Alexand. in dicta l. Ciuitas. pro qua facit dict. cap. penult. de fideiuſſ. vbi dicitur monaſterium ex cauſa mutui non poſſe conueniri, niſi fortè in vtilitatem ipſius manifeſtè conſtiterit pecuniam redundaſſe. ac poſterior opinio, vt ſufficiant coniecturæ, verior, & rationabilior videtur, ne anguſtetur materia probationum. l. quoniam. C. de hæretic. nam conſanguinitas carnalis co-
4 pula, & violentia, & multa alia ardua, probantur coniecturis. cap. licet ex quadam. cap. præterea. de teſtibus. cap. litteris. de præſumption. l. ſi quando. C. vnde vi. cum ſimilibus. & ex coniecturis dicitur etiam quid manifeſtè conſtare. l. licet Imperator. ff. de legat. 1. gloſ. in l. ſi tutor petitus. C. de adminiſt. & pericul. tutor. Mant. pulchrè loco citato. Coniecturæ autem debent eſſe probabiles, quia ſi Eccleſia ſubtilitatibus vteretur, tempore vrgentis neceſſitatis non inueniret cum quibus contrahere poſſet. l. verum. §. ſi locupleri. ff. de minor. gloſ. in cap. 2. §. hoc ius porrectum. 10. quæſtione ſecunda. Federic. conſilio 119. coniectura autem probabilis videtur eſſe, ſi conſtat, quod tempore mutui contractus, Eccleſia vel Ciuitas pecunia indigebant. ita multi tenent, quos refert Alciat. in dicta l. Ciuitas. Sed contraria opinio communior eſt, quam tenet gloſ. in §. ſi verò quis. in auth. de alienat. & empt. vt teſtatur Alexand. in dicta l. Ciuitas. numero vndecimo. Non enim ſequitur, Eccleſia indiget pecunia ob talem cauſam, ergo pecunia mutua in eius vtilitatem verſa eſt. ſuſtinetur autem ſecunda opinio ſi paulo poſt mutuum neceſſitati Eccleſiæ conſultum eſt, tunc præſumitur ex ea pecunia id factum fuiſſe. argum. l. fin. ff. de alim. pup. præſtandis. Bald. in dicta authen. hoc ius. Roman. in dicta l. Ciuitas. numero octauo. Ripa in dicta l. is qui bona. numero decimo. in fine. ff. de pignor. Vel ſi probetur poſt mutuum receptum, fuiſſe factam aliquam refectionem ad commodum Eccleſiæ, argum. dicta l. final. ff. de aliment. pupill. præſt. Bald. conſilio 353. numero ſecundo. verſic. modo probatur. libro tertio. Vel ſi poſt mutuum appareat, Ciuitatem vel Eccleſiam emiſſe fundum vtilem alicuius æſtimationis. tunc mutuam pecuniam in eam cauſam præſumitur ceſſiſſe. Alberic. in dicta authent. hoc ius. Alciat. in dicta l. Ciuitas. numero ſexto. Item dicitur verſum in vtilitatem Eccleſiæ, quod fuit impenſum pro neceſſitatibus ipſius Epiſcopi. nam Epiſcopus eſt in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo. cap. ſcire debes. 7. quæſtione prima. Abb. in capitulo primo de ſolut. Calder. in conſilio primo eodem titulo. Felin. in cap. cum dilecta. numero octuageſimoquinto. de reſcript. Quare ſatis eſt probare, quod mutuum contraxit pro victu vel infirmitate. Debet etiam probari pecunia verſa in vtilitatem Eccleſiæ,

vltra mutuum in depoſito, & quando Eccleſia vendit pro debitis perſoluendis. ita ſe habet communis opinio in cap. 1. de depoſ. Dec. conſil. 96. Rot. Rom. Cardin. Seraph. decif. 338. Voluit tamen Imol. in d. cap. 1. quod quando alienatio rei eccleſiæ fit ob
6 aliquam cauſam determinatam, debet verſio probari. per tex. in §. ſi verò quis. in authen. de alienat. & emphyt. & d. auth. hoc Ius vbi contractus cum Prælato & Capitulo fuit celebratus, & eſt probanda eccleſiæ verſio in illam cauſam determinatã. & ideo ad euitandas oppoſitiones debet eſſe ſollicitus emptor vt fiat verſio in illam cauſam. Et hæc quæ quotidie occurrunt breuiter dicta ſunt. alia per te videre poteris circa eandem materiam in ſupradictis DD. Sed quid in ſolutione debiti facta eccleſiæ ſine ſolemnitate, an eccleſia debeat illam admittere probata verſione: vide in alia q.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia agens rei vendicatione, ſi non probet clarè dominium, an debeat obtinere.*
2 *In dubijs pro Eccleſia iudicandum eſt.*

Q V Æ S T I O 140.

De probatione dominij incerta fauore Eccleſiæ valida.

1 QVAERITVR notabiliter ſi dominium per Eccleſiam agentem rei vendicatione non ſit clarè probatum, quia apparet de confinibus diuerſis, an eccleſia ſit excludenda. & videtur quod ſic. cum probatio non debet eſſe dubia, nec incerta vt concludat, & relevet. c. in præſentia. de probation. Contrarium fuit deciſum in conſ. Neap. quia tractabatur de re eccleſiæ, quæ in confuſo probauerat poſſediſſe quandam apothecam in
certo loco, licet eſſet diuerſitas confinium inter nouos & antiquos, fuit iudicatum pro eccleſia. præcipuè dominos de conſil. impellebat conſcientia, quia tractabatur de re eccleſiæ, & in caſu dubio iudicandum eſt pro eccleſia. vt conſuluit Alex. conſil. 12. lib. 2. Anch. conſ. 46. & multi alij quos refert & ſe-
2 quitur Tiraq. de priuil. piæ cauſ. priuil. 148. ex illa vulgata l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium transfertur in Eccleſiam abſque traditione.*
2 *Poſſeſſio an transferatur in Eccleſiam abſque traditione, quod non. & quid ſi veniat in conſequentiam. num. 4.*
3 *Votum an transferat dominium in Eccleſiam ipſo iure abſque traditione.*

Q V Æ S T I O 141.

De dominio tranſeunte in Eccleſiam abſque traditione, & quomodo id procedat.

1 AN ſit verum ſimpliciter, quod ex priuilegio Eccleſiæ dominiũ in eam transferatur abſque traditione, dicendum de hoc eſſe tex. in l. fin. C. de ſacroſan. eccl. vbi clarè habetur, dominium in eccleſiam transferri abſque traditione, ſed quia in fideicõmiſſis particularibus, dominium etiam in priuatum ipſo iure transfertur. l. à Titio. ff. de fur. ſequitur quod hoc priuilegium habet locum in donatione, & venditione, & fideicommiſſis vniuerſalibus. Bar. in diſp. incip. fil. adultum, & in l. 1. q. 5. C. de ſacroſan. eccleſ. Alex. qui teſtatur de communi in l. 1. §. ſed & quoties. ff. ad Trebell. & ibi Rip. n. 51. Bald. in l. id quod pauper. q. 18. C. de Epiſc. & cler. Anchar. Imol. in c. cum. Iaſ. in d. l. fin. n. 10. in quibus fideicommiſſis cum dominio de iure ſpeciali transfertur non ſolum perſonalis, ſed in rem actio, & hypothecaria. Abb. Paul. de Caſtr. Salic. in d. l. 1. & allegat Bart. Bal. Salic. in d. l. fin. Bart. Ang. Imol. Ant. Soc. Rui. in l. 1. de leg. 1. Petr. Cag. in l. neque pignus. de reg. iur. Ang. in l. 2. §. & hanc. 2. par. num. 9. de verb. obligat. Cardin. Zabar. in authen. ingreſſi. in verſ. ipſo ingreſſu. num. 7. fol. 308. C. de ſacroſan. eccl. Hoc tamen priuilegium declaratur primo, vt transferat dominium
2 non autem poſſeſſionem. gloſ. & DD. in d. l. fin. & in l. 1. C. de donat. quæ ſub modo. in cap. 2. de conſuet. Secundo, declaratur vt non procedat, quando donatur genus, ſiue quantitas, tunc neceſſaria eſt traditio ad tranſlationem dominij. Alber. in l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ. Pariſ. conſ. 77. nu. 6. lib. 1. Tertio declaratur vt non procedat, quando ex parte ſua non eſt ſequutum implementum, vt ſi eccleſia non ſoluit pretium, tunc non tranſit domi-

dominium. gl. Bart. Iaſ. & alij in d. l. fin. Abb.
Salyc. in l. illud. Pariſ. loco cit. Quarto non
procedit cum actus eſt geſtus à procuratore
Eccleſiæ. ſecundum Ang. in l. 1. §. procura-
torem. ff. de acquiren. poſſeſſ. ſed Alexan. ibi
tenet contrarium, & verius. Quinto decla-
ratur, quod non procedat in Voto alicuius
3 rei facto alicui Eccleſiæ, vt dicunt conſ. in
l. 2. ff. de pollicit. vbi gloſ. & Bart. Bald. Ang.
Salic. Paul. in l. ſi nondum. de furtis. Bart.
num. 26. & Iaſ. num. 27. in authen. ingreſſi.
C. de ſacroſan. eccleſ. Trigliol. in lib. comm.
opin. verb. dominium. num. 102. Hoc tamen
ſublimitatur cum in vltima voluntate voue-
tur, tunc enim tranſit dominium abſque
traditione. gloſ. & Salic. in d. l. ſi nondum.
C. de furtis. dummodo eccleſia ſit conſtru-
4 cta, alias non. Quid autem quando expreſsè
dedicat ſe & ſua monaſterio, an tunc quia
bona veniunt in conſequẽtiam, dominium &
poſſeſſio in eccleſia transferantur vide infra
in quæſtione particulari. Quid autem in pu-
bliciana, an transferatur quaſi dominium an-
te traditionem poſſeſſionis, vide infra quæſt.
particularem.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia fiſci non poteſt mutuo dari ſub pœ-
na.*
2 *Pecunia Eccleſiæ, an poſſit mutuo dari.*

QVÆSTIO 142.
De Eccleſiæ pecunia, an poſſit à Prælato mutuo dari.

1 AN Epiſcopus poſſit pecuniam
Eccleſiæ mutuo dare, & vi-
detur quod non. per l. final.
C. de his qui ex public. ratio.
lib. 11. vbi imponitur pœna
deportationis cum publica-
tione bonorum, dantibus mutuo pecuniam
fiſcalem. & quod dicitur de fiſco, de eccleſia
etiam intelligitur. Abb. in cap. eccleſia ſan-
ctæ Mariæ. num. 13. in fin. de conſtit. Dicen-
dum, quod Prælatus pecuniam Eccleſiæ mu-
tuam dare non poteſt, vt tradit Archid. in
cap. 112. quæſt. 2. Sed indigentibus dare non
prohibentur, nam ſi tenentur eis eleemoſy-
nas largiri. cap. quoniam. 16. quæſt. 1. multò
2 magis mutuam pecuniam dando eis ſubue-
nire. Hoſt. Iaſ. And. Abb. c. 2. de ſolut. Non
obſtat rex. in d. l. fin. quia eſt diuerſa ratio in
pecunia reip. propter eiuſdem reip. neceſſi-
tates conſeruanda, & in pecunia eccleſię, cum
aurum habeat eccleſia non vt congreget, ſed
vt pauperibus diſtribuat. cap. aurum. 12. q. 2.
nec etiam potuit Imperator diſponere de
reb. eccl. c. bene. 96. diſt. c. eccleſiæ S. Mariæ.
de conſtit. c. fin. de reb. eccl.

SVMMARIVM.

1 *Donatio an præſumatur fauore Eccleſiæ.*
2 *Donatio præſumitur fauore dotis.*
3 *Promiſſio facta loco pio de aliquid illi dando
præſumitur animo donandi.*
4 *Redimens captiuum, an cenſeatur redemiſſe
animo donandi quod ſoluit.*
5 *Redimens carceratum, an repetat quod ſoluit.*
6 *Sumptus funeris, an præſumantur facti
animo repetendi.*

QVAESTIO 143.
Eccleſiæ fauore, an in dubio præſumatur donatio.

1 AN fauore Eccleſiæ in dubio prę-
ſumatur donatio, contra reg.
l. cum de indebito. ff. de pro-
bat. Alciat. reſponſo 38. tenet
nec præſumi fauore eccleſiæ.
ſequitur Menoch. de arbitrat. iud. caſu 88.
nu. 7. In contrarium videtur, quod ſi fauore
2 dotis præſumitur donatio l. vnica. §. accedit.
C. de rei vxor. actio. multò magis debet præ-
ſumi fauore Eccleſiæ, cum ſumma ſit ratio
quæ pro religione facit. l. ſunt perſonæ. ff. de
relig. & ſumpt. fun. Vnde dicendum eſt, nec
fauore Eccleſiæ præſumi donationem, niſi
alia probabilis coniectura capi poſſit vt do-
natio non præſumatur, & ita tenet Felin. in
cap. ſi cautio. num. 5. de fidei inſtrum. Hinc
3 promiſſio facta loco pio de aliquid dando
nulla expreſſa cauſa, præſumitur facta animo
donandi. argum. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.
Abb. in d. cap. ſi cautio. num. 2. verſ. idem vi-
detur ſi promiſit. Felin. ibi num. 5. Item re-
demptio captiuorum eſt cauſa pijſſima. l. ſan-
cimus. vbi DD. C. de ſacroſan. eccleſ. & ma-
ter filium captum ab hoſtibus redimens, ma-
4 gis animo donandi ex cauſa pietatis, quam
animo repetendi pretium redemiſſe præſumi-
tur. l. liber captus. & ibi Bal. ff. de captiu. &
poſtlim. reuerſ. idem in patre. vt dicit ibi.

Bald. extraneus verò cenſetur redemiſſe animo repetendi d. l. liber captus. frater autem redimens fratrem, ſi redemptus erat diues cenſetur feciſſe animo repetendi, ſi verò erat pauper animo donandi. Bald. loco citato. Idem quod de redemptione captiuorum, di-
5 cendum eſt de liberatione carceratorum à carceribus.gloſ.in cap.ſactotum.12.quæſt.2. Bald.in l.illud. num.1. C. de ſacroſan.eccleſ. & in auth. ſimiliter. num. 2. C. ad l. falcid. Felin. qui cumulat in cap. ſignificauit. num. 4. de Iudæis.ſequitur Mantic.de tacit.& ambig.lib.13.tit.11.Eadem diſtinctio eſt adhibenda circa ſumptus funeris, an præſumantur facti intuitu pietatis, vel animo repeten-
6 di, ſi pro diuite, vel paupere. Bald. & Bart. in l.1.num.39. verſ. ſic etiam in acta.& num. 40. ff.ſolut.matrim.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, an dicatur potentior, vt ei prohibeatur fieri ceſſio iurium.*
2 *Emphyteuſis quare prohibeatur concedi Eccleſia ab emphyteuta.*
3 *Mens legis attendenda eſt potius quam verba.*
4 *Ratio naturalis pro lege ſeruari debet.*

QVÆSTIO 144.

Eccleſia, an & quando dicatur potentior, vt ei prohibeatur fieri ceſſio iurium.

1 AN Eccleſia dicatur potentior, vt non liceat ei actionem cedere, vel alia, iuxta ſtatuta, vel conſuetudines in potentiores fieri prohibita. & videtur quod ſic ratione difficiliores conuentionis, & quia iudices ſemper ſolent fauere Eccleſiæ, vt notat Bart. in l. . . . . & ita tenet Bald.in cap. 1. de alien. feud. dicens non eſſe permiſſum concedere feudum ad perpetuum libellum Eccleſiæ, tum quia Eccleſia non moritur, & de facili non reuertitur ad dominum, tum etiam quia Eccleſia dicitur potentior, atque difficilis conuentionis. ſequitur Alex. conſ. 9.lib.3. Ruin.conſ.23.lib.5. Iaſ.in l.fin. C.de iur.emphyt. num.90. Ancharan. conſil.165. Clar. in §. emphyteuſi, quæſt. 22. Et quicquid ſit quo ad conceſſionem in emphyteuſim, quæ habet præcipuam rationem quia Eccleſia non moritur, videtur quod ſaltem
2 quo ad ceſſionem actionum debeat iudicari potentior ratione difficilioris conuentionis: communis tamen concluſio eſt Eccleſiam particularem non cenſeri laico potentiorem niſi habeat poteſtatem ſuper eum.Rom.conſ. 518. poſt Innoc. Hoſtien. & Specul. quos refert Grat. conſil. 80. lib. 1. Rot. de alienat. iudicij mutandi cauſa deciſ. 1. in nouis. Iaſ. in l.vnica. C.de his qui poten. nom.Gomeſ. in reg. de ſubrog.collitigan. Menoch.conſil. 216. vol.3. Et quamuis remaneat illa ratio difficilioris conuentionis, vt in ſpecie annotauit Anchar. dicto conſil.165. id tamen intelligit Menoch. vel in Eccleſia dominante, quæ habet Prælatos qui difficillimè in iudicijs conueniri poſſunt, vel in Eccleſia, quæ ipſamet bona in eam alienata poſſideat. Dicit etiam Anchar. conſil.fin.num.9. non intelligi factam alienationem tanquam in potentiorem, quando ipſa Eccleſia non retinet rem ipſam, ſed alteri concedit. Nihilominus cenſeo non eſſe recedendum à communi opinione, vt eo tantum caſu Eccleſia dicatur potentior, quando habet poteſtatem ſuper eum contra quem fit ceſſio, alias ſecus. quia difficilis conuentio eſt potius imaginaria, cum quilibet Prælatus non poſſit ſubterfugere iudicia, & quilibet iudex non præſumitur fauore eccleſiæ velle damnare animam ſuam, cum ſciat Eccleſiam cultricem iuſtitiæ præ cæteris nolle locupletari cum aliena iactura. c.1. de alien. feud. tantò magis quando cedens eſt pauper, & aduerſarius eſt valdè potens; ob cuius potentiam non ſperat iuſtitiam ſibi miniſtrari. arg. cap. 5. ſtatutum de reſcript. in 6. tunc cenſeo poſſe fieri ceſſionem etiam ſi Eccleſia habeat poteſtatem in illum, cum tunc fiat non ad ſubuertendum, ſed ad conſequendum iuſtitiam. mens
3 enim legis conſideranda eſt. l. ſcire oportet.
4 ff. de excuſat. tutor. & ratio naturalis ſic ſuadet. cap.2. requiris. de appellat. & Eccleſiæ peculiare eſt defendere miſerabiles perſonas. c.ex tenore. de foro compet.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum Eccleſiæ cenſetur reale, non perſonale*
2 *Eccleſia ſi facit aliquam conceſſionem, in dubio cenſetur conceſſio perſonalis, non realis.*

QVÆ-

QVAESTIO 145.

De priuilegio conceſſo Eccleſiæ, an cenſeatur eius fauore reale, & quid ſi Eccleſia ipſa faciat conceſſionem.

1 AN priuilegium conceſſum Eccleſiæ in dubio cenſeatur reale, vel perſonale? Dicendum, quod quando conceditur priuilegium Eccleſiæ, Ciuitati, & alijs perſonis, quæ nunquam moriuntur, cenſetur priuilegium reale, ita gl. in c. in ſumma 25. q. 2. & in l. firma. §. quanquam. de cenſib. Io. Fab. in §. ſed quod principi. inſtitut. de iure natur. & ciuil. Imol. in l. quia tale. ff. ſolut. matrim. & ibi Arer. & Alex. idem Imol. in c. cum veniſſent. de inſtitut. Anchar. conſ. 327. Dec. conſ. 262. Natt. conſ. 163. & 164. lib. 1. Menoch. conſ. 276. lib. 3. Abb. vero in conſ. 9. lib. 1. qui in priuilegio non ſoluendi decimas conſiderat, an eximat hortos, aut fratres, ideſt, ſi fiat mentio bonorum ſit reale, ſi perſonarum ſit perſonale. idem Rot. deciſ. 4. de priuil. in antiquis. ſed communis opinio videtur ſimpliciter tenenda, niſi conceſſio fiat fratribus præſentibus, vel alicui particulari. ad notat. per Socin. in l. ciuibus. ff. de reb. dub. nunc vero

2 rò quæritur, quid ſi Eccleſia concedit aliquid alicui, veluti aduocato, an cenſeatur dicta conceſſio perpetua, & tranſeat ad hæredes, vel intelligatur facta ad tempus. & veritas eſt, quod cenſetur facta ad tempus, & non tranſit ad hæredem, & ſic cenſetur conceſſio perſonalis. gl. eſt ſingularis in cap. cum veniſſent. de inſtit. quam ſequitur Ioan. de Platea in l. nullus. C. de * viſionib. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento an petatur ab Eccleſia quando venit contra contractum.*

2 *Minor petit abſolutionem à iuramento quando venit contra contractũ, ſed non Eccleſia.*

QVAESTIO 146.

De abſolutione à iuramento non petenda ab Eccleſia, quando venit contra contractum.

1 IN Eccleſia quando venit contra aliquem contractum per viam reſtitutionis in integrum, vel alio modo, qui contractus fuerat iuratus à Canonicis, vel Monachis, ſit repellenda, ſi non petierit abſolutionem à iuramento. & videtur quod ſic: quia minor, cui æquiparatur Eccleſia. cap. 1. c. auditis. de reſtit. in integr. non poteſt venire contra iuramentum. Auth. ſacramenta pu-

2 berum. C. ſi aduerſus venditionem. In contrarium eſt veritas, vt Eccleſia poſſit petere in integrum reſtitutionem, non obſtante iuramento. nam reſtitutio petitur nomine Eccleſiæ, quæ non iurat, ſed ſingulares obligant iuramento eorum animas, non animam Eccleſiæ, quæ nulla eſt, iuxta cap. Romana. §. vniuerſitatem. de ſent. excommunicat. in 6. Ideo iuramentum ſindici, vel Prælati, vel ſingularium de Capitulo, non impedit quominus Eccleſia, ſeu Capitulum poſſit petere, & implorare reſtitutionem in integrum. vt notat gl. not. in verb. contrarium. in fin. de in integr. reſtit. lib. 6. & ibi præcipue Domin. & Imol. Bald. in l. generaliter. C. de reb. creditor. pulchrè Gomeſ. conſ. 45. in hac conſultatione. tom. 7. vbi loquitur in fauorem Monaſterij Monialium, cum filia Monacha, & Abbatiſſa iuraſſent non venire contra renunciationem bonorum paternorum & maternorum dictæ Monialis.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium non habetur loco filij, niſi in caſibus expreſſis.*

2 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, an expiret per ingreſſum monaſterij contra voluntatem expreſſam, vel coniecturatam teſtatoris, vbi latè.*

3 *Statutum quod ingrediens religionem non ſuccedat, non valet.*

4 *Pater poteſt bona vendere, & pretium in mare proijcere.*

5 *Inuitus nemo cogitur benefacere.*

6 *Teſtator an poſſit legando rem Eccleſiæ, imponere quod ſoluat collectas.*

7 *Coniectura plures recenſentur, quibus teſtator ſubſtituens filio excludit monaſterium ſecundum plures Doctores. & n. 9. vſq; ad 15.*

8 *Monaſterium excludit ſubſtitutum, etiam contra voluntatem expreſſam teſtatoris ſecundum multos.*

QVAESTIO 147.

De Eccleſiæ priuilegio, quod habeatur loco filij.

IN

1 IN cap. in præſentia. de pro-
bat.& in §.ſed & hoc præſen-
ri.in Auth. de ſanctiſs. Epiſc.
Eccleſia regularis habetur lo
co filij, quo ad hoc tantum, vt
faciat deficere conditionem,
ſi ſine liberis deceſſit. nam alias non reperi-
tur quod habeatur loco filij, vt per Paul. de
Caſtr.& Salyc.in auth.niſi rogati.C.de fidei-
commiſs. Qua de re videndum eſt quomodo
id procedar. & omiſſis multis traditis à DD.
in dictis locis, magis ſubſtancialia attinge-
mus. & Primò quæritur, an conditio ſi ſine
2 liberis deceſſerit, expiret per ingreſſum Mo-
naſterij contra voluntatem expreſſam, vel
coniecturatam teſtatoris. Quæſtio iſta eſt an-
tiqua, & valdè controuerſa,& quod non poſ-
ſit id teſtator prohibere, videtur tex.in d.§.ſed
& hoc præſenti.vbi tales conditiones haben-
tur pro non ſcriptis & inualidis. Item quia
diſpoſitio eſſet impeditiua religionis,& ſic vi-
tæ contemplatiuæ, quæ melior eſt actiua, at-
que excellentior. §.1.in Authen. de monach.
cap.cum infirmitas. de pœnit. Tertio quia eſ-
ſet diſpoſitio contra religionem, & ſic contra
publicum fauorem, cuius fauore quis cogitur
vendere rem propriam, l. ſunt perſonæ. ff. de
relig. et ſumpt.funer.l. ius publicū.ff.de pact.
Item facit text. in l. quoties. & in l. Titiæ ſi
non nupſerit.ff.de condit. & demonſtrat. vbi
conditio impeditiua matrimonij temporalis,à
legato reijcitur, multo magis debet reijci ſi
aduerſetur matrimonio ſpirituali: valet enim
argumentum de vno ad aliud. c. inter corpo-
ralia.de tranſlat. prælat. vbi Doctores. Item
quia non valet ſtatutum, quod ingrediens re-
3 ligionem non ſuccedat. Fel.in d.c. in præſen-
tia.n.35.vbi Dec.& in l. fin. C. de pactis. In-
ſuper quod ſecundum multos DD. ſi teſtator
legauit mille filiæ ſi nubat, & ſi ingrediatur
religionem centum, debentur mille filiæ in-
gredienti, vt deſcribit Io. Andr.in addit. Spe-
cul.in tit.de ſtat.monach.ſuper rubr.circ.me-
dium. Felin.qui infinitos cumulat in cap.in
præſentia. de probat. & hanc opinionem te-
nent Imol.in l.Lucius.de hæred. inſtit. & in
l.fideicommiſſum. ff. de condit. & demonſtr.
Bald.in d.cap.in præſentia. nu.18.& ibi Abb.
nu.43.teſtatur de communi. Aret.nu.64.Fel.
nu.33. Bero.nu.486. Cagnol.in l.2. q.22. C.
de pact. inter empt. & vend. Ruyn.conſ.189.
viſo teſtamento. lib.2. Roland.de Valle conſ.
35.Illuſtriſs.& Excellentiſs. Principis. col.5.
nu.24.lib.3. Contraria opinio, quod non ad-
mittatur Monaſterium contra expreſſam vel
coniecturatam mentem teſtatoris, habet vali-
diſſima fundamenta. nam voluntas teſtatoris
in conditionibus primum locum obtinet, &
valdè durum eſſet, quod bona diſponentis
contra eius voluntatem Monaſterio acquire-
rentur, cum quilibet in re ſua ſit moderator &
arbiter. l.in re mandata. C.mandati. & vide-
tur iniquum, ingenuis hominibus non eſſe li-
beram rerum ſuarum adminiſtrationem. l. 2.
ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſ. & ſolet
4 dici, quod pater bona ſua vendere, pretiumq.
in mare proijcere poteſt non obſtante præiu-
dicio filiorū. gl.in l.1.C. de inoff.donat. Item
5 quia nemo inuitus cogitur benfacere. cap.de
Iudæis.45.diſt.c.fin.23.q.5. Item facit tex.in
l. Deo nobis. §.hoc cognitum. C. de Epiſc. &
Cleric. vbi dicitur, patri eſſe permiſſum ne
aliquid filio ſuo profeſſo religionē vltra eius
legitimam relinquat; ergo poterit vltra legi-
timam prohibere lucrum Eccleſiæ. Præterea
poteſt teſtator rebus ſuis hanc conditionem
adijcere, ne res ſua relicta Eccleſiæ apud eam
permaneat ſi modum adiectum non impleue-
6 rit.c.verum.de condit.appoſ. Item facit, quod
licet res quæ tranſit ad Eccleſiam, reddatur
immunis à collectis, tamen poteſt teſtator le-
gando rem Eccleſiæ, apponere legem quod
ipſa Eccleſia ad collectas,& onera pro re ipſa
legata teneatur. gl.& DD.in l.ſi ita quis.§.ea
l.ff.de verb. oblig. Anchar.conſ.217. dubium
facit. & hanc opinionem tenent DD.numero
plures. Bart.in l.ſi ita quis. §. ſi is cui in tem-
pus. ff.de leg.2. Bald. & Paul.de Caſtr.in au-
then.niſi rogati.C.ad Trebell. Rip.in l. ex fa-
cto. §.ſi quis rogatus.il 1.nu.39.ff.ad Trebell.
Dec.in c.in præſentia.num.132.de probat.&
conſ.819. viſo eleganti conſilio.& conſ.426.
& 259.Patiſ.conſ.22.lib.3.& conſ.86. lib. 2.
Ruin.conſ.98.lib.2. Alex.conſ.121. viſo the-
mate ſupraſcripto. lib.2.Alciat.conſ.53. Me-
noch.in tractat.de præſumpt.lib.4.par.2.præ-
ſumpt.83. num.3. Vinc.de Franch.deciſ.29.
Card.Mant.de coniect.vltim.volunt.lib. 11.
tit.7.num.21. & multi alij, quos refert & ſe-
quitur Ioſeph. de Ruſticis in commentar. ad
l.cum auus.ff.de condit.& demonſtrat. Et te-
nentes hanc opinionem, reſpondent ad text.
qui multum videtur vrgere in d.§. ſed & hoc
præſenti, dum huiuſmodi conditiones inuali-
das, & pro non ſcriptis haberi vult. dicunt
enim Mant.& Vinc.de Franch.in locis ſupra-
citatis. illud verbū, inualidas, non ſignificare
impotentiā ex parte teſtatoris, ſed debere ex-

poni,

poni, ideſt, inefficaces contra Monaſterium, ſi exprimatur ſub forma de qua ibi. Nec etiam obſtant illa verba, pro non ſcriptis, quæ ſecundum Aret. in d. c. in præſentia. num. 69. videntur ſignificare, quod verè conditio erat ſcripta ad excluſionẽ monaſterij, & ſic quod capiat contra voluntatem defuncti. quia hoc eſt verum ceſſante legis interpretatione, ſed poſtquam lex mentem teſtatoris interpretatur, illa conditio prout ſonat, eſt pro non ſcripta, ex quo extenditur ad caſum omiſſum fauore Monaſterij. Et pro hac opinione facit tex. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. vbi dicitur, habeat vnuſquiſque licentiam à Reuerendiſs. Catholico, venerabiliq. conſilio decedẽs bonorum quod optauerit relinquere, & non ſint caſſa iudicia eius. nihil enim eſt, quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum quod idem non redit arbitrium. & in l. Deo nobis. §. hoc etiam. C. de Epiſc. & Cleric. vbi dicitur, ſin autem & amplius voluerint eis largiri, hæc eorum voluntati concedimus. ſi vero vltimam voluntatem parentes, neque teſtamento, neq; alio vltimo elogio declaraſſe monſtratum fuerit. Cum itaque lex in legatis pijs, & Eccleſię, remittat voluntati teſtantis, non poterit monaſterium contra voluntatem defuncti ſuccedere, nec aliquod verbum apparet in d. §. ſed & hoc præſenti. de contraria voluntate expreſſa teſtatoris. Non obſtant ſupradicta, quibus facilè patet reſponſio, ad illud de legato facto filiæ mille ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur religionem, quod videbatur vrgere, reſpondent, contrariam opinionem eſſe veriorem. & hanc opinionem eſſe in praxi receptam dicit Bald. in d. l. ſi quæſiti. §. is cui in tempus. & in conſ. 407. il 2. Oſaſch. deciſ. 126. Vinc. de Franch. deciſ. 29. & de humaniori & æquiori opinione teſtatur Rip. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. late de Ruſticis loc. cit. nu. 41. Ex qua concluſione formata inferunt ſupradicti ad plures concluſiones.

7 Prima Concluſio, quod ſi teſtator dixerit, ſi hæres meus ſine liberis ex ſuo corpore, & de legitimo matrimonio procreatis deceſſerit, tunc monaſterium excluditur. Iacob. de Beluiſ. in d. §. ſed & hoc præſenti. Salycet. in auth. niſi rogati. Imol. in l. Titius. ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cleric. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. [illegible] nu. 167. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 20. Crau. de ſucceſſ. §. fideicom. q. 40. nu. 3. Menoch. de præſumpt. 2. par. lib. 4. præſumpt. 83. n. 27. Ruſtic. d. l. 5. num. 44. vbi infinitos allegat. Boer. deciſ. 344. Oſaſch. deciſ. 126. Vinc. de Franch. deciſ. 29.

8 Secunda Concluſio. vrgens coniectura excludens monaſterium eſt, ſi teſtator dixerit, ſi ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit. Imol. in d. l. Titius. Menoch. Mantic. qui alios allegant in locis præcitatis, maximè concurrente aliqua alia coniectura, vt tradit Grat. conſ. 111. lib. 2. caſus talis eſt, vt ſi ſæpius fuerit facta mentio de liberis legitimis, & naturalibus, argum. gl. in Clem. 1. in verb. Dioceſanos iurepatronatus, vel ſi ſubſtituti fuiſſent deſcendentes. Alex. conſ. 121. lib. 2. vel alia verba fuiſſent addita, quæ Monaſterio conuenirent.

9 Tertia Concluſio. vt coniectura excludens monaſterium, ſufficiens ſit, ſi teſtator duos filios habens, eos æqualiter inſtituat, & inuicem ſubſtituat, alter eorum deceſſerit ſine liberis, vnusq. Monaſterium ingrediatur, quia paternus amor, & naturalis ratio facit præſumi patrem voluiſſe filium Eccleſiæ præferri. Bald. conſ. 176. teſtamentum Pucciarelli. lib. 1. in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. Bart. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. num. 41. C. ad Trebell. Ruſt. Mant. Menoch. Vinc. de Franch. locis citatis.

10 Quarta Concluſio. Sufficiens coniectura eſt excludendi monaſterium, ſi teſtator dixerit, ſi filius ſine liberis deceſſerit, & adiecit, quia vult eius bona in agnatione & familia conſeruari. & communis reſolutio eſt vt excludatur monaſterium, quia ſi bona peruenirent ad monaſterium, exirent de familia. Dec. conſ. 259. viſis his quæ nouiſſimè. Rip. Menoch. Mant. locis citatis.

11 Quinta Concluſio. Sufficiens coniectura excludendi monaſterium eſt, ſi fuerit ſubſtitura pia cauſa. Oldrad. conſ. 119. gl. Abb. Fel. in cap. in præſentia. de probat. probatur in d. §. ſed & hoc præſenti. ibi. ſi tamen in redemptionem captiuorum, & quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. l. aſſiduis. C. qui potior. in pign. habentur. quæ concluſio procedit etiam ſi locus ſubſtitutus, eſſet minus pius. Ant. Abb. Dec. num. 36. in d. c. in præſentia. Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ priuil. 95.

12 Sexta Concluſio. Sufficiens coniectura excludens Monaſterium eſt, ſi in Ciuitate adſit conſuetudo, vel ſtatutum, vt verba teſtamenti

menti debeant ad litteram intelligi. Bald. in d.c.in præſentia. Menoch. Mantic. vbi ſupra, dummodo, vt benè aduertit Mant. tale ſtatutum ſit à Summo Pontifice confirmatum, ſiue conſuetudo.

13 Septima Concluſio. Sufficiens coniectura contra Monaſterium eſt, ſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit ſine hæredibus maſculis. Bald.in d. auth.niſi rogati. Ruſt. loc.cit.cum teſtator de vera naturalitate Intellexerit.

Octaua Concluſio. Si ſubſtitutus fuerit aliquis ſub conditione, ſi ſe appellari, nominariq. fecerit de familia.quod fieri nequit, ſi monaſterium ingrediatur, cũ poſt ingreſſum de domo teſtatoris dici nequeat. habetur enim pro mortuo quo ad nomina ciuilia. l. Deo nobis. C.de Epiſc.& Cleric. ita Auguſt. Bero.q.34.& nomina de domo, & de familia ſunt nomina ciuilia.Bart.in l.tutelas.ff.de capit.diminut.Vel ſi teſtator excludit filium monachum, vt bona remanerent in familia,cenſetur excluſiſſe omnes deſcendentes monachos, maximè moniales ex maioritate rationis. l.publius.S.1.ff.de condit.& demonſtrat. l.ſi viua matre. C.de bon.matern.tradit Mar. Ant.Peregr.conſ.23.nu.14.vol.3.

14 Nona Concluſio. Quando teſtator filium hæredem inſtitutum purè grauauit, vel poſt diem certum reſtituere, non facta mentione conditionis liberorum. tunc ſi verus filius ſubſtitutum non excludit.gl.in d.§.ſi quis rogatus. & in l.cum acutiſſimè,C.de fideicom. multò minus monaſterium excludit,vt ſingulariter tradit Bald. in d. authent. niſi rogati. num.20, Menoch.vbi ſupra num.56.

15 His tamen non obſtantibus, priorem opinionem, quod etiam ſtante contraria, expreſſa vel coniecturata mente defuncti, admittatur monaſterium fauore religionis, cenſeo veriorem, per tex.in d.§.ſed & hoc præſenti; vbi apparet de expreſſa voluntate defuncti, dum loquitur de donatione propter nuptias,quę habet locum in matrimonio carnali tantum, & non poteſt intelligi de monaſterio,vt notat Bart.in conſ.1.nu.3. & Fel. in d. cap. in præſentia. Et ſic non attenditur intentio diſponentis, ſed conditio fauore religionis reijcitur. Secundo, quia relictum mulieri cum onere expreſſo ſi non nupſerit,ſi legantur ducenta Titiæ, ſi non nupſerit,& centum ſi nupſerit, quamuis nubat habebit ducenta, & iſta conditio reijcitur contra expreſſam voluntatem defuncti, ne retrahatur à matrimonio carnali, fortius ſi à ſpirituali. Et iſtis rationibus non poteſt benè reſponderi, vltra alias adductas à Fel.in d.cap. in præſentia.nn.36.vt ipſe dicit. Nec obſtat reſponſio data à Bald. in l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cleric.ad d.l. Titiæ. nam in alia quæſt. illam non ſubſiſtere probabimus. Et hanc opinionem tenent Bar.in d.conſ.1.& in l.ſi ita quis. S.1.ff.de legat.2.Ang.& Paul.de Caſtr.in authent. niſi rogati. C. de fideicommiſſ. Idem Ang.in diſput. incip. nobilis quidam genere. Imol.in l.in fideicommiſſo. Ant. Abb. Card. & Imol.& alij relati à Fel.in d. cap.in præſentia. Non obſtant adducta pro contraria opinione, quod quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, & poteſt in contractu apponere legem, cum alijs rationibus tendentibus ad idem. nam facilis eſt reſponſio, vt non procedant contra caſum legis expreſſum religionis fauore, ſaltem prout reperitur expreſſus in vltimis voluntatibus. quamuis *Felin.* conetur probare, quod in contractibus, etiam poſito quod quis poſſit prohiberi alienationem in Eccleſia, tamen talis prohibitio ceſſat quando prohibitus ingreditur monaſterium. ex gl. fin.in l.ſi ita quis. S.ea lege.ff.de legat.2.dum allegat d. S. ſed & hoc præſenti. Non obſtat praxis in contrarium, & deciſiones factæ in nonnullis Tribunalibus, quandoquidem cum ſint contra priuilegium expreſſum Eccleſiæ, non debet eſſe in conſideratione,etiamſi immemorabili obſeruantia & conſuetudine inniterentur. Auth. caſſa & irrita.C.de ſacroſ. Eccl. vbi DD. Ant.Abb. Dec.Fel.& alij in c. Eccleſiæ S. Mariæ. de conſtit. Cenſeo igitur tuta conſcientia non eſſe recedendum ab hac opinione. De quæſtione illa,ſi filię fuerint legata mille.ſi nupſerit, & ducenta ſi non nupſerit, an debeantur mille, in alia quæſtione tractabimus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio an tranſeat in Eccleſiam per ingreſſum religionis abſque apprehenſione.*

2 *Poſſeſſio rei quæritur cum poſſeſſione perſonæ.*

QVÆSTIO 148.

Eccleſia acquirit poſſeſſionem bonorum ingredientis religionem, abſque apprehenſione.

1 QVAERITVR an bona ingredientis Religionem efficiantur monaſterij ſine apprehenſione poſſeſſionis, Petr.

Petr.de Anchar.in cap. quia ingredientibus. de teſtam. tenuit quod ſic, per cap.2.de conſuetud.ſed in illo tex. ſi verum amamus, interuenit actus corporalis ſcotatio, quæ ex conſuetudine habebatur loco apprehenſionis poſſeſſionis. & propterea videtur dicendum contrarium, quod cum monaſterium habeatur loco hæredis, ſibi quæratur dominium, ſed non poſſeſſio,quæ non acquiritur per hæredem ſine apprehenſione. l.cum hæredes. ff. de acquir.poſſ.gl.in l.cum duobus. §. idem reſpondit. ff.pro ſoc. quæ dicit, quod licet in multis caſibus quæratur dominium ſine poſſeſſione, tamen poſſeſſio non acquiritur ſine apprehenſione. Nihilominus prima opinio verior, quod monaſterio acquiratur etiam poſſeſsio, per l.ſi adoptauero.ff.de præca.vbi
2 patet,quod cum poſſeſsione perſonæ intelligitur quæſita poſſeſsio bonorum, & dominium tanquam acceſſoria ad perſonam. ita Archid.19. quæſt.vlt. ſi qua mulier. Cyn. in Auth.ſi qua mulier. C.de ſacroſ.eccl.Imol.in cap. qui ingredientibus. de teſtam. qui teſtatur de communi opinione.

SVMMARIVM.

1 *Filia cui pater legauit mille ſi nupſerit, & ducenta ſi ingrediatur religionem, an conſequatur mille ſi ingrediatur religionem. latè diſcutitur.*

2 *Vtilitates publicæ duæ ſi concurrant, attenditur maior, & num.3.*

4 *L.Titiæ ſi nupſerit.ff.de condit. & demonſtr. quomodo procedat.*

QVAESTIO 149.

Filia cui Pater legauit mille ſi nupſerit, & ducenta ſi ingrediatur religionem,an conſequatur mille ſi religionem ingrediatur.

1 HAEC eſt antiqua quæſtio, in qua veteres,& recentiores Doctores contraria ſentiunt. pro affirmatiua, quod debeantur mille tenet Io.Andr.Lucerna Iur.Can.ad Specul.in rubr. de ſtatu monach. circa medium.Bart.in l.2.ff.de his quæ pœnæ nomine. Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta.nu.17.ff.de verb.oblig. Anton.de Butr. Card.& Felin.in cap.in præſentia.de probat. Abb.in c.Eccleſia S.Mariæ. de conſtit. Alex. conſ.121.vol.2.& conſ.35.vol.3.& in addit. ad Bart.in d.l.2. Soc.Sen.in d.l.2. & in conſ. 269.vol.2. & conſ.241. vbi teſtatur de communi & magis communi. Aret. ſingulariter hanc opinionem tuetur in d.cap.in præſentia. nu.72.Roland.à Valle conſ.35.vol.3.& multi alij eum ſequuti, quos refert per integram col.Card.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.11. tit.18.nu.30.Pro qua opinione facit tex.ſing. in l.Titiæ ſi nupſerit.ff.de condit.& demonſt. vbi habetur quod ſi plus relinquatur filiæ ſi non nupſerit,quàm ſi nupſerit, ſi nubat conſequitur quod ei fuit relictum ſi non nupſerit. idem ergo dicendum eſt in caſu noſtro, vt fauore religionis ne retrahatur à matrimonio ſpirituali, iuxta §.ſed & hoc præſenti. in Authen.de ſanctiſs. Epiſc.debebit conſequi mille ſi ingrediatur religionem, ac ſi nupſiſſet carnaliter. & ita argumentatur Soc.in d.l.2. Pro hac etiam opinione facit tex. in d. §. ſed & hoc præſenti. vbi quæuis conditio,ſeu grauamen impediens profeſſionem religionis reijcitur, & pro non ſcripta habetur, ne mulier remoueatur à propoſito religionis, ob priuationem maioris quantitatis relictę. Contrariam opinionem tenet Bal.in l.Deo nobis. C.de Epiſc. & Cler. vbi quod ita ſeruat conſuetudo.nam monaſterium non debet admitti contra voluntatem ęxpreſſam teſtatoris, & naturalis æquitas ſuadet, ſiquidem ingredientibus monaſterium,& paupertatem profitentibus ſecundum laudabiles conſuetudines, multo minus poteſt ſufficere quod ſi nupſerit in ſeculo propter onera matrimonij, quæ, vt experientia docet, ſunt grauiſsima. l. pro oneribus. C.de iur.dotium. quare prudentiſſimi patresfamilias ex dicta naturali æquitate longè minorem quantitatem filiabus ingredientibus monaſterium, quàm ſi nuptias in ſeculum contraxerint,tribuunt. Et hanc opinionem ſeruari in tota Italia tradit Bald. loc. cit. & eam ſine dubio eſſe æquiorem dicit Imol.in l.Lucius. la 2.ff.de hæred. inſtituend. Paul.in d.l.Titiæ ſi nupſerit. ff. de condit. & demonſt. Dec.conſ.419.vbi dicit hanc eſſe veriorem, & magis communem. Ruin. diffuſè eam defendit conſ.98.lib.2.Couar.variar. reſol.lib.1.cap.19. Gabr.concluſ.2. de legat. lib. 6. & multi alij DD. quos per integr. col. refert, & ſequitur Card.Mant.loc.cit. nu.37. & breuitatis cauſa omitto.Et pro hac ſententia facit, quod quæ in quotidiano vſu verſantur, ipſa legis auctoritate obſeruanda ſunt. l. fin. C.de fideiuſſ. l.1. §. ſi & ſi quæ.ff.de vet.

iur.

jur.coucl.Et facit principalis ratio, quod non
debet aliquid monaſterio applicari, contra
expreſſam voluntatem teſtatoris, ſecundum
ſupradictos DD.Et tenentes hanc opinionem
reſpondent ad tex.in d.§.ſed & hoc præſenti.
quod hæc conditio nuptiarum non ideo reij-
citur, quia retrahit à propoſito religionis,
adeo vt contra teſtatoris voluntatem etiam
expreſſam, habeatur pro non ſcripta; ſed quia
non cenſetur teſtator de ingreſſu religionis
cogitaſſe, & ideo præſumitur quod ſi cogitaſ-
ſet, voluiſſet ſimiliter monaſterium quoque
in eius locum ſuccedere, vt tradunt Paul. in
Authen. niſi rogati. nu. 6. ad Trebell. Alex.
conſ. 121. vol. 2. Dec. conſ. 419.& in c.in præ-
ſentia.nu.18. Couar.d.c.19.Card.Mant.loc.
cit. Cum igitur manifeſtè in hoc caſu appa-
reat de voluntate teſtatoris, quod ſi filia in-
grediatur monaſterium, habeat ducentum au-
reos tantum, non poteſt petere mille ſi nupſe-
rit. & ſic ille tex. ſecundum ſupradictos DD.
non procedit, quando teſtator ſpecialiter co-
gitauit de ingreſſu monaſterij. Item facit,
quod ingrediens monaſterium, religionis cau-
ſa eſt parum ſollicitus erga bona temporalia,
& patrimonium, quibus renunciat omnino
profitendo paupertatem, cap. cum ad mona-
ſterium, de ſtat. monach. & ſic talis conditio
non retrahit ab ingreſſu, vt conſiderat Dec.
in d.c.in præſentia. nu.234. quem ſequuntur
Couar. & Mant. vbi ſupra. Non obſtant, di-
cunt ipſi tex. l.Titiæ ſi nupſerit, quia reſpon-
dent cum Bald.in l.Deo nobis. nu. 1. C. de
Epiſc. & Cleric. quod ibi conditio retrahit à
matrimonio carnali, & inuitat ad viduitatem,
quod repugnat publicæ vtilitati, & à iure
reprobatur; ſed in hac quæſt. appoſita eſt con-
ditio pro matrimonio carnali, quod eſt fauo-
rabile, & non contrarium Reipublicæ: quare
non rectè in caſu propoſito videtur deduci ar-
gumentum de matrimonio carnali ad ſpiri-
tuale. & cum aliud legibus non ſit conſtitu-
tum, voluntas teſtatoris modis omnibus ſer-
uanda eſt. cap. vltima voluntas. 13.q.2.l.1.C.
de ſacroſ.eccl.§.diſponat.in Auth. de nuptijs.
l.in conditionibus primum locum.ff.de cond.
& demonſtr. & agitur etiam de vtilitate pu-
blica, nam publicè intereſt, quod teſtamenta
2 & vltimæ voluntates ſortiantur effectum. l.
vel negare. ff.quemadmodum teſtamēta ape-
riantur, & dicitur tractari de publica vtilita-
te, vbi tractatur de obſeruantia teſtamenti,
gl. ſing. in l.Gallus.§.quod ſi is, in verb. vtili-
tatem, ff.de liber. & poſth. & ideo fauor mo-
naſterij, vel religionis non debet impedire
teſtatoris volūtatem. quia fauorabilibus per-
ſonis, & cauſis ſic ſumus debitores, vt alijs
iniuſtitia non fiat. c. ex tenore. de foro com-
petent. c. nuper. de donat. inter vir. & vxor. &
Eccleſia quæ eſt cultrix, & auctrix Iuſtitiæ
non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri. c. 1.
de alien. feud. Dicunt etiam, pro hac opinione
facere conſuetudinem, quæ eſt optima legum
interpres. & ideo ab eius interpretatione non
eſt recedendum. c. cum dilectus. de conſue-
tud. l.ſi de interpretatione. & l. minimè. ff.
de leg. Abb. in d. cap. cum dilectus. Dicunt
tamen, quod ſi contraria opinio magis pla-
cuerit, poſſet teſtator relinquere filiæ ducen-
tum, & ei qui eam duxerit in vxorem duca-
tos octingentum nomine dotis, iuxta cautel.
Bart. in dicta l.2.ff.de his quæ pœnæ nomine,
quem ſequitur Felyn. in d. cap. in præſentia.
Mant. loc. cit. poſt Gualdenſ. de legat. cautel.
64.nu.3. quem ipſe allegat. Quibus tamen
non obſtantibus, priorem opinionem verio-
rem cenſeo, vt debeantur mille filiæ ſi ingre-
diatur monaſterium. pro qua facit concluſio
firmata in quæſt. an monaſterium habeatur
loco filij, quod monaſterium faciat deficere
conditionem ſi ſine liberis &c. non obſtante
expreſſa, vel coniecturata mente teſtatoris;
vt probauimus præcipue ex dict. §.ſed & hoc
præſenti. in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. vbi appa-
ret de expreſſa voluntate teſtatoris adijcien-
tis conditionem donationis propter nuptias,
quæ procedit tantum in matrimonio carnali,
iuxta Bart. conſ. 1.& ſic non debetur legatum
ducentorum tantum ſi monaſterium ingreſſa
fuerit. Præterea ille text. dum loquitur de
matrimonio carnali, & facit deficere condi-
tionem propter religionem, videtur in ſpecie
determinare hanc quæſtionem: non obſtan-
te quod matrimonium carnale contineat fa-
uorem Reipub. & non ſit conditio viduitatis,
prout reſpondent ſupradicti ad dict. l. Titiæ.
quamuis nec congruè ei reſpondeatur. per
Bald. in d.l.Deo nobis, vt dicit Felyn. in d.c.
in præſentia.nu.37. Et ratio eſt manifeſta, ſi
quidem quando concurrunt duæ vtilitates
3 publicæ, maior præfertur. vt optimè declarat
Iaſ.in l.2. C.de indict. viduit. toll. vbi reddit
rationem, quare legatum virgini, ſi non nup-
ſerit, debetur reiecta conditione, cum publi-
cè etiam interſit vltimas voluntates ſortiri
effectum d.l. vel negare. ff.quemadmodum
teſtamenta aperiantur. gl.in d.l.Gallus. & re-
ſpondet, quod magis intereſt Reip. quod mu-

lieres

ſieres liberè matrimonia contrahāt, liberoſq.
procreent, & Ciuitas hominibus repleatur.l.
1.ff. de iure dot. & in caſu noſtro habemus à
lege determinatum, Religionem eſſe matri-
monio præferendam, maioremq. vtilitatem
publicam continere.d.§.ſed & hoc præſenti.
& ex his videtur determinata quæſtio, & reij-
citur reſponſio data d.l.Titiæ. dum dicebant
conditionem illam continere viduitatem con-
tra Remp. quia d. §. ſed & hoc præſenti. de-
4 clarat,quod etiam ſi contineat matrimonium
propter maiorem vtilitatem publicā religio-
ni ſit conditio reijcienda.Pro hac opinione
facit tex.in d.l.Titię,ſi conſideretur principa-
lis ratio decisionis, quare filia ſi nupſerit ac-
quirit ducenta ſibi legata, ſi non nupſerit, ne
retrahatur à matrimonio carnali, multo for-
tius à ſpirituali,quamuis in conſequentiam
contineat viduitatem contrariam Reip.Sed ra
tio principalis legis attendenda eſt, quæ eſt
anima legis.l.ſcire leges.ff.de legib. l. cū mu-
lier.ff.ſol.matr.cum ſimilib.Præterea viduitas
non ſemper poteſt dici contraria Reip.vnde l.
Iulia Miſcella conſiderans, quod non omnes
mulieres nubunt ob procreationē liberorum,
vt ſunt ſteriles, & decrepitæ, ſed nubunt vel
propter incontinentiam, vel alia ratione, vel
propter alia bona matrimonij præter ſobolē,
determinauit,quod conditio viduitatis de le-
gato deberet remitti mulieri, quādo nuberet
ad finem procreandæ ſobolis, & quod mulier
iuraret ſe nubere cauſa ſobolis procreandę.vt
habetur in l.2.C.de indic. viduit. toll. poſtea
in Auth.cui relictum.eod.tit.fuit ſancitum, vt
in vidua non reijciatur conditio viduitatis,&
ſic reſponſio DD.quod in caſu l.Titiæ mulier
inducebatur ad viduitatem in damnum Reip.
non eſt omnino vera, ſed fauor matrimonij
carnalis, multo magis ſpiritualis. cap. 2. de
tranſlat.prælat.pulchrè Euerar.in loco à ma-
trimonio carnali ad ſpirituale,in 12.illat. vbi
ſic argumentatur tenens hanc opinionē.Præ-
terea,vt ſupra diximus, iuncto d.§.ſed & hoc
præſenti.vbi in ſpecie agitur de conditione in
caſu matrimonij carnalis, vt reijciatur ob re-
ligionem,videtur magis facere diſpoſitio d.l.
ſi Titiæ.vbi cōcurrebant duæ vtilitates,fauor
matrimonij,& fauor vltimæ volūtatis, vt ſor-
tiretur effectum, vt ſupra diximus. & tamen
fauor matrimonij carnalis præfertur, multò
magis ſpiritualis. Non obſtāt adducta in con-
trarium,& primo quod in caſu noſtro cōditio
nō retrahit à Religione propter profeſſionem
paupertatis ingredientis. nam hoc eſt contra
ius expreſſum in d.§.ſed & hoc præſenti. vbi
Imperator conſiderauit legatum bonorū poſ-
ſe retrahere,nec propterea reijcit conditionē,
& ſatis eſt ita iure eſſe deciſum. Præterea, vt
experientia docet, non ita frequenter mulie-
res diuites ſolent cogitāre de ingreſſu religio-
nis,quemadmodū pauperes. Non obſtat con-
ſuetudo allegata in nonnullis locis, quia eſt
contra priuilegium Eccleſiæ.quæ nullo tēpo-
re etiam immemorabili vires capit, ad not. in
Auth.caſſa,& irrita.C.de ſacroſ.eccleſ. & per
Io.Andr.& alios in c.Eccleſia S.Marię.de cō-
ſtit.Et hanc opinionem veriorem cēſeo.quam
tamen declaro, vt non procedat quando non
eſſet ſimpliciter dictum,ſi ingrediatur mona-
ſterium, ſed etiam dictum ſi non ingrediatur
monaſterium talis ordinis, quia adhuc ſunt
alia monaſteria aliorū ordinum, & ideo non
dicitur, nec videtur impediri propoſitum in-
trandi hanc religionem.ita notabiliter Bal.&
Imol.in l.hoc modo.per illum tex.ff.de cond.
& demonſtr.quos ſequitur Fel.d.c.in præſen-
tia.n.37.Faciunt ad hoc notata per Abb.in c.
licet.de elect. circa electionem Vrbani Papæ
Sexti,vt non eſſet irritanda,quamuis Romani
coegerunt Cardinales ad eligendum Italum,
quia coactio non fuit de certa perſona, ſed de
certo genere perſonarum. Declaro ſecundo,
quando pater haberet plures filias, & non
poſſet æqualiter omnes dotare ſi nuberent in
ſeculo,iuxta conditionem perſonę.tunc ęqui-
tas,& ratio naturalis ſuadet, vt quæ ingredi-
tur,minori ſit dote contenta. c.2.requiris. de
appellat.cum ſimilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus ſolus an poſſit repudiare legatum, vel hæreditatem in damnum Eccleſiæ.*
2 *Prælatus tenetur acquirere Eccleſiæ.*
3 *Prælatus impediens ne obuentiones fidelium perueniant ad miniſtros Eccleſiæ eſt excommunicatus.*
4 *Prælati tenentur recuperare iura Eccleſiæ, & procurare ne perdantur.*
5 *Eccleſiæ dicitur eſſe in facultatibus, quod ab inuitis exigi poteſt, cum competat actio.*

QVAESTIO 150.

De Eccleſiæ fauore, vt in eius damnum ſolus Prælatus non poſſit repudiare legatum vel hæreditatem, iuxta veriorem opinionem.

1 ARDVA eſt quæſtio, an Prælatus ſolus ſine Capitulo poſſit repudiare legatum, vel hæreditatem delatam Eccleſiæ. & affirmatiuam tenuit Feder. de Sen. conſ. 9. quod poſſit ſolus Prælatus repudiare abſque conſenſu Capituli, quia repudiatio non eſt alienatio. allegat tex. ſing. in l. qui autem, in princip. ff. de his quæ in fraud. credit. vbi debitor, qui non eſt ſoluendo, non poteſt aliquid alienare in præiudicium creditorum, & tamen poteſt repudiare hæreditatem, vel legatum, quia id non eſt alienare. Et hoc eſt præcipuum fundamẽtum huius opinionis, quam ſequuti ſunt Imol. Geminian. in cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. Lap. alleg. 26. Card. Abb. in c. tua nuper. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capit. Ant. de Butr. in c. in præſentia. Bart. in l. tutor. ff. de bonor. poſſeſſ. Bal. in l. pupillorum. C. de repud. hæred. & in Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccleſ. Rom. conſ. 193. Fel. in d. c. in præſentia. vbi dicit eſſe communem. Iaſ. in l. legatum. ff. de legat. 1. vbi latè hanc opinionem defendit, & dicit eſſe communem redarguens Alex. ibi dicentem contrariam opinionem eſſe communem, ac laudans Feder. de Sen. quod fuerit vir excellentiſsimus Doctor magnæ ſcientiæ, & præcipuus Decretorum Doctor inter cunctos de mundo. Et pro hac opinione adducitur etiam quia ſolus Prælatus in acquirẽdis poteſt præiudicare eccleſiæ, iuxta gl. in cap. fin. 16. q. 6. Innoc. in c. 2. de donat. Hinc ſi emphyteuta eccleſiæ ceſſauerit per biennium ſoluere Canonem, poteſt ſolus Prælatus ei remittere caducitatem, ſecundum Card. in cap. potuit. de locat. quia nondum erat res incorporata eccleſiæ. hinc etiam ſolus Prælatus poteſt noualia, quæ eius eccleſiæ deberentur, quando non naſcuntur in parochia diſtincta, vel ſibi retinere, vel alij eccleſiæ deputare. cap. quoniam. de decimis. Ergo in acquirendo poteſt eccleſiæ ſuæ præiudicare, & non eſt par ratio lucra non capere, & quæſita perdere. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de don. Quæ omnia tendũt ad corroborationẽ rationis Fed. de Sen. quod non quærere, non ſit alienare, & ſolẽnitas requiratur, cũ alienatur res quæ poſſidetur ab eccleſia. & ſecundum hanc opinionem inquit Iaſ. conſulerem, & iudicarem, quia reputo eſſe communem. Contrariam opin. tenent etiam DD. ſingulares. Bal. ſibi contrarius in l. contra iuris. §. 1. ff. de pact. & in l. magis puto. §. fundũ. ff. de reb. eor. Paul. de Caſtr. Aret. Alex. in d. l. legatum. qui dicit eſſe communem. Anch. Imol. in c. vt ſuper. de reb. eccl. nõ alien. Imol. in c. tua. latiſſimè hanc opinionẽ defendit Io. Bapt. Cimator in repet. d. l. legatum. nu. 24. & ſeqq. Abb. etiã poſtquam ſequutus fuit opin. Feder. in d. c. tua. ſubdit, fateor tamen, quod caſus dubius eſt. Bero. in c. 1. n. 112 de reſtit. in integ. dicit hanc poſteriorem opinionẽ eſſe Redoa. de reb. eccl. & ex modernis Surd. cõſ. 501. vol. 4. vbi dicit primam opin. non eſſe tu-
2 tam, maximè in Prælato, qui tenetur acquirere, & non acquirendo tenetur Eccleſiæ ad intereſſe. c. quicũque. vbi gl. 12. q. 4. Idem tenet Rot. Rom. vt in deciſ. 362. Verall. 2. par. in verbo, Prælatus. Et pro hac opinione adducitur tex. ſing. in d. §. fundum. contra quem, vt inquit Paul. de Caſtr. in d. l. legatum. conſuluit Feder. de Sen. dicitur enim in d. tex. quod pupillus non poteſt ſine prętore repudiare legatum ſibi delatum, & rationem aſſignat ibi Vlpianus, quia iſta eſt alienatio, cũ res ſiue fundus ſit pupilli, & clarũ eſt quod pupillus non poteſt immobilia alienare ſine decret. l. 1. eodẽ tit. & l. ob æs. C. de præd. minor. Ergo clarè patet in d. tex. quod repudiatio legati eſt alienatio, ſed Prælatus non poteſt ſine Capitulo alienare immobilia Eccleſiæ. c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. cum alijs. ergò non poterit repudiare legatum. Et hoc eſt fortiſſimum fundamentum huius opinionis. ſed Abb. in d. c. tua. reſpondet ad §. fundum. vt loquatur in pupillo qui non habet adminiſtrationem rerum ſuarum, ideo ſolus repudiare non poteſt, ſed nos loquimur in Pręlato, qui in acquirendis poteſt facere conditionem Eccleſiæ deteriorem, vt fuit dictum ex d. c. quoniam. de decim. Sed replicatur, quod licet d. §. fundum loquatur in pupillo, tamen poſtea ſubijcit rationem generalem, quod illa repudiatio ſit alienatio. Quæ quidem ratio ampliat dictum etiam ſpeciale. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat. 2. Præterea, minor & Eccleſia pari paſſu ambulant. c. 1. c. auditis. de in integr. reſtit. gl. Bar. in l. reſpublica. C. ex quib. cauſ. maior. ergo ille tex. loquẽs in minore, habebit etiã locum in Eccleſia, quæ minori cõparatur. Præterea, hęc quęſtio eſt valde dubia, cũ multi DD. ſint pro vtraq; parte. & dicit Abb. in d. c. tua. at in dubijs opin. fauore Eccleſiæ iudicandũ, & reſpondendũ eſt. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. c. fin. de re iudic. iſta ergo opinio eſt verior & tutior. Non obſtat præcipuum fundamentum Feder. de Sen. l. qui autem. ff.

de

de his, quæ in fraud. credit. nam reſpondent Paul. de Caſtr. in d. l. legatum, quod in dicta l. qui autem. ceſſat edictum, quando debitor repudiat legatum, vel hæreditatem, quia ius legati vel hæreditatis non erat acquiſitum creditoribus, & ideò in eorum fraudem non dicebatur repudiari, vel alienari. & ſucceſſiuè cum creditores non habeant ius in rebus alienatis, non poſſunt reuocare alienationem lucri nondum quæſiti, tanquam factam in eorum fraudem. ſed nos loquimur in eo, qui habebat ius in eccleſia, quæ conſiſtit in Prælato, & Capitulo, cui ius legati eſt acquiſitum à morte teſtatoris. quam Pauli reſponſionem aduerſus Iaſ. replicationem pluribus defendit Io. Bapt. Cimat. loc. cit. vbi tandem concludit, quod repudiatio eſt alienatio, ſcilicet reſpectu iuris quæſiti, vt in dicto §. fundum. & dicitur alienatio largo modo, Facit quod qui actionem habet, rem habere videtur. ex reg. iur. non autem eſt alienatio rei perfectæ quæſitæ, vt in d. l. qui autem. pupillus autem non poteſt hoc ius quæſitum, licet non perfectum à ſe abdicare. ergo nec Eccleſia, quæ illi æquiparatur, vt fuit dictum, Facit à ſimili tex. in l. ſi quis prioris. C. de ſecund. nupt. vbi qui teſtatur, & inſtituit hæredem, dicitur alienare, ſed impropriè. Et ex his patet reſponſio ad illud, quod Prælatus in acquirendis, poteſt facere deteriorem conditionem Eccleſiæ: nam ſumus in acquiſitis, licet non propriè, vt in d. §. fundum. & ſufficit quod tale ius non perfectè quæſitum prohibeatur. Præterea ſi eſt ius quæſitum toti Eccleſiæ, ſolus Prælatus remittat caducitatem, nam procedit quando ſolus concedit in emphyteuſim, ſecus ſi cum conſenſu Capituli, iuxta communem in cap. potuit. de locat. & penes eccleſiam remanet directum

3 dominium. Præterea, ni fallor, Prælatus qui in damnum eccleſiæ repudiaret legatum, & hæreditatem, eſſet excommunicatus tanquam impediens ne obuentiones miniſtris eccleſiæ debitæ, ab illis percipiantur, ex Conc. Trident. cap. 11. ſeſſ. 22. de reformat. & obuentionum nomine veniunt quæ à fidelibus offeruntur. ad not. per Oldrad. conſ. 216. Et

4 hæc opinio eſt præcipuè à Prælatis amplectenda, qui non ſolum tenentur acquirere eccleſiæ, vt in dicto cap. quicunque. ſed iura eccleſiæ recuperare, & procurare ne perdantur, alias poſſunt compelli, vt in Clementin. 1 quia contingit. de relig. domib. in princ. & in

5 facultatibus eccleſiæ dicitur eſſe, quod ab inuitis exigi poteſt, cum pro eis petendi competat actio, & exceptio. l. ſtatus. ff. de acquir. rer. domin. l. inter cohæredes. §. 1. ff. de verbor. ſignif. l. rem in bonis. ff. familiæ herciſ. vt ſingulariter dicit Oldrad. d. conſ. 216. Sed prædictis videtur obſtare, ſi loquimur de hæreditate, quia ius adeundi hæreditatem non dicitur eſſe in bonis noſtris. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. ſed eſt quædam ſimplex facultas, quæ eſt facti. Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. ergo videtur, quod Prælatus non afferat præiudicium eccleſiæ repudiando hæreditatem. Sed reſponde quod ius adeundi dicitur eſſe in bonis noſtris, quando competit ex teſtamento actio, vel officium Iudicis l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. domin. ita quod actiones, & officium iudicis ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes. l. Pantonius. ff. de acquir. hæred. & l. vnica. C. vt actiones in hæredes. ita quod ius fideicommiſſi quod conſiſtit in officio iudicis, qui compellit hæredem adire, dicitur eſſe in bonis noſtris, vt pulchrè per Rip. in l. cum filiofamilias. nu. 75. ff. de leg. 1. pro eccleſia verò ſemper datur officium iudicis, qui poteſt compellere Rectorem adire, & ſucceſſiue hæreditas non adita dicitur eſſe in bonis eccleſiæ, cum competat officium iudicis. Facit doctrina Bart. in l. Iulianus. §. penult. ff. de actionib. empt. quod qui habet actionem ad commodum alienum, agere cogitur. Alex. conſ. 4. col. 6. vol. 2. vbi quod legatarius poteſt compellere hæredem vt agat ad recuperandas res ſibi legatas, & ei reſtituat, ergo ius adeundi eſt in bonis eccleſiæ. & hæc opinio eſt verior & tutior.

SEXTVM CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta Eccleſiæ abſenti, an reuocari poſſit ante acceptationem.*

2 *Donatio facta mulieri abſenti ex cauſa dotis eſt irreuocabilis ante acceptationem.*

3 *Donatio facta infanti non exigit acceptationem.*

4 *Conſenſus tacitus & expreſſus æquiparatur.*

QVÆSTIO 151.

De donatione facta Eccleſiæ abſenti, an poſſit reuocari ante acceptationem.

1 QVAERITVR, an donatio facta Eccleſiæ, nemine acceptante, poſſit reuocari. Sciendum, quod abſenti facta donatio regulariter non valet, l. abſenti. ff. de donationib. ratio eſt, quia ignarus non conſentit, & ſine conſenſu donatio non poteſt valere. l. nec ignorans. C. eodem tit. idque adeo eſt verum, quod etiam ſtipulante notario pro abſente, ante acceptationem iuxta multorum opinionem poteſt reuocari. Sed difficultas eſt magna in donatione facta pauperibus, Eccleſiæ, vel loco pio abſentibus. nam requiri acceptationem renuerunt gloſ. Bart. Bald. in l. illud. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Etenim licet donatio videatur facta Deo, qui præſens eſt, tamen vt inquit Bald. Deo videtur donare mediatè, non immediatè, & ſic requiritur acceptatio Rectorum Eccleſiæ, vel piorum locorum, vel pauperum. & hanc opinionem tenet Ioann. Andr. ad Speculat. de inſtrum. editione. §. nunc vero aliqua. num. 66. verſ. ſed an pauperes. Ruin. conſ. 13. num. 10. & conſ. 36. num. 14. lib. 4. qui teſtatur de communi. Alciat. conſ. 14. & 15. lib. 5. qui etiam teſtatur de communi. Natt. conſ. 645. num. 10. & communem eſſe tradit Clar. in §. donatio. quæſt. 12. Pariſ. conſ. . . lib. . . qui dicit omnino hanc opinionem eſſe veram, vt ante acceptationem poſſit reuocari, quia ante illam non adeſt conſenſus duorum. Sed affirmatiuam opinionem, quod ante acceptationem ſuum ſortiatur effectum multi tenue-
2 runt. pro qua facit, quia donatio facta mulieri abſenti ex cauſa dotis valet. l. vnica. §. accedit. cum gloſ. C. de rei vxor. acti. l. fin. C. de iur. dot. Dec. conſil. 35. numero 1. multo magis debet valere fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ, cum dotis cauſa non ſemper dicatur pia, niſi pro paupere, & miſerabili perſona conſtituatur. Crot. in l. ſi conſtante. 1. lectura. num. 62. & in ſecunda. num. 76. ff. ſoluto matrim. Decian. conſ. 61. lib. 3. num. 9. Rim. in l. dedi. §. idem erit. ff. de condit. ob cauſam. nititur enim cauſa dotis natura pietatis l. cum is. §. ſi in ea opinione. ff. de condit. indebiti. multò magis debet habere locum in cauſa quæ ſpiritu Dei ducitur, & verè eſt pia. Rip. in l. fin. num. 170. C. de reuocand. donation. Præterea, donatio facta piæ cauſæ, & Eccleſiæ, præſumitur facta propter Deum, & pro ſalute animæ donatoris, non autem propter ipſum donatarium. cap. pontifices. 12. quæſt. 9. Doctores in cap. verum. de condit. appoſ. Rip. in d. l. fin. num. 170. Ergo debet eſſe magis fauorabilis quàm cauſa dotis, & cum Deus præſens ſit, donatio intelligitur eſſe perfecta. Et hanc opinionem tenet Cyn. in d. l. illud. num. 4. & ibi Alberic. nu. 2. Bald. conſ. 86. num. 5. Corn. conſil. 215. nu. 6. lib. 2. Dec. conſil. 1. num. 56. lib. 3. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 115. & nouiſſime Card. Mant. de tacit. & ambig. comment. lib. 3. tit. 7. numero 15. tom. 1. Non obſtat, quod donatio intelligatur facta Deo mediatè, & non immediatè, & ideo in medio deficit conſenſus, vt dicebat Bald. in d. l. illud. nam replicat Cyn. ibi, quod Deus ipſe pro pauperibus ſemper conſentit, cum præcipiat dari pauperibus, vt in ſacris litteris habetur. & ſi conſenſus mulieris in donatione facta dotis cauſa intelligitur, multò magis debet intelligi pro ſalute animæ, quæ rebus omnibus anteponitur. cap. cum infirmitas. de pœnit. Hæc reſponſio videtur bona. & hæc poſterior opinio pro validitate donationis verior mihi videtur. nam tota difficultas conſiſtit, an adſit conſenſus Eccleſiæ. & ad argumentum, quod præſumitur fauore dotis, non poteſt reſponderi. ſed ego addo, quod conſenſus Rectorum præſumitur, quia tenentur de proprio, ſi Eccleſiæ nollent acquirere. Cyn. l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ang. conſ. 168. & nemo præſumitur velle delinquere. l. merito. ff. pro ſocio. Facit quod Epiſcopus, qui non poteſt diſpenſare ſine cauſę cognitione, ſcienter promouens indignum, non cenſetur diſpenſare, quia veniret puniendus. Abb. in capit. diuerſis fallacijs. de cler. coniug. optimè Felin.
3 Præterea donatio facta infanti, non exigit acceptationem, vt perfecta & irreuocabilis efficiatur, quia lex præſumit pro acceptatione in eius vtilitatem, vt tradit Dec. conſil. 245. & ſequitur Molin. de primogen. libro 4. cap. 2. numero 75. per text. in l. iubemus. C. de emancipat. liberor. vbi quamuis emancipatio abſque conſenſu, & voluntate emancipati, fieri non poſſit, hoc tamen fallit in infante, qui etiam ſine conſenſu, & acceptatione efficitur ſui iuris. Eccleſia autem fungitur iure quorumcunque minorum.

cap.

cap. 1. cap. audit. de præſcription. Cum itaque lex mandet neceſſario conſentiri cum damno Rectorum, neceſſariò talis conſenſus præſumitur idq. eſt adeo verum, quod ſi rector non conſentit, atque non acquirit Eccleſiæ, repudiando hæreditatem, vel legatum, ſi non poteſt ſatisfacere de proprio Eccleſiæ, ipſa Eccleſia reſtituetur in integrum, iuxta Cin. & Ang. vbi ſupra. & ſic argumentum de conſenſu non obſtat, cum præſumatur, & lex habeat per cõſenſum, etiam diſſenſum Rectoris adhibendo remedia ſupradicta. & ratihabitio ab abſente, non eſt neceſſe quod ſit verbis expreſſa, ſed ſufficit tacita, ſi ex facto conijci poteſt. l. Paulus. ff. rem ratā haberi. Dec. conſ. 566. n. 12. & 13. nihil enim refert an quis ex-
4 preſsè donationi conſentiat, nam conſenſus facto non minus quàm verbis declaratur. vt in d. l. Paulus. & conſenſus tacitus & expreſſus eiuſdem ſunt virtutis. l. cum quid. ff. ſi certum petat. Mant. d. lib. 13. tit. 8. nu. 16. Illud etiam ſecundum Tiraquell. loc. cit. verum eſt, quod ſi quis rem aliquam offerat in templo ad eius ornatum, donatio valet, etiamſi nullus recipiat. l. Paulus. & ibi Soc. Sen. ff. de except. l. is qui puteum. §. 1. ff. quod vi aut clam. pariter ſi quis aliquam rem ponat ſuper altari alicuius Eccleſiæ animo offerendi, abſentibus miniſtris Eccleſiæ, res intelligitur Eccleſiæ acquiſita. arg. l. ſtatuas. ff. de acquir. rer. domin. in d. l. is qui in puteum. Hęc itaque opinio mihi verior videtur.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici poſſunt compelli ad hoſpitalitatem.*
2 *Eccleſiæ reparatio an præferatur hoſpitalitati peregrinorum.*
3 *Beneficia ſunt principaliter inſtituta ad opus charitatis.*
4 *Domus Clericorum debet eſſe commune hoſpitium.*

Q V AE S T I O 152.

Eccleſiarum reparatio an præferatur hoſpitalitati peregrinorum.

1 AN Epiſcopus poſſit compellere Archipresbyteros, aut alios beneficiatos, dum peregrini pertranſeunt, vt eos hoſpitio excipiant. & non eſt dubium quod
2 poteſt illos compellere ad hoſpitalitatem iux-
3 ta eorum facultates, cum ad opus charitatis ſint principaliter beneficia inſtituta. c. fin. 16. q. 1. vbi Hieron. inquit, quicquid habent Cle-
4 rici pauperum eſt, & domus illorum omnibus debet eſſe communis. Facit c. de monachis. de præbend. Abb. & alij in cap. 1. de empt. & vend. gl. ſing. & aurea in c. 1. 21. q. 1. Id tamen eſt intelligendum, dummodo Clericus prius victum neceſſarium pro ſe recipiat. c. fin. §. fin. 12. q. 1. & c. de his. de Eccl. ædific. Sed an prius debeat deduci reparatio Eccleſiarum. Abb. Innoc. in d. c. de monachis. dicunt quod ſic. ſed Dec. ibi credit hoſpitalitatem eſſe præferendam reparationi Eccleſiæ & pauperibus. per cap. mos eſt. 12. q. 2. vbi præcipitur de redditibus fieri quatuor partes, primam pro Epiſcopo & eius familia propter hoſpitalitatem. ſecundam pro Clero. tertiam pro pauperibus. quartam pro Eccleſijs reparandis. & ſic reparatio ponitur vltimo loco, & in prima parte, quæ Epiſcopo aſſignatur habetur ratio hoſpitalitatis. ſed tex. in cap. ſancimus. 12. quæſt. 2. videtur contradicere, vbi prima pars tribuitur reparationi Eccleſiarum. ſecunda clericis. tertia pauperibus. quarta aduenis. Poteſt rationabiliter dici, reparationē eccleſiarum eſſe præferendam, quando aduenæ poſſunt alibi hoſpitari, vt ſi in Ciuitate adeſſet locus pro peregrinis, & reparatio Eccleſiæ immineret, alias ſecus, quia in grauiſſima neceſſitate pauperum venduntur vaſa ſacra. cap. aurum. 12. quæſt. 2. Relinquitur igitur arbitrio Epiſcopi, qui poterit conſiderare neceſſitatem Eccleſiæ, & aduenarum.

S V M M A R I V M.

1 *Calix ſi legatur Eccleſiæ, an intelligatur de meliori.*
2 *Vouens dare aliquid Eccleſiæ ad menſuram, cenſetur intellexiſſe de minori menſura.*
3 *Intereſſe Clericorum vbi vertitur, fit ſtricta interpretatio contra eos, ne videantur lucri cupidi.*
4 *Legatum factum Eccleſiæ de florenis, intelligitur de magnis, non de exiguis.*

Q V Æ S T I O 153.

Legatum Calicis factum Eccleſiæ, eius fauore intelligitur de meliori, vel honorabili.

1 TESTATOR legauit Eccleſiæ calicem, an debeat intelligi legatus calix aureus, argenteus, vel æreus. & videtur quod debeat dari æreus, & minoris pretij. ex cap. ex parte. de cenſibus. vbi vouens dare Eccleſiæ
2 aliquid ad menſuram, puta triticum, ſi in illa Ciuitate ſunt maiores, & minores menſuræ, debet votum intelligi de minori menſura. In contrarium facit text. in l. Titia. §. ſemproniæ. ff. de auro & argent. legato. vbi habetur, quod legatum factum Eccleſiæ, recipit latiſſimam interpretationem, & ſucceſſiuè videtur legatus calix aureus, non æteus, & ibi hoc dicit Bart. ſubdens, quod ſi teſtator mandat fieri planetam pro vſu Eccleſiæ, intelligitur de ſerico. & ſi mandat fieri in Eccleſia figuram Chriſti cum Apoſtolis, debet intelligi cum duodecim Apoſtolis, quia ex illo tex. fauore religionis in dubio, intelligitur legatū quod eſt maius. Bal. in l. 3. C. de furtis. tenet, quod intelligatur de Calice honorabili ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ, & facultates teſtatoris. quia in relictis ad pias cauſas ſemper attendi debet arbitrium boni viri. argum. ff. de fideicommiſſar. libert. l. fideicommiſſa. & d. l. Titia. §. fin. & hæc videtur veritas, vt intelligatur de meliori, vel honorabili, conſiderata facultate, & conſuetudine. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis, quod vouens intelligitur intellexiſſe de minori menſura. Abb. in d. cap. ex parte. credit hanc eſſe rationem, quod in legato fit interpretatio potius contra ipſum hæredem, quàm contra ipſum donatorem. quia præſumptio eſt, quod teſtator intellexit de meliori fauore piæ cauſæ; ſed in voto agitur de interpretatione facienda contra ipſum vouentem, qui negabat ſe intellexiſſe de ma-
3 iori. Item interpretatio in d. cap. ex parte. fit ſtricta, ne clerici videantur exactores improbi, & inhiare rebus temporalibus. & hac ratione Abb. dubitaret, ſi ex voto deberetur calix, vel alia res deputata ad cultum diuinum, nam ceſſaret ratio litteræ, ſuper quo eſſet cogitandum. Item iuxta prædicta notandum, quod legatum de florenis fauore Ec-
4 cleſiæ, & piæ cauſæ, intelligitur de magnis, non de exiguis. ita Soc. Sen. conſ. 247. vol. 3. circa primum. nu. 6. poſt alios, quos allegat.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, per non vſum vel vnicam contrauentionem, an amittatur.*

2 *Priuilegium nundinarum per non vſum decem annorum amittitur.*

3 *Priuilegium conceſſum Eccleſiæ, non amittitur per non vſum, niſi poſt 40. annos.*

4 *Priuilegium conceſſum Canonicis in vtilitatem Eccleſiæ, per contrauentionem ſingulorum non amittitur.*

QVAESTIO 154.

Priuilegium Eccleſiæ eius fauore non amittitur per non vſum, niſi longiſſimi temporis, quod ſecus eſt in priuatis.

1 QVAERITVR an priuilegium conceſſum Eccleſiæ, amittatur per non vſum, vel contrauentionem, quemadmodum ſi eſſet conceſſum priuato. de hac materia tractatur per DD. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitut. Et breuiter reſpondendo dicimus, quod in l. 1. ff. de nundinis habetur.
2 quod priuilegium nundinarum, per non vſum per decennium perditur. & ſic eſt priuilegium de aliquid faciendo. priuilegium verò de aliquid non faciendo, ne ſoluantur præſtantiæ, vel ſimile, conceſſum perſonæ priuatæ, amittitur per vnicam contrauentionem, & iſte eſt caſus d. cap. cum acceſſiſſent, cum aliquibus declarationibus, de quibus per Abb. & Fel.
3 ibi. Nihilominus in Eccleſia, ſiue priuilegium conſiſtat in faciendo, ſiue in non faciendo, non amittitur niſi ſpatio 40. annorum fuerit præſcriptum. cap. accedentibus. vbi Innoc. & omnes de priuileg. & d. cap. ſtandum eſt. licet de alio tempore dicatur in cap. ſi de terra. eod. tit. ex quo contra Eccleſiam requiritur præſcriptio quadragenaria, etiam quo ad priuilegium de aliquid faciendo. ita tenet Ioan. Andr. & Fel. nu. 27. in d. cap. cum acceſſiſſent. quo vero ad priuilegium de non faciendo ita tenet Abb. in d. cap. cum acceſſiſſent. & ibi Fel. & alij communiter in d. cap. accedenti-
4 bus. Eſt tamen notandum, quod ſi priuilegium eſt conceſſum Canonicis, non reſpectu vtilitatis eorum duntaxat, ſed reſpectu vtilitatis Eccleſiæ, poſſunt allegare priuilegium non eſſe ſublatum, quia ſingulares perſonæ non poſſunt per contrauentionem renunciare priuilegio conceſſo Eccleſiæ. Innocent. in dicto cap. accedentibus. Abb. & Felin. notabiliter in d. cap. cum acceſſiſſent.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum tollitur per vnum actum contrarium, non autem conſuetudo regulariter.*
2 *Statutum, Eccleſiæ fauorabile, non tollitur per vnicum actum.*

QVÆSTIO 155.

Statutum non tollitur per vnicum actum contrarium, ſi eſt fauorabile Eccleſiæ, ſecus in priuato.

1 QVAERITVR, an ſtatutum Eccleſiæ fauorabile, per vnicam contrauentionẽ tollatur. Sciendum, ſtatutũ differre à conſuetudine; ſiquidem conſuetudo regulariter non tollitur, niſi per plures actus. ſed ſtatutum vnico actu contrario tollitur, quemadmodum vnico actu conditum eſt. Abb. Fel. in c. cum acceſſiſſent. de conſtitut. Hoſt. Ioan. And. Abb. ſingulariter in cap. ad audientiam. de Cleric. non reſidentib. hoc tamen ſingulariter limitatur in ſtatuto fauorabili Eccleſiæ, quia per vnicam contrauentionem non
2 tollitur. quinimò vnus ſolus de Eccleſia poteſt reſiſtere omnibus, & facere actum retractari. ita ſingulariter Innoc. in cap. accedentibus. de priuileg. Abb. in cap. pro illorum. de præbend. Fel. in d. cap. cum acceſſiſſent. & in cap. cum omnes. vbi refert alios, de conſtit.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli Eccleſiæ, immunes ſunt ab angarijs & parangarijs.*
2 *Epiſcopus habens feudum à Principe, debet illi præſtare ſolitum ſeruitium, & eum comitari facere cum equis per alios.*

QVAESTIO 156.

De Vaſſallis Eccleſiæ, quod ſint immunes ab angarijs, & parangarijs.

1 QVAERITVR, an fauore Eccleſiæ, eius vaſſalli ſint immunes à muneribus, & quibuſcunque præſtationibus, de qua re remitto te ad Luc. de Penn. in l. Senatorum. C. de dignitat. lib. 12. & alios. Vnum tantum ſingulare referam, quod vaſſalli Eccleſiæ, ſunt immunes ab angarijs, & parangarijs. ita Luc. de Penn. in d. l. Senatorum. allegat tex. in c. iudicatum. 89. diſtinct. & Hoſt. in ſumma de immunit. eccleſ. §. quibus muneribus. verſic. ab angarijs. Dicit tamen Hoſt. quod ſi Epiſcopus vel Abbas, tenet magnum, & nobile feudum ab aliquo Principe, quod conſueuit ei certo modo ſer-
2 uire, hoc caſu, quamuis non teneatur ire in caualcatis perſonaliter. arg. 23. q. 8. §. 1. & c. his à quibus. & c. ex multa. §. fin. de voto. putat tamen, quod debeat mittere ſecundum quod ſolitum eſt, aut non teneat beneficium, ex quo non vult facere ſeruitium. arg. de cleric. coniug. c. quod ad te. & c. diuerſis. & c. Ioannes. & c. cum ſecundum. de præbend. ſecus tamen ſi præſcripſerit libertatem, quia in ea tuendus erit. l. 1. C. de Epiſc. & Cleric. & quod ſufficiat præſcriptio triginta annorum. ex cap. quidam. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ. & cap. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuer. content. & latius per Hoſt. loc. cit.

SVMMARIVM.

1 *Lex benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. non procedit in rebus Eccleſiæ donatis à Principe.*
2 *Eccleſia an vtatur l. benè à Zenone in rebus alienis à Principe ſibi donatis.*
3 *L. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. an procedat de iure Canonico.*

QVÆSTIO 157.

An l. benè à Zenone. C. de quadriennali præſcriptione procedat in rebus Eccleſiæ.

1 LEX. in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. diſponit, quod habens cauſam à Principe ſuper bonis, poſt quadriennium ſuper illis à nemine moleſtari poteſt. Hęc autem diſpoſitio an habeat locum in rebus Eccleſiæ ſunt opiniones. nam aut loquimur in rebus Eccleſiæ à Principe alienatis in alium, & communiter tenetur non habere locum. Non enim poteſt Princeps alienando res Eccleſiæ, illi præiudicare. gl. in c. quicunque. 12. q. 2. Abb. Imol. in c. 2. de reb. eccleſ. Archid. in c. conuenior. 24. q. 8. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. Fel. in cap. quæ in eccle-

Eccleſiarum. de conſtitut. Affl.deciſ.361. & præludijs conſtit. regni. q.14. Iacobin. de S. Georg.de feud.in verbo princeps.Soc.in reg. 342. Ant. Gabr. qui alios refert. de acquir. poſſ. concl.2.num.18.Idque procedit,vt nec contra Clericum habeat locum d. l. bene à Zenone. Soc.conſ.46.vol.4. Gabr.loc.cit.Sed
2 difficultas eſt, an eccleſia poſſit vti diſpoſitione d. l. ſi princeps bona aliena donet ipſi eccleſiæ. & multi tenent,eccleſiam non admitti ad lucrum cum tanta iniquitate. per gloſ. in c.quicunque.12.q.2. per tex.& gl.in c.placuit.il primo.16.q.3. Imo.in c.2. de reb.eccl. Iaſ.in d.auth.quas actiones.Fel.in d.c.quæ in eccleſiarum.Alexan.conſ.52.vol.7. Affl.in d. deciſ.361.& alij, quos allegat Ant. Gabr.loc. cit. vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem.contra quam tenet Lancellot. Dec. in l. ſi hæres abſens. ff.de iud. & Barbat.in conſil. 27. vol.4. mouentur. Salic. in d. l.bene à Zenone. Soc. d.conſ.46.vol.4. Gozad.conſil.1. n.37. ſed Ant. Gabr. tenendo primam opin. communem ex mente Barbat. illam declarat, quando eccleſia veniret ex iure ſuo, ſecus ſi ex iure priuato, quia tunc poſſet vti benef. d. l.bene à Zenone. Limitant etiam DD. diſpo-
3 ſitionem dictæ l.bene à Zenone,vt indiſtinctè non teneat de iure Canonico. ex gl. ſing.in c.2.de reb.eccl. quod intelligunt DD.in præiudicium eccleſiarum, ſed quod benè procedat inter alios.Fel.in d.c.quæ in eccleſiarum. n.38. poſt Abb.in d.c.2.de reb.eccl. Iaſ.loc. cit. ſed prædicta intellige prout ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum Eccleſiæ, an poſſit reuocari.*

2 *Priuilegium conceſſum non ſubdito, an reuocari poſſit.*

3 *Gratia facta Eccleſiæ, an poſſit per ſucceſſorem reuocari.*

QVÆSTIO 158.

De priuilegio conceſſo Eccleſiæ à Principe, an ſit irreuocabile.

1 DOCTORVM concluſio eſt, Principem etiam ſine cauſa poſſe reuocare ſimplex priuilegium ſubdito conceſſum. Innoc. & omnes in c. nouit. de iud. ſed ſimplex priuilegium conceſſum non ſubdito, efficitur irreuocabile,ex quo non ſubditus non eſt de ſua iuriſdictione, & propterea non datur poteſtas reuocandi. & priuilegium conceſſum nõ ſubdito tranſit in contractum, qui eſt de iure gentium,& à Principe tolli non poteſt,& ideò in ſpecie concludunt DD. priuilegium con-
2 ceſſum Eccleſiæ à Principe,reuocari non poteſt. ita Innoc.& communis in d.c.nouit. Archid.in c.quicunque.11.q.1.Card.Zabar.in cap.perpendimus.de ſent.excomm.Dec.in cap.eccleſiæ S.Mariæ.de conſtit.Alex.conſil. fin.vol.4. & alij. Sed difficultas eſt in priuilegio eccleſiæ per viam legis generalis, an per contrariam legem generalem abrogari poſſit, prout in priuilegio cõceſſo per Principem ſecularem Eccleſiæ.& multi tenent poſſe tolli per contrariam legem generalem. Imol.in l.non amplius. §.1.ff.de leg.1. Salic.in auth. caſſa, & irrita. C. de ſacroſan.eccl.Fulg.Paul. de Caſtr. in l.priuilegia. C. eodem.Bal.in l.ſi quis curialis.C.de Epiſ.& Cler.& ibi Fulgoſ. Alex. conſ.209.vol.2. Iaſ.conſ.56.vol.1. Sed contrariam opin. tenet Bar.in d. l.priuilegia. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quis curialis.Crott. in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur. Innoc.in d. cap.nouit.de iud. Dec. Fel.in d.cap.eccleſiæ S.Mariæ. Rom.in auth.ſimiliter.n.26.C.ad l. falcid.& multi alij,quos refert,ac de communi teſtatur Ant. Gabr. de iure quæſito non tollendo concl.7.Ipſe verò nititur concordare opiniones ex verbis apoſtillæ ad Bald.in d. l.ſi quis curialis, quod aut conceſſio fuit facta eccleſiæ per modum priuilegij, & tunc reuocari non poteſt, ex quo eccleſia non eſt de ipſius iuriſdictione, aut non eſt facta per modum priuilegij, & tunc reuocari poteſt, & ita ipſe concordat.Sed videtur opinio Bar. ſimpliciter tenenda, de qua vide infra in q. par-
3 ticulari ſatis ſit hic attigiſſe. De gratia facta Eccleſię,quod non poſſit per ſucceſſorem reuocari,tradit Specul.de inſtrum.edit. §.nunc autem.Gabr.loc.cit.concl.5.num.16.Burſat. conſ.356.lib.4.num.11.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia hærede inſtituta, & vxore relicta domina & vſufructuaria, an debeantur vxori alimenta tantum, vel vſusfructus omnium bonorum.*

2 *Vxor relicta domina & vſufructuaria, filio hærede inſtituto, conſequitur alimenta tantum, ſed extraneo inſtituto, habebit vſumfructum omnium bonorum.*

QVAE-

QVÆSTIO 159.

Eccleſia hærede inſtituta, & vxore relicta domina & vſufructuaria, an debeantur vxori alimenta tantum, vel vſusfructus omnium bonorum.

1 COMMVNIS eſt DD. concluſio Bar. & aliorum in l. Titia. §. Titia. ff. de legat. 2. ex conſuetudine procedens, quod ſi vxor relinquatur domina & vſufructuaria, filijs hæredibus inſtitutis, conſequitur
2 tantum alimenta, tamen extraneis inſtitutis conſequitur vſumfructum omnium bonorum vita durante. Quæritur modo, an id procedat Eccleſia hærede inſtituta, ac ſi eſſet inſtitutus extraneus. & multi negant. Bar. conſ. 170. vbi loquitur de pauperibus Chriſti inſtitutis, vt vxor habeat vſumfructum bonorum. idem tenet Bal. in l. etſi contra tabulas. ff. de vulg. & pupill. quem ſequitur Imol. vbi loquitur in hoſpitali ſubſtituto filio, quod mortuo pupillo ſuccedente hoſpitali augetur legatum, & vxor debet habere vſumfructū integrum. Hanc etiam opinionem tenent alij, quos refert Ant. Gabr. de vſufructu concl. 3. n. 17. Pro eccleſia facit, quod ratio quæ militat in liberis, multò magis videtur militare in eccleſia, & pia cauſa, cum anima ſit quibuſcunque rebus præferenda. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. nec eſt præſumendum, quod teſtator voluerit vxorem habere vſumfructum, & eccleſiam nihil, cui reliquit pro eius animæ refrigerio. Præterea, & ſi verè, & ſtrictè eccleſia non veniat appellatione filiorum. Ang. conſ. 336. Fed. conſ. 159. Dec. Fel. & alij in cap. in præſentia. de probat. tamen recepta legitima filiorū, in dubio fauorabilior eſt cauſa eccleſiæ quam liberorum. Petr. de Anchar. conſil. 45. incip. prima facie, vbi dicit, quod iura, quæ dicunt eſſe fauendum magis filijs quam eccleſiæ, vel alteri piæ cauſæ, debent intelligi, quando ſequeretur totalis priuatio. vt ſi pater vellet filium exhæredare, & eccleſiam inſtituere, tunc aliū quærat pro conſilio, quam Auguſt. in c. fin. 17. q. 4. ſed extra legitimam filiorum magis fauetur piæ cauſæ, & ibi Anchar. infert ad alia, quem ſequitur Fel. in cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. col. 38. de conſtit. Præterea, in dubio iudicandum eſt pro pia cauſa. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. cum ſimilibus, & hanc opinionem tenet Corn. conſ. 112. n. 16. Item concurrit. vol. 2. Paul. de Monte Pico in d. §. Titia, examinat quæſtionem, & tandem concludit deciſ. Bald. & Imol. in d. l. etſi contra, non procedere ſine magna difficultate, & quod ſi caſus contingeret eſſet quæſtio pro amico. Sed tutius videtur ſimpliciter tenendum pro eccleſia, ne anima teſtatoris careat forte refrigerio à teſtatore oprato. quare illa interpretatio facienda eſt, quæ veriſimiliter continet teſtatoris intentionem, ſi in ſtatu tam miſerabili, & neceſſitate vrgentiſſima ſe futurum fortè cogitaſſet. præſumptio enim pro anima præfertur alijs præſumptionibus. arg. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictione omn. iud. faciunt not. infra in q. an eccleſia ſubſtituta pupillaris tacita, excludat matrem, vbi quod ſic fauore animæ. vide ibi adducta.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia relicta domina & vſufructuaria, filio hærede inſtituto, an habebit tantum alimenta, vel etiam vſumfructum omnium bonorum.*

2 *Vxor ſi relinquatur domina, & vſufructuaria, quid importet illud verbum domina.*

3 *Argumentum ab inconuenienti efficax.*

QVÆSTIO 160.

Eccleſia relicta domina & vſufructuaria, filio hærede inſtituto, an habebit tantum alimenta exemplo vxoris, vel etiam vſumfructum omnium bonorum.

1 SVCCESSIVE quæritur, an Eccleſia relicta domina & vſufructuaria, filio hærede inſtituto conſequetur alimenta tantum pro eius rectore, iuxta conſuetudinem Bulgar. communiter receptam in l. Titia. §. Titia. ff. de leg. 2. vel habebit etiam vſumfructum omnium bonorum, ac ſi eſſet inſtitutus extraneus, & vxor relicta domina & vſufructuaria: pro negatiua facit, quia conſuetudo indiſtinctè vult, quod reſtringatur 2
legatum ad alimenta filijs inſtitutis fauore liberorum. quæ ratio militat, ſiue teſtator relinquat vxorem dominam & vſufructuariā, ſiue eccleſiam, vel alias perſonas. ergo idem iur. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cū ſimilibus. Præterea

terea non eſt præſumendum, quod teſtator
velit eccleſiam habere vſumfructum, & filios
quodammodo mendicare, vnde qui vult fi-
lios exhæredare, & eccleſiam inſtituere, alium
pro conſilio quærat quam Auguſt. in cap. fin.
17. q. 4. In contrarium facit, quod conſuetu-
do Bulgari eſt fundata in præſumpta volun-
tate teſtatoris, quæ præſumptio ceſſat contra
eccleſiam, vel aliam piam cauſam, excepta
legitima debita filijs, nam tunc fauorabilior
eſt cauſa eccleſiæ. vt per Anchar. conſ. 45. in-
cip. prima facie. Fel. in c. eccleſiæ ſanctæ Ma-
riæ. de conſtit. & in c. in præſentia. vbi etiam
alij. de probat. Item facit in arg. quod tacita
pupillaris contenta in expreſſa vulgari, non
excludit matrem. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.
fallit tamē ſi eſſet inſtituta pia cauſa ex præ-
ſumpta voluntate teſtatoris, ex quo anima eſt
cunctis præferenda. l. ſancimus. C. de ſacroſ.
eccl. Ang. Paul. l. precibus. C. de impuberum,
& alijs ſubſtit. & eſt communis opinio, vt in-
fra ſuo loco dicemus. Præterea iſtud legatum 1
factum eccleſiæ, non videtur conuenire lega-
to alimentorum prout vxori, nec videtur mēs
teſtatoris, quod rectores eccleſiarū ſiue ho-
ſpitalium, debeant ſtare in domo teſtatoris,
aut pauperes, nec eius intentio quod alimē-
tetur totum hoſpitale: ergo conſuetudo non
poteſt extendi ex præſumpta mente teſtato-
ris. Paul. de Monte Pico in d. §. Titia. nu. 57.
tenet pro Eccleſia, quod ſi filius cenſeatur
proprietarius, & eccleſia habeat integrum
vſumfructum excepta legitima, dummodo fi-
lius percipiat de legitima fructus ſufficientes
pro eius ſubſtentatione, alias videretur quod
teſtator voluiſſet habere eccleſiam integrum
vſumfructum, & filium quodammodo men-
dicare. ſed ſi non ſufficeret, eſſet facienda in-
terpretatio, quod legatum traheretur ad ali-
menta, vel quod venirent ad partes per con-
curſum, iuxta doctrinam Ang. in auth. quod
locum per l. cum quæſtio. C. de legat. poſtea
inquit Paul. cogita. quare non ſum ſine ma-
gno dubio. ſed hoc dicit quando legitima
non ſufficeret, ſed quando ſufficit, ſimpliciter
tenet Eccleſiæ deberi vſumfructum. & hanc
opinionem cenſeo veriorem. inquit enim Bar.
quod ſi teſtator relinquit vxorem dominam,
2 vel dominatricē, vel maſſariā, iſta verba non
important dominium, ſed quandam præemi-
nentiam in domo, ſicut erat præeminens an-
te mortem viri domini, & hoc colligitur ex
communi vſu loquendi, quia homines ap-
pellant vxores dominas ſuas. l. Titia. §. qui
Marco alias l. qui Marco. ff. de annuis legat. &
leges etiam appellant eas dominas. l. 1. ff. re-
rum amotarum. & l. 1. §. ſi vir. ff. ad Syllanian.
3 Hæc autē non conueniunt eccleſiæ, nec men-
ti teſtatoris, cui magis videtur conuenire,
quod eccleſia percipiat vſumfructum exce-
pta legitima, & ex tali eius legato anima
eius ſi indiget ſentiet optatum refrigerium,
non enim eccleſia pauperes hoſpitale habue-
runt aliquam præeminentiam in domo teſta-
toris, quam velit teſtator in ipſis continuari,
ergo nec conuenit conſuetudinis extenſio. c.
venerabilem. de elect. l. fin. C. de autor. præ-
ſtand. cum ſimilibus. quid autem in Clericis,
vide infra de miniſtris eccleſiæ q.

S V M M A R I V M.

1. *Pactum valet, quod res donata eccleſiæ, re-
uertatur ad donantem non ſeruato modo,
& an valeat, quod tali caſu liceat capere
poſſeſſionem auctoritate propria.*
2. *Pactum quod res donata pro dote Eccleſiæ
reuertatur ad donantem non ſeruato mo-
do, non valet, quæ ſit ratio.*

QVÆSTIO 161.

De re donata Eccleſię cum pacto, quod
non ſeruato modo honeſto, res re-
uertatur ad donantem, & liceat ca-
pere poſſeſſionem auctoritate pro-
pria.

1 QVAERITVR, an valeat pa-
ctum, quod res donata Ec-
cleſię reuertatur ad donan-
tem non ſeruato modo ho-
neſto, & liceat capere poſ-
ſeſſionem auctoritate pro-
pria. DD. in c. verum. de condit. appoſ. tenent
communiter licere donanti adijcere tale pa-
ctum, quod res reuertatur ad ipſum, vel eius
hæredes, dummodo pactum ſit honeſtum, &
res donata non fuerit conſecrata, quia tunc
eſſet effecta ſanctum Sanctorum, & debere-
tur tantum æſtimatio, & dummodo modus
apponatur in traditione rei, ſecus ſi poſt, &
concurrente negligentia Prælati, & conuen-
tus ſi eccleſia habet conuentum, alias ſi non
habet, ſufficit ſolius rectoris negligentia. iux-
ta gloſ. vulgatam. in cap. potuit. de locato. vt
pulchrè poſt alios per Abb. & dominum Fel.
in cap. verum. de foro compet. Sed vltra præ-
dicta

dicta notanda eſt alia aurea limitatio ad præ-
2 dicta, quod licet in legatis factis Eccleſię iam dotatæ, poſſet adijci pœna quod reuertantur ad vſus profanos non ſeruatis pactis adiectis, tamen in dote eccleſiæ talis adiectio pœnæ non valet, ne contingat eccleſiam remanere indotatã. ita tradit Petr. de Anchar. in conſ. 197. incip. ſubtiliter, & ad plenum refert ſe ad not. in c. 2. 10. q. 1. & c. ſi quis Baſilicam. de conſecrat. diſt. 1. vbi ſine dote eccleſia redigitur ad nihilum, cum ſine temporalibus pro alimentis non poſſint eccleſiaſtici ſpiritualia adminiſtrare. ſequitur idem Fel. in c. cum venerabilis. ſub n. 59. verſ. nota tertio. de except. vbi allegat Petr. de Anchar. in conſil. 195. ſed eſt conſ. 197. Quo verò ad pactum de capiendo poſſeſſionem auctoritate propria non ſeruato modo ab Eccleſia. Innoc. in d. c. verum. de condit. appoſ. tenuit non valere, ea ratione, quia cum rerum dominium eſt eccleſiæ quæſitum, effectum eſt ſanctũ Sanctorum Domini, & ideò à nemine capi poteſt niſi auctoritate iudicis eccleſiaſtici, alias videtur ſacrilegium. 12. q. 2. c. nulli præterquã in rebus feudalibus, quia earum dominium non eſt ſanctum Sanctorum Domini, cũ illud permaneat penes dominum, licet fructus & alia vtilitas ſint vaſſalli. Contrariam opinionem tenuit Hoſt. quem ſequuntur Abb. & alij cõmuniter, vt tale pactum valeat; idem etiam tenet Bart. in l. fin. ff. vt in poſſeſſionem legatorum. allegat l. ſi quis curialis. C. de Epiſc. & Cler. Idem Bart. in conſ. 96. vol. 1. nã conuẽtio videtur excuſare à ſacrilegio. Sed recipit ſupradicta cõmunis concluſio declarationẽ, vt antequam apprehendatur poſſeſſio auctoritate propria, requiratur ſententia declaratoria iudicis. ita Abb. in d. c. verum circa finem. Natt. conſ. 27. vbi etiam tradit, quod ſi res eccleſiaſtica incidat in commiſſum, non poteſt princeps manus inijcere ante declarationẽ. l. ... ff. de iure fiſci. & ibi Bart. Item valet pactum dummodo apprehenſor non inueniat reſiſtentes, ne deueniatur ad arma, ſed eo caſu debet adiri iudex. Bar. in l. 3. C. de pignor. Abb. Fel. in d. c. verum. de foro comp. & hæc nota, quia quotidiana in praxi.

S V M M A R I V M.

1 *Res Eccleſia donata cum pacto, quod non alienentur, an imminente neceſſitate, non obſtante pacto, alienari poſſint.*

Q V Æ S T I O 162.

De re donata Eccleſiæ cum pacto, quod non poſſit alienari, an imminente neceſſitate poſſit non obſtante pacto alienari.

1 PVLCHRA eſt quæſtio: donata eſt res Eccleſię cum pacto, quod non poſſit alienari, an imminente neceſſitate, puta redemptionis captiuorum, poſſit non obſtante pacto alienari. gl. in c. verum. de condit. appoſ. tenet quod non poſſit alienari. per tex. in §. ſanctiſſimus. in auth. de reb. eccl. vbi habetur quod res eccleſiæ poſſunt alienari pro redẽptione captiuorum, niſi ſint donatæ eo pacto, vt alienari non poſſint. gl. ſequitur Cardin. Zabar. In contrarium eſt veritas, & magis cõmunis opinio, quam ibi tenent Innoc. Ant. Abb. & alij. Ratio eſt, quia donator nõ fuiſſet mentis compos cum inſtante tali neceſſitate pia, ipſe debuiſſet hoc facere. vt in c. ſicut 47. diſt. faciunt in ſimili not. per gl. in cap. 1. diſt. 82. Non eſt curandum de d. l. ciuili, nam eſt intelligenda, quando eccleſia habebat alias poſſeſſiones, alias eſſet irrationabilis contra c. erit autem lex diſt. 4. ſed debet attendi c. aurum 12. q. 2. quod vaſa ſacra vendantur pro redemptione captiuorum, & pauperum neceſſitate.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ paſcua, an poſſint à Ciuibus præſcribi in eius territorio.*

2 *Conſuetudo laicorum contra Eccleſiam non valet.*

Q V Æ S T I O 163.

De paſcuis Eccleſiæ, ab alijs non præſcribendis.

1 PRINCEPS donauit Eccleſiæ territorium, prætendunt Ciues præſcripſiſſe ius paſcendi in dicto territorio ex conſuetudine, an benè dicant. Pariſ. conſil. 27. lib. 1. tenet, præſuppoſita proprietate ſaltuum ex donatione Principis facta Eccleſiæ, non poſſe Ciues præſcribere, ex illa concluſione communi, quod nulla

nulla conſuetudo laicorum valet contra eccleſiam.c.1.de conſuetud.Abb.in c. Eccleſiæ S.Mariæ. in 1.lect.col.pen.& ibi Fel. col. 24. verſ.quinto quæro.de conſtitut.allegat etiam modernos in c. fin.de conſuetud. atque alia adducit.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia vulgariter ſubſtituta, an pupillaris tacita excludat matrem.*
2 *Legata pia intelliguntur relicta pro anima.*
3 *Teſtamentum inter liberos nutu factum, non valet.*
4 *Filius ſubſtitutus vulgariter, excludit matrem per tacitam pupillarem.*
5 *Legata pia gaudent eorum priuilegijs, etiamſi teſtator deceſſerit in peccato mortali.*
6 *Diſputandum non eſt de apicibus iuris in relictis ad pias cauſas.*
7 *Baldus nunquam conſuluit contra bonum animarum ſine compunctione animi.*

QVAESTIO 164.

Eccleſia vulgariter ſubſtituta, an tacita pupillaris excludat matrem.

1 SINGVLARIS eſt quæſtio, An Eccleſia vulgariter ſubſtituta, per tacitam pupillarem excludat matrem. affirmatiuam opinionem tenent quamplurimi DD. Mouentur, quia teſtator præſumitur magis dilexiſſe animam ſuam, quàm vxorem, cum anima cunctis rebus, & perſonis ſit præferenda. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl.c.cum infirmitas.de pœnit. & remiſs. & quicquid relinquitur ad pias cauſas, intelligitur relictum pro anima ſua. cap. pontifices. 12.q.3. Abb.in conſ.11.lib.1.Soc.in l.quibus diebus. §.fin.ff.de condit.& demonſtr. & tale
2 relictum pium proficit ad remiſſionem peccatorum.c.animæ defunctorum.13.q.1. c.requiſiſti.de teſtam. qua de re magis præſumitur teſtator ſibi,quàm alijs voluiſſe proficere. argum.l.2.C.de patribus,qui filios diſtraxerunt. Et ideo Eccleſia, vel pia cauſa ſubſtituta,ex coniectura voluntatis,debet matri præferri. vna enim præſumptio tollit aliam. l. diuus. ff.de in integr.reſtit. & coniectura tollit aliam coniecturam. l.non ſolum. ff. de ritu nupt. Præterea, fauorabilior eſt cauſa pia quàm liberorum, & fauorabilior eſt Deus, quàm filius. arg. l.poſtliminium. §. filius. ff. de captiuis. l. veluti. ff. de iuſt. & iur. Vnde
3 teſtamentum inter filios nutu factum, non valet. Ang.Bal.in l.diſcretis. C.qui teſtamentum facere poſſunt; & tamen ad pias cauſas ſuſtinetur. gl.& DD.in c.cum tibi. de teſtam. Præterea excepta legitima, magis ſubuenitur piæ cauſæ quàm liberis, iuxta communem in auth.ſi qua mulier. C.de ſacroſ. eccl. & in d.
4 c. in præſentia. ſed filius ſubſtitutus excludit matrem per tacitam pupillarem, iuxta Bart. & communem in l.2.ff.de vulg.&pupill.Alex. & alios in l.precibus. C. de impuber. & alijs. quia præſumitur teſtator voluiſſe filium ſuum vxori præferre. arg.l.cum acutiſſimi. C.de fideicommiſſis. ergo multo magis pia cauſa, quæ reſpicit animam ipſius teſtatoris, debet matrem excludere etiam à legitima,quia mater per pupillarem ſubſtitutionẽ poteſt etiam à legitima excludi.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoff.teſtam. cap. ſi pater.de teſtam.in 6. Facit à ſimili, quod pia cauſa ſubſtituta poſt mortem plurium,habet locũ ſubſtitutio poſt mortem vnius tantum; licet ſuperſit alia perſona, quæ ex veriſimili mente teſtatoris ſolet excludere ſubſtitutum, & non procedit diſpoſitio l.penul. ff. de impuber. & alijs ſubſtitut. quia fortior eſt coniectura pro pia cauſa. Alex.conſ.38.vol.1. Ruin. conſ.3. vol.2. & diximus in alia quæſtione. Et hanc opinionem tenent Ang.Paul.Alex.in d.l.precibus. idem Alex. in d. l. 2. ff. de vulg. & ibi Rip.teſtatur communem.Dec.conſ.182.idem Alex.in nonnullis conſilijs 38. vol.1.66. vol. 2.12.vol.3.Cardin.Mant.de coniect. vlt. volunt.lib.5.tit.15.nu.34. & hanc opinionem cenſeo veriorem. Verum non defuerunt aliqui, qui hanc opinionem reſtringunt vt procedat, quando pia cauſa fuerit ſubſtituta pro exoneratione conſcientiæ, & reſtitutionẽ male ablatorum tantum, non in quolibet legato pio. Ita Aret.conſ.155.alias 154.in fin.reſtringit opinionem Angeli. & videtur Ang. loqui in his terminis. Socin. in d.l. 2. nu.32. Dec.in d.l.precibus.Couar.in cap.Rainutius. §.4.num.6.de teſtam. poſt Gugliel. de Benedict.in verſ.ſi abſque liberis. il 2. nu.98. Item vt conſiderat Alciat. in d. l. 2. ſi teſtator aliquid alieni habebat, nec reſtitutio ei prodeſſe poterit,quæ non purè, ſed ſub conditione ab eo facta eſt, ſi pupillus abſtinuerit, ergo cum non fecerit reſtitutionem ſimpliciter deceſſit in peccato mortali, & nihil ad ſalutem poteſt ei prodeſſe. cap. qui vult. de pœniten. diſt.

diſt.3.& ſecundum Bart.in repetit.l.1.nu.30.
5 & 31.C. de ſacroſ. eccl. quando notorium eſt, teſtatorem cum mortali peccato deceſſiſſe, relicta ab eo ad pias cauſas, non habent priuilegia quæ fauorabilibus cauſis ſunt conceſſa, & hac ratione, quod teſtator ſuperſtite filio non curauit conſcientiam ſuam exonerare, concludit Soc. in l.cum auus. num. 46.ff.de condit. & demonſtrat. quod diſpoſitio illius legis habeat locum & tacita conditio, ſi filius deceſſit ſine liberis, ſubintelligatur, quamuis pia cauſa fuerit ſubſtituta pro exoneratione conſcientiæ. Sed communis opinio ſine diſtinctione poteſt defendi, quia fauorabilis interpretatio pro pia cauſa eſt recipienda non ſolum fauore relinquentis, ſed etiam fauore illius cui eſt relictum; hæc enim fuit cauſa finalis vt multa relictis ad pias cauſas fuerint priuilegia conceſſa, quamuis fuerint relicta ab eo qui mortalis culpæ reus deceſſerit, vt contra Bart. ſcribit Bald.in dicta l.1.in prima lectura. verſ. ſexto quæritur. C. de ſacroſ. eccleſ. & Aretin. ibi num.3.in fine, & diffuſe Abb. in rubr. de teſtam. num.11. Franch.in rubr. de teſtam.in
6 ſexto. Et hanc opinionem cenſeo veriorem, ſiue agatur de exoneratione conſcientiæ, ſiue non. quia non poteſt negari, quin legatum pium poſſit continere refrigerium animæ in atrociſſimis pœnis purgatorij, vt ſupra fuit dictum ex c. animæ defunctorum. cum ſimilibus. Præterea teſtator potuit cogitare, quod in reſtitutione pro male ablatis incertis ſit præferendus filius pauper Eccleſiæ, iuxta cap. non ſatis, diſtinctione octuageſimaſexta. & faciunt notata infra in quæſtione, an l.cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. procedat Eccleſia ſubſtituta. & in quæſtione an omnino legatum pium poſſit continere exonerationem conſcientiæ, vt in ſequenti. & aliter. Et ideo potius iudicandum eſt pro refrigerio animæ propriæ, quàm pro lucro temporali vxoris. & in relictis ad pias cauſas non eſt de apicibus iuris diſputandum, ſed tutius eſt illa adiuuare, vt dicit Baldus conſilio 216. volumine primo. Et in dubio pro pia cauſa iudicandum eſt, titulo finali. de re iudicata. l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. & inquit Baldus relatus à Mantica loco citato in conſilio 259. volu-
7 mine primo, ſe contra bonum animarum nunquam conſuluiſſe ſine compunctione animi: etenim improbus eſt, qui nititur infringere pia iudicia defunctorum. l. nulli

licere. & ibi Baldus C. de Epiſcopis & Clericis. Et hæc ſunt notanda in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an gaudeat beneficio l. final. C. de repud. hæred. vt poſt repudiationem exemplo ſui hæredis, poſſit ad hæreditatem redire.*

2 *Eccleſia habetur loco filij in caſibus expreſſis in iure, & etiam in alijs ex identitate rationis.*

3 *Legatum factum Eccleſiæ, dicitur pium, & pro animæ refrigerio.*

QVAESTIO 165.

Eccleſia an habeatur loco filij in terminis l. final. C. de repudianda hæreditate, vt poſſit exemplo filij ad repudiatam hæreditatem intra triennium redire.

1 HABETVR in l.fin.C.de repud.hæred. quod ſuus hæres ſi repudiauit hæreditatem paternam, poteſt intra triennium ad eam redire, vbi res hæreditariæ non fuerint alienatæ, & ſi eſſet minor, poſt quadriennium conceſſum ad reſtitutionem in integrum habet aliud triennium, & poteſt etiam recuperare bona alienata, dum eſſet minor. Quæritur modò an Eccleſia cenſeatur loco filij, vt gaudeat dicto priuilegio. & videtur negatiuè reſpondendum, quia etſi gloſ. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. obligat. dicat, Eccleſiam quodammodo reputari ſuum hæredem, nihilominus dicta gloſ. loquitur per dictionem, quodammodo, quæ eſt nota improprietatis, & nullibi reperitur ſcriptum quod Eccleſia habeatur loco ſui hæredis, vt dicit Bartolus in dicto §.ea lege. Et communis reſolutio Doctorum eſt, quod Eccleſia
2 non habeatur loco filij, niſi in caſibus à iure expreſſis. vt in capit.in præſentia. de probationibus. & in §. ſed & hoc præſenti. in auth.de ſanctiſs. Epiſcop. ita Bald. in authen. ſi qua mulier. C.de ſacroſ.eccl. Fel. late in d.cap.in præſentia.nu.42.& ibi etiam Dec.& ex his ita fuit deciſum in conſil. Neapol. Eccleſiam non gaudere beneficio d.l. vt teſtatur

Præſes de Franch. deciſ. 282. Nihilominus
cenſeo contrariam opinionem ſuſtineri poſſe,
ex illa reg. quod licet Eccleſia non poſſit dici
priuilegiata niſi in caſibus expreſſis à iure,
tamen ſtante identitate rationis, aliorum pri-
uilegia ad ipſam extenduntur. tex. eſt ſing. in
c. cum dilecta. de confirmat. vtil. vel inutili.
& in cap. poſt tranſlationem in medio. de
renunciat. gloſ. not. in l. 1. Ex quibus hanc
concluſionem in eccleſia, vt gaudeat alio-
rum priuilegijs ex identitate rationis etiam
in caſibus non expreſſis à iure tradit ſingula-
riter Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 29. nu.
7. Eſt etiam clarum, relicta eccleſiæ intelligi
relicta ad pias cauſas pro refrigerio animæ
3 ſuæ. cap. Pontifices. 12. quæſt. 3. Ang. in
auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. Bart. in l. 1.
C. de ſacroſan. eccl. Speeul. & ibi Io. Andr. in
tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò. verſ. & ſcias.
Refrigerium verò animæ, & liberatio ab atro-
ciſſimis pœnis Purgatorij, reſpicit animam
ipſius teſtatoris, qui abſque dubio debet eſſe
magis priuilegiatus quam filij. l. ſancimus.
C. de ſacroſan. eccl. arg. l. 1. C. de patribus
qui filios diſtrax. Et in ſpecie, quod priuile-
gium conceſſum filio à lege, debet extendi
multo magis ad animam teſtatoris, quia non
debet eſſe minus cura quam filius, tradit ſin-
gulariter Abb. in cap. fin. de donat. ſub n. 5.
facit auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl.
Præterea adduco tex. not. in authen. con-
contra rogatos. C. ad Trebellian. vbi quo
ad priuilegium illius authen. cauſa pia re-
demptionis captiuorum, & dotis dandæ fi-
liæ, & neceſſitatis alimentorum ipſius teſta-
toris æquiparantur, multò magis non debet
excludi à priuilegio conceſſo filio ſuper hæ-
reditate paterna neceſſitas refrigerij animæ
ipſius teſtatoris, qui eccleſiam pro remiſ-
ſione peccatorum hæredem inſtituit. arg. l.
ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ. Faciunt ad
hoc nonnulla notata in præcedenti quæſtio-
ne, quod Eccleſia ex coniecturata mente
teſtatoris venit, & præualet alijs etiam in
caſibus non expreſſis à iure, & fauorabilior
eſt cauſa eccleſiæ, quam liberorum excepta
legitima. Felin. & alij in dicto cap. in præ-
ſentia. Si igitur proprius filius admittitur ad
hæreditatem repudiatam, tanto magis te-
ſtator, ſiue eius anima, de cuius refrigerio
agitur. cap. animæ defunctorum. decimater-
tia quæſtione prima. benè igitur conſidera-
uit dominus Præſes de Franchis, quod eccle-
ſia non habeatur loco filij niſi in caſibus ex-
preſſis. Sed non mihi videtur abſurdum di-
cere, eſſe faciendam extenſionem pro refri-
gerio animæ ipſius teſtatoris ex identitate
rationis.

SVMMARIVM.

1 *Locatio anticipata ſolutione, an ſemper præ-
iudicet ſucceſſori.*
2 *Solutio anticipata locationis, ſi ſit vere con-
uerſa in vtilitatem Eccleſiæ, an ſucceſſor
teneatur ſtare locationi.*

QVÆSTIO 166.

Locatio anticipata ſolutione, an ali-
quando fauore Eccleſiæ præiudicet
ſucceſſori.

1 AN ſucceſſor in beneficio te-
neatur ſtare locationi factæ
per prædeceſſorem nomine
Eccleſiæ, ſi fuerit facta an-
ticipata ſolutio, & conuerſa
pecunia in vtilitatem Ec-
cleſiæ. Doctorum de iure communi dicunt
ſucceſſorem teneri ſtare locationi, quando
probatur pecuniam receptam per prædeceſ-
2 ſorem fuiſſe conuerſam in vtilitatem Eccle-
ſiæ. ita Petr. de Ançharan. in conſilio 116.
Geminian. conſilio decimoſeptimo. Alexan.
conſil. 160. volumine ſexto. Abb. in diſp. 3.
Decian. reſpon. 14. numero decimo. libro ſe-
cundo. Ioannes Baptiſta Ferrettus conſilio
151. conductor fructuum Epiſcopatus. libro
primo. Sed dubium facit hodie Concilium
Tridentinum dum annullat locationes factas
anticipatis ſolutionibus in præiudicium ſuc-
ceſſorum. capitulo vndecimo. vigeſimaquin-
ta ſeſſione. de reformat. nihilominus, quan-
do notoria eſſet neceſſitas eccleſiæ, vt ſi rue-
ret niſi pecunia pro reparatione inuenire-
tur, quo caſu etiam ſucceſſor teneretur,
tunc non videtur tractari de præiudicio ſuo.
nam hoc caſu ſi contraheret debita, ſucceſ-
ſor teneretur. capitulo primo. de ſolutionib.
dummodo ſit notorium, & manifeſtum;
nam Concil. Trident. videtur obuiare frau-
dibus. quare admitti poſſet hæc opinio in
caſu manifeſtiſſimę neceſſitatis Eccleſiæ, ſal-
ua declaratione Sacræ Congregationis Con-
cilij Tridentini ad quam recurre pro vera
reſolutione. poſſet etiam dici, quod locatio
non

non liget ſucceſſorem, ſed teneatur reſtituere debitum. Recurre igitur ad Vrbem.

SVMMARIVM.

1 *Legata facta Eccleſiæ, an diminuant legitimam.*
2 *Filius non fideiubens pro patre carcerato, poteſt exhæredari.*
3 *Funeris impenſa deducitur ante legitimam.*
4 *Diſpenſanda pauperibus, poſſunt diſpenſari Eccleſijs.*
5 *Infirmitas mortalis, dicitur tortura ſpiritualis.*
6 *Iuramentum dicitur tortura ſpiritualis.*

QVÆSTIO 167.

Legata facta Eccleſiæ, an diminuant legitimam filij.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an legata facta eccleſiæ diminuant legitimam filij. pro negatiua facit, quod ſoluitur vt æs alienum quod deducitur de legitima. auth. nouiſſ. C. de inoffic. teſt. l. Papinianus quarta. ff. eodem l. repletionem. C. eodem. ergo legata facta eccleſiæ non diminuunt, nec ſi fiat pro alia cauſa. præterea videtur expreſſu in c. fin. 17. q. 4. vbi qui vult filium exhæredare, & eccleſiã inſtituere, alium pro conſilio quærat quam Auguſtinũ. item facit quod legitima eſt debita filijs de iure naturæ. §. aliud: quod capitulum in auth. vt cum de appellatione cognoſcitur, ergo à teſtatore tolli non poteſt quouis modo. Et hãc opinionem procedere non ſolum in legato facto eccleſiæ, ſed etiã in legato pro reſtitutione male ablatorum, vt non diminuant legitimam ſi teſtator id confiteatur, niſi clarè probentur malè ablata. quia ſi ſtaretur confeſſioni teſtatoris, daretur occaſio fraudandi filios legitima. tenent Alex. conſ. 45. n. 11. lib. 1. & conſ. 18. lib. 4. & conſ. 122. lib. 7. Crauet. conſ. 141. n. 4. Rolan. conſ. 65. n. 18. lib. 1. & conſ. 39. nu. 24. lib. 3. & dicit Bart. in l. qui vxori. ff. de auro, & argento legato, quod ſi relinquitur pro malè ablatis, vel pro vſuris extortis, poterit hæres de tali relicto, veluti de vero legato falcidiam deducere, niſi per teſtes, vel inſtrumentum probaretur, teſtatorem in tantũdem fuiſſe efficaciter obligatum. quam ſequitur Alex. alios allegans dicto conſ. 45. idem dicit Bar. in l. cũ quibus. § codicillis. ff. de legat. 3. in confitente ſe relinquere pro ſeruitijs receptis, vel ob aliã cauſam, niſi probetur, ne aperiatur via malitijs, & filij priuẽtur legitima. ſequitur Alex. in d. conſ. 45. In contrarium

2 ego adduco quòd filius, qui pro patre carcerato pro debito, nõ fideiubet vt ipſũ à carceribus liberet, debet exhæredari, vel ſi non redimat patrem captiuũ. §. ſi quis. & §. ſi vnum. in auth. vt cum de appellatione cognoſcetur, tanto magis debet exhæredari, ſi non ſoluat legata pia, quæ cenſentur relicta à teſtatore pro liberatione animæ à pœnis Purgatorij. c. Pontifices. 12. q. 3. c. medicina. de pœnitentia diſt. 1. quare omnia bona eccleſijs oblata, dicuntur pretia peccatorum. 12. q. 3. c. & aliarum. iuxta communem ſententiam cauſæ exhæredationis expreſſæ in dictis locis non excludunt ſimiles, vel maiores. propterea impẽ-

3 ſa funeris, quæ reſpicit corporis honorem deducitur ante legitimã d. auth. nouiſſima. & d. §. quarto. tanto magis relicta pro animæ auxilio, auth. nullo magis. C. de ſacroſ. eccl. Inſuper æs alienum, ante legitimam deducitur d. §. quarto. & l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſtam. ſed legata facta eccleſiæ, vel pro alia pia cauſa, poſſunt continere æs alienum, videlicet reſtitutionem male ablatorum ergo diminuũt legitimã. Nec videtur obſtare quod teſtator deberet exprimere, ſe relinquere pro male ablatis, & etiam probare, nam hoc pacto impediretur via reſtitutionibus faciendis, pro conſequenda abſolutione peccatorum. iux. reg. peccatũ non dimittitur. de reg. iur. in 6. cogerentur pœnitentes ad infamandum ſeipſos, & ad probandum eorum furta, & damna, & impediretur reſtitutio nõ ſine iactura animarum, quod non eſt dicendũ. non enim tenetur quis ſe manifeſtare abſtuliſſe bona. nec tenetur reſtituere cum periculo amiſſionis famæ, quæ eſt altioris gradus, vt latè probatur Nauar. in manuali. c. 17. nu. 89. poſt Caiet. 2. 2. q. 62. art. 1. Sed qui non poteſt furtum, ſeu aliud dãnum ſine ſui manifeſtatione reſtituere. vt per Nauarr. d. c. 17. n. 67. S. Antoninus par. 2. c. 4. ſed conueniens modus videtur legare Eccleſiæ, quia poteſt continere reſtitutionẽ, & liberationem à pœnis Purgatorij, atq; animæ refrigeriũ. ergo impediri nõ debet, cum in dubio pro anima iudicandũ ſit, quæ cũctis rebus præfertur. l. ſancimus. C. de ſacroſ. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. cũ not. per DD. Et prędicta tãto magis videtur

procedere, quando teſtator erat bonæ famæ, & multò fortius, ſi erat doctus ſciens conſil. Auguſt. vt in cap. fin. 17. quæſt. 4. & filium hæredem inſtituerat, & non exhæredauerat, inſtituendo ſolum eccleſiam. vt in cap. fin. & hanc opinionem tanquam tutiorem pro ſalute animæ, atque vt ſine infamia fideles conſulant animæ, & læti exeant ex hac vita, conſideratis tamen ſupradictis, & alijs circumſtantijs, cenſeo veriorem, & ſalubriorem. Ad cuius cōfirmationem adduco veriorem concluſionem domini Anton. de Butr. atque Abb. in c. quamuis. de re iudic. qui in ea quæſtione, an confeſſio patris noceat filio quo ad ſuam legitimam, vt ſi confiteatur debitum abſorbens totum patrimonium. dicit Cin. in l. 1. C. de confeſſ. & Specul. eodem tit. §. nunc videndum. verſ. ſed nunc quid teneatur, quod confeſſio non præiudicat, quia filius in legitima eſt quaſi creditor. arg. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. & ex magna quantitate præſumitur fraus. l. Lucius, §. omnes. ff. de his quæ in fraudem. dominus Ant. de Butr. & Abb. dicunt eſſe conſiderandas circumſtantias, nempè qualitatem perſonæ, veriſimilitudinem debiti, & alia ad fraudem coniecturandam. ſequitur Bart. conſil. 154. vol. 7. vbi dicit eſſe conſiderandum, an teſtator fuerit ſimplex, qui de facili potuiſſet induci ad confitendum non debitum, anuè multum prudens ſagax: item perſona creditoris nominati, an ſit multum cautus, & bonorum auidus, & talis qui veriſimiliter extraxiſſet confeſſionem, de non debito. Idque cenſeo eſſe obſeruandum in quæſtione propoſita, & in dubio pro anima iudicandum. Et ex his patet reſponſio ad allegata pro priori opinione, cum legata facta eccleſiæ poſſunt continere æs alienum, tractant de refrigerio animę, filius non ſit exhæredatus, ſed agitur de diminutione legitimæ pro auxilio animæ. Poſtea perlegi Cardin. Mant. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 34. vbi ſequendo Calder. in conſ. 33. de teſtam. tenet, relicta pro ſalute animæ, in dubio non præſumi relicta pro malè ablatis, & reſtitutione facienda, ſed ex libertate, & pro peccatorum remiſſione, iuxta c. animæ defunctorum. 13. quæſt. 2. & c. eſt probanda. ibi. peccata tua redimas. 86. diſtin. & debet ſecundum Calder. exequi cauſam debiti. Sed ex ſupradictis patet reſponſio quod expreſſio fieret cum infamia, ad quam iura non coarctant, & ſic eſſet impoſſibilis. iuxta l. nepos proculo. ff. de verb. ſignif. Eſt etiam verum, quod bona malè ablata, quæ debent reſtitui pauperibus. iux. cap. cum tu. de vſu-
4 ris. poſſunt eccleſijs diſpenſari. vt late per Io. Andr. in cap. fin. de teſtam. in 6. per Bald. in l. ſi quis ad delineandum. C. de Epiſc. & Cler. & ſic poſſunt etiam præſumi relicta pro reſtitutione, & in dubio potius pro beneficio animæ, quam commodo temporali hæredis filij præſumendum eſt, cum anima cunctis rebus præferatur l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ. Tanto magis, quod teſtator fraudando filium legitima ei debita, de iure naturæ, peccaret. & in dubio debet fieri interpretatio ad excludendum delictum, vt legata ſint facta pro reſtitutione iuxta l. merito. ff. de ſoc. maximè ab exiſtente in periculo
5 mortis, quo tempore nemo præſumitur immemor ſuæ ſalutis. cap. ſancimus. 8. quæſt. 1. Et infirmitas dicitur quædam tortura ſpiritualis, & certior, ac tutior ea quæ fit per fidiculas, ac corporis cruciatum, quia Chriſtiani infirmi, cogitant de tranſmutatione domicilij, vt pulchre, per Crauett. conſil. 6. nu. 51. multo magis ſi acceſſerit iuramentum, quod etiam dicitur tortura ſpiritualis. Socin. conſ. 254. lib. 2. Crauet. vbi ſupra. ſed vt diximus
6 arbitrium iudicis obtinebit locum, qui conſiderabit qualitatem perſonæ defuncti, officium quod exercuit, & alia &c.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator ſi mandat debitum reſtitui pro exoneratione conſcientiæ, an hæres poſſit opponere præſcriptionem rei debitæ.*

2 *Legati fauore, ea eſt facienda interpretatio ne reddatur inutile.*

3 *Teſtator ſi mandat ſatisfieri creditoribus, intelligitur ſi erat illis obligatus ciuiliter, & naturaliter.*

Q V A E S T I O 168.

De teſtatore mandante debitum reſtitui Eccleſiæ pro exoneratione conſcientiæ, an ſi fuerit præſcriptum poſſit hæres opponere præſcriptionem.

1 QVAESTIO eſt notabilis, teſtator mandauit pro exoneratione conſcientiæ aliquam rem debitam reſtitui Eccleſiæ, vel alteri, an hæres poſſit excipere

pere

pete de præſctiptione, & non reſtituere. Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 1. num. 8. ex illa regula, quod in legatis
2 ſemper facienda eſt interpretatio, ne reddatur legatum inutile, & eluſorium. iuxta l. ſi quando. ff. de legat. 1. l. Næcius. ff. de legat. 2. cum alijs, infert quod ſi teſtator iuſſerit ſatisfieri omnibus creditoribus, ſi alia debita non ſint niſi perſcripta, illa ſoluenda ſunt, ne alioquin legatum reddatur inutile. argum. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condit. & demonſtr. allegat Crauett. conſil. 604. num. 4. Bart. in l. legaui. ff de liberatio.
3 legat tenet cōtrarium, quod ſi teſtator mandat ſatisfieri omnibus creditoribus qui ab eo aliquid recipere debent, videtur intellexiſſe de creditoribus, quibus erat obligatus ciuiliter, & naturaliter ſine exceptionis obſtaculo. vt in l. ſi is cui. §. fin. ff. de ſolut. & reſpondet ad textum in d. §. dominus. vbi debitum naturaliter tantum debetur, quod ibi de neceſſitate debeat intelligi de naturali tantum, ex qualitate perſonæ legatarij. Bal. diſtinguit in l. id quod pauperibus. q. 10. C. de Epiſc. & Cler. quod debitum naturaliter debeatur, quando obligatio naturalis habet effectus ſuos, ſecus eſt quando eſt penitus inefficax, qualis eſt illa poſt præſcriptionem, ad not. per Bar. in l. fin. ff. rem ratam habere, quod maximè videtur procedere de iure Canonico quo iure obligatio naturalis, ex nudo tantum pacto parit actionem. c. 1. de pact. & ſuo loco dicemus. Bero. in conſ. 15. vol. 3. n. 28. 51. & 62. poſt nōnulla concludit, quod ſi teſtator ignorabat præſcriptionē, poſſit hæres illam opponere, alias non. ad not. per Alex. in l. ſi ſic. §. 1. ff. de legat. 1. vbi inquit quod quāuis legatum valeat, ſi teſtator dicit lego Tirio decem, quę illi debeo, cū in veritate non deberentur, hoc eſt intelligendum, quando ſciebat ſe illa non debere, ſecus ſi putabat ſe ad illa teneri. nam tunc falſa demonſtratio vitiat legatum. Quid dicendum? verior eſt opinio, quod reſtitutio fieri debeatur, quando fuit relicta pro exoneratione conſcientiæ, ſiquidem illa verba pro exoneratione conſcientiæ, potuerunt reſpicere non ſolum debitum, ſed ipſam præſcriptionem, vt quia teſtator à principio potuit habere malam fidem, vel durante tempore præſcriptionis. & cum ſimus in dubio, & habeamus confeſſionem teſtatoris aſſerentis ſuam conſcientiam eſſe grauatam, dum facit mentionem exonerationis, interpretatio facienda eſt fauore animæ, & fieri reſtitutio, ex reg. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fun. & teſtator dum aſſeruit cōſcientiam eſſe grauatam, negat debitum fuiſſe præſcriptum. arg. c. nonne. de præſump. & quilibet præſumitur ſcire leges. l. quod te. ff. ſi certum petatur.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio extraiudicialis debiti pro exoneratione conſcientiæ facta abſente parte, valet.*

2 *Confeſſio debiti pro exoneratione conſcientiæ facta in teſtamento, habet vim legati, iuxta communem, & poteſt reuocari.*

3 *Confeſſio debiti pro exoneratione conſcientiæ facta in teſtamento, in tribus caſibus non poteſt reuocari.*

4 *Confeſſio malè ablatorum facta in teſtamento abſente parte ex æquitate Canonica in foro ſpirituali, & pœnitentiali probat.*

QVAESTIO 169.

De confeſſione extraiudiciali debiti, pro exoneratione conſcientiæ facta, inter viuos, vel in teſtamento, an ſit efficax, & reuocari non poſſit.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an confeſſio debiti, pro exoneratione conſcientiæ etiam parte abſente, habeat vim debiti confeſſati, tanquam fuiſſet parte præſente acceptatum. & quid ſi eſt facta in teſtamento, an poſſit reuocari. Hæc quæſtio eſt difficilis, & de ea ſingulariter more ſuo tractat Tiraq. de priuilegio piæ cauſæ priuil. 117. vbi refert DD. pro vtraque parte, & nihil videtur concludere. ego vero breuiter procedendo faciam duas concluſiones, Prima concluſio, confeſſio facta parte abſen- 1
te, pro exoneratione conſcientiæ, prodeſt ab-
1 ſenti, & probat debitum. ita tenet Io. Andr. Ant. de But. in c. ſi cautio. de fide inſtrument. Bal. in l. generaliter. C. de numerata pecunia, & in l. 1. de falſa cauſa adiecta legato. Fel. in c. olim. n. 8. de reſcr. Aret. conſ. 64. verſ. venio nunc ad ſecundum. Rot. diuerſ. deciſ. 685. nu. 7. Secunda concluſio, cōfeſſio facta, pro exo-
2 neratione cōſcientię in teſtamento, habet vim legati ita quod poteſt reuocari. ita Io. And. ad Specul. de inſtrumentorum editione. §. nunc vero. verſ. & ſcias. quæſtione ſexageſimatertia. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. 3. Anton. de Butt. in cap fin. de

Digitized by Google

ſucceſſion. ab inteſt. Aret.in l.conſ. vbi teſta-
tur hanc eſſe magis communem opinionem,
à qua non eſſe recedendum. Felin. etiam in
d. cap. cum olim. dicit hanc eſſe communem
opinionem. Rot.loco citato. Vaſq. de ſucceſſ.
reſolut.lib. 1. §. 1. num. 46. quam concluſio-
3 nem Felin. declarat, vt non procedat in tri-
bus caſibus. Primo ſi eſſet iurata in teſtamẽ-
to. Secundo ſi notarius fuiſſet ſtipulatus, &
eam recepiſſet nomine alterius. Tertio ſi fuiſ-
ſet facta Titio præſenti, & recipienti, nihilo-
minus ipſe Felin. dicit probabilem opinio-
nem eſſe, quod de æquitate Canonica ſi con-
4 feſſio eſt extortarum vſurarum, valeat irre-
uocabiliter, licet pars fuerit abſens. ex Salic.
in dicta l. generaliter. quæſt. 13. C. de non
numer. pecun. per notat. in c. quamquam. de
vſuris in 6. & ex Bald. in l. rationes. C. de pro-
bat. vbi dicit, quod in foro ſpirituali, vel pœ-
nitentiali, confeſſio non requirit præſentiam
partis. Bald. etiam in cap. innotuit. de elect.
inquit, quod in cauſis eccleſiaſticis, & ſpiri-
tualibus, valet confeſſio abſente aduerſario.
ita Fel. in loco citato.

S V M M A R I V M.

*1 Teſtator poteſt grauare hæredem, vt reſti-
tuat malè ablata, & ſtetur iuramento pe-
tentis.*

*2 Epiſcopus, an poſſit ſtare ſimplici iuramento
petentis vſuras, ſi teſtator vſurarius man-
dauit reſtitui malè ablata.*

Q V Æ S T I O 170.

An teſtator poſſit grauare hæredem, vt reſtituat male ablata, & ſtetur iuramento petentis.

1 QVAERITVR, an teſta-
tor poſſit grauare hæredem,
vt reſtituat malè ablata. &
ſtet iuramento petentis, di-
cendum quod ſic. Io. Andr.
in cap. quamquam. de vſur.
in 6. Bald. in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. Burſatt.
conſ. 226. num. 108. vol. 3. Sed an Epiſcopus
poſſit ſtare iuramento petentis vſuras, ſi te-
ſtator vſurarius grauauit hæredes de reſti-
tuendo male ablata, dicendum quod ſic, dũ-
2 modo aliqua notitia præcedat. Ioan. Andr. d.
cap. quamquam. Bald. in loco citato. tradit
Ang. de Aret. in tract. de teſtamentis. in Gl.
Item reliquit, pro incertis, & malè ablatis,

S V M M A R I V M.

*1 Teſtator ſi mandat Eccleſiam conſtrui in
fundo ſuo, an videatur totum fundum do-
nare Eccleſiæ.*

*2 Eccleſiæ ſi legetur annua quantitas ſuper do-
mo, an cenſeatur legatum dominium.*

Q V Æ S T I O 171.

De teſtatore mandante Eccleſiam conſtrui in fundo ſuo, an cenſeatur donaſſe totum fundum Eccleſiæ.

1 QVAERITVR notabiliter
ſi teſtator mandat eccleſiam
conſtrui in fundo ſuo, an
cenſeatur donaſſe totum fun-
dum eccleſiæ. Franch. in cap.
Abbate ſanè. de re iud. in 6.
tenet quod non. Pariter notandum, quod ſi
teſtator legauit eccleſiæ annuam quantita-
tem ſuper aliqua domo, non intelligitur le-
2 gaſſe dominium domus, & ideò illud in ec-
cleſiam non transfertur. Specul. de locat.
§. nunc aliqua. verſ. 118. & hæres poſſet il-
lam domum alienare ſine conſenſu rectoris
eccleſiæ, dummodo alienet cum onere. ſe-
quitur Ripa reſp. 4. vol. 2. Card. Mant. de
coniecturis vlt. volunt. lib. 9. tit. 11, n. 46.

S V M M A R I V M.

*1 Statutum puniens omittentem aliquid face-
re non includit Eccleſiam.*

Q V Æ S T I O 172.

De ſtatuto puniente omittentem aliquid facere, quod non includat Eccleſiam.

1 QVAERITVR, an ſtatutum pu-
niens omittentem aliquid fa-
cere includat eccleſiam. dicen-
dum quod non, quia minor ob
delictum omiſſionis, non incur-
rit pœnam. l. fin. C. ſi aduerſus delictum l. fin.
C. in quibus cauſis in integr. reſt. non eſt ne-
ceſſaria. l. maioribus. C. de his quib. vt indig.
Paul. de Caſtr. conſ. 90. incip. in Chriſto. Ec-
cleſia autem æquiparatur minori. Hoſt. in
ſumma. de in integ. reſtit. Spec. eod. tit. DD.
communiter in c. 1. de reſtit. in integr. & ita
in propoſita q. tenet Fel. conſ. 34. n. 10.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus ex ſtatuto contrahere ſine conſenſu propinquorum, poteſt contrahere cum Eccleſia.*

QVÆSTIO 173.

De ſtatuto prohibente contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, an poſſit cum Eccleſia.

1 AN ſtatutũ prohibens mulierem, vel minorem contrahere, vel teſtati ſine conſenſu propinquorum, habeat locum in teſtamento, vel contractu ad pias cauſas. dicendum quod non, quia debent iudicari tales diſpoſitiones, non ſecundum leges humanas, ſed ſecundum iura diuina, & ſacros canones, ita tradit Bart.in l.1. col.vlt. C.de ſacroſ. eccleſ.& ibi latè Iaſ.Bald.in l.generaliter. C. eodem. Iaſ. in auth. ingreſſi. C. eodem. Soc. conſ.61. vol.1. Marian. in trac. de oblat. 9. libell. 5. latiſſimè probat Marcabrun.conſ.30.nu.134.& ſeq.& eſt communis opinio. de qua re ſæpius mentionem fecimus in diuerſis quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *Edere an quis teneatur arma contra ſe fauore Eccleſia.*
2 *Edere tenetur quis arma contra ſe fauore Fiſci.*
3 *Eccleſia gaudet omnibus priuilegijs Fiſci.*
4 *Principium legis denotat intentionem.*

QVAESTIO 174.

Eccleſiæ fauore tenetur quis edere arma contra ſe.

1 REGVLA eſt, quod nemo tenetur edere inſtrumenta contra ſeipſum. cap.1. de probat. Sed difficultas eſt, an fauore Eccleſiæ ad id teneatur, & videtur negatiue reſpondendum, ex d.reg. quæ non repetitur habere exceptionem in Eccleſia. quæ cum nõ reperiatur expreſſe priuilegiata, tenetur ſeruare regulas iuris communis, iuxta l.in fraudem. ff. de teſtam. militar. & pluries fuit dictum. In contrarium eſt veritas, & ita
tenet Bald. Abb. Ant. Dec. qui teſtatur de communi in d.c.1. de probat. Habetur etiam in regula iuris tom.1.lib.5.in verbo, edere,
2 fol.381. Ratio eſt, quia fauore Fiſci tenetur quis edere arma contra ſe.l.nec quiſquam. vbi DD. ff. de edendo. Eccleſia autem fiſco æquiparatur quo ad priuilegia. l.fin. C.de ſacroſ.eccl. latè Ruerar. in loco à fiſco ad Eccleſiam, & ſupra diximus in quæſt. particulari. Non tamen defuerunt DD. qui dixerunt, æquiparationem in d.l.fin.procedere tantum in caſibus ibi expreſſis, & tradit Alex. Imol.in l.ſi filio. §.ſi vir in quinquennium.ff.ſol.matr. col.5.quod æquiparatio de qua in d.l. fin.loquitur in Ciuitate, quę Eccleſię æquiparatur, ſed in fiſco hoc non reperitur. nihilominus non eſt recedendum à communi opinione, nam ſæpenumero arguitur de fiſco ad Eccleſiam. gl.ſingul.in l.an vſusfructus. ff. de vſufructu. Gl.& Bart.in l.ſi vſusfructus munici. ff. de vſufruct. legat. Rom.in Auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. in ſpec. videlicet vbi, quod diſpoſitio legis primæ. C. de iure fiſci. lib.10. Specul. de teſte. §. poſtquam. verſ.ſed qui ſi tot ſunt. ibi dicit idem pro fiſco, pro Eccleſia. Bald.in l.fructus.ff.ſolut.matrim. dum allegat d.l.fin.cum alijs relatis per Dec. d.cap.1. ex quibus cõcludit probabiliter dici poſſe, quod
3 omnia priuilegia conceſſa Fiſco vel Ciuitati, Eccleſię competere debeant. Nec videtur obſtare, quod lex fin. videtur loqui in caſibus expreſſis tantum, quia, vt reſpondet Dec. non poſſe procedere in materia correctoria, prout loquitur Marheſilan. in tractat. extenſionis, in 1. membro, ſecus in materia fauorabili, prout in caſu noſtro, nam fit extenſio à paritate rationis. Gl. & Bart.in l. illud. C. de ſacroſ.eccl.Bart.in l.ſi conſtante. q.9.ff.ſolur. matrim. Nec etiam obſtat, quod lex fin. loquatur in Ciuitate, non in Fiſco, nam dum dicitur ibi, necnon iuri Ciuitatum, hoc verbum, iuri, reſpicit Fiſcum ſicut Ciuitatem, propterea d.l.dum exorditur, vt inter diuinum publicumq. ius, nam hæc verba generalia ita reſpiciunt Fiſcum ſicut Ciuitatem, cum vtroque caſu, publica verſetur vtilitas. & princi-
4 pium generale conſtitutionis attenditur.l.regula. §. & licet. ff.de iuris & facti ignorantia. & ratio finalis ex procemio colligitur. l.fin. vbi Bart. ff. de hæredib. inſtituend. l. 1. & ibi Bart. ff. ad Macedon. vt latius diximus in quæſtione ſupra allegata. eſt igitur vera concluſio, quod fauore Eccleſiæ quis tenetur edere arma contra ſe.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tacita hypotheca inducitur pro malè ablatis, ex æquitate Canonica.*
2 *Bona delinquentis, de iure ciuili non ſunt tacitè hypothecata.*

QVÆSTIO 175.

An fauore animæ, & Eccleſiæ, cui facienda eſt reſtitutio, bona debentis reſtituere, ſint tacitè hypothecata.

1 CLARVM eſt, quod tacira hypotheca non inducitur, niſi in caſibus expreſſis à iure, vt in tit ff. & C. quib. modis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur, & de iure ciuili. non reperitur, quod bona furis vel alterius delinquentis, ſint tacitè obligara pro malè ablatis, ſed contra furem, vel eius hæredem datur condictio furtiua, quæ eſt rei perſequutoria. l. ſi pro fure. §. 1. ff. de condic. furtiu. Nihilominus ſaltem ex æquitate Iuris Canonici inducitur tacita hypotheca in bonis delinquentis, pro reſtitutione rerum ablatarum, ita quod ſi dicta bona eſſent apud hæredes delinquẽtis, vel quẽcunque alium, poſſunt à damnificato, vigore tacitæ hypothecæ peti. ita notabiliter Bald. in l. ſi furti. C. de furtis. arg. cap. parochiano. de ſepultur. Salyc. in d. l. ſi furti. plenè comprobat, dicens, bona delinquentis eſſe tacitè obligata pro malè ablatis, & hoc pro anima delinquentis. per tex. in d. cap. parochiano. &
2 per l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. vbi anima præfertur cunctis rebus. quos referr, & ſequitur Neguſant. de pignor. 2. par. 4. membr. nu. 143. & ſic patet quod tam Eccleſia, quàm alius, cui facienda eſt reſtitutio malè ablatorum, habent tacitam hypothecam.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas in cauſis Eccleſiarum an præferatur rigori ſcripto.*
2 *Dies attenditur ſecundum ius ciuile.*
3 *Aequitas iuris ciuilis præfertur rigori ſcripto canonum.*
4 *Iudex non debet eſſe clementior lege.*
5 *Aequitas in genere ſcripta, an & quando præferatur rigori ſcripto in ſpecie.*
6 *Aequitas cum perſonis Eccleſiaſticis ſeruanda eſt quemadmodum cum Eccleſiis, circumſcripto rigore.*

QVÆSTIO 176.

Aequitas in cauſis Eccleſiæ, an præferatur rigori ſcripto.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an in cauſis eccleſiarum, æquitas non ſcripta præferatur rigori ſcripto. ſciendum, quod regulariter æquitas præfertur rigori, l. placuit. C. de iudicijs. c. fin. de tranſact. cum ſimilib. Dicitur æquitas, iudicium in quo circumſcriptis regulis, ſtatuitur ad dictamen rationis naturalis, ita Bald. in l. 2. col. 3. ff. de iuſt. & iur. & in l. 2. C. de dotis promiſſione. dicit, quod æquitas nihil aliud eſt, quàm naturalis ratio. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tutor. & Salyc. in d. l. placuit. inquir, quod æquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, facit tex. notab. in cap. diſciplina. 45. diſt. & dicitur in l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco, quod Iudex debet ſemper habere æquitatem præ oculis, nam in ſubtilitatibus iuris ſępe perniciosè erratur. l ſi Stychum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. pulchrè Iaſ. in d. l. placuit, qui alia ſingularia dicit, & prædicta procedant etiam in ſpectantibus ad forum canonicũ, vt ſi ius ciuile diſponit æquitatem,
2 & ius canonicum diſponit rigorem, debet attendi æquitas iuris ciuilis. ita notabiliter Archid. in cap. quod à partibus. diſtinct. 85. qui ponit exemplum in Clerico, qui iurauit ſoluere tali die, quod attendamus diem ſecundum ius ciuile, iuxta l. more maiorum. ff. de
3 ferijs. quia æquius eſt quàm ius canonicum. Prædicta tamen intelligenda ſunt, quando æquitas eſſet ſcripta, tunc præfertur rigori ſcripto, ſecus ſi rigor eſſet ſcriptus, & æquitas non, quia debet attendi rigor. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. l. 1. & ibi DD. C. de
4 legib. non enim Iudex debet eſſe clementior lege. §. oportet, in auth. de iudicijs. Item
5 rigor iuris in ſpecie, præfertur æquitati ſcriptæ in genere, & e contra, nam generi per ſpem derogatur. ita Bart. in d. l. 1. C. de legib. nempe æquitas dicit, neminem debere locupletari cum aliena iactura, rigor etiam ſcriptus in ſpecie aliud dicit, ſequitur Iaſ. in d. l. placuit. hoc tantum limitatur, quando æquitas ſcripta in genere, eſt ſcripta per modum regulæ, quia tunc præfertur etiam rigori ſcripto in ſpecie. ita ſingulariter Dec. in cap. quoniam contra. num. 29. de probat. poſt Imol. in

l. ſi

l.ſi in inſulã.col.12. verſ.ru adde. ff. de verb. oblig. & Alex.in l.& ſi poſt res, in gl. in verb. deterius. ff. ſi quis cautionibus. & ibi Alex. ponit exemplum de regula quòd mora ex æquitate purgatur, quando ius partis non eſt effectum deterius, iuxta l.ſi ſerua. §.ſequitur. ff.de verb.obligat. idem etiam tenet Paul. de Caſt.in d.l.ſi in inſulã. multa alia dicunt DD. in hac materia, ſed vnum non puto omittendum, quod rigor poſitus in l. poſteriori, derogat æquitati præcedenti, idem Gloſ. in c. extirpandæ, de præbendis. Alex.& Iaſ.in d.l. placuit. Sed Domin. in cap. diſciplin. col. 2. diſt. 45. tenet, quod imò æquitas etiam præferatur rigori poſteriori, quando rigor & æquitas non eſſet omnino contrària. idem tenet Pet. loc. cit. Fel.c.2. de re iudic. Quibus præmiſſis deuenio ad reſolutionem quæſtio-
6 nis, quod fauore Eccleſiarum,& Eccleſiaſticorum æquitas eſt ſeruanda, & non rigor ſcriptus, dummodo non fiat alteri præiudicium quo ad intereſſe. text. eſt notab.in c.1. de dolo & contumac. ibi in Eccleſiaſticis perſonis, & negocijs rigor & diſtrictio iuris nõn requiritur, quod eſt valde notandum, & ſic eſt expedita iſta quæſtio. An autem æquitas canonica non ſcripta præferatur rigori ſcripto iuris ciuilis, vide in quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Legatum mobilium factum Eccleſiæ an comprehendat mobilia acquiſita poſt teſtamentum.*

2 *Legatum mobilium factum, non comprehendit acquiſita poſt teſtamentum, niſi coniectura concurrant.*

3 *Legatum factum filio ſi clericabitur, dicitur legatum pium.*

4 *Donatio facta à nobili perſona, eſt latiſſime interpretanda.*

5 *Alexandri Magni exemplum circa libertatem.*

6 *Comitiſſæ Matildis multa Eccleſia donantis magnanimitas, & modeſtia.*

QVÆSTIO 177.

Eccleſię fauore legatum mobilium, comprehendit etiam mobilia acquiſita poſt teſtamentum.

1 QVÆSTIO eſt notabilis, an relictum factum Eccleſiæ de mobilibus comprehendat etiam mobilia poſt teſtamentum, vel debeat attendi tempus teſtamenti. Dicendum, regulam eſſe, quod attendatur tempus teſtamenti, cum teſtator dicit, relinquo veſtem meam, animalia mea. l.ſi ita.ff.de auro, & argento legato. id tamen intelligitur, niſi ex coniecturis aliud colligi poſſit. Soc.Iun.conſ.98.vol.1.num.26.Rolan. qui alios cumulat conſ.39.n.20.vol.4.Cald. conſ.1.de conſtitut. Ang. conſ.261. num. 3. Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.3. tit. 11.nu. 23.& inter cæteras coniecturas, mens patris familias legantis, legatarij dignitas, charitas, & neceſſitudo ſpectari debent, vt in l. ſi ſeruus plurium. ff.de legatis 1.& proinde fauo-
2 re Eccleſiæ legatariæ,& piæ cauſæ, attendi debere tempus mortis, cum ſumma ſit ratio quæ pro Religione facit l. vulg. ſunt perſonæ. ff.de religioſ.& ſumpt.funer. Bat.in l.placet.ff.de lib.& poſth. Soc.Sen.in l.1. num.9. ff.de reb. dubijs. Bero.conſ.44. nu. 45. lib.2. pulchrè Riminald.Iun.conſ.672.nu.56. concludens, ſi pater leget filio, qui voluerit cle-
3 ricari mobilia, attẽdendum eſſe tempus mortis, cum etiam clericatus ſit pium, & talis coniectura tanquam fortior, & potentior iuncta ſanguini præpõderat, & vincit ſolam qualitatem ſanguinis.l.Decius.ff.de reſt.in integ. Dec.conſ.470. Pariſ.conſ.14.num.40. vol.1.
4 Et tanto magis, ſi hoc legatum fuit factum in perſona nobili, cum vt dicit tex. in cap. 1. de donat. hanc ſibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere ſe quod ſponte tribuit exiſtimet,& niſi in beneficijs creuerit nihil ſe præſtitiſſe putet, qui tex. licet in donatione loquatur, de donatione ad legatum inferri poteſt, quod eſt donatio quædam. §. 1. inſtitut. de legat. Tiraq. de nobilit. cap. 37.
5 num.34.legitur exemplum de Comitiſſa Matilde, quæ cum Eccleſiæ 30. terræ miliaria donaret his verbis vſa fuit, aliquantulum terræ concedo, vt refert Tiraq. facit etiam exem-
6 plum Alexandri Magni. cum enim Perillus quidam ſuus amicus, pro filiabus dotem petijſſet, quinquaginta talenta illum accipere iuſſit, ſed cum ille dixiſſet decem ſatis eſſe, tibi quidem reſpondit Alexander, accipere, ſed mihi nequaquam ſatis eſt dare. faciunt dicta per Bald.in conſ. 107. lib. 2. Prædicta intelligẽ, niſi aliud ex coniecturis appareat, nam ſi teſtator legauit hoſpitali quicquid reſtaret de ſuis pecunijs in banco, ſolutis ex illis prius omnibus debitis, ſi tunc reſtabant mille, & poſtea per teſtatorem qui diu ſuperuixit plures pecuniæ fuerunt acquiſitæ, adeo vt ſolu-

Digitized by Google

tis debitis reſtarent tria millia, ſola mille debentur hoſpitali. Paul. de Caſtr. in l. cum ſtipulari. & ibi Alex. ff. de verbor. obligat. vt in cap. ad hæredem. de reſcript. Iaſ. in l. ſi quis. §. illud. ff. quod quiſque iuris, & alij. Ratio eſt manifeſta, quia teſtator non legauit pecuniam in genere, quæ erat in banco, ſed quæ reſtabat ſolutis debitis, vnde non extenditur ad pecuniam de nouo acquiſitam, & poſitam in banco.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia directa domina ſi recipit feudum in pignus, non computat fructus, & quare.*
2 *Cap. 1. de feudis intellectus plures.*
3 *Gloſ. auctoritas eſt magna.*

QVAESTIO 178.

An fauore Eccleſiæ, ſi feudum ei detur in pignus, ipſa non computet fructus in ſortem, ſi erat directa domina.

1 ECCLESIA directa domina feudi, recipit feudum in pignus ab eius vaſſallo, non computat fructus in ſortem ſi vaſſallus abſtinet ab eius ſeruitio. tex. eſt notab. in c. 1. de feudis. & ibi Gloſ. reddit ra-
2 tionem, dicens eſſe ſpeciale fauore Eccleſiæ: ſed hæc lectura reprobatur ab Abb. in d. c. 1. quia ſi feudum fuit legitimè conceſſum, non debet committi prauitas vſuraria, vt Eccleſia citius recuperet illa bona, cum pro vita alterius non ſit committenda vſura. cap. ſuper eo, de vſuris, multo minus pro recuperandis bonis legitimè conceſſis, nempè ab Eccleſia, quæ damnat vſuras. Alij dicũt, quod ille tex. loquitur in ruſticis, qui colunt poſſeſſiones Eccleſiæ, impenſo tanto ſeruitio, quod fructus in nullo vel parum excedunt. ſed illi diminant ſecundum Abb. quia licet tex. faciat mentionem de ſeruitio, tamen non diſtinguit quale ſit. Alij dicunt, quod ille tex. procedit quando fuit conuentum à principio, ſed non videntur bene dicere, quia non valet conuentio vt vſura ſoluatur. Hoſt. ponit aliam lecturam, quod diſpoſitio d. tex. procedat ex natura feudi. nam cum dominum directum remanſerit penes dominum, ſi vtile reuertitur ad eam ex voluntate vaſſalli pignorantis, conſolidatur dominium vtile cum ipſa proprietate. vnde non dicitur percipere fructus ex aliena re, ſed ex propria. nam vaſſallus interim liberatur ab obligatione qua domino tenetur. diſſoluitur ergo interim, ſeu ſuſpenditur obligatio inter eos contracta. Et hanc opinionem ſequitur Abb. qui dicit eſſe magis communem in d. cap. 1. Card. Zabar. & alij. & ſecundum eos non ſpeciale eſſet in feudo Eccleſiaſtico, ſed procederet etiam in ſeculari, ſi tamen ſecundum Hoſt. dominus recipit ſeruitium, videtur tacitè renunciare dicto iuri, niſi proteſtetur. arg. l. 2. C. de iure dominij impetrando. Sed hæc opinio nec mihi ſatisfacit, quia propriè conſolidatio fit quando eſſet facta acquiſitio feudi ab Eccleſia, vt quia vtilis dominus ceſſerit vtile dominium; & contra, ſi vtilis dominus acquiſiuerit directum dominium, vt probatur in §. fin. inſtit. de vſufructu. ſed per pignus non fit aliqua acquiſitio, nec transfertur dominium: nec videtur diuerſa ratio ſi feudum detur extraneo in pignus, vel Eccleſiæ directæ dominæ, cum non fiat vera cõſolidatio. Quare cogitaui, an opinio Gloſ. ſuſtineri poſſit. videtur enim abſurdum præſumere, quod gloſſator doctiſſimus ſenſerit, vſuram eſſe permiſſam fauore Eccleſiæ, quæ ipſam damnat. non enim defuerunt
3 DD. qui Gloſ. opinionem communi prætulerunt. Fel. in c. 1. de conſtit. col. fin. Dec. conſ. 23. Pheret. conſ. 48. Curt. Iun. conſ. 160. & Glo. eſt in tali opinione, vt cæteros DD. antecellat ſecundum Bart. Bald. Alex. Iaſ. & alios in l. vt vnum, de iuſtitia, & iure. & tractaretur tanquam indoctiſſimus gloſſator, qui vſurã fauore Eccleſiæ permitteret: nec etiã me reputo talem qui eius motiuum vel rationem exprimere valeam. conſideraui tantum, ſi forte hæc ratio applicari poſſet, quod cum vaſſallus ob inopiam velit feudum pignori dare, & bona Eccleſiæ, ab ipſa pro dote, & ſuſtentatione retineantur. cap. nemo, de conſecrat. diſtinct. 1. quemadmodum vxor viro vergente ad inopiam, poteſt dotem repetere. l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. eodem modo liceat vaſſallo ad inopiam vergente, pignus ſibi tanquam dotem retinere, ne ad extraneas manus tranſeat, & de facili recuperari non poſſit. paupertas autem arbitrio relinquitur. & non videtur leuis coniectura, ſi vaſſallus feudum alijs in pignus dare cogatur. Poſtea reperi Imol. in d. cap. 1. de feudis, dicentem poſſe ſaluari ſolutionem Gloſſe, quod ſit ſpeciale in Eccleſia, vt non computet fructus in ſortem, ſi tamen velit ſeu parata ſit

remit-

remittere ſeruitium, & ſi vaſſallus nolit acceptare remiſſionem, ſed ſecus ſit in feudo ſeculari, cui non proderit remiſſio ſeruitij, quæ fieret per dominum, niſi conſentiat ipſe vaſſallus, cum in eo non reperiatur hoc ſtatutũ, ſed ſolum in Eccleſia. & dicit Imol. hanc eſſe nouam conſiderationem, ad ſaluandum Gloſſ. & nouum intellectum, qui non tangitur per DD. Vel ſaltim ea eſt attendenda opinio, quod permittatur retentio fructuum, ſi æquipollet illis ſeruitium, ſed opinio Gloſſ. mihi verior videtur.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia legata pro tot miſſis celebrandis, ſi augeatur merces, an numerus miſſarum diminuatur.*

2 *Terminus ſi eſt taxatus, non ſit extenſio in præiudicium debitoris.*

3 *Veriſimilis reſponſio teſtatoris ſi fuiſſet interrogatus, multum valet in teſtamentis.*

4 *Promittens reficere pontem, an teneatur ſi flumen creuerit.*

QVÆSTIO 179.

De pecunia legata pro tot miſſis celebrandis, an ſi augeatur merces, ſiue eleemoſyna danda ſacerdotibus, debeat augeri in præiudicium hæredis, vel diminuere debeat miſſarum numerus.

1 QVAESTIO eſt notabilis, teſtator relinquit centum aureos pro centum miſſis celebrandis, in tali Eccleſia pro anima ſua. Euenit, quod augetur eleemoſyna præſtanda ſacerdotibus, an teneatur hæres ſupplere mercedem, vel ſit diminuendus numerus miſſarum, ad rationem mercedis, ſiue eleemoſynæ conſuetæ dari tempore mortis. Et quod hæres non teneatur ſupplere, ſed refrenandus ſit miſſarum numerus, facit quod reperitur taxata pecunia, & quando terminus
2 eſt taxatus, non ſit extenſio in præiudicium debitoris, tex. eſt notab. in l.non modus. C. de ſeruitut. vbi ſi conceſſiſti mihi ſeruitutem aquæ ducendæ ad prædium meum, non extenditur ad alia prædia à me acquiſita. Secundo facit tex. not. in cap.quanto. de cenſibus. vbi, qui tenetur facere prandium religioſis, ſi ipſi creuerint, non tenetur vltra ſolitum numerum religioſis præſtare prãdium, niſi facultates multum creuerint. Tertio facit, quod ſi teſtator mandauit expendi mille pro monaſterio conſtruendo, quæ non ſufficiant, debet fieri conuerſio piæ diſpoſitionis in alium pium vſum, vt ſingulariter tradit Abb.in c. nos quidem. de teſtament. & hanc opinionem in ſpecie tenet Io.Petr.Rimi.conſ. 36.vol.1.vbi refert ita fuiſſe deciſum in Archiepiſcopatu Mediolani. adducit etiam, quod non licet petere incrementum, vbi diminutionis damnum non eſſet reſarciendum. arg. l.pen. C.de ſolut. Brun. de augmento q. 23. Sed ſi merces Sacerdotum fuiſſet diminuta, non diminueretur legatum, ſecus dicit, quando pecunia non eſſet taxata, ſed teſtator mandaſſet celebrari tot miſſas. Pro contraria opinione facit illa regula, quæ multum valet, maximè in diſpoſitionibus ad pias cau-
3 ſas per vniuerſalia, quod ſi teſtator cogitaſſet, & fuiſſet interrogatus ita veriſimiliter diſpoſuiſſet, tunc à lege ſit interpretatio quod ſubintelligatur. Soc.in l.2.num. 117. ff.de vulg.& pupill. Mant. poſt alios, quos allegat de coniect.vlt.volunt. lib.3. tit.11.num.22. Idem ex veriſimili voluntate tradit Paul. de Caſtr. conſ. 132. vol.1. vt latius per Mantic. loc. cit. vbi illam concluſionem, quod tempus teſtamenti in legatis debeat inſpici, iuxta l.ſi ita.ff.de aur.& arg. legato. eleganter declarat, quando veriſimilis mẽs teſtatoris colligi in contrarium poſſet, & cum teſtator in caſu noſtro non reliquerit pecuniam ſimpliciter pro eleemoſyna ſoluenda ſine onere miſſarum, ſed pro miſſis celebrandis pro anima ſua eo tempore quo præſtabatur minor merces, veriſimiliter ſi prouidiſſet augmentum, non diminuiſſet numerum miſſarum, data capacitate hæreditatis. ergo ita iudicandum eſt, cum finis principalis fuerit refrigerium animæ, non eleemoſyna præſtanda ſine onere. & anima cunctis bonis præferatur. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. Secundo facit, quod ſi ſit relictum legatum ſimpliciter Eccleſiæ, nempè fundus vel domus, continetur etiamſi poſt factum teſtamentum acceſſerit contra regulam d.l.ſi ita. ff.de auro & argento legato. Bart. in l.placet. ff.de liberis & poſthum. Socin.in l.1.ff.de rebus dubijs. Tertio facit tex.in l.ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb.prædior. vbi augmentato prædio dominante, & ipſa ſeruitus augetur, nam ſi commiſiſti ſeruitutem luminum, ne officeretur luminibus 1

domus

domus meæ tempore quo non erat ibi niſi vna feneſtra, per quam reſpiciebam lumen, & poſtea amplio domum, & facio multas feneſtras, tu non potes officere luminibus nouis ſicut nec veteribus. Tertio hanc opinionem veriorem cenſeo ex doctrina Bald. in quæſtione, cum diſtinctione tamen quam ipſe facit in d.l.non modus, vbi ponit quæ-
4. ſtionem. quidam nobilis promiſit communitati reficere pontem, qui pons erat paruus, poſtea creuit aqua, ita quod oportet quod pons ſit maior ſolito, & oportet creſcere pontem, quæritur qualiter iſte nobilis teneatur? Reſp. Bald. quod aut augmentatio eſt intrinſeca, & tenetur nobilis, aut extrinſeca, & non tenetur. Dicitur autem intrinſeca, quando onus refectionis eſt auctum circa eandem latitudinem pontis, vt quia aqua perfodiens hoc facit, & eſt neceſſario maior impenſa ſolito, tunc pertinet ad nobilem. ſi vero augmentatio eſt intenſiua in maiore pontis latitudine, tunc non pertinet ad nobilem, quia tempus contractus inſpicitur. l. hoc iure. §. ſi aqua. ff. de aqua quotidiana. l. quicquid aſtringendæ in ſui ratione. ff. de verb. oblig. & ideo dicit Bald. quod in d. l. ſi ſeruitus, erat ampliatio circa eandem rem cui debebatur ſeruitus, & ideo non referebat an eſſet vna, vel plures feneſtræ. & in d.l. non modus ampliatio eſt extrinſeca, acquirendo alia prædia, & ideo ſeruitus non extenditur. Nunc ad propoſitum: ſi augetur numerus miſſarum, augmentum eſſet extrinſecum, ſed ſi intra latitudinem numeri miſſarũ augetur merces, augmentum eſt intrinſecum, & tenetur hæres. Quæ diſtinctio probatur ex concordia dictorum iurium. l. non modus. & l. ſi ſeruitus. & pro hac opinione facit etiam tex. in d. c. quanto, vbi Papa mandat præſtari prandium iuxta antiquum numerum religioſorum, niſi facultates creuerint, ſed non diminuit numerum religioſorum, ſi forte prius cum minori impenſa alebantur. Quæ hodie, & prædicta ſunt intelligenda dara capacitate hæreditatis, & tanto magis, ſi hæreditas eſt aucta, iuxta d. cap. quanto. Non obſtant adducta in contrarium. nam ad l. non modus. cap. quantum augmentum erat extrinſecum. non obſtat doctrina Abb. de impenſa relicta non ſufficiente pro conſtructione monaſterij. ſiquidem loquitur dara impoſſibilitate exequendi voluntatem teſtatoris, iuxta terminos d. cap. nos quidem. Præterea impenſa nec ſufficiebat tempore mortis teſtatoris, & caſus noſter eſt diuerſus. Neque obſtat, quod non datur incrementum vbi non imputatur diminutio. Id enim procedit, niſi coniecturata mens teſtatoris ſit in contrarium, quemadmodum augmentum legati pertinet ad legatarium. l. ſi ex toto. ff. de legat. 1. ſed non contra coniecturatam mentem teſtatoris, vt ibi per DD. præcipuè Ripam. poſſet etiam dici, quod ſi hæreditas pereat caſu, ceſſet onus miſſarum.

S V M M A R I V M:

1 *Sententia lata contra Fiſcum, abſente aduocato, vel procuratore, eſt nulla.*

2 *Sententia lata contra Eccleſiam abſente aduocato, vel procuratore, eſt nulla.*

Q V Æ S T I O 180.

Sententia lata contra Eccleſiam, abſente aduocato, eſt nulla.

1 CLARVM eſt, quod ſententia lata contra Fiſcum indefenſum propter abſentiam aduocati, eſt ipſo iure nulla. l. vnic. C. de ſententijs aduerſus Fiſcum latis. lib. 10. & ibi Gloſſ. & DD. & idem ſi feratur procuratore eius abſente, vt dicit Gl. in l. 3. §. diuus. ff. de iure fiſci. Io. de Platea in d. l. vnica. idem etiam eſſe in Eccleſia, vt ſententia contra ipſam indefenſam, ob abſen-
2 tiam procuratoris & aduocati lata, vt ſit ipſo iure nulla tenet Paul. de Caſtr. in l. velamento. C. de poſtulando, cum ſit validum argumentum de Fiſco ad Eccleſiam. ſequitur Euerard. in loco à fiſco ad Eccleſiam, vbi etiam allegat Gloſ. notab. in l. ſi præſes. & ibi Bald. Salyc. & alij. C. quomodo & quando Iudex. & tex. in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 6. debet enim defendi Eccleſia, alias ſententia eſt nulla. & hæc nota.

SEPTIMVM CAPVT TRICENARIVM.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra Fiſcum retractatur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum.*

Sen-

2 *Sententia lata contra Eccleſiam, ex ſpeciali fauore retractatur prætextu instrumentorum de nouo repertorum.*

QVÆSTIO 181.

Sententia lata contra Eccleſiam, ex ſpeciali fauore retractatur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum.

1 SVB prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, ſententia lata contra priuatum non retractatur. l. ſub ſpecie. C. de re iudic. ſed ex ſpeciali fauore Reipub. vel fiſci, per viam reſtitutionis in integrum retractatur. l. Imperatores. ff. de re iud.
2 & cum valeat argumentum de fiſco ad eccleſiam, eodem fauore gaudet in hoc caſu Eccleſia, ita Gloſ. Bart. & alij in d. l. Imperatores. Ioan. de Platea in l. vnica. C. de ſententijs aduerſus fiſcum latis. lib. 10. Gl. Salic. Paul. de Caſtr. in d. l. ſub ſpecie. Euerard. in loco à fiſco ad eccleſiam. Idem in ſpecie in eccleſia, & pupillo tenent Rom. in l. admittendi. ff. de iureiur. quem refert & ſequitur Felin. in c. cum dilectus. num. 18. de fide inſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Fauore Fiſci, inſtrumento deperdito teſtes non periti poſſunt deponere ſuper tenore inſtrumenti.*
2 *Non periti poſſunt deponere ſuper tenore inſtrumenti.*

QVÆSTIO 182.

Fauore Eccleſiæ inſtrumento deperdito, teſtes non periti poſſunt deponere, ſuper tenore inſtrumenti.

1 CLARVM eſt quod fauore fiſci, inſtrumento deperdito ſtatur depoſitionibus teſtium deponentiũ de tenore inſtrumenti, licet non ſint adeo periti vt ſciant cognoſcere defectus inſtrumentorum, vbi in priuato neceſſario requiretur quod ſint periti. l. 2. §. diuus. & ibi Bart. ff. de iure fiſci. DD. in l. ſi de poſſeſſione. C. de probat. Abb. & alij in c. cum olim eſſemus, de priuil. Sed quia valet argumentum de fiſco ad ec-
2 cleſiam, eodem priuilegio fiſci gaudebit. & ita in ſpecie tradit Præpoſitus in cap. quis neſciat. diſtin. 9. ſequitur Euerard. in loco à fiſco ad eccleſiam, vbi dicit hoc eſſe menti tenendum, quia eſt vtile, & quotidianum.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus contrahendo cum priuato, præfertur in bonis poſt ſuam obligationem quæſitis.*
2 *Eccleſia contrahendo cum priuato, præfertur in bonis poſt ſuam obligationem quæſitis.*

QVAESTIO 183.

Eccleſia contrahendo cum priuato, præfertur in bonis poſt ſuam obligationem quæſitis.

1 FISCVS contrahens cum aliquo priuato, præfertur in bonis poſt ſuam obligatonem quæſitis, priuato etiam anteriori in tempore, habenti omnia bona ſecum contrahentis præſentia & futura obligata, vt eſt tex. notab. in l. ſi is qui. ff. de iure fiſci. & quia valet argumentum de fiſco ad eccleſiam, vt pluries fuit dictum, idem eſſe in eccleſia tradit doctiſſimus Euerard. in loco à fiſco ad eccleſiam. vbi dicit, & licet neminem reppererim hoc dicentem, credo tamẽ hoc ve-
2 rum, quia idem fauor debetur eccleſiæ qui fiſco. & magna eſt ratio quę pro religione facit. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. cum ſimilib. Et quamuis gl. in l. aſſiduis. C. qui potior. in pign. habeat. teneat contrarium in dote, tamen Salic. ibi in q. 3. tenet contra glo. & quicquid ſit in dote, ſatis eſt quod fiſcus gaudet hoc priuilegio, & ſucceſſiue eccleſia, vt latiſſimè per Euerar. loco cit. per Dec. in c. 1. de probat. in illa q. an fauore Eccleſiæ teneatur quis inſtrumenta edere contra ſe, vt late dixi.

SVMMARIVM.

1 *Legatum alimentorum relictum ab vno hærede nominatim, poteſt peti ab alijs.*
2 *Legatum relictum Eccleſiæ ab vno hærede, poteſt peti ab alijs.*

QVÆSTIO 184.

Legatum Eccleſiæ relictum ab vno hærede nominatim, poteſt peti ab alijs cohæredibus.

1 LEX. eſt notab. in l. 4. §. Lucius. ff. de alim. & ciba. legat. quod alimentorum fauore legata relicta nominatim ab hęrede, vel ab hęredibus debētur à ſubſtituto, vel à coniunctis, à quibus alimentorum fauore cenſentur tacitè repetita. Bart. ibi, & in l. mela. eod. Rom. conſ. 388. ſed an idem ſit in legato facto eccleſiæ, vel piæ cauſæ. quidam negant vt per Vinc. de Franch. deciſ. 483. Contra. opinio affirmatiua verior videtur, quã tenent Rom. in Auth. ſimiliter. C. ad leg. falcі. ſpeciali vlt. volunt. Dec. ſingulariter conſ. 182. nu. 3. Euer. in loco ab alimẽtis ad piam cauſam. valet enim tale argum. qñãdo eadem ratio mi-
2 litat, nec aliter reperitur diſpoſitum in iure, cum cauſa alimentorum de ſe ſit pia & fauorabilis d. l. mela, & ibi Bart. & alij. idem tenet conſil. Scipio. Rouit. in pragm. 1. de legat. pijs. nũ. 3. credit tamen quod in hoc caſu Eccleſia tenetur cedere iura contra illum cohæredem, a quo eſt relictum legatũ nominatim, vt alius cohæres qui ſoluit, poſſit illud in ſolidũ recuperare, alias huiuſmodi priuilegium redũdare in beneficium hæredis non grauati. ſed an huiuſmodi ceſſio poſſit fieri cõtra alios cohęredes non grauatos, dicit idem Rouit. reſolutionem dependere ab illa quæſtione, an priuilegia cauſæ piæ tranſeant in ceſſionarium. pro cuius reſolutione recurrendum eſt ad tradita per Bar. & alios loquentes in ſimili priuilegio dotis, in l. poſt dotem. ff. ſol. matr. Bal. Nouell. de dote. par. 12. q. 2. Menoch. de præſumptio. 189. lib. 4. Et hæc etiam notanda, quia in legatis priuatorum contrarium deciditur, vt in l. cum ab vno. ff. de legat. 2. & in l. ab omnibus. ff. de legat. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pactum futuræ ſucceſſionis Eccleſiæ fauore, an valeat.*
2 *Pactum futuræ ſucceſſionis inter milites, valet in vim vltimæ voluntatis.*
3 *Eccleſia eſt fauorabilior militia.*
4 *Eccleſia non moritur, quomodo intelligatur.*
5 *Precaria permittuntur cum Eccleſia, & quæ ſint.*

QVÆSTIO 185.

Pactum futuræ ſucceſsionis, Eccleſiæ fauore valere in vim vltimę voluntatis.

1 CLARA eſt iuris diſpoſitio in l. 1. licet. C. de pactis. quod pactum futuræ ſucceſſionis inter paganos reprobatur, ſed inter milites habet vim vltimæ volũtatis. Quæritur modo, an idẽ ſit in eccleſia, vel alia pia cauſa, vt pactum de ſuccedendo cũ ea ini-
2 tum, valeat in vim vltimæ voluntatis, militis exemplo: & affirmatiuam tenent Bal. in l. fin. C. de pactis. Alex. in l. pactũ quod dotale. C. de collatio. & in conſ. 192. vol. 6. incip. in cauſa & lite. Philip. Franc. in c. 2. de pactis, in 6. Iaſ. in d. l. licet. quamuis poſtea dubitet. Euer. in loco a milite ad eccleſiam, vbi pluribus
3 probat valere argumentum de milite ad eccleſiam, vel piam cauſam, dummodo priuilegium congruat eccleſiæ, & ſit eadem ratio, & contrarium non reperiatur in iure expreſſum. Gloſ. in l. ſi vt proprius. C. de rei vendic. & in cap. inquirendum. de peculio Clericor. Abb. conſ. 94. vol. 2. Bald. & Doctores ſupracitati, & alij, quos ad ſatietatem refert Euerard. loco citat. Contrariam opinionem tenet Rom. in auth. ſimiliter. col. 8. per tex. in d. l. pactum quod dotale: C. de pactis. vbi tale pactum factum in fauorem filię non tenet, ergo nec in fauorem piæ cauſæ, cum magis faueatur cauſæ filiorum, quam piæ cauſæ, vt notat Gl. in l. ſi quis ad declinandum, in verbo, ſed ſimili modo. C. de Epiſc. & Cler. propterea inquit ipſe, text. in d. l. licet. approbans tale pactum inter milites in vim vltimæ voluntatis, loqui-
4 tur in pacto reciproco ſucceſſionis poſt mortem, quod pactum non cadit in Eccleſia, cum Eccleſia nunquam moriatur. cap. gratioſe. de reſcriptis, in 6. cap. liberti. 12. quæſt. 2. Negat etiam quod omnia quæ habent locum in militibus, habeant locum in pia cauſa. Sed his non obſtantibus prima opinio tenenda eſt. non obſtat quod magis fauetur filiæ, quam Eccleſiæ, quia id procedit quo ad legitimam, ſed extra legitimam magis fauetur Eccleſiæ, quàm filijs, vt probatur in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. & tamen non valet inter liberos. Bald. Ang. in l. iubemus. eod. tit. de ſacroſ. eccl. Non obſtat, quod tex. in c. licet, procedit in paulo reciproco, nã reſpondet Alex. in d. l. pactum, quod ille text. procedit etiam quãdo pactũ non eſt reciprocũ, ex verbis generalibus illius, in verſ. tamen cum voluntas &c. & maxime vtrobique quo ad propoſitũ ſit eadẽ ratio. adducit etiã, quia maior fauor debetur piæ cauſæ quam militię, nam captatoria volũtas reprobatur etiam in teſta-

teſtamento militari.l.captatorias. ff.de milit. teſtam.non ſic in Eccleſia, vel pia cauſa. cap. cum tibi.cum ibi notatis. de teſtam. Præterea eſt etiam verum, quod particularis Eccleſia perire poteſt. l. pater. §.Tuſculanis. ff. de legat.3.notat expreſsè Bart.l.hæreditas ex die. ff.de hæred.inſtituen. licet ſecus ſit in Eccleſia vniuerſali. Poſſet etiam dici, pro hac opi-
5 nione facere, quod in rebus eccleſiaſticis permittuntur precariæ, quæ videntur continere pactum de ſuccedendo, & fiunt hoc modo. aliquis vult dare proprietatem alicuius prædij Eccleſiæ, vt recipiat vſumfructum in prædijs Eccleſiæ, ſi vult retinere vſumfructum in prædio quod dat Eccleſiæ, accipiat de prædijs Eccleſiæ vſumfructum in duplum, puta ſi ex proprio prædio recolligit quinquaginta ſextarios, recipiet de prædijs Eccleſiæ centum ſextarios, ſi verò ſtatim vult tradere prædium ſuum Eccleſiæ, & quo ad vſumfructum, & quo ad proprietatem tunc recipiet de prędijs Eccleſiæ centum quinquaginta ſextarios, & huiuſmodi precaria non tranſmittitur ad hæredes, vt habetur in cap.precariæ.10.q.2. Et quatenus Eccleſia ſuccedit etiam in vſufructu poſt mortem, tacitè continet pactum de ſuccedendo.

SVMMARIVM.

1 *Libertatis fauore hæres creditor, inuitus cogitur recipere partem pretij à ſeruo.*
2 *Creditor Eccleſiæ an teneatur recipere partem ſolutionis debiti.*

QVÆSTIO 186.

Creditor Eccleſiæ tenetur recipere partem ſolutionis debiti.

1 LIBERTATIS fauore hæres creditor, inuitus cogitur recipere à ſeruo partem pretij, ſiue ſolutionis, vt eſt tex.notab. in l.cũ hæres.§.item ſi decem.ff.de ſtatu liberis. An autem id habeat locum in creditore Eccleſiæ? videtur quod ſic, nam valet argumẽtum de libertate ad Eccleſiã & piam cauſam.Bal.in l.2.C.de fideicom. libert.Bart. in l.ſi vnus.C.de teſtam.Euerar. late in loco à libertate ad piam cauſam: & in ſpecie idem
2 procedere in creditore Eccleſiæ, & piæ cauſæ, vt teneatur recipere partem ſolutionis, tenẽt Rom. Alex.in l.quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert.pet. quos refert, & ſequitur Euerard.loco cit.dicens infige cordi, & nunquã tradas obliuioni. & videtur facere, quod Eccleſia, quæ contraxit debitum pro neceſſitate & vtilitate, videtur illud contraxiſſe pro libertate & redemptione animarum à manibus Diaboli, quo ad viuos, & à pœnis purgatorij quo ad defunctos, cum quotidie his vacet & militet, vnde nimirum ſit vt poſſit ſuſtentari, teneatur creditor recipere partem.

SVMMARIVM.

1 *Si res Eccleſ. ſit legata, an debeatur æſtimatio.*
2 *C.filius noſter. de teſtam. intellectus refertur.*
3 *Res dotalis & minoris ſi legetur, debetur æſtimatio.*
4 *Eccleſia dicitur eſſe coniuncta perſona.*
5 *Statutum loquens de coniunctis, intelligitur de coniunctis ſanguine.*
6 *Res Eccleſiæ non alienantur etiam in caſibus à iure permiſſis, quando prohibitio teſtatoris concurrit.*

QVÆSTIO 187.

Si res Eccleſiæ ſit legata, an debeatur æſtimatio.

1 ARDVA eſt quæſtio, an ſi legetur res Eccleſiæ, debeatur æſtimatio. & reſolutio dependet ab intellectu.tex.in c.filius noſter. de teſtam. in quo Greg. Magni videtur declarare, non deberi æſtimationem quãdo legatur res aliena, quamuis lex ciuilis contrarium velit, ac vtitur Greg. his verbis: *Et quidem leges ſeculi hoc habent vt hæres ad ſoluendum cogatur, ſi autor eius rem legauerit alienam, ſed quia lege Dei, non autẽ lege huius ſeculi viuimus, valde mihi videtur iniuſtum, vt res tibi legata, quæ cuiuſdã Eccleſiæ eſſe perhibentur, à te teneantur qui aliena reſtituere*
2 *debuiſti.* hęc ſunt verba Greg. Circa cuius tex. intellectum fuerunt variæ opiniones. Prima fuit Gl. in d.c. quod de benignitate canonica nõ debeatur æſtimatio rei alienæ, etiam ſcienter legatæ. Secunda opinio eſt Innoc. quod legatum rei Eccleſię non valet nec quo ad æſtimationẽ, quia non eſt in hominum comercio niſi cũ magna difficultate. quandoquidẽ non alienãtur ſine neceſſitate, & vtilitate Eccleſiæ, ac ſeruatis ſolemnitatibus, vt in cap. ſine exceptione. 12. quæſt.2. cap.1.de rebus Eccleſ. non alienan.in 6. & toto titulo de rebus Eccleſiæ in Decret. Id etiam habet locum in

 prædijs

prædijs Cæſaris. l.apud Iulianum. §.fin. ff.de legat. 1. Multo magis hoc priuilegium debent habere res Eccleſiæ.& hanc opinionem tenet Bart.in d.S.conſtat. Nicolaus de Neap.& Petrus.vt ibi refert Alex.eandem tenet.Paul. de Caſt.in l.cum alienam.nu.4. C.de legat. Sed huic opinioni obſtat, quod licet ſit difficilis alienatio rei Eccleſiæ, non tamen adeo quod reputetur impoſſibilis, quod requirit lex vt legatum non valeat,ſicut ſi legaretur res Cæſaris. Præterea res Eccleſiæ poſſunt alienari, imminente neceſſitate, vel vtilitate. 12. q. 2. c. ſine exceptione. Item fundus dotalis & res
3 minoris, quæ regulariter alienari non poteſt ſi legentur debetur æſtimatio iuxta communem in d.S.conſtat, vt ibi per Paul. & Aretin. Item in d.cap. filius ponitur differentia inter ius ciuile & canonicum. & ſecundum opinionem Innoc. nulla eſſet differentia,ſi legatũ rei Eccleſiæ,nec quo ad æſtimationẽ valeret propter difficultatẽ alienationis,quemadmodum dicitur in re Cæſaris,cũ id eſſet iam prouiſum è iure ciuili,vt latius reſpondet Abb.in d.c.filius noſter.& in repet.c.cum eſſes, de teſtam. Alia fuit opinio Bal.in l. 1.C.de ſacroſ.eccleſ. quod c.filius noſter procedit, quãdo Eccleſiæ ſit legatum rei alienæ ignoranter, nam tũc de iure ciuili debetur æſtimatio,ſicut quando legatur coniuncta perſona etiã ignoranter,quia valet.d.l.cũ alienam.C.de legat. nã Eccleſia dicitur eſſe coniuncta perſona. facit c. ſi quis
4 iraſcitur. 13.q.2. & c.qui abſtulerit. 12. q.2. vbi dicit tex. quod Eccleſia eſt mater noſtra, ſed de benignitate canonica nõ debetur in d. c.filius.& ſic intelligitur ille tex.volens denotare hanc diuerſitatem inter iſta duo iura, vt Eccleſiæ non debeatur legatum ignorãter factum, licet habeatur pro coniuncta perſona. Sed huic opinioni vidẽtur obſtare duo,ſecundum Abb.in loc.cit. Primũ, quod lex cũ alienam intelligitur de coniũctis ratione ſanguinis,& ſic non venit Eccleſia,licet largo modo dicatur coniuncta perſona,vt ſenſit Gl.in d.c. filius. & ibi magis expreſſe Ant. de Butr. per
5 not.in c.nonnulli.de reſcrip.vbi DD.ſentiũt, quod iura permittẽtia aliquid coniunctis, intelliguntur de coniunctis ratione ſanguinis, non autem de coniunctione accidentali & ficta,& tamẽ tex.in d.c.filius.habuit pro indubitato,quod de iure ciuili,in illo caſu deberetur æſtimatio. Secundo obſtat, quia illa ratio quæ inducit, vel mouet legem ad ſtatuendũ, quod ſi legatur res aliena coniunctæ perſonæ, etiam ignoranter,debeatur æſtimatio, eadem ratio mouet legẽ, quod ſi legatur ſcienter cuicunque debetur æſtimatio.nã in vtroque caſu ratio deciſionis eſt præſumpta voluntas teſtatoris,ſed qua ratione non debetur legatũ Eccleſiæ,nec eius æſtimatio,quando ignoranter: eadem ratione non deberetur, quando legatum ſit ſcienter,nam vbi eſt eadem ratio,idem ius dicitur eſſe.c.translato. de conſtit. c.cum dilecta.de confirm. vtili,vel inutili. Præterea tex.in c.filius noſter præſupponit deberi æſtimationem,& nullam mentionẽ facit de ignorantia.vnde lectura Bal. quod ius canonicum noluerit acceptare hoc legatũ ignoranter Eccleſiæ factum, videtur diuinatiua ſecundum Abb.in d.c.filius. Tertia opinio principalis eſt Hoſt in d.c.filius noſter,quod poſſit peti æſtimatio,prout de iure ciuili,& nulla quo ad æſtimationem ſit differentia inter ius ciuile & canonicum.& quod in d.c.filius noſter.ſolum prohibetur,ne res aliena debeatur,nõ autem, quod nõ poſſit peti ęſtimatio.dicit tamẽ Hoſt. quod ſi hæres nimis grauaretur totũ precium ſoluendo etiam, nõ debet illud cum intolerabili ſuo grauamine extorqueri, & ſolum hunc legis rigorem voluit Summus Pontifex temperare,ad not.de cenſib.c.licet. & c. ex parte. 17.q.4.c.fin.regula locupletari.de reg iur. in 6.& hanc opinionem ſequitur Barbat. ibi, & Couar. qui alios allegat, & nouiſſime Card. Mant.quamplures congerens de coniect. vlt. volun.lib.9.tit.11.quod in d.tex.nulla ſit mentio de æſtimatione, ſed ſolũ de ipſa re legata, quæ cum fuiſſet ab hærede tradita legatario, non poterat inuito domino ſecundũ legẽ Dei ſalua cõſcientia detineri, inquit enim Sũmus Pontifex,ſed quia lege Dei, non à lege huius ſeculi viuimus, valde mihi videtur iniuſtum, vt res tibi legatæ,quę cuiuſdam Eccleſiæ eſſe perhibentur,à te teneantur, quia aliena reſtituere debuiſti. non tamen prohibet Summus Põtifex,quin legatarius ab hærede poſſit petere ęſtimationẽ,ſed iubet ex lege Dei,rẽ alienã ſtatim Domino reſtitui, & quod lex ciuilis malè allegabatur à parte, & inducebatur. ſed Greg. legẽ ciuilẽ, quæ legi diuinæ non refragatur,in hoc nõ impugnat,ſed eius malã allegationẽ,& inductionẽ reijcit. ita etiã illũ tex. vt de re ipſa,non de æſtimatione loquatur, intelligit Corn.conſ.32.nu.15.vol.1.Fortunar. de vlt.fine.illat.12.Addit etiam Couar.quod D.Greg.abſoluit etiam hęredem à præſtanda æſtimatione in illo caſu, quia legatum fuerat relictum in pretium ſepulchri eccleſiaſtici, vt apparet in epiſt.7.in 4.lib.epiſtolar.item quia

fuerat

Digitized by Google

fuerat relictum ab eo qui filios hæredes inſtituerat, quibus etiam exiguum erat relictũ patrimonium. & his forte rationibus Summus Pontifex fuit inductus, vt tale legatũ rei alienæ vſque adeo deteſtaretur, vt neque æſtimationem præſtari voluerit. ſed hoc, in ipſo Decretali ideo forte expreſſum non fuit, quia niſi aliud impediat, æſtimatio præſtari debet quemadmodum in legibus ciuilibus cõſtitutũ eſt. cum quibus niſi expreſſim cõtradicat, ius etiam canonicum intelligitur conuenire. c. 1. & ibi omnes. de op. nou. nunc. Sed ſalua pace tantorum virorum, huic opinioni quod in d. c. filius. tantum prohibeatur ne res aliena detineatur, non autem quod non poſſit peti æſtimatio, obſtat, quia nulla eſſet differentia inter ius ciuile & canonicũ. & tex. voluit denotare differentiã, & tex. ponit differentiã circa æſtimationem ſoluendam, dum in princ. in verſ. Et quidem, facit mentionem de æſtimatione debita ſecũdum legem ciuilem, & poſtmodum in verſ. Sed quare, ſubijcit, ſed quare lege Dei, &c. qui venit aduerſatiue ad præcedẽtia. & ſic denotat diuerſitatẽ reſpectu æſtimationis inter ius canonicum, & ciuile. Nec etiã videtur procedere quod conſiderat Hoſt. quando hæres multum grauaretur, quia nulla fit mentio in tex. de grauitate præiudicij, ſed ſolum de æſtimatione ſoluẽda, vt conſiderat Abb. Nec ſubſiſtit quod ius ciuile fuit perperam allegatum à parte, nam ibi Papa loquitur Epiſcopo, dicẽs, quia lege Dei iuris, & ſic non ſunt verba partis, idem per iſta verba, vt patet ex dictione, quia, Papa voluit reddere rationẽ ſuæ definitionis, & ideo aſſerere quod hæc fuit allegatio legis malè intellectæ, eſt diuinare, quod non debemus, nec poſſumus, c. vt noſtrum, vt Eccleſ. beneficia: vt etiam ſingulariter conſiderat Abb. in locis citatis. Duas alias lecturas ponit Abb. in dictis locis, quas etiam de facili refellit, ſupradictas retuli tanquam præcipuas. Quid igitur tenẽdum in hac difficili quæſt. mihi videtur verior prima opinio Gloſſ. atque Abb. quod de benignitate Canonica, ſi legetur res aliena, etiam ſcienter, nec debeatur æſtimatio, cum in d. textu ponatur differentia inter ius canonicum & ciuile quo ad æſtimationem, vt dicit Abb. quod poteſt eſſe ratio. Nam quod debeatur legatum, vel æſtimatio, hoc procedit ex tacita voluntate teſtatoris, non autem expreſſa, vnde ſi Eccleſia permitteret, quod poſſet peti legatum, vel eius æſtimatio ab hærede inuito, ſaltem quo ad vulgi opinionem videretur inhiare lucris odioſis, & temporalibus, à quibus abſtinere debet. cap. fin. 17. quæſt. 4. vbi inquit Auguſtin. qui vult exhæredare filium, & hæredem facere Eccleſiam, alium quærat pro conſilio quàm Auguſtinum; imò Deo propitio neminem inueniet. adducit etiam tex. in cap. ex parte. de cenſib. in fin. vbi ex eadem ratione, qui Eccleſiæ debet aliquid dare, quod poteſt intelligi ſecundum diuerſas menſuras, liberatur ſoluens ſecundum minorem, ne videatur lucris temporalibus inhiare. Pręterea addit, quod licet ratio neceſſaria concludens reddi non poſſit, ſufficit tãtum ita ſcriptum eſſe. Sed poſſet forte ſecundo alia ratio congrua aſſignari. nam licet de iure legatum rei alienæ ſcienter factum debeatur ſaltem quo ad æſtimationem, ex interpretatione iuris, quæ vltimæ diſpoſitiones teſtantium valere eo modo quo poſſunt, tamen ex communi vſu, & obſeruantia teſtatorum rariſſimè contingat, quod quis ſcienter leget rem alienam, ſed potius videtur voluiſſe illudere. Poteſt enim legatum eſſe deriſorium, & inutile. arg. tex. l. ſi domus, in princ. ff. de leg. 1. vbi ſi teſtator legat domum, & nullam domum habeat magis deriſorium quàm vtile eſt legatum, & ſi voluiſſet æſtimationem præſtari, legaſſet quantitatem pecuniæ, & non rem. Vnde cum in conſcientia, & in veritate potuerit deficere eius intentio legandi æſtimationem, non eſt mirum ſi ius canonicum, quod principaliter veram intentionem reſpicit, c. cum dilecti. de donation. cum ſimilibus, voluerit ex benignitate in hoc diſcrepare à rigore iuris ciuilis, quod ſimpliciter interpretatur ſemper adeſſe intentionem legandi æſtimationem, placet tantum limitari, quod non debeatur æſtimatio quando legantur res Eccleſiæ Romanæ, quæ ſunt in patrimonio Beati Petri, quemadmodum quando legantur prædia Cæſaris in formam patrimonij reducta, iuxta dict. §. conſtat, vbi id ſentiunt Bald. Imol. Alex. Iaſ. ſecus in bonis Eccleſiæ inferioris. Idem dicendum ſi fundus legatus fuiſſet datus Eccleſiæ pro dote, vel ad certum vſum pium, & ſpecialiter eſſet prohibitus alienari, non deberetur æſtimatio, quia ſubeſſet illa difficultas alienandi, de qua in d. §. conſtat. ita Abb. in conſil. 45. num. 3. & 4. lib. 2. nam deputata ad dictum pium vſum, non poſſunt ad alium deputari ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ. clem. quia contingit. de relig. domib. & res donata Eccleſiæ cum conditione expreſſa, vt alienari non

poſſit, nec in caſibus à iure permiſſis alienari poteſt. quia prohibitio hominis concurrit cũ prohibitione legis. §.ſanctiſsimus.in auth. de alien.& emphyt.Gl.in auth.hoc ius porrectũ.C.de ſacroſ.eccl.Soc.conſ.75. vol.1.Poſſet fortaſſe etiam dici, quod cũ hodie res Eccleſiæ non poſſint alienari inconſulto Romano Pontifice. extrauag.ambitioſæ. de reb. eccleſ. & cum euidenti vtilitate notabili, & non modica, videretur hęres compelli ad pręſtandum plus iuſto pretio, ſiue magnum pretium, ad quod non tenetur d.l.ſi domus.§.in pecunia. & l.non dubiũ. §.fin.& l.qui concubinam. §.fin.ff.de legat.3. & ſucceſſiuè non debeſetur æſtimatio. Sed hæc ratio eſt perſuaſiua, nam aliud eſt rem non eſſe in commercio, aliud eſſe in commercio cum aliquo augmento pretij, etiam quando Princeps ſolet præſtare aſſenſum non dicitur res difficilis, vt per omnes in dict.§. conſtat. Teneo igitur opinionem Gloſſ.& Abb. Et prædicta procedunt de iure Canonico, ſecus de iure ciuili, vt diximus in feudo legato quæſt....

S V M M A R I V M.

1 *Donatio fauore Eccleſiæ non inducitur ex taciturnitate, per longum tempus facta calculatione rationum.*

2 *Epiſcopus, qui conſtituit procuratorem menſæ Eccleſiæ, cum poteſtate quod poſſet fructus conuertere in proprios vſus, nec teneretur reddere rationem, nec poſſet reuocari, poteſt reuocari, & tenetur reddere rationem.*

3 *Donatio vbi præſumitur ex coniecturis, non præſumitur de re Eccleſiæ.*

QVAESTIO 188.

Eccleſiæ fauore non præſumitur donatio ex coniecturis contentis in l. procula. ff. de probat.

1 ET taciturnitate per longum tempus, & computatione rationum ſæpius facta, præſumitur remiſſio, ſiue donatio eius quod debetur, ex tex. notab.in l.procula. ff. de probation. Sed an id procedat in Prælato Eccleſiæ. Et breuiter dicendum quod non. ita Iaſ.in l. cum quid. num. 19. ff. ſi certum petat. poſt Baldum, quem ipſe allegat. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Pariſ.conſil.8.volum.4. Nec immerito, cum Prælatus, Eccleſiæ fructus teneatur honeſtè & decenter diſpenſare, vltra neceſſarios ad proprium victum. cap. de redditibus. 12. quæſt. 2. cap. nulli. 12. quæſt. 1. cap. quicunque. 12. q.3. & c.quoniam. 16.quæſt. 1. Franch. latè in cap.præſenti.de offic. ordinar.in 6. & ponit Pariſ. caſum notabilem in
2 Epiſcopo, qui conſtituerat procuratorem ad percipiendum fructus, cum ampla poteſtate, ita vt poſſet illos in proprios vſus conuertere, nec teneretur reddere rationem, neque poſſet durante vita Epiſcopi reuocari, concludens ex his non præſumi donationem, potuiſſe reuocari: ſed fuiſſe remiſſam tantum ſcrupuloſam & exactam rationis redditionem, iuxta l. cum tale. §.Titius. ff.de condit.
3 & demonſtr. Et hæc quæſtio poteſt extendi ad alios caſus, in quibus præſumitur donatio ex coniecturis, quas ponit Iaſ. loco citato. Subdens, iſtæ tamen coniecturæ licet faciant præſumi donationem in priuato, non tamen in Prælato Eccleſiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ fauore adiectio, poteſt importare magnam quantitatem.*

2 *Diſpoſitio correctoria, & exorbitans, fauore piæ cauſæ extenditur.*

3 *Diſpoſitio correctoria extenditur fauore piæ cauſæ, etiam ſi vtatur dictione taxatiua.*

4 *Videbitur, verbum adiunctum dictioni, plus, poteſt importare magnam quantitatem.*

QVÆSTIO 189.

De legato dotis quinquaginta aureorum & plus, relicto puellis quæ educantur in Eccleſia, an poſſit importare magnam quantitatem vſque ad dotem ſufficientem, propter illam dictionem, plus.

1 TESTATOR legauit ſingulis puellis quæ educarẽtur in Eccleſia, pro dote quinquaginta aureos, & plus. an illa adiectio, & plus, poſſit importare magnam quantitatem pro ſufficienti dote. & videtur quod nõ. per tex.in l.hæc adiectio.ff.de verb.ſignif. vbi hæc adiectio plus non magnã, ſed modicã dumtaxat continet qñtitatem. Contrarium videtur dicendum, ſiquidem d.l.hæc adiectio

limita-

Digitized by Google

limitatur ſecundum ſubiectam materiam, vt ibi pulchrè declarat Alciat. atque iudicis arbitrio remittit, qui conſideret perſonarum
2 qualitatem, ac facultatem. eſt autem clarum diſpoſitiones, etiam exorbitantes, fauore piæ cauſæ eſſe extendendas. vt tradit Ioan. And. Ant. Abb. in c. ex tenore, qui filij ſint legitimi, et multi alij, quos refert & ſequitur Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 160. Idq; procedit
3 etiam ſi diſpoſitio vtatur dictione taxatiua. Bart. in l. ſi conſtante, & ibi Alex. ff. ſolut. matrimon. Roman. in auth. ſimiliter. C. de leg. falcid. Tiraq. alios congerens loco cit. & in ſpecie de legato facto puellæ ducatorum triginta & plus ſi videbitur rectoribus hoſpitalis, vel exequutoribus, quod poſſint intelligi, vſque ad ſufficientem dotem, & ratione ſu-
4 biectæ materiæ, & propter illud verbum videbitur, quod denotat arbitrium boni viri. l. Thais. ff. de fideicommiſſ. libert. & not. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. concludit ſingulariter Ruin. conſ. 51. vol. 5. &c.

SVMMARIVM.

1 *Locare operas ſuas, in perpetuum nemo poteſt, vt præciſè compellatur.*
2 *Locare operas ſuas perpetuo Eccleſiæ quis poteſt, & præciſè compellatur.*
3 *Locare operas ſuas perpetuo reip. quis poteſt.*

QVAESTIO 190.

Eccleſiæ fauore poteſt quis locare operas ſuas perpetuo.

1 ALTERCATIO eſt inter DD. an poſſit quis locare operas ſuas alij in perpetuum, & non poſſe, tenet Gl. in l. poſt certi. C. de liberali. cauſa Paul. de Caſtr. in l. cum antiquitas. C. de vſufructu, & alij, quia operas in perpetuum debere, videtur ſpecies ſeruitutis, cum enim quis alteri perpetuo operari debeat, non poteſt recedere à loci, vbi reſidet, idque prohibetur. l. Titio centum. §. Titio centum. il ſecondo. ff. de cond. & demonſt. & ea interpretatio facienda eſt per quam libertas non ſit inutilis. d. l. cum antiquitas. C. de vſufructu. Verior opinio eſt, quod valeat locatio operarum, in perpetuum, & hanc recipiat interpretationem, vt non cogatur locans præciſè operari, ſed poſſit vel per ſubſtitutum ſeruire, vel ſoluendo intereſſe liberari, quam Gl. Bar. Bald. Salic. in d. l. cum antiquitas. Bar. in d. §. Titio centum. Guidopap. deciſ. 114. Rip. in l. obligatione generali. ff. de pign. & multi alij. Sed prout ad rem noſtram pertinet, limitatur ſingulariter hæc concluſio fa-
2 uore Eccleſiæ, vt valeat locatio operarũ perpetua, & poſſit præciſè compelli ſeruire ille qui ad ſeruiendum Eccleſiæ, vel Hoſpitali ſe obligauit, cum ſeruire Deo non ſit ſeruitus, ſed maxima libertas, ita tradit ſingulariter Innoc. in c. inter dilectos. per illum tex. de donation. Abb. ibi etiam notat num. 11. Rom. in ſuo ſingul. 629. vbi etiam addit aliam ratio-
3 nem, quia reſpub. & Eccleſia æquiparantur l. fin. C. de ſacroſan. eccl. Sed promittens quis factum reipub. non liberatur præſtando intereſſe l. fideicommiſſa. in fi. ff. de legat. 3. Ergo idem in Eccleſia. & hanc opinionem ſequuntur moderni. Burſat. conſ. 104. num. 22. lib. 2. Surd. conſ. 459. vol. 4. Caroc. de locato tit. de libero homine. num. 10. Andr. Garz. lib. 2. de pace. c. 2. n. 20. & hic nota &c.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, an debeatur filio in vita patris ingreſſi monaſterium ſtatim poſt profeſſionem.*
2 *C. ſi vnus de regularibus varij intellectus.*
3 *Filij, an poſſint agere viuente patre de inofficioſa donatione.*

QVAESTIO 191.

De legitima, an debeatur filio ſtatim patre faciente profeſſionem in aliquo monaſterio, vel debeat expectari eius mors, & interim monaſterium capiat fructus.

1 QVAESTIO eſt antiqua quæ nódum quieſcere fecit hominum ingenia, vt quotidie nouiter ſcribentes varias proferant ſententias, an per profeſſionem patris in aliqua religione capaci bo-
1 norum in communi, ſtatim debeatur legitima filijs, vel debeat expectari mors patris. Bar. in
2 auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. dicit eſſe expectandam mortem, & ibi Iaſ. dicit eſſe communem opinionem legiſtarum. Rolan. teſtatur etiam de communi conſil. 97. lib. 2. Surd. pariter de communi conſ. 238. lib. 2. multi etiam canoniſtæ tenent hanc opinionẽ. Ant. de Burr. in cap. in præſentia. de probat. n. 29.

Digitized by Google

n.29. & ibi Deci.num.67.Fel.ibi nu.5. Bero. num. 534. Pariſ.ibi num.52.Bald.ibi Calder. in c.ſi pater.de teſtam.in 6.Imol.in cap.Raynutius.num.45. Guliel. de Benedict. ibi in verbo, mortuo teſtatore. n.299. vbi de communi. Abb. ſibi contrarius conſ.65. lib.1. & multi alij.ita quod hæc opinio,etiam quo ad canoniſtas cenſetur,numero & grauitate magis communis. Contrariam opinionem,quod legitima ſtatim debeatur poſt profeſſionem, eſſe veriorem,& æquiorem dicunt,& ſequuntur multi canoniſtæ.Gl.Abb.in c.cum ſimus. de regularibus.Io.Andr.in c.penult.de delict. puer. Card. in d. c.cum ſimus. Barbat.in d.c. Raynutius. vbi teſtatur de communi. Anch. in d.c.penult. Couar.dicit eſſe æquiorem opinionem in vtroque foro. Honded. latiſſimè hanc opinionem defendit conſ.60.vol.1. numerat infinitos DD. & hanc opinionem numero & æquitate recipiendam eſſe affirmat. & pro hac opinione facit tex. in d. c. cum ſimus.de regular.vbi Summus Pontifex ſic reſcribit:Sanè noſtris auribus eſt relatum,quod cum B. ſe cum filio ſuo diſcretionis annos nullatenus attigente ad quoddam monaſterium cum bonis ſuis etiam contuliſſet,dictum filium ſuum fecit habitum ſuſcipere monachalem, & infra diſcretioni tuæ. cap.5. quod ſi dictus puer ad annos diſcretionis peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalem,ſi ad id induci nequiuerit, non eſt vllatenus compellendus, quia tunc ſibi liberum erit eum dimittere, & bona paterna, quæ ei ex ſucceſſione proueniunt poſtulare.hæc ſunt verba tex. ponderant DD. illa verba in fine, vbi non fit mentio mortis patris, ergo præſumitur viuere dum mors non probatur. l. fin. C. de ſacroſan.eccl.Sed tenentes contrariam opinionē reſpondent, in illo tex. probari contrarium, dum fit mentio de ſucceſſione, quæ ſucceſſio non datur niſi poſt mortem.l.hæreditas.ff.de reg.iur. quinimo ſucceſſio viuentis non datur l.1. ff. de hæredit. vel actione vendita.l.1.ff.pro hærede,& ibi Gloſ.& alij communiter.quamuis Couar.c.2.de teſtam.dicat dari ſucceſſionem viuentis. Felin. vir magnæ auctoritatis in d.c.in præſentia.n.5.dicit ſe vidiſſe tex. illum integrum, & dicentem patrem eſſe mortuum.cardo quæſtionis vertitur
2 in intellectu dicti c. cum ſimus. qui cum habeat varios intellectus non debet allegari ad deciſionē cauſarū.Bart.in l.in ambiguis.ff.de reb.dub. maximè ad correctionem iuris antiqui,vt filius in vita patris non poſſit petere legitimam, licet monachus dicatur mortuus ciuiliter non tamen naturaliter, quod debeatur legitima ſtatim poſt profeſſionem, æquitas ſaltem videtur ſuadere, ne filius contendat cum monaſterio pro alimentis, vt conſiderat Abb. in d. c. cum ſimus. Quid dicendum in tanta varietate DD. minimus ſequor opinionem Bar. quòd legitima non debeatur, niſi poſt mortem patris, ſed tantum alimenta ipſo viuente,vt ſupradictum eſt.Habemus regulam pro nobis, vt legitima debeatur poſt mortem,ad euitandam correctionem legum, quæ ſemper vitanda eſt donec appareat de expreſſa correctione. l.præcipimus. C. de appellat.l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam.& tex. in d.c.cum ſimus, eſt obſcurus, & leges legibus ſunt concordandæ l.nam & poſteriores. ff. de legibus. Et videtur hæc opinio probari clarè in d.auth. ſi qua mulier. C.de ſacroſan. eccl. vbi dicitur, ſed ſi poſt ingreſſum monaſterij moriatur, antequam inter eos diuidat filij legitimā percipient. præterea religionem ingredientes ſunt fauoribus proſequendi,non grauandi.§.ſed & hoc prætenſi. auth. de ſanctiſs. Epiſcopis. c.in præſentia. de probat. ſed pater grauaretur ſi priuaretur diſpoſitione ſuorum bonorum vita durante,quo ad legitimam, cum ante ingreſſum non teneretur niſi ad alimenta,& non ſemper, vt ſi filius habeat vnde ſe alat. l.ſi quis à liberis.§.1.ff.de liber. agnoſ. Inſuper ſi filij viuente patre donante
3 alijs bona ſua,non poſſunt agere de inoffocioſa donatione ipſo viuente, cum nullum ius habeant in legitimam. l. 1. ſi impuberi. vbi Bar.ff.de collat.bonor.l.fin. ff. ſi quid in fraudem patr.Bal.conſ.257.lib.3. Caſtr.212.lib. 2.Dec.938. quod Papa.486. Reu.68. multo magis videtur ſi pater velit de bonis ſuis laudabiliter diſponere, conuertendo in alimo-
4 niam religioſorum ipſo viuente reſeruatis filio alimentis. hæc itaque opinio mihi verior videtur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio an fieri poſſet ſuper legato pro male ablatis.*

2 *Vſuræ dicuntur certè, quando teſtator declarauit omnia bona acquiſiuiſſe ex vſuris licet non nominauerit perſonas.*

QVÆSTIO 192.

De legato malè ablatorum, pro exoneratio-

ratione conſcientiæ, an ſuper eo poſſit tranſigi.

1 AN Epiſcopus poſſit facere tranſactionem ſuper male ablatis, cũ vſurario, vel eius hæredibus, & non diſpenſare Eccleſijs, vel pauperibus & quod nõ poſſit. tenet Paul. in Clem. 2. de pœnitentijs, quia receptio debet fieri nomine pauperum, & in eorum vtilitatem conuerti, ideo à quocunq. in eorum præiudicium fieri non debet, niſi eſſet priuilegium à Papa per tex. in c. fin. de offic. Vicarij in 6. & ita tenet Lap. poſt Hoſt. quem refert, & ſequitur Imol. in d. Clem. dicens nota cõtra componentes cum hæred. vſurariorum ſuper vſuris, & male ablatis, quia non videtur valere talis cõpoſitio, nec patrocinari, quantum ad Deum, eis quibus fit remiſſio, vt in regula peccatum. de reg. iur. in 6. Eandem opinionem tenet Bal. in l. poſt dotis. C. de furtis. quem ſequitur Io. de Anan. in c. cum ſit. de iud. Contrariã opinionem tenet Card. in d. Clem. 2. cum diſtinctione tamen, quod Epiſcopus poteſt tranſigere, quando quãtitas eſt incerta, ſecus ſi eſt certa. & hãc opinionẽ latè diſputando defendit Ang. in diſput. Aſtenſis Miles, vbi loquitur, quãdo uſuræ fuerunt extortæ, non confectis libris, & ignoratur à quibus. idem tenet Rodulph. in tract. de vſuris. quæſt. 115. Et dicit hanc eſſe communem practicam validam, & hanc opinionem etiam alios referendo ſequitur Bar. Soc. conſ. 127. lib. 3. dicit tantum eam non procedere quando teſtator iam declarauit coram Epiſcopo, & alijs omnia bona ſua fuiſſe acquiſita ex vſuris. licet enim reſpectu perſonarum bona eſſent incerta, tamen ex confeſſione ſua erat
2 certum quod erant quæſita ex vſuris. l. publica in fine. ff. depoſiti, & ſtante certitudine non poteſt tranſigi. ponit exemplum in vſurario qui confeſſus eſt omnia bona acquiſiuiſſe ex vſuris in Alemanica, & donauit Epiſcopo, cum pacto, quod ipſe Epiſcopus retentis trecentum ducatis reſiduum donaret eius filijs, quod Epiſcopus fecit. concludit Socin. non potuiſſe fieri hanc compoſitionem, & remiſſionem, & quidem bene: limitarem ego, quando filij vſurarij eſſent pauperrimi, tunc tanquam alijs pauperibus poſſet pars male ablatorum eius diſtribui, ſicut & alijs pauperibus, quod confert ad conſolationem morientis, iam pœnitentis, & ſua demerita agnoſcentis, vt alacrius ex hac vita diſcedat, videns ab Eccleſia ſuis filijs pauperibus miſericordiam fieri &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi eſt conceſſa ſylua reſeruato concedenti vſu venandi, an poſſint homines Eccleſiæ in ea venari.*
2 *Vſus rei, quando poteſt competere pluribus in ſolidum.*

QVAESTIO 193.

De ſylua conceſſa à Barone Eccleſiæ reſeruato ſibi vſu venandi, an poſſint illi de Eccleſia etiam venari.

1 QVAESTIO eſt pulchra. Baro conceſſit Eccleſiæ ſeculari, vel regulari ſyluam retento ſibi vſu venandi, an poſſint illi de Eccleſia ibi venari. & videtur quod nõ, quia ſpecialis prouiſio derogat generali. l. ex facto. §. 1. ff. de vulg. & pupill. & ibi Paul. de Caſtr. firmat hanc quæſtionem. In contrarium eſt veritas ſecundum eundem Paul. quia ſylua
2 poteſt conuenire vſui cuiuſcunq; inſolidum. iuxta l. ſi ut certo. §. ſi duobus. verſ. uſum autem. ff. commoditati. argumentum autẽ procedit, quando retentum non poſſet competere niſi uni in ſolidum. ſequitur Alex. ibi Iaſ. in l. quo minus. n. 58. ff. de fluminibus. quod eſt notandum. Faciunt tradita per Bart. in d. l. quo minus. quod ſi aqua, quæ ducitur ad uſum ad quem ducitur, utrique ſufficiat, uterque poteſt ducere, & refert fuiſſe iudicatum Bononiæ, quem ſequitur Iaſ. loco citato. num. 56. alia cumulans.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum Eccleſiæ ſi minetur ruinam ob fluminis impetum, an poſſit in alium locum transferri.*
2 *Aqua non poteſt deriuari ex flumine nauigabili, vel quod intrat in nauigabile ſine licentia Principis.*
3 *Modus aquæ ducendæ non eſt mutandus, quod limitatur.*

QVÆSTIO 194.

De molendino Eccleſiæ minante ruinam

nam ob fluminis impetum, an poſſit ab Eccleſia in alium locum transferri.

1 QVAESTIO eſt practicabilis Eccleſia habet molendinum in agro ſuo, quod molit cũ aqua quæ deriuatur ex flumine non nauigabili, nec intrante in nauigabile, nunc vero ex experientia impetus fluminis minatur ruinam niſi in alium locum transferatur, an id poſſit Eccleſia in aliã partem agri prohibente Barone trãsferre. Et videtur negatiuè reſpondendum, quia Barones regni inueſtiuntur de caſtris cum fluminibus, & aquis, & regula eſt, quod ex flumine nauigabili vel quod intrat in nauigabile, non poteſt deriuari aqua ſine licentia Principis, & ſucceſſiuè nec ſine licentia Baronis.
2 ex flumine autem non nauigabili poteſt deriuari aqua, ſi Princeps non vetet, vt in l. quo minus. ff. de fluminibus. & ſucceſſiuè ſi Baro vetet non poteſt aqua deriuari, quemadmodũ ſi vetaret Princeps qui ei conceſſit aquas.
3 Præterea, regula eſt quod modus aquæ ducendæ, non eſt immutandus. l. non modus. ff. de ſeruitutibus ruſtic. prædior. vt tradit Bar. in d. l. quominus. vbi quod habens ſeruitutem ducendi aquam ad vſum vnius molendini, non poteſt propter aquarum abundantiã duo molendina conſtruere. Pro Eccleſia facit, quod licet Barones regni dicantur inueſtiti cũ fluminibus & aquis, vt tradit Affl. in c. 1. verſ. flumina, quæ ſunt regalia, id tamen intelligendum eſt, vt habeant flumina & aquas eo modo quo ipſe Princeps habet. vt tradit Iacobin. de S. Georg. de feud. in inueſtitur. in verbo, cum fluminibus. n. 3. ſed Princeps non poteſt prohibere deriuari aqua ex flumine non nauigabili, vel non intrante in nauigabile, ſine iuſta cauſa. vt per Andream noſtrum de Iſernia, quæ ſint regalia, in verb. flumina. num. 6. & 7. & ibi Afflict. n. 8. & inquit Andr. quod cauſa debet eſſe magna. l. fin. ff. de ſenatoribus, alias ſi vellet ſine cauſa non poſſet, quemadmodum non poteſt rem priuati ſine cauſa tollere, quia dominium eſt de iure naturali gentium, quod non poteſt Princeps mutare. l. fin. vbi omnes. C. ſi contra ius. vel vtilitatem publicam. & quod cauſa debeat continere publicam vtilitatem, latè tradit Iaſ. in d. l. quo minus. n. 4. diffusè Innoc. Dec. Fel. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. cauſa autem publica poſſet aſſignari, veluti ſi ex conſtructione molendini reſultaret magnũ damnum publico vſui, vel ſimili. quare ceſſante dicta cauſa, non poteſt Princeps, & ſucceſſiuè nec Baro prohibere conſtructionem molendini, & hæc ratio eſt communis Eccleſiæ, & priuatis: ſed in eccleſia quæ ante priuilegium conceſſum Baroni habebat vſum aquæ pro ſuo molendino, maior ratio militat. quia neque Princeps, neque lex ciuilis poteſt facultatem, non à iure ciuili ſed gentium ipſi eccleſiæ non ſubiectæ tributum ſoluere, vel impedire. ad not. in cap. eccleſia S. Mariæ. de conſtitut. nec eſſet liberum principi reuocare. Innoc. & communis, in cap. nouit. de iud. Facit etiã, quod ſi quid à lege ciuili in fauorem eccleſiæ fuiſſet conceſſum, quod reſtitutio plena facta pro bono pacis, quæ trahitur ad bona in alium alienata, non extenditur ad alienata in eccleſiam, quæ Principi non eſt ſubiecta. vt per Affl. de cap. qui curiam vendidit. S. ſimiliter. & in deciſ. Nos etiam diximus. 32. q. Et hæc particularia in fauorem eccleſiæ conſiderat Innoc. VIII. in ſuo aureo conſilio, pro Eccleſia Neocaſtrienſi, quod eſt impreſſum inter reſponſa Ludou. Sacc. reſp. 13. vbi diffusè de hac materia, ad quem te remitto, quia certè nihil addi poteſt. Tetigi tantum quæſtionem tanquam practicabilẽ, ſed ſi caſus occurreret, recurre ad dictum reſponſum. Non obſtat quod modus aquæ ducendæ non eſt immutandus, nam id recipit plures limitationes. Prima quãdo fieret cum alterius præiudicio. Bart. in l. per agrum. C. de ſeruitut. Secũda, quãdo quis auctoritate iuris gentium, pro ſuo arbitrio ius ducendæ aquæ ex diuerſis fluminis partibus acquiſiuit, tunc non poteſt conſiderari aliqua limitatio conceſſionis. Dec. conſ. 244. Cæpol. tract. de ſeruitutibus. de aquæductu. Item non procedit, quando ex aqua ſuperabundanti quis vellet duo molendina conſtruere, ſecus vbi cũ aqua limitata fieri poſſunt duo molendina. vt per Dec. loco cit. Præterea in caſu dubio, pro eccleſiæ quæ ſemper continet vtilitatem publicam, eum ius publicum verſatur in ſacris Sacerdotibus. l. 1. ff. de inſt. & iur. eiusq. fauor maximus eſt, iudicandum eſt. vt latè per Tiraquel. in tract. piæ cauſæ priuil. 146. ad not. per DD. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. Facit, quod pro vtilitate eccleſiæ poteſt dominus Caſtri cogere ſubditos ad molendum in ſuis molendinis, & coquendum in ſuis furnis, in dammum aliorum habentium molendina, & furnos,

furnos, dummodo lucrum conuertatur in Eccleſiæ neceſſitatem & vtilitatem, vt probauimus ſupra quæſt. ex doctrina Bald. conſ. 410. quæritur vtrum dominus. lib. 6. vbi dicit, dominum id poſſe facere ob publicam vtilitatem, ergo fauore Eccleſiæ. d. l. 1. ff. de orig. iuris. cap. ius publicum. diſtinct. 1. quem ſequitur Iacob. de S. Georg. loco cit. in verb. & cum molendinis. Crauett. de antiq. temp. par. 4. §. circa præmiſſa. Cum igitur redditus Eccleſiæ pro alendis eius miniſtris contineat publicam vtilitatem, non poterit pro vtilitate priuata à Barone prohiberi, ſed debet eſſe vtilitas magis publica, vt ſi ex conſtructione molendini Eccleſia auferetur victum ciuium, qui incurrerent notabile periculum vitæ, quo caſu pro alendis pauperibus etiam vaſa ſacra diſtrahuntur. cap. aurum. 12. q. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Ciuitatis, quod accedentes ad molendinum extra portam Ciuitatis, ſoluat certum quid, an noceat molendino Eccleſiæ extra Ciuitatem.*

2 *Statuti verba non conſiderantur, ſed effectus.*

3 *Appellari poteſt à ſtatuto, ſi ſit generale in verbis, ſed ſingulare in effectu.*

4 *Statutum vt valeat duo requiruntur, rationabilitas, & poteſtas.*

QVÆSTIO 195.

De ſtatuto Ciuitatis habentis plura molendina, quod euntes ad molendum extra Ciuitatem, teneantur ſoluere nouum datium, an præiudicet Eccleſiæ habenti molendinum extra Ciuitatem, ad quod homines recuſant ire propter datium nouum.

1 ISTA eſt antiqua quæſtio, quam poſui propter ſimiles quæſtiones, quæ quotidie occurrere ſolent circa carterias, ferrerias, calcherias, & alia huiuſcemodi, vt vna determinatio reſpiciat omnes. Caſus euenit in Ciuitate Spoleti: habebat Archiepiſcopus extra Ciuitatē molendina, & Communitas alia molendina, fecit ſtatutum, quod homines, qui cauſa molendi irent extra Ciuitatem, tenerētur ſoluere in egreſſu portæ certum datium nouum, ſed accedentes ad molendina Communis non tenerentur. ex quo ortum eſt, quod omnes ibant ad molendina Communis, & molendina Archiepiſcopi remanebant deſerta. conquerebatur Archiepiſcopus de tali ſtatuto, & multi Doctores ſuper hoc facto conſulerunt. Et pro opinione contra Eccleſiam adducebatur, quod tale ſtatutum valeat, cum cuilibet ſit licitum circa rem ſuam cōditionem ſuam facere meliorem, etiam cum alterius detrimēto, dummodo principaliter faciat vt ſibi proſit, ſecus ſi principaliter faceret ad æmulationem, vt alijs noceat. l. fluminū. §. fin. l. proclus. ff. de damno infecto. l. altius. vbi Doctores. C. de ſeruitutibus. Præterea tale ſtatutum reſpicit ipſos homines, qui poſſunt ſe intra territorium, pro arbitrio arctare. arg. l. fin. ff. de decretis ab ordine faciend. Item quia vniuerſitas non immittit falcem in meſſem alienam, ſed ſtatuit inter ſuos ſubditos, quibus poteſt collectam imponere pro ſupportādis oneribus Cōmunitatis. l. reſcripto. §. ſi. ff. de munerib. & honoribus, maxime ſi fiat principaliter vt ſibi proſit, vt ſupra dictum eſt. Inſuper quia licet in quæſitis nullo ingenio laici poſſint derogare Eccleſijs, vel iuribus Eccleſiarum. cap. eccleſia S. Mariæ: tamen in quærendis, ſi laici non faciunt hoc malo animo, ſed bono, & principaliter vt ſibi proſint, non vt alijs obſint, videtur quod poſſit fieri, quamuis in conſequentiam reſultet damnum Eccleſiæ. nam Prælatus etiam in quærendis poteſt præiudicare Eccleſiæ, vt per Fel. in c. fin. de præſcript. poſt alios. Item quia ſecundum ordinem charitatis debet Communitas prius prouidere ſibi quam alijs, etiam proprijs liberis. l. minimè. ff de relig. & ſumpt. fun. l. poſtliminium. §. filius. ff. de captiuis. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Idem facit, quod Eccleſia percipiat vtilitatem ex acceſſu laicorum ad eius molendina, procedit ex gratia & beneficio ipſorum, qui poterant non accedere, & ſecundū quoſdam poſſunt laici denegare eorum beneficia Eccleſiæ, quia iniuriam non facit qui beneficium non impendit. Bald. in l. de quibus. ff. de legib. niſi Eccleſiæ ſemel priuilegium, vel beneficium acquiſitum fuerit, vt per Dec. in d. cap. eccleſia S. Mariæ. col. 23. de conſtitut. quod vltimum non præſupponitur in hoc caſu, ſed quod homines libere, abſque beneficij vel priuilegij conceſſione, accedant ad molendina Eccleſiæ. Et hanc opinionem tenet Bald. in conſ. 11. factum ſuper quo petit, inter conſ. Petr. de Anchar. Io. Calder. conſ.

21. de

21. de conſtitut. Pro contraria opinione facit
Primò tex. in cap. fin. de immun. eccl. in 6. vt
non poſſent Domini terrarum prohibere ſuis
ſubditis ne coquant, vel molant in molendi-
nis eccleſiæ, id autem fieret indirectè, quod
eſſet contra immunitatem. cap. nouerint. &
c. grauemur. de ſententia excommunicatio-
nis. Præterea & fortius, licet verba ſtatuti di-
2 rigantur ad homines ſubditos, tamen graua-
tur eccleſia, ſed in ſtaturis, quando vnum ex-
primitur ſed ad aliud effectus dirigitur, tunc
effectus debet conſiderari. l. cum dotem. ff. ad
leg. falc. nõ enim eſt curandum cum quo quis
loquatur, ſed in quem intentio dirigatur. l.
cum pater. §. donationis. ff. de legat. 2. Item
tale ſtatutum cenſetur factum contra eccle-
ſiaſticam libertatem, ex quo homines red-
duntur timidiores ad eundum ad molendina
eccleſiæ, ergo debet cenſeri nullum. d. c. no-
uerit. de ſententia excommunicationis. cap.
non minus. de immunit. eccl. auth. caſſa. C. de
ſacroſan. eccl. DD. latè in d. cap. eccleſia ſan-
ctæ Mariæ. Item, lex debet eſſe honeſta. cap.
erit autem lex. diſt. 4. & videtur inhoneſtum,
quod reſpublica ſibi conſular cum alterius
incõmodo, & locupletetur cum aliena iactu-
ra. l. nam hoc natura. ff. de condit. indeb. cap.
locupletari. de reg. iur. in 6. maximè cum dã-
nõ Eccleſiæ, quæ eſt marer fidelium. c. alma
mater. de ſententia excommunicationis in 6.
cum ſimilibus. Videmus etiam quod Impera-
tor vult ſua priuilegia non valere, ſi conti-
neãt graue damnum aliorum, qui vtilitatem
ex flumine percipere conſueuerant. l. 1. §. ſunt
qui putant. & §. ſeq. ff. ne quid in loco publi-
co. & l. 2. §. ſi quis à Principe, multo minus de-
bẽt valere ſtatuta populi. & Papa, & Impera-
tor ſua iura corrigunt cum redundant in præ-
iudicium ſubditorum. c. ſtatutum in principio
de reſcrip. in 6. Et hanc opinionem tenet Pet.
de Anchar. in c. canonum ſtatuta. de conſti-
tut. q. 11. & in conſ. 13. Idem tenuit Colleg.
Bonon. & idem Calder. in conſ. 12. poſito in-
ter conſ. Petr. de Anchar. Abb. in d. c. eccleſia
S. Mariæ. Alber. in 2. par. ſtatutor. q. 11. Alex.
conſ. 353. Viſa facti narratione, quod eſt in
2. vol. conſ. 211. Iaſ. in d. l. quominus. ff. de flu-
minibus. n. 155. q. 25. vbi dicit hanc eſſe ma-
gis communem opinionem. Quid igitur te-
nendum in hac q. tam dubia, in qua viri ſa-
pientiſſimi diſcrepant. Crauett. de antiq. tem-
por. par. 4. §. circa præmiſſa. nu. 21. diſtinguit,
quod aut laici verè indigent, & eccleſia abun-
dat diuitijs, tũc procedit prima opinio, vt va-
leat ſtatutum, cum non agatur de præiudicio
Eccleſiæ, quæ abundat, nec poſſit conſiderari
dolus, quæ etiam vltra neceſſaria ad victum
tenetur redditus expendere in alimoniam
pauperum, & fabricam ipſius. c. de redditi-
bus. cap. conceſſo. cap. nulli. & cap. quatuor.
12. quæſt. 2. vbi vero eccleſia eſſet pauper, vel
vix haberet neceſſaria ad victum, ſecundum
honeſtatem & qualitatem Clericorũ, aut re-
ligioſorum, tunc ipſe Crauett. non audet
conſulere contra eccleſiam, vt latius per ip-
ſum. Et hoc caſu procedit ſecunda opinio pro
eccleſia. Nihilominus tenenda eſt communis
opinio ſimpliciter, quia tale ſtatutũ videtur
principaliter factum in odium eccleſiæ, &
ideo nullum, ex illa regula quod quando ſta-
tutum generalibus verbis concipitur, tamen
ex aliquibus coniecturis apparet quod in
odium certæ perſonæ eſt conditum, contra
tale ſtatutum ſuccurritur per exceptionem
doli, vel appellationem. tex. eſt ſing. in l. 1. in
fin. ff. de except. doli. per quem tex. ita tenet
Bart. l. omnes populi. in 5. quæſt. princ. ff. de
iuſt. & iur. & in l. fin. ff de appellationibus. re-
cipien. Bald. in cap. 1. de iureiur. vbi dicit
quod tex. in d. l. fin. eſt vnicus & ſingularis in
iure, quod & ſtatuta non tenent quibus do-
lus ineſt. & idem Bald. in l. quiſquis. C. quo-
rum appellationes non recipiũtur dicit, quod
3 ſi ſtaturum ſit generale in verbis, ſed in effe-
ctu ſit ſingulare, quod poteſt appellari, &
contra tale ſtatutum poteſt opponi exceptio
doli. Sed in q. propoſita clarè apparet ex con-
iecturis, tale ſtatutum fuiſſe conditum in
odium eccleſiæ, quod manifeſtè patet. quia
ſi extra Ciuitatem nõ fuiſſent molendina ec-
cleſiæ, communitas non feciſſet ſtatutum. &
idem eſt, ac ſi expreſsè vniuerſitas ſtatuiſſet,
quod nemo accedat ad molendina eccleſiæ,
quo caſu deficit poteſtas, & ſtatutum eſt ge-
nerale. & hac præcipua ratione Iaſ. loco ci-
tato ſequutus eſt communem opinionem, vbi
dicit, ita conſuluiſſe in ſimili caſu, & prædi- 1
cta eſſe notanda in praxi, quia conferunt
ad multos ſimiles caſus. Et ex his patet re-
ſponſio ad allegata pro prima opinione,
quia ſumus in caſu dicti cap. fin. de immunit.
eccleſ. in 6. ac ſi expreſsè ſtatutum prohibuiſ-
ſet acceſſum ad molendina eccleſiæ, quia ſi
illa non eſſent extra Ciuitatem, non feciſſent
ſtatutum. Nec conſideratio Crauettæ videtur
ſubſiſtere, quod non poſſit conſiderari dolus
quando Ciuitas indiget, & eccleſia abundat,
4 quia in ſtatuente requiruntur duo, rationa-

bilitas,

bilitas, & poteſtas, & mox ſufficit ſola ratio-
nabilitas vt tradunt Abb. Dec. Felin. in d.c.
eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de conſtitut. & iam eſt
prouiſum, quod in communibus neceſſitati-
bus, vbi facultates laicorum non ſuppetunt,
recurrendum eſt ad ſanctam Sedem Apoſto-
licam d. cap non minus, & c. aduerſus. de im-
munit. eccleſiarum. & ex his patet reſolutio
adductorum pro priori opinione &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia fructus pro debito Clerici, non poſſunt aſſignari creditori durante vita Clerici.*

2 *Eccleſiæ ſuccurrendum eſt non ſolum quando timetur præiudicium de iure, ſed etiam de facto.*

3 *Eccleſiæ ſuccurrendum eſt non ſolum quando damnum eſt præſens, ſed quando timetur in futurum.*

4 *Eccleſia ſi locauit potenti fundum à quo timet non poſſe recuperare rem vel penſionem, poteſt petere reſtitutionem in integrum.*

QVAESTIO 196.

Eccleſiæ fauore, eius fundi fructus pro debito Clerici, non poſſunt aſſignari creditori durante vita Clerici, & ibi quod Eccleſiæ ſuccurrendum ſit, etiam quando ſolum timetur damnum futurum, & non ſolum quando timetur damnum de iure, ſed etiam de facto.

1 CLARVM eſt, quod Clericus
compellitur ſoluere debita
de fructibus beneficij, dedu-
cto ne egeat. c. peruenit. de fi-
deiuſſoribus. ſed quæritur, an
pro debito clerici poſſit tradi
aliqua poſſeſſio eccleſiæ creditori durãte vita
Clerici. & breuiter dicendũ quod non, ex tex.
notab. in c. peruenit. de arbitris. rationem aſſi-
gnat ibi Gl. propter præiudicium quo in fu-
turum poſſet eccleſia grauari ſaltem de facto,
2 quia poſt mortem Clerici, poſſet creditor reti-
nere de facto, & eccleſia cogeretur litigare, &
intereſt eccleſiæ ne ſumptibus vexetur. l. mi-
nor vigintiquinque annis. ff. de minor. & Gl.
ſequuntur Ant. Abb. ex quo etiã ſingulariter
3 notat Abb. quod eccleſiæ eſt ſuccurrendum,
non ſolum quando timetur præiudiciũ de iu-
re, ſed etiam de facto, & non ſolum quando
dãnum eſt præſens, ſed quando timetur in fu-
4 turum. Vnde elicit, quod ſi eccleſia locauit ad
tempus modicũ, fundum ſuum alicui potenti
iuſta tamen penſione, ſed dubitatur ne in fu-
turum damnum patiatur eccleſia propter po-
tentiam ipſius, quia non eſt facile ad conue-
niendum, & timetur quod in futurũ non poſ-
ſit exigi penſio, poterit eccleſia reſtitui in in-
tegrum. per tex. ſing. in d. c. peruenit iuncta
Gl. ſingulari. vbi etiam dominus Ant. &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, an ſuccurrendum ſi dominus non colit agrum malitioſè, ne ſoluat decimam, & quid ſi ex negligentia.*

2 *Decimæ debentur ante omnem cenſum, & tributum.*

3 *Iudæi tenentur ad decimas perſonales, & quare, cum non percipiant ſacramenta.*

4 *Chriſtianus malus qui non percipit ſacramenta, tenetur etiam ad decimas.*

5 *Decimæ de molendinis ad ventum debentur, & quare, cum venti non naſcantur in terra.*

6. *Eccleſia poteſt agere ad intereſſe contra comburẽtes ſegetes ex quibus ſoluebatur decima.*

7 *Fructus malitioſè non colligens ne ſoluat decimam, poteſt compelli.*

QVÆSTIO 197.

An Eccleſiæ ſuccurrendum, ſi dominus agri non colit illum ne ſoluat decimam.

1 PVLCHRA eſt quæſtio. Domi-
nus agri, non colit illum, ne
ſoluat decimas Eccleſiæ. quæ-
ritur quomodo ſit eccleſię ſuc
currendũ, & an talis incurrat
aliquas pœnas. Et quid ſi nõ malitioſè, ſed ex
negligentia non tradit agrũ alijs excolendum
an teneatur ad intereſſe. Quo ad primũ vide-
tur non teneri etiam ſi malitioſè id agat, cum
vtatur iure ſuo. iuxta reg. iur. eſt enim in eius
poteſtate colere, & non colere. facit tex. in c.
tranſmiſſa. de decimis. vbi habetur decimam
eſſe ſoluendã ex omnibus quæ quis poſſet ac-
quirere, & ibi addit Io. And. & de facto acqui-
rit. ex quo infert ibi Abb. quod nõ poteſt quis
compelli, ad acquirendum vt decimã ſoluat.
ſicut dicitur in ſimili, quod non dicitur frau-
dare creditores, qui potuit & noluit acquire-
re. l. qui autem. ff. de his quæ in fraudem: nam

Deus ſolū mandauit decimas ſolui de acqui-
ſitis,non de acquirendis.Nec obſtat quod tu-
tor, & Prælatus tenētur pupillo, & eccleſiæ ſi
potuerunt acquirere,& non acquiſiuerunt.12.
q.4.c. 2.l.quicquid.C.arbit.tutel.quia tenen-
tur ratione officij ſuſcepti , ſed dominus agri
nō tenetur acquirere, ſed tantū ſoluere de ac-
quiſitis. Itē facit l.fundi Trebatiani.ff.de vſu-
fructu legato,vbi habetur,quod ſi teſtator le-
gauit prouētum alicuius fundi alicui quo ad
viueret , non tenetur hæres reficere , & colere
fundum. In contrariū facit quod decima præ-
dialis eſt de iure diuino, quæ debetur Deo in
ſignū vniuerſalis dominij,cuius ratione Deus
illam reſeruauit, vnde eſt deducēda ante om-
nem censū,& tributū. tex.ſing.in c.cum nō ſit
de decimis. ſunt enim prędia affecta, ita quod
Iudæi etiā tenentur ad decimas, quia prædia
tranſeunt ad nos cū onere..c.de terris. de Iu-
3 dæis.quinimò Iudęi tenentur etiā ſoluere de-
cimas perſonales, quæ ſoluūtur ex lucro per-
ſonę,eccleſiæ in qua recipiuntur ſacramenta,
ex quo eccleſia percepiſſet ab alio Chriſtia-
no qui habitaſſet in Parochia loco illius Iu-
dæi.c.quanto de vſur.& dicunt etiā DD.in d.
4 cap.de terris.de Iudæis.contra Gl. vt ibi dicit
Abb. idem in Chriſtiano non Catholico, qui
licet nō curet audire diuina, nō ex hoc ſequi-
tur quod nō teneatur ſoluere decimas perſo-
nales,quia per Parochū nōn ſtat. Cum igitur
decima de omnibus fructibus terræ ſit debita
de iure diuino, ſequitur quod nō poteſt alius
vti fraude vt non ſoluatur decima , cenſetur
enim ei cōceſſus fundus vt operetur quod de-
cima ſoluatur Deo. arg. c.præterea de off.de-
leg. Secundo pro hac opinione facit tex. in c.
in aliquibus de decimis. vbi mandatur excō-
municari dominos poſſeſſionum, qui eas tra-
dunt excolendas gentibus quæ decimas non
ſoluunt,propter eorū nequitiam in fraudē, vt
maiores redditus percipiant.& ibi dicit Abb.
nota quod eccleſia videtur habere quodā ius
in fundo , vnde poteſt cōpellere dominum vt
det talibus excolēdum.Et hic tex. videtur de-
terminare quęſtionē,cum ſit eadem ratio tra-
dere agrum excolendum ei qui non ſoluit,vel
malitiosè non colere. l.illud. ff.ad leg. Aquil.
Tertio facit tex.in l.cū quis. ff.de dolo. vbi ſi
quis perſuaſit doloſe colono meo vt de poſ-
ſeſſione abiret,poſſum agere cōtra ipsū actio-
ne de dolo ad intereſſe.ſic à ſimili, vt euitetur
fraus. Dicunt etiā canones,quod de molendi-
nis ad ventum,etiam debetur decima,de quo
5 videbatur dubiū,quia venti non naſcuntur in
loco,ſed contrariū deciditur in c. de decimis.
quia venti,& mare obediunt Deo.& alia ratio
eſt , quia terra in qua eſt molendinū ſubiacet
oneri decimarum.quare ſicut eccleſia ex tali
terra perciperet fructus ſi coleretur,ita debet
conſequi de redditibus ex ædificijs ibi cōſtru-
ctis. facit c.homines.eod.tit: vbi Inn.Abb.Io.
Andr. dicunt, quod eccleſia poteſt agere pro
ſuo intereſſe cōtra illos qui combuſſerunt ſe-
6 getes, conculcauerūt ſata, incenderunt vites,
vel ruperunt retia,quibus capiūtur piſces,vo-
lucres,vel ferę.quia eccleſia habet maximum
dominium,& ideo poteſt agere ad æſtimatio-
nē.Couar.in reg.peccatum p.2.§.8.n.12.Pro
hac opinione facit etiam ſingularis doctrina
Arch. in c.reuertimini. 16.q.1.vbi ſingulari-
ter dicit,quod ſi ruſticus malitiosè differt col-
ligere fructus ne det decimas,debet compelli
7 ad colligendū ſaltem indirectè. & cenſeo hoc
caſu malitiosè non colentē agrum vt fraudet
eccleſiæ decima,non euitare pœnas & cenſu-
ras contentas in Sac.Conc.Trid.c.11.ſeſſ.22.
de reform. contra eos qui, directè vel indire-
ctè impediūt miniſtros eccleſiæ percipere quę
ſibi debentur. Sed circa ſecundū dubiū,quan-
do dominus fundi,nō malitiosè ſed ex negli-
gentia, cum poſſit non colit,vel non coli fecit
agrum,idem videtur dicendum,vt poſt moni-
tionem teneatur coli facere . & tanto magis ſi
Parochus offerat domino colonos . Ratio eſt
eadē, quia decima prædialis debetur Deo de
iure Diuino, & prædiū eſt affectum onere de-
cimæ in ſignū vniuerſalis dominij. quare non
debet Deus priuari decima ob negligentiam
eorū quibus dedit.Facit quod notabiliter ha-
betur in ſacra Scriptura,vbi Deus dicit: Terra
mea eſt,vos autē agricolæ,& coloni mei eſtis.
debent igitur colere vt Dei miniſtri ſuſtēten-
tur . Item agrū eccleſiæ tributarium per deci-
mas deſertum,poſſet auctoritate propria Paro
chus,& quilibet alius occupare, & ſibi colere
vt habetur in l. qui agros. C. de mon.lib.11.
qui tex. procedit cum agro tributario eccle-
ſię,non ſolum fiſci,vel Principis,quia eccleſia
æquiparatur in hoc C. vt quiſque cond. tit.
quinimò decima debetur Deo, qui eſt Domi-
nus dominantium,& Rex Regum &c.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia quomodo ſuccurrendum ſi ab aliquo cum magna difficultate conſueuit exigere decimam.*

2 *Alimentorum præſtatio ſi eſt difficilis, debet aſſignari fundus legatario.*

QVAE.

QVAESTIO 198.

Eccleſiæ quomodo ſuccurrendum, ſi ab aliquo cum magna difficultate conſueuit exigere decimam.

1 ALIQVIS potens malę conſcientiæ, recuſat ſoluere decimas prædiales, & ſæpe fuit monitus, & raro ſoluit, niſi poſt longas dilationes, & lites. quæritur, quómodo ſuccurrendum ſit Eccleſiæ. dicendum, quod poterit excõmunicari, & non debet abſolui niſi locũ dimittat in poteſtate Eccleſiæ, ſiue Epiſcopi, vt decima ſine difficultate exigatur. tex. eſt not. in c. Piſanis. de reſtitut. ſpoliator. ſecundum caſum Domini Abb. etiam Piſani dicebantur domini Caſtrorum. facit tex. in c. cum venerabilis. de exempt. vbi Epiſcopus vendicabat eccleſiam ſibi ſubiectam ratione iuris Epiſcopalis quod habebat in ea, quamuis dominium illius eccleſiæ non haberet. Item tex. in cap. examinata. de iudic. ſecundum vnum intellectum, vt pulchrè per Abb. in d. cap. Piſanis. facit concluſio DD. quod ſi
2 præſtatio alimentorum ſit difficilis propter lites inter hæredem & legatarium, debet aſſignari fundus legatario. Alex. Paul. in l. Imperator. ff. ad Trebell. Iaſ. latè in l. ſi conſtante. num. 198. ff. ſolut. matrim. quæ ſunt notanda contra potentes recuſantes ſoluere decimas, vt aſſignent aliquod territorium eccleſiæ pro decimis exigendis. Neapoli pro decima fuit aſſignata Archiepiſcopo medietas fructuum Turrisnolanæ vt tradit Affl. quamuis ignoretur cauſa, forte propter difficilem exactionem ob multitudinem populi.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ pietas, vt alienet bona, pro redemptione captiuorum ex maleficio.*

1 *Eccleſia redemit carceratos ex eorum culpa, & illis cõpatitur ne cadant in deſperationẽ.*

QVÆSTIO 199.

Eccleſiæ ſingularis pietas, vt eius bona alienet pro redimendis carceratis ex maleficio.

1 QVAERITVR, an bona Eccleſiæ poſſint alienari pro redemptione carceratorum ex maleficio & culpa ſua, & videtur negatiuè reſpondendum, cum permittantur alienari pro redemptione captiuorum, & ſic illorum qui culpa carent. c. Apoſtolicos. c. ſacrarum. 12. q. 2. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. Contrarium determinat Gl. aurea in d. c. ſacrarum. quam ſequitur Bal. in l. illud. in 1. notab. C. de ſacroſan. eccl. Fel. in c. ſignificauit. de iudæis. Dec. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. vbi ex dicta Gl. ad alia in-
2 fert. Ratio eſt quia eccleſia compatitur carceratis ex eorum culpa, ne forte cadant in deſperationem videntes ſe deſtitutos, maximè ab eccleſia, cuius vbera pietate plena ſunt, atque dulcedine. c. ad Romanam. 2. q. 6. Et licet poſſit conſiderari culpa, tamen non erat ordinata ad caſum, vt conſiderat Dec. loco cit. Perſpice igitur Regularem Eccleſiæ pietatem &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, an & quando exigat decimas à pauperibus.*

2 *Eccleſia, an exigat decimas ab eo qui per plures annos non ſoluit, & ſi vellet integrè ſatisfacere, nihil ſibi remaneret.*

QVÆSTIO 200.

Eccleſiæ humanitas in exigendis decimis à pauperibus.

1 QVAERITVR, an pauperes, qui vix habent victum pro ſe ipſis & familia, teneantur ſoluere decimam. & videtur negatiuè reſpondendũ, quia non tenetur quis ſibi ſubtrahere neceſſaria, vt det eccleſiæ, vel pauperibus. c. non mediocriter. de conſecrat. diſtin. 5. c. non ſatis. diſtin. 86. Et hanc opinionem tenuit quidam Doctor antiquus, vt refert Ioan. Andr. in cap. cum homines. de decimis. Sed ipſe tenet contrarium, quia propter inopiam non eſt iniuſtitia committenda, & quia decimæ non dantur eccleſiæ ex mera voluntate, ſed ſunt ipſius eccleſiæ ex reſeruatione diuina, & poſſunt vendicari ſecundum veriorem opinionem ibi, vel ſaltem ſoluantur vt debitũ. cap. parochianos. eod. ſed in ſolutione debiti non habetur reſpectus ad inopiam debitoris, niſi poſt ceſſionem l. 1. cum alijs. C. de ceſſion. bonor. Abb. in d. cap. cum homines. tenet decimas eſſe ſoluendas à pauperibus,

ſed quod eccleſia tenetur illis remittere tantum quod poſſint viuere, cum eccleſia
2 teneretur de ſuo prouidere. facit Gloſ. notab. in cap. quicunque. 16. quæſt. 7. vbi inquit, quod ſi quis tanto tempore non ſoluit decimas, quod ſi vellet integre ſatisfacere, neceſſe haberet vendere omnia bona ſua, & nihil ſibi remaneret, licet teneatur hoc facere, eccleſia tamen debet illi miſereri, vt poſſit viuere. quam Gloſ. ſequitur Abb. quando talis fame periret: iuxta notata in cap. ſi quis de furtis. Et hæc ſunt notanda pro pauperibus, viduis, & alijs pauperibus, vt eccleſia illis miſereatur arbitrio tamen boni viri conſiderata quantitate decimarum paupertate eccleſiæ, atque alijs. ſunt enim bona eccleſiæ patrimonium pauperum, & aurum habet eccleſia vt diſpenſet. cap. aurum. c. gloria cum ſeq. 12. quæſt. 2.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia pauper, an debeat reparari à Clerico diuite ex patrimonio, ſi redditus Eccleſiæ non ſufficiunt ad reparationem.*

2 *Clericus diues ex patrimonio, an poſſit viuere ex redditibus beneficij.*

3 *C. clericos. 1. q. 2. quomodo intelligatur.*

QVAESTIO 201.

Eccleſia pauper, an debeat reparari à Clerico diuite ex patrimonio, ſi non ſufficiunt redditus ad reparationem.

1 EPISCOPVS viſitans inuenit diuitem habentem beneficium ſimplex tenue, ita quod ex redditibus non poteſt reparari eccleſia, an poſſit cópellere illum, vt reparet de patrimonio ſuo. iſta quæſtio pendet ab illa, an Clericus poſſit conſeruare patrimonium ſuum, & expendere redditus beneficij iuxta facultatem. hæc eſt quæſtio antiqua & grauis, fundata ſuper c. clericos. 1. q. 2. vbi dicitur Clericos committere ſa-
2 crilegium, qui bonis parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt, & quod pauperum eſt accipiunt. Contra d. c. faciunt quod diuitiæ non auferunt id quod eſt debitum, vnde filia diues debet habere dotem. l. fin. & ibi Bald. C. de dotis promiſſio. Abb. facit longam diſputationem incip. Titius Clericus, & concludit poſſe Clericum licitè retinere fructus beneficij eccleſiaſtici, quáuis habeat patrimonium dummodo eos licite diſpenſet. Idem Innoc. in c. 3. ne Prælati vices ſuas. Archid. in c. illi qui & in §. ex his. 12. q. 2. Fel. pulchrè in cap. per tuas. de ſimonia. & voluit. Gl. in c. conſtitutus. in verb. potentiam. de appellat. quod cæteris paribus Clericus diues præfertur pauperi, & probat Fel. ea ratione, quia ſicut bona rectoris ſunt obligata pro eccleſia. Gl. in c. ex litteris. de pignor. & ſucceſſiuè melius conſulitur eccleſiæ per rectorem diuitem, quam pauperē. S. Thom. 2. 2. q. 181. art. 7. tradit no-
3 tabiliter, quod Clericus diues ex patrimonio ſi alienet bona eccleſię etiam in cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, in quo alius licitè alienaret, peccat mortaliter, quia debet de ſuo ſuccurrere eccleſiæ. Secundo dicit, quod ſi omittit reparare eccleſiam ruentem, peccat mortaliter, nec eum excuſat tenuitas redituum eccleſiæ licet aliū non diuitem excuſaret. per c. de his. de eccl. ædific. quia debet de patrimonio ſubuenire. ſequitur Fel. loc. cit. tex. ergo in c. Clericos intelligitur ſtante neceſſitate pauperum, & eccleſiæ, quo caſu debet ex patrimonio ſubuenire, & non alienare eius bona. idem poſtea reperi tenere Mantic. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 27. n. 24.

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſiæ, an poſſit res Eccleſiæ pignori dare pro ſua ſuſtentatione, & ſi moriatur quis teneatur eas redimere, hæres vel ſucceſſor.*

2 *Eccleſiam pauperem acceptans, ſibi debet imputare, & ideo res eius pignori dare non poteſt pro ſua ſuſtentatione.*

3 *C. 3. de pignorib. quomodo procedat.*

QVÆSTIO 202.

Eccleſiæ res pignori datæ à Presbytero pro eius ſuſtentatione, an ſint redimendæ ab eadem Eccleſia, ſeu rectore ſucceſſore, vel ab hærede rectoris defuncti.

1 QVAERITVR, an hæres presbyteri defuncti, teneatur redimere calices à presbytero defuncto pignori datos. dicendum ſuper hoc eſſe tex. in cap. 3. de Pignor. vbi presbyter pro ſua neceſſitate pignori dedit calicem eccleſiæ, & medietatem vnius breuiarij, & hæres fuit coactus redimere,

re, & Eccleſiæ reſtituere, ſed quia Sacerdos poteſt de redditibus eccleſiæ viuere.cap.cum ſecundum. de præbend. & cum pignorauit pro ſua ſuſtentatione, non debet compelli hæres de patrimonio ad cap.1. de ſolution. cum ibi not.Ioan. Andr.in d.cap.3.de pignor. dicit quod ille tex. intelligitur quando debitum fuit contractum non pro ſuſtentatione, ſed pro neceſſitate patrimonij conſeruandi, puta quia domus ſua propria minabatur ruinam, vel vinea erat inculta, & ita cōmuniter DD. tenent ibi. ſed Abb. aliter diſtinguit, quod aut eccleſia erat impotens ad ſuſtentandum rectorem, aut potens. primo caſu ſi impotens fuit à principio, tempore quo acceptauit eam, & tunc dicit, quod in dubio debita incūbunt ſibi & hæredi, & non eccleſiæ, quia ſibi debet imputari quod acceptauit eccleſiam paupe-
2 rem, quoniam hoc caſu tenetur viuere ex induſtria, & ſic fortius ex patrimonio, non autem vendere bona eccleſiæ, vel pignori dare tex. eſt notab. cum Gloſ. in c.1.12.q.1. facit c.Clericus victum.91. diſtinct. Si vero eccleſia ex poſt facto efficitur impotens, adhuc dicit non poſſe obligari bona eccleſiæ, ſed compelli parochianos vt præſtent ſibi neceſſaria ex quo eis ſeruit in diuinis, & eſt cauſa ſufficiens ſubtrahendi diuina. iuxta Gl. in c. omnes Chriſtiani. de conſecrat.diſtin.1.Quando vero eccleſia eſt potens, fatetur Abb. quod ſi Sacerdos non habet ad præſens vnde ſe ſuſtentet, & contrahat debita ſub ſpe ſoluendi de fructibus percipiendis, ſed morte præuentus non potuit adimplere, tum ſatis æquum eſt vt ſucceſſor teneatur, & hoc caſu procedit dictum Ioan. Andr. Et certè videtur loqui optimè Abb. ſed in iſto membro, quando eccleſia ex poſt facto efficitur impotens, non comprehendit caſum quando beneficium eſt ſimplex, & non habet parochianos. Ego vero teneo indiſtinctè, quod quando clericus habet patrimonium, pro neceſſitate ſuæ perſonæ, vel alia neceſſitate eccleſiæ, non poſſit diſtrahere, ſeu obligare bona eccleſiæ, quod alij liceret, quia hoc caſu non debet conſeruare patrimonium.ita notat D. Thom. S.2.2.quæſt.185. artic.7. & diximus in quæſtione præcedente, & ſic procedit dict. cap. 3. de pignor. & quando pro ſuſtentatione ſuæ perſonæ obligauit bona eccleſiæ, ſi habebat patrimonium, quod nota &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam habentem tenues redditus acceptans, non poteſt petere illam vniri.*

2 *Capellanus capellaniam tenuem acceptans, non poteſt petere augmentum dotis.*

QVAESTIO 203.

Eccleſiam pauperem ſi quis recipit, non poteſt in eius extinctionem petere illam alteri Eccleſiæ vniri.

1 CLERICVS accepit Eccleſiam pauperem habentem redditus tenues, an poſſit petere. quod vniatur. iux. cap. vnico. 10. quæſt.3. Gloſ. eſt notab. in cap.1. 21. quæſt.1. quæ dicit, quod non, ſi ſciens à principio recipit pauperem, vnde ſibi imputet, niſi poſtea fuerit depauperata. quam Gloſ. notat tanquam ſingulariſſimam, & eam ſequitur Archid. adducens in argum.l.planè.ff.vt legatorum nomine caueatur, & l. hi qui, & l. ciues. C. de appellat. quæ autem ſit eccleſia pauper pulchrè ibi declarat. Et pro dicta Gl.facit, quod qui ducit vxorem pauperem tenetur illam alere, & ſibi debet imputare quod ſine dote accepit. quod nota pro multis qui recipiunt eccleſias pauperes & nolunt reparare, dicentes non teneri niſi deducto victu. iuxta cap.1. de eccl. ædific.ex ead.Gloſ. in dicto cap.1. 21. quæſt.1. tenuit Rot. Rom.
2 dicens deciſ. 230. par. 1. non poſſe Capellanos qui acceptauerunt tenua beneficia, petere augmentum dotis Capellaniæ, ſed ipſis imputandum eſt.idem Rot. diuer.p.2.dec.56.

SVMMARIVM.

1 *Puellæ nondum nubiles, an poſſint eligi à rectoribus Eccleſiarum, & piorum locorum.*

2 *Puella bonæ famæ meretur maiorem dotem.*

3 *Puellæ maioris ætatis ſunt prius nuptui tradendæ à rectoribus Eccleſiarum.*

QVÆSTIO 204.

Rectores Eccleſiarum etiam hoſpitalium fundatorum, pro maritandis puellis, an poſſint deſcribere non nubiles.

1 RECTORES Eccleſiarū, & Hoſpitalium conſtructorum cum onere maritandi puellas ſingulis annis, an poſſint deſcribere in electione

ne facienda puellas nondum nubiles, breuiter dicendum quod non, quia non poteſt adimpleri cauſa finalis diſponentis, vel conſtruentis. arg. l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. ff. quando dies legati cedat. ita ſingulariter tradit Bald. in l. ſancimus. C. de nupt. Quod tamen procedit, quando in genere ſit mentio puellarum tradendarum nuptui, ſecus ſi in ſpecie, puta relinquo dotem pro certa puella maritanda. & dicit Bald. in l. ſi furioſi. C. de nupt. quod quæ eſt bonæ famæ me-
2 retur maiorem dotem. ex illo tex. & hæc nota, quia rectores Eccleſiarum, & hoſpitalium non poſſunt eligere non nubiles, exiſtentibus
3 nubilibus, & debent eligere illas quæ ſunt maioris ætatis &c.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an acquiratur dominium per alluuionem.*

2 *Eccleſia in acquirendo eſt magis priuilegiata quam perſona priuata.*

Q V AE S T I O 205.

Eccleſiæ an acquiratur dominium per alluuionem.

1 QVAERITVR, ſi flumen per alluuionem addat Eccleſiæ, vel Cœmeterio, an dominium incrementi, & terræ additæ, acquiratur eccleſiæ. Bar. in tract. de flumin. in princ. §. noſtro, negat acquiri eccleſiæ, quia alluuio acquirit agro noſtro. l. adeo. §. 1. de acquir. rer. domin. ſed locus ſacer eſt in bonis nullius l. 1. ff. de rer. diui. & tenet Bart. quod acquiritur occupanti ſicut in alluuione, quæ agris limitatis accedit. vt ff. de flumin. l. 1. §. ſi inſula. Conſidera quod hoc dictum Bart. videtur nimis durum, vt eccleſia non ſit capax acquiſitionis per alluuionem, quæ in acqui-
2 rendo eſt magis priuilegiata quam perſonæ priuatæ, itaut in eum transferatur dominium abſque traditione l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Et quamuis conſiderata materialiter propter conſecrationem ſit in bonis nullius, tamen habet rectores, habet redditus, ius agendi, & exigendi, ius ſuccedendi. l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cler. auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. cap. in præſentia. de probat. reſtituitur aduerſus damnũ & lucrum ſicut minor, iuxta communem in cap. 1. & c. auditis. de reſtit. in integ. ita quod quantum ad acquiſitionem dominij nulla poteſt reddi ratio diuerſitatis, ergo idem ius. l. illud. ff. ad leg. Aquil.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus beneficij excommunicati iuſtè, an debeantur Eccleſiæ.*

2 *Excõmunicatus qui appellauit, ſi obtinuit declarari excommunicationem iniuſtam, non recuperat fructus per viam attentati.*

Q V Æ S T I O 206.

Fructus beneficij iuſtè excommunicati an debeantur Eccleſiæ.

1 QVAERITVR, an excommunicatus poſt abſolutionem poterit petere ſibi reſtitui fructus medij tẽporis, quos non percipit, iuxta tex. in cap. paſtoralis. §. verum. de appellar. Gloſ. in d. §. verum. diſtinguit, quod ſi fuit iniuſtè excommunicatus poteſt petere ſibi reſtitui, ſi verò iuſtè, non poterit. quid ergo fiet de redditibus, quando quis fuit iuſtè excommunicatus. Abb. in d. §. verum. ſingulariter dicit eſſe conuertendos in vtilitatem Eccleſiæ; excommunicatus ſtatim amittat fructus, quamuis non exprimatur in ſententia. vide infra de ſure eccleſię. quod procedit etiam appellatione pendente, quia non obſtante tali appellatione poteſt iudex, excommunicatum fructibus & diſtributionibus quotidianis priuare, vt habetur in d. §. verum, & ratio eſt, quia excommunicatus ex quo diuiſus eſt à communione eccleſiæ, non debet fructibus eccleſiæ alimentari. idque eſt adeo verum, quod ſi in proceſſu
2 cauſæ obtinuit pronunciari excommunicationem fuiſſe iniuſtam, fructus tamen deperditos per viam attentati non recuperat, quia illa priuatio & innouatio, fuit legitimè facta. ſecundum Franch. in d. §. verum. benè tamen poterit recuperare per viam querelæ, vt ibi per eum, quem refert, & ſequitur Lancellot. de ..... pendente 2. par. cap. 12. limit. 22.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an poſſit expellere colonum, qui fundum ſterilem reddidit fertilem, & locare plus offerenti.*

2 *Eccleſia in omni negocio conſiderat, an liceat, an deceat, an expediat, & ſumma nititur æquitate.*

QVAE-

QVÆSTIO 207.

De Eccleſiæ æquitate, quod non expellit conductorem, qui labore fundum ſterilem reddidit fertilem.

1 ECCLESIA locauit ad tempus terras ſteriles, quæ fuerunt redactæ ad culturam labore coloni. finito tempore locationis, vellet alteri plus offerenti locare, an id liceat Eccleſiæ? & videtur quod ſic, propter conceſſionem ad tempus. etenim temporis appoſitio aliquid importare debet, cum cõceſſum ad tempus videatur poſt tempus denegatum. l. Imperator. ff. de poſtulando. l. ſtatu liber. §. Sticho. ff. de legat. 2. & ideo ſicut colonus poſt tempus non poteſt retineri inuitus. l. non intelligitur. §. quinquennium. ff. de iure fiſci, ita nec eccleſia debet inuita illum tolerare. Præterea videtur eſſe caſus expreſſus in l. congruit. C. de locatio. prædiorum ciuilium lib. 11. Contrarium videtur verius, in colono qui terram ſterilem reddidit ad culturam, dummodo tempore primæ locationis eccleſia non fuerit decepta, vt quia non inuenit plus offerentem; vt ſaltem de honeſtate, & ratione naturali eccleſia cõpellatur priori colono concedere ſub antiqua penſione, per tex. ſing. in l. quicunque. C. de omni agro deſerto. lib. 12. qui loquitur in locatione tẽporali, & ſolũ ſe fundat in eo quod colonus deſertum fundum & inutilem, fertilem & idoneum reddidit. & procedit in conceſſione facta ad tempus, vt concludit Paul. de Caſtr. conſ. 142. videtur dicendum. vol. 2. vbi tenet hanc opinionem, quod eccleſia non poſſit amouere priorem colonum. Secundo facit tex. ſecundum Paul. in cap. ad aures, de rebus eccl. non alien. vbi dicit eſſe caſum in terminis, & quod loquitur in locatione temporali, & deciditur vt conceſſio debeat fieri in perpetuum propter præcedentes labores, in extirpando. & ibi hoc notat Gloſ. dummodo eccleſia non fuerit decepta, in prima locatione. ſequitur Hoſt. ibi, & in ſumma, eod. tit. §. 2. verſ. quarto, & dicit eſſe ibi caſum in quo gratia æquitatis ſeruandæ poteſt eccleſia alienare in perpetuum emphyteuſim. quamuis Io. Andr. dicat tex. in d. c. ad aures procedere, quando à principio fuit facta locatio cum pacto, quod terra effecta arabili, fieret conceſſio in perpetuum, quia, vt optimè reſpondet Paul. d. conſ. ſi ita intelligeretur text. non haberet probabilem dubitationem, quod non eſt dicendum. Nõ obſtat l. congruit. quia non loquitur in illo qui rem fertilem effecit. nec etiam videtur obſtare, quod appoſitio temporis nihil operaretur, quia operatur vt interrumpat præſcriptionem contra eccleſiam, item vt aliquid lucretur in renouatione, vt latius per Paul. loco cit. Pro hac opinione facit l. fin. C. de omni agro deſerto, quod propter meliorationes non debet augeri penſio, & ibi Bart. dicit, nota hanc legem contra eccleſiaſticos, qui id agerent. idem exclamat Bald. in l. ea quæ. C. de alluuionibus, vbi dicit nota hanc legem contra eccleſiaſticos, ſi vellent augere quantitatem cenſus prædij dati in emphyteuſim fertilioris effecti ſollicitudine aut cultura, vel ſumptu poſſeſſoris. Et hanc opinionem tenet Rot. Rom. diuerſ. deciſ. 312. part. 2. nu. 1. vbi dicit, quod cum à principio prædium eſt ſterile, & poſtea fuerit redactum ad culturam opera primorum conductorum debent eorum hæredes reinueſtiri pro eodem pretio, per d. cap. ad aures, ſecundum communem intellectum, & per doctrinam etiam Bart. in d. l. quicunque. de omni agro deſert. lib. 11. Eſt enim hæc opinio fundata in ratione naturali, & æquitate, quam præ cæteris
2 ſeruare debet eccleſia, quæ in omni negotio conſiderat, an liceat, an deceat, an expediat. cap. magnæ. de voto.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia fauore poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam lite non conteſtata, contra Prælatum dilapidatorem.*

2 *Rector beneficij dilapidator contumax, poteſt priuari beneficio.*

QVÆSTIO 208.

Eccleſiæ fauore proceditur ad diffinitiuam ſententiam contra Prælatum dilapidatorem, lite non conteſtata.

1 COMMVNIS eſt ſententia, quod contra abſentem, & contumacem, non proceditur ad diffinitiuam lite non conteſtata. c. quoniam frequenter. vt lite non conteſtata, ſed videtur obſtare tex. in c. veritatis. de dolo, & contumacia, vbi Epiſcopus fuit depoſitus lite non conteſtata. quare Gl. & omnes communiter tenent in d. cap.

cap.veritatis, non poſſe procedi ad diffinitiuam lite non conteſtata, præterquam contra Prælatum dilapidatorem, & hoc in fauorem eccleſiæ, in cuius bonorum dilapidatione publica commoda periclitantur. Glo.in ſumma. 3.q.9. & ad finem vt tantum remoueatur ab
2 adminiſtratione, non vt deponatur ab ordinatione, iuxta d.cap. veritatis. & ibi ſingulariter notat Abb. licet in d. cap. fuerint alia delicta commiſſa per illum Epiſcopum, & ſic nota, quod rector beneficij, dilapidator, contumax, & abſens, poterit priuari beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars capituli præiudicat minori in pertinentibus ad ſingulos vt ſingulos, vbi agitur de neceſſitate Eccleſiæ.*

2 *Maior pars capituli cum Epiſcopo poteſt ſtatuere, vt quilibet Canonicus contribuat ad ſuſtentationem ſcholaris.*

3 *Epiſcopus poſſet ſtatuere, vt certa pars redditiuum beneficiorum vacantium ad tempus deputetur pro fabrica Eccleſiæ Cathedralis.*

QVAESTIO 209.

Eccleſiæ fauore maior pars Capituli Canonicorum attenditur in his, quæ reſpiciunt ſingulos vt ſingulos, licet minor pars contradicat.

1 ECCLESIA Cathedralis indiget reparatione, Epiſcopus cum maiori parte Capituli ſtatuit, vt quilibet Canonicus teneatur aliquid cōferre pro reparatione, an minor pars quæ contradicit, ligetur ſtatuto. & videtur negatiuè reſpondendum, quia maior pars non poteſt præiudicare minori in his quæ pertinent ad ſingulos vt ſingulos. l. per fundum. ff. de ſeruitutib. ruſt. prædior. Contrarium deciditur in cap. fin. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, vt attendatur maior pars, vbi agitur de reparatione eccleſiæ, quæ cōtinet tam pium opus. Nec obſtat quod agatur de intereſſe ſingulorum vt ſingulorum, nam reſpondet Innoc. id procedere, quoniam redditus pertinet ad ſingulos iure proprio, ſed in caſu d. cap. fi. pertinent ad ſingulos iure eccleſiæ, cum redditus Canonicorum ſint eccleſiæ, licet deputentur ſingulariter pro eorum ſuſtentatione. quod dicit eſſe valde notabile Abb. Ex quo etiam colligitur limitationem ad regulam communem, videlicet quod factum à maiori parte præualeat, iuxta cap. 1. de his quæ fiunt à Prælatis. & l. quod maior. ff. ad municipal. etiam cum diſponit de pertinentibus ad ſingulos, iure tantum collegij, intelligit tantum id procedere quando agitur de opere pio & neceſſario, alias ceſſante vtilitate, vel neceſſitate, ſeu pia & neceſſaria cauſa, non procedit. infert etiam quod maior pars, etiam pro opere pio, non poſſet obligare minorem partem ad contribuendum de proprio patrimonio. Ratio eſt, quia maior pars non habet iuriſdictionem in minorem partem, & ideo non poteſt per ſtatutum obligare perſonas & eorum patrimonium. ſed quando diſponit de bonis Collegij, tunc maior pars cenſetur tota vniuerſitas, & videtur diſponere de rebus proprijs, cum bona Collegij cenſeantur propria ipſius corporis ficti, & non ſingulorum de Collegio, 12.
2 q.2.cap. qui manumittitur. elicit etiam ſingulariter ex d.tex. in cap. fi. quod poteſt Epiſcopus & maior pars Capituli ſtatuere, vt quiſque debeat contribuere ad ſuſtentationem ſcholaris docilis exiſtentis in ſtudio. faciunt in argum. not. in cap. ſuper ſpecula. de magiſtris. Poteſt etiam Epiſcopus quando ipſe & Capitulum ex redditibus ſuis non poteſt
3 reparare eccleſiam, deputare partem redditũum beneficiorum vacantium pro reparatione eccleſiæ ad tempus, vt probatur in c. vnico, vt eccleſiaſtica beneficia, in fin. & ibi gl. Innoc. & Abb. Io. Andr. in cap. ſi propter, de reſcriptis, in 6.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa ante matrimonium conſumatum, non lucratur antefatum, etiam ſi ingrediatur Religionem.*

2 *Sponſa poſt oſculum ſi ingrediatur Religionem lucratur medietatem antefati.*

3 *Sponſus ſi ingrediatur Religionem poſt oſculum, ſponſa non amittit medietatem antefati.*

QVÆSTIO 210.

De ſponſa poſt oſculum ingrediente Religionem, non priuanda medietate antefati.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an ſponſa, quæ poſt oſculum, matrimonio tantum rato ſed non conſumato, ingreſſa eſt religionem, priuetur medietate antefati.

teſati. Pro reſolutione notandum, quod anteſatum lucratur ſponſa titulo oneroſo, quando eſt conſumatum matrimonium, propter amiſſam virginitatem, quamuis dilatio ſolutionis differatur poſt mortem viri. tex.eſt in l.lex vxoris. C.de donat. inter vir.& vxor. Idque eſt adeo verum, quod ſi non fuiſſet conſumatum matrimonium, ſed per ingreſſum religionis ſolueretur, adhuc mulier non lucraretur anteſatum, vt tradit Io. Lupus in rubr.de donat.inter vir.& vxor. §.4.in initio. Id tamen limitatur, quando ſponſus ex mera liberalitate illud donaſſet ſponſæ, quod in dubio non præſumitur, vt per Napodan. in conſuet. Neap.quartam autem. nu.22. Si tamen inter ſpõſos ſequutum eſt tantum oſculum, tunc ſponſa lucratur medietatem anteſati. tex.eſt in l.ſi à ſponſo. C. de donat. ante nuptias. Vinc.de Franch.latè deciſ.Soc.quare ſi ſponſalia diſſoluerentur, non haberet locum acquiſitio medietatis anteſati. Sed pone, quod ſponſa poſt oſculum ingreſſa eſſet religionem, an lucretur medietatem anteſati, & dicendum videtur quod non. cum ſit cauſa, vt ſoluantur ſponſalia. In contrarium eſt veri-
2 tas, quia licet ſponſa ſit cauſa, tamen eſt cauſa inculpabilis, dum ingreditur religionem. vt tradit Gl.notab.in cap.decreta legalia. in fine.27.q.2.Corn.conſ.228. vol.1. late Sanchez d.lib.6.vbi multos allegat. Lup.Couar. Molin. & alios, vbi idem dicit ſi ſponſus in-
3 greſſus eſſet religionem, quia libertas ſponſi non debet nocere ſponſæ, vt amittat medietatem anteſati acquiſitam propter oſculum. refert ſupradictos & ſequitur Molſeſ. in conſuetud.Neapol. de quarta. q.8. videtur enim propter oſculum, pro medietate caro ſponſæ corrupta. & hæc nota.

OCTAVVM CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Filia monialis renuncians hæreditati paternæ, exiſtentibus fratribus maſculis ac fœminis, an ſuccedat patri, illis defunctis viuo patre.*

2 *Renunciatio regularis, an cenſeatur realis, & non facta in fauorem aliquarū perſonarum.*

3 *Renunciatio regularium debet regulari ſecundum renunciatione ſecularium.*

4 *Regularis intendit ſeruire Deo, & renunciare bonis, ac pompis mundi, ſed in fauorem monaſterij retinet iura ſuitatis, & dicit teſtamentum nullum.*

QVAESTIO 211.

De renunciatione bonorum facta à moniali patri, exiſtentibus fratribus maſculis & fœminis, ſed poſtea defunctis viuo patre, an ſit valida, ita vt pater poſſit libere diſponere inter extraneos.

1 COMMVNIS Concluſio eſt, quod filia, quæ fauore aliorum fratrum paternæ hæreditati, etiam cum iuramento renunciauit, poſſit eandem petere defunctis fratribus, in vita patris exiſtentis, quaſi cauſa renunciationis deficiente. præſumebatur enim facta renũciatio in beneficium filiorum. ita tradit Bal.in l. pactum quod dotale.C.de collat.& ibi Dec.Salic.in l pactum. C.de pactis Rom. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir.hæred. Alex.in l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de verb.obligat. Ruin.conſ. 204. lib. 1. Pariſ.conſ.26. lib. 3. vbi teſtatur de communi. Couar.in cap.quamuis pactum.de pactis.in 6.par.3.§.3.num.4. Ant.Gabr.lib.3. commu.opin. de iure dotium.concl.1.Molin. de primogen.lib.2.cap.3.n.48. Crauet.conſ. 402.Ang.conſ.52.& ita pluries fuiſſe iudicatum in conſ.Neap. tradit Io.Franc. de Ponte conſ.34.Molſeſ.in conſuet.Neap. de renunc. q.4.nu.2.vbi, quòd ſuccedit etiam ſi adeſſet ſoror in capillo, in burgenſaticis, ſecus in feudalibus, & ita dicit fuiſſe iudicatum in conſil.Neap. Sed difficultas eſt quando filia, quæ renunciauit ingreſſa eſt monaſterium; quo caſu Couar.d.§.3.nu.4.verſ.pono.tradit, quod filia renũcians hæreditati paternæ tempore quo religione profiteri vult, ſi pater habeat filios maſculos & fœminas tempore renunciationis, & moriatur ab inteſtato, præmortuis maſculis, non eſt admittenda cum alijs ſororibus ad paternā hæreditatem, quia renunciatio facta fuit, vt reliquæ filiæ poſſint maiori cum dote matrimonium contrahere, quando etiam in hoc caſu exiſtẽtibus filijs & ſororibus, minimè admittatur filia monacha, nec

nec monaſterium ad paterna bona contra voluntatem patris inter alios teſtantis, qui eam mentem habuit, vt poſſit libere teſtari, abſque vlla obligatione inſtituendi hæredem filium monachum, aut ei aliquid relinquendi, tametſi ab inteſtato forſan erit monaſterium iure ipſius monachæ admittendum, cum nullus ſuperſit ex patris deſcendentibus, quem pater voluerit filiæ renuncianti, & monaſterio præferre. hæc Couar. quem ſequutus eſt Vinc. de Franch. deciſ. 375. n. 2. dicens ita fuiſſe deciſum in ſacro Conc. renunciationem religioſi, fuiſſe & eſſe realem, & facere
2 locum alijs, ex duabus rationibus. Prima quia intentio religioſi eſt ſeruiendi Deo, & renunciandi ſeculo & omnibus bonis & pompis eius. Secunda quia recipiens renunciationem præſumitur illam recipere in beneficium proximiorum, non autem vt bona ad monaſterium deuenirent. & his rationibus tradit fuiſſe iudicatum contra ſorores renunciantes in beneficium proximiorum. allegat etiam Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. num. 108.
3 Contrariam opinionem, quod renunciatio regularium debeat eodem modo regulari, prout renunciatio ſecularium, tenet Molfeſ. in tit. renunc. q. 17. nu. 26. & 37. vbi reſp. deciſ. Vinc. de Franch. quod in caſu illius deciſ. defunctus reliquerat fratres, ſecus ſi adeſſent extranei, quia non præſumitur religioſus renunciaſſe in beneficium extraneorum, excludendo propriam religionem eius matrem. & quod ipſe Molfeſ. interrogauit plures religioſos renunciantes, qui ita reſponderunt, & quilibet ſanæ mentis integræ etiam reſponderet. quinimò teſtatur vidiſſe expreſſum in aliquorum renunciationibus, vt mortuis fratribus ſine liberis ſuccedat monaſteriū. quo caſu ſuccedit regula, vt habeatur pro expreſſo omne id quod contrahentes, vel teſtatores expreſſiſſent, ſi in ſpecie id cogitaſſent, & ſi interrogati id reſpondiſſet, iuxta Gl. communiter receptam in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. Et quid ſi Vinc. de Franch. fuiſſet interrogatus, non exiſtentibus fratribus, idem reſpondiſſet, vt latius per Molfeſ. loc. cit. qui alia ad corroborationem adducit. Et hæc opinio videtur mihi verior. pro qua ego vnum addo, quod in dubio, & ex præſumpta mente patris, non obſtante eius diſpoſitione præſumitur voluiſſe hæreditatē deueniri ad monaſterium, excluſo ſubſtituto, ſi filius ſine liberis deceſſerit, qui tamen ingreſſus eſt monaſterium, ex §. ſed hoc præſenti, in auth. de ſanctiſs. Epiſcop. quem ita intelligunt idem Vinc. de Franch. deciſ. 29. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 19. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. nu. 21. quamuis nos teneamus diſpoſitionem d. §. ſed & hoc præſenti. procedere etiam contra expreſſam mentem teſtatoris, ita quod ſecundum ipſos Vinc. & Couar. præſumitur in dubio, patrem potius diligere monaſterium filij, quam ſubſtitutum ab ipſo expreſſe in teſtamento. eodem modo debet intelligi renunciatio ab ipſo recepta, ex identitate rationis. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. Non eſt igitur ratio diuerſitatis inter filiū laicum renunciantem, & religioſum. Non obſtat illa
4 conſideratio, quod intentio religioſi eſt renunciandi ſeculo, & omnibus bonis & pompis eius, quia ex legis permiſſione, licet non in fauorem ſuum tamen in fauorem monaſterij, retinet iura ſuitatis, & poteſt dicere teſtamentum nullum. l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Clericis. & ibi omnes. reſpicit enim fauorem publicum, vt religio poſſit ſuſtentari. Idem tenet Io. Ant. Lanar. conſ. 49. in cauſa monialis S. Claræ. Remanet igitur vera concluſio, quod renunciationes regularium, regulantur eo modo quo renunciationes ſecularium. in qua materia renunciationis plures quotidianæ quæſtiones occurrunt, quas eleganter diſcutit Molfeſ. loco cit. de renunc. q. 19. poſt Couar. in d. c. quamuis. de pact. in 6. & alios DD. ibi, & in alijs locis, ad quos remitto lectorem, quia eſſet tranſcribere quæſtiones, hanc ſolum poſui propter contrarias opiniones, maximè Vinc. de Franch. doctiſſimi, ac Couarruu.

SVMMARIVM.

1 *Emens ab Eccleſia, an teneatur ad gabellas.*
2 *Emens rem à fiſco, ſoluit gabellam.*
3 *Emens rem ab Eccleſia ex contractu inito cum ea, non tenetur ad gabellas.*
4 *Emens ab Eccleſia non tenetur ad gabellas, quando Eccleſia promiſit ſuis ſumptibus, laboribus, ac periculo merces transferre ad terram emptoris, ita quod dominium non ſit ante tranſlatum.*
5 *Priuilegium fiſci tranſit in ceſſionarium.*

QVÆSTIO 212.

De emptore fructuum ab Eccleſia, an teneatur ad collectas, ſiue gabellam.

Videtur

1 VIdetur, quod emptor ab Eccleſia re-
neatur ad collectas, licet Eccleſia non
teneatur. nec poteſt Eccleſia transferre im-
munitatem in emptorem, cum priuilegiū con-
ceſſum intuitu ſuæ perſonæ, non tranſeat ad
perſonā nō priuilegiatā, ſed mutatione perſo-
næ fuit extinctum. l. licitario. §. licitatio. §. fin.
& ibi Bar. ff. de publican. Io. And. in ſpecul. de
cenſib. §. nunc dicendum. verſ. tractauit. Nat.
conſ. 139. n. 16. & late 218. Declara notabili-
ter ſecundum Bald. conſ. 31. ſtatuto ciuitatis.
vol. 1. in nouis, vbi quidam emerat ab Eccle-
ſia frumentum. quærebatur vtrum gabella
deberetur poſtquam Eccleſia non tenebatur,
arguit quod ſic per d. l. licitatio, vbi emens
2 à fiſco ſoluit gabellam, licet fiſcus non ſoluat.
poſtea diſtinguit, quod aut onus gabellæ an-
nexum eſt contractui, aut contingit ex actu
ſeparato, puta quod emi frumentum ab Ec-
3 cleſia, & illud porto per loca in quibus ga-
bella exigitur. primo caſu gabella non debe-
tur ex ſtatuto, quia per indirectum eſſet con-
tra libertatem Eccleſiæ, nam tanto minus
Eccleſia venderet rem ſuam quantum eſt il-
lud onus, pluris enim venditur res libera,
quam res onerata, natura, lege, vel pacto.
ſi autem iſtud onus contingit ex facto ſepara-
to, quod nihil habet commune cum origine
contractus celebrati cum Eccleſia, vt ſi em-
ptor vendit alij, tunc ipſe tenetur ſoluere ga-
bellam, licet Eccleſia non teneretur, quia fa-
ctum emptoris nihil habet commune cum fa-
cto Eccleſiæ. ſequitur Dec. conſ. 48. in final.
verbis. Riminal. Iun. conſ. 724. vol. 6. Decla-
ratur ſecundo quando ſic pacto conuentum
eſſet quod emptor non teneatur. Bald. in l.
quod ſæpe. §. in his. ff. de contrahen. empt.
cum contractus ex conuentione legem acci-
piant. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. verbi
4 gratia, Eccleſia promittit ſuis ſumptibus &
laboribus ac periculo, merces transferre, non
terram emptoris, ita quod dominium non ſit
tranſlatum in emptorem donec fuerint mer-
ces conductæ ad domum emptoris, tunc cum
res adhuc ſint Eccleſiæ, non debet ſoluere
gabellam. & ita tenet Dec. in conſ. 440. latè
comprobat Riminald. loco cit. Et videtur ra-
tio manifeſta, quia ſi Eccleſia poteſt vendere
extra Ciuitatem, & transferre ſine ſolutione
gabellæ, poteſt ſine dubio tale pactum appo-
nere. & in hoc caſu tractat non de lucro, nec
de fraudando gabellam, ſed de damno vitan-
do, nam tanti vendidiſſet ſi extra Ciuita-
tem merces conduxiſſet, & principalis inten-
tio attendi debet. l. ſi quis nec cauſam, cum
ibi notatis per Iaſ. ff. ſi certum petat. Facit,
quod priuilegium hypothecæ cum prælatio-
ne, competens mulieri iuxta l. aſſiduis. C. qui
potior. in pignor. habeantur. tranſit in ceſſio-
narium viuente muliere cedente, ſecundum
Cyn. in l. poſt dotem. ff. ſolut. matrim. & ſe-
cundum Bald. Nouell. de dote par. 12. col. 9.
ſemper tranſit in ceſſionarium quando reſul-
tat vtilitas mulieri. Neguſant. de pignor. 2. p.
5 memb. 4. n. 120. Priuilegium etiam fiſci tran-
ſit in ceſſionarium. l. fin. C. de priuil. fiſci. Ergo
idem in Eccleſia, & valet argumentum de fi-
ſco ad Eccleſiam, vt late per Euerar. in loco
à fiſco ad Eccleſiam, & latè diximus in alia
quæſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum factum Eccleſiæ pro fabrica, vel or-
namentis quibus non indiget, an poſſit com-
mutari in alios vſus pios auctoritate Epiſco-
pi, aut ex alia rationabili cauſa, non ta-
men neceſſaria.*
2 *Epiſcopus commutat legata pia in caſu neceſ-
ſitatis quando adimpleri non poſſunt pro
vſu deſtinato.*
3 *Epiſcopus non diſpenſat niſi in caſibus expreſ-
ſis à iure.*
4 *Iudex, pacta contrahentium quæ legi æqui-
parantur, interpretatur, & mutat ex cauſa.*
5 *Iudex poteſt recedere à voluntate teſtatoris,
ex cauſa quam ſi teſtator ſciuiſſet, veriſi-
mile eſt recedere voluiſſe.*
6 *Clem. 2. de relig. domib. intellectus.*
7 *Ratio legis eſt lex, non verba legis.*

QVÆSTIO 213.

De legato facto Eccleſiæ pro fabrica, vel ornamentis quibus non indiget, an poſſit commutari in alios vſus auctoritate Epiſcopi, aut ex alia rationabili cauſa.

1 QVæſtio eſt practicabilis, teſtator lega-
uit Eccleſiæ mille pro fabrica, vel or-
namentis quibus Eccleſia non in-
diget, an poſſit Epiſcopus commutare lega-
tum in alios vſus pios Eccleſiæ vtiles, atque
animæ teſtatoris, vt in celebrationem Miſſa-
rum, aut ſuſtentationem Sacerdotum, ex ſu-
pradicta, vel alia rationabili cauſa. & videtur
quod

Digitized by Google

quod non,cum non reperiatur hoc conceſſum Epiſcopo, niſi in caſu neceſſitatis, quando adeſt aliquod impedimentum iuris vel facti, vt habetur in cap.nos quidem.de teſtam. vbi Innoc.Imo.Abb.Card.Imo.Bonif.in clem. 2. de relig.domib.Fel. la:è in c.cum acceſſiſſent,
3 num. 19. de conſtitut.& Epiſcopus non poteſt diſpenſare niſi in caſibus expreſſis à iure. Innoc. in cap. dilectus. de temporibus ordinat. Fel.diffusè in cap.cum inferior, de maiorit.& obedient. Et videtur requiri auctoritas Summi Pontificis,vt habetur in d.Clem. 2.& cum voluntas teſtatoris ſit lex.§.diſponat,in auth. de nupt.non pro illa commutanda,ſed potius obſeruanda, ſuum Epiſcopus impendere debet officium. arg. l.verbis legis. ff. de verbor. ſignif.non enim hoc expreſſit teſtator,vt conditio videatur impleta, ſi in alios vſus pecunia conuertatur. ff. de ſolution. l. ſi ſeruus. ff. de cond.& demonſtr. l. cum ita datur. Præterea id videtur prohibitum in l.legatum. ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertinent. In contrarium facit, quod ſufficit auctoritas Epiſcopi, nam Præſes poteſt id agere in legatis factis Ciuitati. l.vnica C. de expenſ. ludor.lib. 11.vbi Præſes Prouinciæ, id quod erat ſingulis annis deputatum ad erogationem expenſarum cuiuſdam certaminis, quod agebatur in Ciuitate, poteſt commutare, & conuerte-
4 re in reſtaurationem murorum ipſius Ciuitatis. Ita Iudex pactum contrahentium, quod legi æquiparatur. l.non impoſſibile. ff. de pactis. interpretatur, & mutat ex cauſa, vt per Innoc.in c. ſignificatum, de præbend. Item Epiſcopus votum quod eſt de iure diuino, ex cauſa commutat in opus aliud pietatis. cap. magnæ. & cap. 1. de voto. Sæpe enim credimus aliquid defunctum voluiſſe, & tamen non rogaſſe. l.ſi ſi ſponſus.in fin. ff.de donat. inter vir. & vxor. Nec poteſt teſtator facere quod leges, & qui eſt miniſter legis, qui poteſt interdum ſupplere, interdum interpretari legem,in ſuo teſtamento locum nõ habeant. l.nemo poteſt. ff.de legat. 1. l. ſi quis inquilinus, l.ſeruo alieno. eod.tit. & DD. concluſio eſt,quod licet voluntas teſtatoris ſemper dominetur,& primum locum obtineat. l.in conditionibus primum locum, ff. de cond.& de-
5 monſtr. cap. vltima voluntas. 13.q.2. tamen poteſt Iudex ab illa recedere propter cauſam, quam ſi teſtator ſciuiſſet, veriſimile eſt ita fuiſſe diſpoſiturum, & poteſt Iudex recedere non ſolum ex cauſis expreſſis, ſed etiam ex alijs conſimilibus. Bar.in d.l.nemo poteſt, & ibi Aret.tex.in l.3.§.ſi pater. ff.de adminiſtrat. tutor. Grammat. deciſ. 3. late Cardin. Mantic.de coniect.vlt. volunt.lib. 3. tit. 3. nu. 19. Præterea facit ratio concludens, nam Epiſcopus ſimpliciter,ex cauſa neceſſitatis id poteſt agere. d.cap. nos quidem. neceſſitas autem non tribuit poteſtatem, niſi quando non poſſet adiri ſuperior. vnde non poteſt Epiſcopus diſpenſare contra canones, niſi ex aliqua vrgentiſſima cauſa, & quando ſuperior conſuli non poteſt, vt tradit ſingulariter Fel.in cap. quod ſuper his. de maiorit. & obed.nu.4.poſt Abb.in c.dilecti. de appell.& l.ſi hominem.ff.mandati.Ergo neceſſitas tantum non ponit ſpecialiter in Epiſcopo, quia non ſufficit allegare ſpecialitatem niſi allegetur ratio ſpecialitatis. tex. eſt in c. licet de vitanda,de elect.in fin. Hoſt. in c.ſi quando. de reſcriptis. Euerard. late in loco à ſpeciali. ſed id competit Epiſcopo, quia neceſſitas eſt cauſa rationabilis,vt ab Epiſcopo poteſtatem habente fiat commutatio, vnde etiam ſtante difficultate non neceſſitate, poteſt Epiſcopus facere commutationem, quia difficile æquiparatur impoſſibili. Gemin.in cap. canonicis. diſtinct. 19. & in cap.ab exordio. diſtinct. 35. Fel.conſ. 42.n. 17. Idem dicendum in alia rationabili cauſa. quia ſi tantum neceſſitas deſideraretur, id fieri non poſſet quando ſuperior adiri poteſt. Et hanc opinionem diffusè per quatuor columnas ſuo more comprobat Luc.de Penna in d.l.vnica. C.de expenſ. Lu-
6 doc.vbi reſp ad Clemen.2.de relig.domib. in qua videtur requiri auctoritas Summi Pontificis. dicit enim illam procedere, vbi iuſta commutationis cauſa non ſubeſt. quod patet ex eo, quod bona collata fuerunt vt pauperes lepra infecti reciperentur, et prouentibus ſuſtentarentur illorum, quod rectores hoſpitalium renuebant inhumaniter facere, quin etiam prouentus eoſdem in ſuos vſus damnabiliter conuertebant. iuſte ergo ibi ſubiungitur, cum tamen ea quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant,non alium,ſalua quidem Sedis Apoſtolicę auctoritate conuerti.vnde inquit Luc. ex hoc patere ſanè intelligenti, quod ibi bona conceſſa in vſum pium & laudabilem, in alium forte non pium & illaudabilem volebar rector hoſpitalis cõuertere, quod in quæſtione præpoſita ceſſat,ergo & canonis diſpoſitio ceſſare debet. l.adigere.§.quamuis. ff.de iur.patron.l.1.C. de paſcuis publ. lib. 11. Ne-
7 que verba legis, ſed ipſa legis ratio lex eſt. 1. diſtinct.

diſtinct.conſuetudo.& ratio procedens etiam in principio legis determinat totam legem. l. regula. ff. de iuris & fact. ignorant. l.cum pater. §.dulciſſimis.ff.de legat.2.l.1.C.de imponen. lucrat.deſcript.& hanc opinionem tenet Rom. ſing.475.incip.legatum factum ad pias cauſas in ædificio Eccleſiæ, ſi Eccleſia non indigeat calice,vel fabrica,poterit de conſenſu Epiſcopi fieri conuerſio in alium.caſum. Simon Pettus de fideicom.lib.4. dubio 3. autem. num. 1. vſque ad num. 30. fol. 71. Nec videtur obſtare, quod non reperiatur, hoc Epiſcopo permiſſum. nam contrarium patet ex d. l. vnica, de expenſ.ludor. lib. 11. vbi id poteſt inferior à Principe, ergo eſt ſeruanda lex. faciunt notata in cap. 1. de oper. noui nunc. Non obſtat l.legatum.ff.de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertinent. quia, vt reſp. Luc. de Penna. nulla de aliqua ratione, vel cauſa, in ſpeciem aliam conuertendi fit mentio. & nu.2. 3.& 4. verſ. vbi ratio. & cauſa commutationis, nullum de auctoritate principis exquirenda verbum habetur, quaſi dicat, vbi cauſa non ſubeſt, ſufficiat tota Principis auctoritas. ff.de pœnis. l.relegati. vt latius per Luc. loco cit.Ex quibus patet, quod non ſolum in caſu neceſſitatis, ſed ex alia iuſta cauſa, poteſt fieri commutatio in aliam fructuoſam, & vtilem conſimilem cauſam. id autem fieri non debet, niſi ex grauiſſima cauſa, ex præſumpta mente teſtatoris veriſimiliter incluſa. & dummodo non impediatur deuotio teſtatoris, de quo in quæſt. ſeq. & tutius videtur recurrere ad Sedem Apoſtolicam, quod ego conſulo. ex ratione d.clem. quia contingit. quæ eſt generalis, dum dicit: ea quæ ad certum vſum largitione fidelium ſunt deſtinata, ad illum non ad alium, ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate, conuerti debeant. quæ ratio generalis ampliat & extendit legem. l.cum pater. §.dulciſſimis. ff.de leg. 2. niſi in caſu neceſſitatis, iuxta d. c. nos quidem. & communem in d.clement. quia contingit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum pauperibus concurrentibus ad portam teſtatoris, an poſſit diſtribui pauperibus infirmis in hoſpitali.*
2 *Infirmi pauperes ſunt maiori compaſſione digni.*
3 *Diſpenſanda pauperibus an poſſint conuerti in reparationem Eccleſiæ.*
4 *Rector Eccleſiæ abradens arma teſtatoris, debet puniri.*
5 *Hæres non poteſt affigere arma ſua in capella, in qua ſunt arma teſtatoris.*
6 *Relictum pro anniuerſario, poteſt ad tempus conuerti in aliud opus, & quando.*

QVAESTIO 214.

De legato facto pauperibus concurrentibus ad domum teſtatoris, an poſſit diſtribui Eccleſiæ hoſpitalis in quo ſunt pauperes infirmi.

1 Quæritur notabiliter, teſtator reliquit eleemoſynas diſtribuẽdas pauperibus laicis concurrentibus ad portã ſuæ domus, an poſſit legatum diſtribui Eccleſiæ hoſpitalis in quo ſunt pauperes infirmi. & videtur quod ſic, cum cauſa finalis ſit adiumẽtum pauperum. & maior ratio militat in pauperibus infirmis in hoſpitali, vt tradit Bald.in l.ſi quis ad declinandum.C.de Epiſc.& Cler.
2 vbi dicit,quod bona relicta pauperibus in genere, poſſunt dari hoſpitali. ſunt enim pauperes infirmi magis cõpaſſione digni,quam pauperes ſani.Præterea Io.And.in c.fin. de teſta. in 6.diſputat quæſtionem illam de male ablatis incertis, quæ neceſſario ſunt diſpenſanda
3 pauperibus.cap.cum tu.de vſur. an poſſint per Epiſcopum conuerti in reparationẽ Eccleſiæ, & tandẽ concludit, id poſſe ab Epiſcopo fieri, quia bona Eccleſiarũ ſunt pauperibus obnoxia.c.aurum.12.q.2.c.fi. 16.q.1.& tamen per ædificationem,vel reparationem Eccleſiarum poteſt Epiſcopus dare quinquageſimam, vel centeſimam.12.q.2. c.bonæ. de donation.c. Apoſtolicæ.Item expedit pauperibus reparari Eccleſias,in quibus oblationes recipiuntur ad pauperum alimoniam.12.q.1. cap.habeat, in eis etiam conueniunt fideles,& ibi inuitantur ad pauperum ſubuentionem,& ad alia pia opera, & ſic illas reparari pauperibus expedit,& quia Eccleſiæ pauperes etiã in pauperum numero cum ſuis miniſtris computabuntur, & maximè ne deſit populo ſpeciale alimentum verbi Dei.c.audacter.18. q. 1. c. inter cætera.de off.ordin.Concludit tamen non fieri poſſe ſi Eccleſia reparatione vel augmẽto indigeat,& ex facultatibus Eccleſię id fieri nequit.& ſic quando reparatio eſt neceſſaria, ſecus ſi voluntaria, & nimia fames pauperibus immineat.quæ omnia multo magis militãt in pauperibus infirmis in Eccl.exiſtẽtibus.

R In

In cõtrariũ eſt veritas, quia volũtas teſtatoris pro lege ſeruanda eſt. §. diſponat, in auth.de nupt.& volũtas defuncti dicitur pia res, etiã ſi nõ ſit ad pias cauſas.§.ſi vero expreſſum.in au then.de hæred. ad falcid.& ita tenet Io.Paul. de Mõte Pico in quæſt.de eleemoſyna relicta paupcribus laicis concurrentibus ad portam ſuæ domus, vel pauperibus laicis Ciuitatis, vt non poſſit diſtribui pauperibus, Clericis, vel infirmis exiſtentibus in hoſpitali, in quo ſunt laici, & Clerici. Et pro hac opinione mihi videtur facere, quia teſtator relinquendo pauperibus concurrentibus ad portam domus, videtur id agere voluiſſe cauſa memoriæ hominis conſeruandæ, ac domus eius circa deuotionem erga cultum diuinum, vt in ſimili dicit Petr. de Anchar. conſ. 130. de capellis cum ſepulturis, armis, ſeu inſignijs, quæ fiunt cauſa memoriæ hominis conſeruandæ, ac do-
4 mus eius circa deuotionem erga cultum diuinum, ex quo non licet rectori abradere arma, ſeu inſigna fundatorum capellæ, & ponere alterius inſignia, vel nomina, & poſſet puniri. Bart.in l.qui libertatem ff.de oper. publ. Cæpoll.de ſeruitut.vrban. præd. c. 71. de pictu-tis. nec hæres poteſt affigere arma ſua in ca-
5 pella in qua ſunt etiam arma fundatoris. Io. de Anania conſ.86. quia per talia ſigna, memoria defuncti conſeruatur, vt late per Bart. in tract.de inſignijs & armis. quæ omnia militant in legato facto pauperibus concurrentibus ad portam domus, ob memoriam deuotionis erga cultum diuinum, & quia præſtatur alijs exemplum benefaciendi, quæ non ita conſeruantur in hoſpitali, in quo redditus plurium confunduntur, & ſucceſſiuè per Epiſcopum fieri non debet. Non obſtant dicta Io. Andr.& Bald.quia procedunt in legato facto pauperibus in genere, in quo Iudicis arbitrium maximè verſatur, non in ſpecie, in quo habemus expreſſam diſpoſitionem, quæ tanquam lex ſeruanda eſt. Dicerẽ tamen, quod ſi magna neceſſitas vrgeret, ex veriſimili men-
6 te teſtatoris poſſet fieri conceſſio per Epiſcopum ad tempus, & non perpetuo. ex Anr. de Butr.in c.fin.de teſtam. quem ſequitur Fel. in c.cum acceſſiſſent.de conſtit. vbi tradũt, quod legatum pro anniuerſario poteſt pro vna vice expendi in aliud, & poſtea redire ad ſolitum, tradit etiam Marian. Socin. de oblat. libello. q.per tex.in l.1.C.de expenſ.tutor.lib.10. Pone etiam quod laici non indigeant, vel Clerici habeãtur pro diuitibus à teſtatore, iuxta ſuprad.conſ.& poſtea reperiuntur in magna penuria, idem videtur dicendum, ex veriſimili mente teſtatoris, qui id reſpõdiſſet, ſi interrogatus fuiſſet. ſic enim poteſt Iudex ab ea recedere, vt latè diximus in q.præced. & in dubio ſemper Epiſcopus debet laborare, vt memoria, & deuotio defuncti cõſeruetur. Ego vidi in caſali Caſoriæ Ciuit.Neap. Sũmum Pontificem noluiſſe commutare voluntatem defuncti, quod in feſto S.Mariæ Gratiarũ detur omnibus concurrentibus ad Eccleſiam vnus panis cum ouo quamuis potuiſſet conuerti in dotes puellarum, & alia maioris vtilitatis, nec potuerunt rectores id impetrare à Summis Pontificibus. Facit alia Concluſio, quod conuerti non poſſunt ab Epiſcopo etiam in melius, deputata à fidelibus ad certos pios vſus, ſine Papæ auctoritate, ex communi opinione in d.Clem.quia contingit.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, quæ ex priuilegio, vel ſtatuto, ſuccedit decedentibus ab inteſtato, ſiue inteſtatis, an ſuccedat pupillo, qui non poteſt facere teſtamentum.*

2 *Communis vſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi verborum in ſtatutis, etiam ſi ſint condita a peritis, & in priuilegijs.*

3 *Eccleſia, quæ ex ſtatuto, ſiue priuilegio ſuccedit inteſtatis, an ſuccedat illi qui fecit teſtamentum, ſed poſtea rumpitur.*

QVÆSTIO 215.

De Eccleſia ex priuilegio, vel ſtatuto ſuccedente decedentibus inteſtatis, an ſuccedat pupillo.

1 SOlent Eccleſiæ, ex ſtatuto vel priuilegio concedi, vt ſuccedat decedentibus ab inteſtato. Quæritur, an ſuccedat pupillis, qui non poſſunt facere teſtamentum. & videtur quod non, cum pupillus non dicatur propriè decedere inteſtatus, ſed inteſtabilis. l.1.ff.de ſuis & legitim. & verba ſtatuti, ſeu priuilegij debent intelligi in proprio ſignificatu. l. 1. §. ſi is qui nauem.ff. de exercit. Hæc quæſtio eſt valde difficilis, quã præ cæteris diſcutit Alex. in l.generaliter. C. de inſtitut.& ſubſtit. & in conſ. 115. incip. circa dubitationem. vol. 2. & Marc.Ant.Natta in addit. ad dictum conſ. refert quatuor opiniones contrarias, & multos Doctores, ad quem te remitto. mihi tamen verior videtur opinio Bar. quod ſuccedat Eccle-

Eccleſia, quia licet ſecundum propriam ſigni-
ficationẽ, pupillus dicatur decedere inteſta-
bilis, tamen ſecundum communem vſum lo-
quendi, dicitur decedere inteſtatus, & ſine te-
ſtamento, vt habetur in d.l. 1. & cõmunis vſus
2 loquendi præfertur propriæ ſignificationi. l. li-
brorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat. 3.
l. cum de lanionis. §. vtinam. ff. de fundo in-
ſtructo. quod procedit etiam ſi ſtatutum ſit
conditum à peritis. nam debet intelligi ſe-
cundum communem vſum, quia lex debet
conuenire loco. Gloſ. in capit. nonnulli. de
reſcript. Abb. ſingulariter conſ. 76. primo eſt
videndum. n. 9. vol. 1. in hac materia, & dicit
Inno. in c. olim. de verb. ſign. quod in interpre-
tatione diſpoſitionis, ſiue ſit lex, ſiue priui-
legium, ſiue aliquid aliud, recurrendum eſt ad
communem vſum loquendi, vt l. ſi de inter-
pretatione. ff. de legib. & idem quo ad ſtatuta
voluit Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu-
re. & in d.l. 1. de ſuis & legitimis, vbi loquitur
de conſuetud. Angliæ, quod ſi forenſis dece-
dit inteſtatus, ſuccedat Eccleſia mater, &
Bart. opinionem ſequuntur Rom in l. in teſta-
mento. C. de teſtam. milit. Paul. in l. 2. C. de
impub. & alijs ſubſtitut. Anchar. conſ. 178.
Card. Zab. conſ. 111. & multi alij, quos refert
Natt. in addit. ad dictum conſ. Alex. Et prædi-
cta multo magis procedere debent, quãdo eſt
delata ſucceſſio ad Eccleſiam, pro qua ſtante
diuerſitate opinionum, iudicandum eſt ſecun-
dum opin. quę fauet eccleſię, iuxta l. ſunt per-
ſonæ. de relig. & ſumpt. fun. Petr. de Anchar.
conſ. 46. Imo. & alij in c. in præſentia, de pro-
bat. Rom. in l. ſenium. l. penult. C. qui teſtam.
fac. poſſ. Tiraq. qui teſtatur omnes vbique, ita
3 ſcribit alios allegans in tract. de priuileg. piæ
cauſæ. priuil. 148. Hæc itaque opinio tenenda.
Sed dubium eſt pulchrũ, pone, quod quis fe-
cit teſtamẽtum, quod poſtea fuit ruptũ agna-
tione, vel repudiatione hæreditatis, vtrũ ſuc-
cedat Eccleſia, de qua dicit ſtatutum quod
ſuccedat decedentibus inteſtatis. & videtur
quod ſic, ex d.l. 1. ff. de ſuis, & legit. quia pro-
prie eſt inteſtatus, quoniam teſtamẽtum rum-
pitur. Contrariũ tenet Bar. in d.l. 1. ſecundum
propriam ſignificationem, quia ſtatutum re-
quirit quod decedat inteſtatus, hoc eſt eo tẽ-
pore quo decedit ſit inteſtatus. vt l. in deli-
ctis. §. ſi extraneus. ff. de nouat. & l. Titius. ff. de
teſtam. milit. Sed iſte qui fecit teſtamentum
quod rumpitur, non decedit inteſtatus, tunc
proprie cum moritur, ſed tunc proprie cum
deſtruitur teſtamentum, vnde ſecundum pro-
priam ſignificationem, non ſuccederet Eccle-
ſia. ſubiungit deinde Bart. ſed ex communi
vſu loquendi aliter intelligimus, vt dixi, & ſic
etiam ſuccedit Eccleſia.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum dotis, puellis pauperibus Ciuitatis, an debeatur puellæ cuius mater eſt tantum Ciuis.*
2 *Legatum factum puellis Ciuitatis, an debeatur puellæ cuius pater eſt alienigena, ſed incolit Ciuitatem.*
3 *Dictio, de, poteſt importare cauſam propinquam & remotam.*
4 *Qualitates duæ ſi concurrunt in perſona vnius, & reſpectu vnius reſultat affirmatiua diſpoſitio, reſpectu alterius negatiua, attenditur affirmatiua.*

QVÆSTIO 216.

De legatis factis Eccleſiæ in qua educantur puellæ pro illis maritandis, aliqua practicabilia, & ſignanter de legato dotis pro maritandis puellis ciuibus, an poſſit dari puellæ cuius mater tantum eſt ciuis.

1 SOlent ſæpe Eccleſiæ habere conſeruatoriũ
puellarum, in quo educantur donec nu-
ptui tradantur, quibus fiunt legata pro illis
maritãdis, de quibus ſæpe in praxi dubitatur,
quare primo quęritur, an legatũ dotis factum
Eccleſiæ in qua educantur puellæ, pro puellis
pauperibus Ciuitatis, debeatur illi puellæ cu-
ius pater non eſt ciuis, ſed mater, & auus ma-
ternus, maxime ſi dicatur quod dos detur na-
tis, & oriundis de ciuibus. Breuiter dicendum
per Concluſiones.

Prima Concluſio, Si eius pater viuit, licet
non ſit ciuis, ſed alienigena, quia tãtum inco-
lit aliquam ciuitatem, cenſetur illius ciuis, &
2 ciuium gaudet priuilegio, maximè in caſu fa-
uorabili. Gl. in c. ſtatutum. §. cum vero. ſu-
per verbo eiuſdem Ciuitatis, & ſuper verb.
vnam dietam. de reſcript. in 6. Paul. de Caſtr.
Alex. in l. prouinciali. §. ſi in publico. ff. de no-
ui op. nunc. Gem. in d. §. cum vero. Aret. conſ.
.... & in tract. de maleficijs. ſuper verb. de Bo-
nonia. Bertrand. in ſpecie de puella, in caſu
propoſitæ quæſt. in conſ. 82. quoniam repe-
rio. vol. 3. par. 1.

Secunda Concluſio. Si pater non ſit incola, ſed tantũ mater fuerit ciuis, vel auus maternus, adhuc poteſt dici nata ex ciuibus. quoniam filius non ſolum dicitur naſci ex patre & matre, ſed etiam ex auo paterno, vel materno. & de materno voluit Bal. in l. 1. verſ. quid ſi dicatur ſine filijs ex ſuo corpore nati. C. de condit. inſertis. & in cap. vnico. §. filia. ad fin. de ſucceſſ. feud. Barbat. in cap. Rainaldus. col. 2. verſ. expedita ſunt. de teſtam. & idem de nepote nato ex filio tradit Paul. de Caſt. conſ. 161. incip. in præſenti cauſa quæ vocatur maioriæ hiſpalenſis. Bald. in l. imperialis. §. is illud. C. de nupt. Facit quod habetur 4. Regum, quod inter Ioram, & Oziam fuerunt tres Reges, Ozias, Ioras, & Ananias, & tamen Matth. 1. dicitur quod Ioram genuit Oziam. Nec obſtat quod dictio, de, videtur importare cauſam propinquam, ſicut dictio, &, quia poteſt etiam importare cauſam remo-
3 tam. Bald. in d. l. 1. Quod ſi procedit in teſtamentis, in quibus fit plenior interpretatio, multo magis in donatione, in qua fit pleniſſima. cap. cum dilecti. vbi Doctores. de donat. maximè ad pias cauſas. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. pulchrè in quæſt. præpoſ. Bertrand. loco citato. Addit etiam aliam rationem, quia vbi in perſonam vnius
4 concurrunt duæ qualitates, & reſpectu vnius reſultat definitio affirmatiua, reſpectu alterius negatiua. attendenda eſt affirmatiua ad verificationem diſpoſitionis, ad notata per Gloſ. in d. §. cum vero. vbi hoc notat Gemin. col. 6. verſ. nota ex iſta Gloſ. quod vbicunque puella ſit nata ex matre ciue, vel auo, ſufficit, niſi per teſtatorem expreſſe fuerit diſpoſitum, quod ſit nata de patre ciui. Vide in ſequentibus quæſtionibus de alijs legatis.

SVMMARIVM.

1 *Electio puellarum dotandarum, ſi pertineat ad hæredem & exequutores, non poſſunt exequutores eligere contradicente hærede, licet ſint numero plures.*
2 *Cauſa ſi committatur Capitaneo & antianis, tantum poteſt Capitaneus, quantum omnes antiani.*
3 *Iuriſdictio ſi pertineat ad Decanum, & Capitulum, tantum poteſt Decanus, quantum Capitulum.*

QVÆSTIO 217.

De legato dotis facto Eccleſiæ in qua educantur puellæ, ſi teſtator commiſit hæredi, & magiſtris, ſiue rectoribus Eccleſiæ electionem puellarum, an poſſint Rectores numero plures contradicente hærede, qui eſt vnus, eligere puellas.

1 QVæritur, ſi teſtator fecit legatum dotis Eccleſiæ in qua puellæ educantur, & committat hæredi, & rectoribus, ſiue magiſtris eccleſiæ tribus vel quatuor, electionem puellarum pauperum dotandarum, an poſſint rectores eccleſiæ, qui ſunt numero plures, eligere contradicente hærede, qui eſt vnus. Breuiter dicendum quod non. ſed tantum poſſunt illi tres, vel quatuor, quantum ipſe hæres. facit tex. in authen. cauſa quæ. & ibi Gl. & Bal. C. de Epiſ. & Cler. & Paul. de Caſt.
2 ibidem dicit, quod ſi aliquid cõmittitur Capitaneo & antianis, tantum poteſt Capitaneus ſolus, quantum omnes antiani ſimul. & dicit Alberic. in l. non ambigitur. ff. de legib. quod ſi caueatur ſtatuto, vt ſit in arbitrio poteſtatis & antianorum, vel maioris partis, an quis torqueri debeat, intelligitur quod antiani ſoli non poſſint ſine poteſtate, allegat l. ſi quis Titio. ff. de vſufr. accreſcẽdo. l. Titius fundi. ff. de hæred. inſtituend. & l. liber homo. §. Titius. vbi dicunt Ang. & Imo. quod ſi rectori, & vniuerſitati ſcholarium detur poteſtas eligendi Notarium, tantam vocem debet habere rector, quantum vniuerſitas. & probat Bertran. conſ. 157. puto. vol. 1. par. 1. quod ſi
3 iuriſdictio competit Decano & Capitulo, tantam iuriſdictionem habet Decanus quantum Capitulum, & multa allegat.

SVMMARIVM.

1 *Electio hæredis exceſſiua, non valet in damnum fideicommiſſarij.*
2 *Electio puellarum dotandarum ex ordine teſtatoris, an fieri debeat coram Epiſcopo.*

QVÆSTIO 218.

De dote legata puellis quę educantur in Eccleſia, ſecundum quantitatem & numerum puellarum ab hærede declarandum, ſi hæres fecit exceſſiuam declarationẽ dotis, & numeri puellarum,

rum, an fideicommiſſarius poſſit contradicere in præiudicium Eccleſiæ earum cuſtodis.

1 QVæritur, ſi ſit legata dos puellis quæ educantur in Eccleſia, ſecũdum quantitatem & numerum puellarum ab hærede declarandum, ſi hæres fecit exceſſiuam quãtitatem dotis, & numeri puellarum, an fideicommiſſarius poſſit contradicere in præiudicium Eccleſiæ earũ cuſtodis. Breuiter dicendum, quod quantitas debet eſſe conueniens, & nõ exceſſiua, pro dignitate perſonarum, & pro modo facultatum, vt tradit Bal. in l. nulli. col. 2. verſ. ſic quæro. C. de Epiſ. & cler. Rimin. Iun. conſ. 726. n. 5. vbi ponit caſum de muliere quæ inſtituerat vſumfructuariũ maritum vita durante, & poſt eius mortem inſtituit decem virgines, eligendas & nominãdas per eum de tanta parte bonorum ipſius teſtatricis quantũ ipſe declarabit, conuertendum 2 in dotibus ſuis, ipſe verò declarauit dimidiam hęreditatis eis debere, de pręſentia vero Epiſcopi quod requiratur, tenet Barbat. in addit. Bal. loc. cit. allegat tamen Fulgoſ. contrarium tenentem. dicit etiam, quod ſi fiat ſine præſentia Epiſcopi, licet fieri non debuiſſet, facta tenet, quemadmodum religioſus ex Ordine Mendicantium non poteſt eſſe exequutor teſtamenti ſine licentia ſui ſuperioris, cap. fin. de teſtam. in 6. Clem. religioſus. eod. tit. tamen ſi exequitur ſine licentia tenet exequutio, ſecundum Fedet. de Sen. conſ. 293. ante conſtitutionem. Rom. conſ. 409. quamptimum. Nart. conſ. 507. num. 28. ſequitur Rimin. loco citato num. 23.

SVMMARIVM.

1 *Dos legata puellis poſt mortem hæredis, an poſſit ſolui ante.*

2 *Legatum pauperibus qui erunt tempore mortis hæredis, an poſſit ſolui ante.*

QVAESTIO 219.

De legato dotis facto Eccleſiæ pro puellis quæ in ea educantur, dotandis, poſt mortem tamen hæredis, an poſſit ab hærede adimpleri in eius vita, in præiudicium puellarum quæ ſuperuiuent tempore mortis ſuæ.

1 BArt. in l. cum patet. §. à filia. tenet quod non, dicens nota iſta legẽ contra illos, qui bona, quæ debent reſtitui poſt mortem pauperibus, ea ante reſtituunt, quia talis reſtitutio præiudicat pauperibus ſuperuiuentibus poſt mortem. dicitur enim in d. tex. quod cui committitur electio perſonæ cũ morietur, non poteſt ante tempus cum effectu eligere, & ibi etiam dicit Paul. de Caſt. quod ſi in vita eligantur pauperes, qui poſtea tẽpore mortis non ſint in rerũ natura, vel ſint effecti diuites, 2 habetur electio pro non facta, & poſſit Epiſcopus opponere manus ac ſi facta nõ fuiſſet. idem tenet Bart. in l. poſt mortem. C. de fideicommiſſ. & ibi Ang. qui dicit, ſe infinitis vicibus practicaſſe, & obtinuiſſe. & in l. ſtipulatio 1 iſta. §. inter certam. vbi Imol. ff. de verb. oblig. Bal. Ang. Imo. in l. filiusfamilias. §. diuus. ff. de legat. 1. Ang. Imol. Rom. l. ſed ſi alio. §. ſi quis ſub conditione. ff. ad Trebell. Salic. in l. 1. C. de hæred. inſtit. Iaſ. in d. l. poſt mortem. vbi dicit, hanc eſſe communem opin. Contrariam opinionem tenet Bald. Fulgoſ. & Paul. in d. l. poſt mortem, quia fideicommiſſum de diſtribuendo in pauperes, dicitur potius Deo relictũ quam pauperibus. §. ſi quis in nomine, in auth. de eccl. tit. Pręterea licet ante mortẽ reſtituat, cũ hoc tempus ſit appoſitũ fauore hæredis nulli præiudicat. & hanc opin. poſt alios ſequitur Dec. in l. cum in tempus, ff. de regul. iur. quia teſtator ita diſponens potius ſalutem animæ reſpexit quàm tempus exequutionis, quod forte adiecit exiſtimans ante illud non poſſe abſque detrimento rei familiaris hanc diſtributionem fieri. item quod non magis futuri pauperes, quam præſentes dilexerit ac conſiderauerit, ſiquidem & in præſentes pro animæ ſalute cenſetur pia diſtributio mandata. Præterea diem à teſtatore conſtitutũ præueniri, conducibilius eſt animæ ipſius teſtatoris quam mortis diem expectare. idem tenet Ang. conſ. 211. Abb. conſ. 11. vol. 2. Couar. in c. tua nobis. n. 5. de teſta. Vaſq. de ſucceſ. progreſſ. lib. 3. §. 26. n. 14. vbi quod cũ vtilitas teſtatoris potius in pauperibus pręſentibus quã futuris conſiſteret, & nihilominus ipſe poſt mortem hæredis fideicõmiſit, in comperto eſt eam dilationem conceſſiſſe ob veram hæredis grauati vtilitatẽ, & conſequenter huic vtilitati ipſe poterit renunciare, ſolutionem præueniendo, iuxta d. l. cum in tempus. Et pro hac opin. ego adduco, quod ſi quis vouet dare a- 2 liquid alicui Eccleſię, poteſt illud commutari ab Epiſcopo ſine conſenſu Eccleſiæ, ſiue eius

R 3 recto-

rectoris, quia per tale votum nõ eſt quæſitum
tale ius Eccleſiæ, quod diſpenſationem aut
commutationem tolli nequeat ſine illius cõ-
ſenſu, cum obligatio principaliter, & formali-
ter Deo ipſi quæratur, cap. magnæ. de voto
eccleſiæ vero, vel altaris ſecundario, & mate-
rialiter, & veluti quædam circumſtantia loci,
quæ nõ eſt attendenda. c. quamuis iuncta. Gl.
de pact. in 6. l. ſi quis nec cauſam. ff. cert. pet.
vt probat Nauarr. de reddit. eccl. quæſt. 1. mo-
nitor. 6. poſt Gaiet. quem allegat. 2. tom. tract.
11. q. 3. Poteſt etiã adduci doctrina Bar. l. qui
Romæ. S. Flauius. ff. de verb. oblig. vbi dicit,
quod donans aliquid alicui vt poſt aliquod
tempus perueniat ad aliquam eccleſiam, po-
teſt illud onus remittere donatario ſaltem in
id conſentienti, non obſtante quod eccleſiæ
ſit quæſita vtilis actio minus principaliter. per
l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo. & Bar.
ferè omnes ſequuntur, vt tradit Iaſ. in d. §. Fla-
uius. Quid dicendum? Prima opinio videtur
verior, quia ſi fideicommiſſum eſſet reſtituen-
dum certæ perſonæ, abſque dubio cenſeretur
factum in fauorem hæredis cui poſſet renun-
ciare; ſed quando eſt factum perſonis incertis,
tale tempus non reſpicit merum fauorem hæ-
redis, ſed puellarum pauperum, quæ erunt vi-
uæ tempore mortis hæredis. ergo in earum
præiudicium non poterit fieri ante electio per
hæredem. quod etiam ſingulariter conſiderat
Iaſ. & præcipuè procedit in q. noſtra, in qua
fideicommiſſum eſt relictum incertis perſo-
nis, ſed de certis quæ educantur in eccleſia, &
ſic in genere ſubalterno, iuxta terminos d. l.
à filia. Et forte contraria opinio poſſet proce-
dere quando fideicommiſſum eſt reſtituẽdum
incertis de incertis, abſq; reſtrictione ad cer-
tum genus pauperũ, quo caſu non videtur te-
ſtator habuiſſe affectionẽ magis ad pauperes
qui eſſent vno tempore, quam alio. ſed nec
affirmo. Non obſtat, quod celerius conſulitur
animæ teſtatoris, ſiquidem ſi ipſe non cura-
uit forte ex aliqua cauſa alijs non nota, non
debet à DD. fieri extenſio in aliorum præiu-
dicium. Non obſtant vltimo loco conſiderata
de vouente dare eccleſiæ, & de donante cum
pacto de reſtituendo eccleſiæ, quia ſupradi-
cta procedunt in principali donante, vel vo-
uente, nec etiam procedunt ſine difficulta-
te, vt ſuis locis videbimus, ſed in hærede
exequutore voluntatis defuncti, alind eſt
dicendum, cum fines mandati diligenter exe-
qui debeat. l. mandati. ff. mandati. c. fin. de
verb. ſignif. cum ſimilibus &c.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia ſi alienat rem duobus, & ſecundo tradit poſſeſsionem, an primus præferatur.*

2 *Eccleſia non debet adhibere fraudem in acti- bus ſuis.*

3 *Pactum nudum, de iure ciuili parit actionem ratione honeſtatis ſeruanda.*

Q V AE S T I O 220.

De Eccleſia alienante duobus, & tradente ſecundo poſſeſſionem, an teneatur non obſtante traditione, ſeruare contractum cum primo perfectum.

1 DIcit tex. in l. quoties. C. de rei vendic.
quod ſi quis vendit rem duobus, & ſe-
cundo tradat poſſeſſionem, iſte ſecundus præ-
fertur, an autem id habeat locum in eccleſia
alienante ſiue eius rectore, eſt controuerſia
inter DD. Io. Andr. Hoſt. in cap. continebatur
de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Ca-
pituli, tenent diſpoſitionem d. l. quoties. non
procedere in eccleſia, quia eccleſia nemini
parat laqueum. 16. q. 1. c. de iudicibus, & cap.
litteras. de reſtit. ſpoliat. Item quia in eccle-
ſiaſticis habentibus iura patronatuũ ratione
eccleſiæ ſunt prohibitæ variationes. cap. cum
autem. de iurepatron. idem voluit Rom. in
auth. ſimiliter. C. ad l. falcid. & in conſil. 298.
incip. circa præmiſſa. Felin. in c. cum olim. de
re iud. Hip. de Marſ. in ſing. 82. volo tibi dare
Affl. . . . Contrariam opinionem tenent Ant.
de Butr. Card. Imol. Abb. in d. c. continebatur.
quia lex quoties non reperitur correcta in
temporalibus, & correctio legum eſt euitanda
niſi appareat expreſſa correctione. l. præcipi-
mus. C. de appell. c. cum ſit. de elect. in 6. Sed
bene opinio Io. Andr. Hoſt. procedit in ſpiri-
tualibus, vt iurepatronatus, & in collatione
beneficij facta per Epiſcopum, vt non poſſit il-
lam reuocare ſi contulerit beneficium abſen-
ti etiam ante eius acceptationem. vt in cap. ſi
tibi abſenti. de præbend. in 6. Idem tenet Bar.
Socin. conſ. 29. viſis duabus. lib. 4. Couar. . . .
Quid dicendũ? prima opinio mihi videtur ve-
rior, quia non ſeruare promiſſa eſt contra ho-
neſtatem, & rationem l. 1. ff. de pact. quæ ho-
neſtas præcipuè ab eccleſia ſeruãda eſt, etiam
in promiſſionibus temporalium, vt eleganter
traditur in c. per tuas. de donat. ibi nos igitur
2 attendentes quod Eccleſia in actibus ſuis
fraudem non debet aliquam adhibere. & di-

cit

cit Petr.de Anchar.conſ.188. Viſis conſilijs, quod Clerici inconſtantes,incurrunt infamiã, & addit vnum verbum notabile, quod inconſtantia maximè reprobatur in Clericis quorum verbum aut factum falſum, ſacrilegium eſt,allegat cap. Presbyteri.q.6.& c. ſi Chriſtus.de iureiur. Omnes autem actiones à lege ciuili permiſſæ ſecularibus contra clericalem honeſtatem, ſunt nullæ & irritæ. c.Clerici. de vita & honeſt. Cler. & non potuerunt iura ciuilia in præiudicium honoris Clericorum aliquid determinare, iuxta notata per omnes in cap eccleſiæ ſanctæ Mariæ.de conſtitut. ſic etiam conſuetudo contra honeſtatẽ non valet. c. cum decore. eod. tit. de vita & honeſt. Cler. Dicitur autem in decreto diſtin.4.quod lex debet eſſe honeſta, ibi autem erit lex honeſta, ergo contra honeſtatem à Canone reijcitur, quamuis à iure ciuili ad bonum publicum fuerit edita, pulchrè Abb. licet in alio caſu in conſ.21. Facit à ſimili alia quæſtio, de illo qui promiſit mutuare Titio centum, & ego fideiuſſi pro Titio, demum antequam ille mutuaret pecuniam,ego denũcio & proteſtor quod non debeat mutuare pecuniam, quia nolo teneri. an ſi numeret, nihilominus ego tenear. Specul.de fideiuſſ.§.1.verſ.quis ſi fideiuſſor. concludit, quod ſiue erat obligatus mutuare, vt quia promiſerat per ſtipulationem, tunc prohibitio mea nihil operabitur. facit l.ſi quis prohibuiſſet.ff. de publiciana. Si vero non erat obligatus, vt quia pacto nudo promiſerat,quod non eſt efficax ad agendum. l.iuriſgentium. §.1.ff.de pact. & nunc ſi mutuet contra meam prohibitionem non tenebor ſibi. Et hæc diſtinctio videtur procedere de iure ciuili non de iure canonico, quo poteſt agi pacto nudo c.1.de pactis. Sed Bart.in l. ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. dicit quod etiam de iure ciuili non prodeſt diſtinctio, quia licet ex pacto nudo non poſſit agi,tamen verecundia eſt non ſeruare promiſſa etiã per pactum nudum. & ideo ſi creditor numerauit ne incurreret talem verecundũ,eſt ſibi parcendum per id quod habetur in l.quintus.ff.mandati.
3 quæ lex eſt valde notabilis.Facit etiam quod habetur in l. pecuniæ ſortem de alimentis legatis,vnde etiam hoc caſu nõ operabitur prohibitio mea. & Bart. refert. & ſequitur Imola in cap.fin.de ſolut.Et hæc doctrina Bart. facit multum ad propoſitum, vt ratione honeſtatis ſeruandæ, etiam pactũ nudum ſeruari debet. & procedit etiam in laicis, multo magis in Clericis, quorum honeſtas tantopere à ſac. Can. commendatur, vt in toto tit. de vita, & honeſtate Clericorum. Præterea variatio in ſpiritualibus non permittitur in eccleſiaſticis d.c.cum autem.& c.ſi tibi abſenti, ergo idem in temporalibus,quia non datur ratio ſpecialitatis & argumentum à ſpeciali nunquam procedit niſi exprimatur ratio ſpecialitatis. tex. eſt in cap. licet de vitanda. de elect. latè Euerard. in loco à ſpeciali, & in loco à fiſco ad eccleſiam,vbi dicit lex loquitur in fiſco,ergo non habet locum in priuato. non enim eſt bona iſta conſequentia, niſi allegetur ratio ſpecialitatis. l.item veniunt. §. aptanda. vbi Gl.& alij. ff.de petit.hæred. Cum itaque non allegatur dicta ratio,procedet argumentum à ſimili. Et hæc opinio mihi verior videtur, & conueniens honeſtati eccleſiæ, & contraria opinio poſſet generare ſcandalum.

S V M M A R I V M.

1 *Terræ Eccleſiæ ſunt immunes à ſuperindicto.*

Q V Æ S T I O 221.

De terris Eccleſiæ, quod ſint immunes à ſuperindicto.

1 QVæritur, an terræ Eccleſiæ ſint immunes à ſuperindicto: notandum pro reſolutione, quod ſecundum Luc. de Penn. terrę Eccleſiæ ſunt immunes à ſuperindicto. ita tradit C. de ſuperindicto.lib.10. in rubr. dicitur autem ſuperindictum, cum aliquod Caſtrũ, ſeu locus eſt incolarum numero diminutus, ita quod ſolita onera functionum fiſcalium ferre nequeat, hoc conſtito ſit alleuiatio onerum de mandato regio, & illud quod diminuitur imponitur alijs locis vicinis,excipiuntur ab hac ſuperimpoſitione terræ demanij,& Eccleſia.

S V M M A R I V M.

1 *Adminiſtrator pupilli,poteſt emere res illius palam & publicè.*

2 *Eccleſiæ adminiſtrator, non poteſt emere res Eccleſiæ palam & publicè.*

Q V Æ S T I O 222.

De Eccleſiæ adminiſtratore, quòd non poſſit emere res Eccleſiæ etiam palam & publicè.

Con-

1 Conclusio eſt, quod adminiſtrator pupilli vel adulti, poteſt emere palam, & bona fide, de rebus eius cuius bona adminiſtrat. Gl. in l. ſi emptione. §. fin. ff. de contrah.
2 empt. ſed non adminiſtrator Eccleſiæ. auth. quibuſcunque. C. de ſacroſan. eccl. & ibi hoc notat Bart. coniunctis autem poteſt concedere res Eccleſiæ ad tempus, non perpetuo, vt ibi dicit Bart.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia & Eccleſiaſtici ſunt à iudicibus laicis benigne tractandi etiam in ſumptibus, & ſportulis.*
2 *Epiſcopus nihil ſoluere debet nomine ſportularum pro Eccleſia.*

QVAESTIO 223.

Eccleſia & Eccleſiaſtici litigantes coram iudicibus laicis, debent ab illis benignius & fauorabilius tractari.

1 Semper Iudices, & Principes, res Eccleſiæ ita tractare debent, vt ſupra res humanas ipſos fauore proſequantur. tex. eſt not. in l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. ibi cur enim non faciamus diſcrimen inter res diuinas & humanas, & quare non competens prærogatiua cæleſti fauore conſeruetur, & etiam iudices laici mitius agere debent cum Clericis quam cum laicis, vt litis ſumptus vel expenſæ à Clericis pauciores, humanioresq. præſten-
2 tur, & minores ſportulæ. l. cum Clericis. in fin. & ibi Gl. & auth. ſeq. C. de Epiſc. & Cler. & Epiſcopus nihil ſoluere debet pro iuribus Eccleſiæ ſuæ, nomine ſportularum. & notarij, & iudices nihil poſſunt accipere etiam à ſponte dantibus, quia cum lex prohibet accipere, prohibet dare. Gl. not. in auth. ſed hodie.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis puellæ, an debeatur ſi cum minore dote nubat.*
2 *Legatum dotis relictum Ioannæ ſi Titio nupſerit, ſi Titius ante nuptias moriatur, adhuc debetur.*

QVÆSTIO 224.

De legato dotis mille aureorum, facto puellis quæ educantur in Eccleſia, ſi puellę nubant cum minori dote, an debeatur reſiduum puellis quę nupſerunt &c.

1 Puellis quę educantur in Eccleſia, legantur mille pro dote. nubunt cum minori cum dote, an poſſint petere reſiduum? vna eſt opinio negatiua. Bart. in l. Lucius. ff. de legat. 2. cuius opinio eſt communior recepta ſecundum Bald. Nouell. de dote par. 1. In altera eſt opinio affirmatiua, vt poſſit petere reſiduum, Alex. qui multos refert conſ. 7. lib. 2. n. 2. & eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in l. filia legatorum l. communia. de legib. Corn. conſ. 73. lib. 4. Couar. de teſtam. c. officij. num. 10. Socin. conſ. 101. col. 2. lib. 10. Videtur etiam hæc pars ſequenda tanquam benignior. l. benignus. ff. de legibus. & legata pleniorem recipiunt interpretationem. iuxta Gloſ. in l. fin. ff. de conſt. princ. præſertim quando ab extraneo hærede ſunt liberis teſtatoris præſtanda. iuxta l. fin. ff. familiæ erciſc. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, C. de teſtam. vbi liberis reſpectu extraneorum magnopere fauetur. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 27. n. 8. tenet poſſe peti reſiduũ ab hærede extraneo, ſecus ſi à fratribus, niſi reſiduũ excederet portionem ciuilem, ne pluſquam reliqui fratres de bonis teſtatoris accipiant, ſed vult vt æqualitas ſeruetur, ita vt filia cum fratribus exæquetur, vel ſaltem proximè accederet. ſummopere enim inter fratres æqualitas laudatur. arg. l. fin. C. de liber. præter. Quid dicendum? teneo in caſu præpoſitæ quæſtionis reſiduum deberi, quia eſt legatum pium dum fit puellis pauperibus, & reſiduum debet conuerti in dotem aliarum. nam & legatum alimentorum non deficit etiam ſi cauſa finalis videatur deficere, l. 1. C. de legat. l. annua. ff. de annuis legat. & legata pia etiam ſi ſint cauduca debentur. facit ſingulariter, quod iuxta veriorem opi-
2 nionem legatum dotis relictum Ioannæ ſi Titio nupſerit, ſi Titius ante nuptias moriatur adhuc debetur. Bald. Nouell. in tract. de dote, quia idem fauor & certè maior dotibus exhibetur, quod alimentis. nam dos dicitur cauſa pia. l. 4. §. ſi in ea opinione. ff. de condict. indebit. & legatum alimentorum ſuſtinetur, etiã ſi ſine cauſa videatur deficere, vt dictum eſt. niſi puella eſſet diues, & ex alijs bonis habere poſſet congruam dotem. quem ſequitur Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 22. num. 32.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Legatum quantitatis relictum Eccleſiæ, an ſit perpetuum, vel vnica ſolutione extinguatur.*

2 *Promittens pauperi decem, intelligetur cauſa alimentorum, & debetur ſingulis annis.*

3 *Legatum factum Hoſpitali pro recipiendis decem pauperibus, non extinguitur in primis decem.*

QVAESTIO 225.

De legato facto Eccleſiæ viginti aureorum, an extinguatur in prima vice, vel ſit perpetuum fauore Eccleſiæ.

1 AN legatum factum eccleſiæ viginti aureorum, extinguatur ſoluendo prima vice, vel fauore eccleſiæ ſit perpetuum, & debeatur ſingulis annis. Bart.in l.cum quidam. ff.de annuis legat.dicit,quod ſi teſtator legat Fratribus Minoribus vnam pitantiam in feſto S.Franciſci, debebitur tantum vna. arg. l. boue.S. hoc ſermone.ff.de verbor. ſignif. & l. eum qui calendis.ff.de verb.oblig. In contrarium facit, quia legatum in cauſa fauorabili præſumitur annuum, & non finitur vnica.ſolutione primi anni. l.legatum.& ibi Bart.ff.de annuis legatis. & ſic Bart.eſt ſibi contrarius. Cuman.etiam in d.l.eum qui calendis, tenet etiam contra Bar.in d.l.cum quidam,quando tamen ſumus in vltima voluntate, non in contractibus, tunc intelligitur pro prima vice. Soc. conſ. 48. eleganter conſuluit. vol. 3. concordat Bart. quod in l. cum quidam. loquatur, quando fuit factum legatum ſimpliciter, ſed in l.legatum. loquitur, quando ad tẽpus per dictiones repetitiuas,donec & quouſque viuant, & tunc ex mente Bart. in d. l. legatum, ſubdiſtinguitur, quod quando legatum ſit per dictiones ſupradictas, tunc aut continet cauſam ſucceſſiuam, & cenſetur factum ſingulis annis,aut continet cauſam momentaneam, & tunc non videtur facta repetitio, ſed tempus appoſitum gratia debitoris. & ideo dicit Bart.in l.eum qui ita. ff.de verb.
2 oblig. quod ſi promittis mihi decem, quo ad viuam tantum decem debentur, niſi promiſſio fieret pauperi, quia tunc cenſetur facta cauſa alimentorum, & ſic debentur ſingulis annis.& ſequuntur ibi Bart.communiter DD. ipſe vero Soc. dicit rem eſſe dubiam, ſed declarat, quod ſi legatum ſit Eccleſiæ, quia eſt perpetua,intelligitur perpetuum, per tex.in l.annua. §.à Titia. ff.de annuis legat. vbi legatum factũ Sacerdoti, præſumitur annuum, quia dicitur factum templo. nam ſecundum Bart. in d. l. cum quidam legatum. præſumi-
3 tur perpetuum attenta qualitate perſonæ legatarij, & ideo conſuluit Socin. quod legatum factum hoſpitali, pro recipiendis decem pauperibus, & non plus,cenſetur perpetuum, non extinguitur in primis decem pauperibus, tum quia eſt factum hoſpitali, quod eſt perpetuum, tum etiam quia continet cauſam alimentorum. Bart.in l.eum qui. §.quo ita. ff.de verbor.obligat. & quod legatum factum pauperibus ſingulis annis, diebus veneris, & quod in fine anni certa quantitas debeatur, ſit perpetuum, & quod doctrina Bart. non ſit vera contra tex.in d.l.cum quidam. late probat Beïanus in reſp.114.lib.3.Mantic. etiam de coniect.vltim.vol.lib.... tit..... tradit fuiſſe reſolutum in Rota Romana, legatum factum Eccleſiæ,cenſeri annuum & perpetuum.

SVMMARIVM.

1 *Miſſarum celebratio quomodo probetur, & an iuramento Religioſorum.*

QVÆSTIO 226.

De legato facto Eccleſiæ pro celebratione Miſſarum, an ſtetur fidei Rectorum de celebratione Miſſarum.

1 REligioſis eſt relictum annuum legatum pro celebratione Miſſarum in hebdomada, an ſtetur eorum iuramento ſuper celebratione, vt poſſint conſequi legatum. Guid. Pap.deciſ.614.dicit eſſe ſtandum iuramento, quia iuramentum cedit loco cautionis, quando legatum eſt ſub modo. l.ſi qui pro redemptione. vbi Bart.& alij. C.de donat.Pro hære de facit,quod ſi ſtaretur eorum iuramento eſſent teſtes in cauſa propria, contra regulam iuris.l.nulli.C.de teſtib.Gaſpar Ant.Theſaur. q.for.86. lib.1.dicit,in Senatu Pedemontano fuiſſe iudicatum, non eſſe ſtandum iuramento, & quod Guid. Pap. loquitur quando agitur de re minima legata, ſecus ſi de re notabili, prout in illo caſu erant duo currus vini pro vna Miſſa in hebdomada non celebrata pluribus annis. Dicebatur etiã,Guidopapam non dicere ſtandum eſſe iuramento ſuper celebratione Miſſarum, ſed ſuper ſolutione legati,

gati, tunc enim ſtabatur dicto Guardiani narrantis in odium ſui conuentus, quod fuerat ſolutum legatum. Et hanc opin. cenſeo veriorem, quod debeat probari celebratio Miſſarum ſaltem per librum ſacriſtæ officialis deputati qui quotidie ſcribit Miſſas, vel ſatis ſit vbi non ſit liber Miſſarum quæ celebrantur pro oneribus iniunctis à defunctis, probare quod eccleſia habet onus celebrandi tot Miſſas in die, & quod in ea pariter tot, & plures etiā Miſſæ à religioſis celebrantur pro ſatiſfactione obligationis, & in altaribus deputatis quod non videtur procedere in Presbyteris ſecularibus qui in eorum domibus commorantur, deberet enim probari Miſſę ſaltem per librum Sacriſtæ. & Epiſcopi in viſitationibus ex frequentiori vſu mandant confici librum Miſſarum à Sacriſtis, & ex conſuetudine illi fides adhibetur, iuxta latè tradita per Felin. in c. ad audientiam. de præſcriptionibus. dummodo celebrentur Miſſæ in altaribus deputatis à defunctis, & fundatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata ſine die & anno, probat fauore Eccleſia.*

2 *Libri Eccleſia cenſuales, probant fauore Eccleſiæ ſi ſunt ſcripti manu publica.*

QVÆSTIO 227.

De ſcriptura priuata, non habentem diem, neque conſulem, an probet fauore Eccleſiæ.

1 QVæritur notabiliter, an ſcriptura priuata ſine die & conſule, probet fauore Eccleſiæ. Bal. in conſ. 331. Reuer. Pater. vol. 2. tradit ſingulariter quod fauore Eccleſiæ probat cum adminiculis, dominium eſſe Eccleſiæ contra ſcribentem, & ſucceſſores, etiam ſi non fuerit expreſſa quantitas eius quod ſoluitur, ſi per relationem poteſt certificari, nam ſufficit & probat. quæ doctrina eſt ſingularis, quod poſtea reperi notaſſe Illuſtriſſ. Card. Tuſch. tom. 3. concl. 7. n. 13. vbi ex eodem Bald. notat in d. conſil. notat etiam
2 quod libri propriæ Eccleſiæ, probent fauore Eccleſiæ ſi ſunt ſcripſi manu publica, de quo alibi Deo dante dicemus &c.

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſia effectus diues, an præſumatur ditatus de bonis Eccleſiæ, & detur repetitio.*

QVÆSTIO 228.

De rectoribus, ſeu adminiſtratoribus Eccleſiæ, ditatis poſt adminiſtrationem, an pręſumantur ditati ex bonis Eccleſiaſticis, ita quod detur Eccleſiæ repetitio.

1 QVæritur notabiliter, rector ſiue adminiſtrator Eccleſiæ aut hoſpitalis, poſt adminiſtrationem effectus eſt diues, an præſumatur ditatus ex bonis eccleſiæ, ita quod eccleſiæ detur repetitio. Breuiter dicendum quod ſic, per tex. in auth. licentiā. C. de Epiſc. & Cler. Idem procedit in alijs officialibus, & adminiſtratoribus pecuniarum fiſci, vt ſunt Theſaurarij. per l. facultas. C. de iure fiſci. lib. 10. etiam ſi reddat rationes ſingulis annis alij adminiſtratores qui non ſunt perpetui, & tenentur reddere rationes, non præſumatur ſubtraxiſſe bona eccleſiæ, quia ſi rationes reddunt benè præſumitur pro eis, ſin autem malè, condemnantur. ita notabiliter Bald. in d. auth. licentiam. qui concordat opiniones. admittitur autem probatio in contrarium, vt ſi officialis eſſet induſtrioſus vide Rom. conſ. 346. & 159. & conſ. 2. vbi ponit alios caſus ſimiles, de filio, de Sacerdote, & alijs.

SVMMARIVM.

1 *Miſſarum numerus, an augeri debeat ſi res legata pro onere Miſſarum creuerit.*

2 *Augmentum non mutat cauſam principalē.*

3 *Penſio, an augeatur in re locata ob ſuperuenientem vbertatem.*

4 *Feudum ſi augeatur, an debeat imponi maius ſeruitium.*

5 *Fructus prebendæ ſi multum creuerit quid agendum de augmento.*

6 *Procurare ſi quis tenetur religioſos talis Eccleſiæ, ſi multum creuerint an adhuc teneatur.*

QVÆSTIO 229.

De re legata Eccleſiæ cum onere Miſſarum, an ſi augeatur debeat augeri onus Miſſarum.

1 QVæſtio eſt notabilis, legatā eſt poſſeſſio Eccleſiæ, ſiue Capellania eſt fundata pro celebratione Miſſarum, & habet

Digitized by Google

bet redditus correſpondentes iuxta laudabi-
lem eleemoſynæ conſuetudinem. pone quod
res legata ſiue poſſeſſio augeatur, an debeat
augeri ſeruitium ſiue onus Miſſarum. & vi-
detur negatiue reſpondendum, ſiquidem in-
crementum rei pertinet ad Eccleſiam domi-
2 nam rei, nã acceſſio nõ mutat cauſam princi-
palẽ. l.4. §. ſi ex conuentione. ff.de re iud. &
eſt pars principalis ipſius rei. l. ſi nolit. §. ſi
cum lege. ff.de ædil. edict. Sed ſeruitium ſiue
onus eſt rei, quæ eſt vna res cum incremento,
ergo pro augmento nõ debet aliud onus im-
poni. quod clarius comprobatur, quia incre-
mentum acquiritur Eccleſiæ ratione rei cui
accedit, non ratione perſonæ, ſed ratione rei
præſtatur ſeruitium, & augmentum & res ſunt
idem, ergo aliud onus non debet imponi.
Secundo facit quia emphyteuta, qui habet
tãtum vtile dominium, ſi patitur damnum in
re non fit diminutio ſeruitij. l. fin. C. de iur.
emph. ergo vt æqualitas ſeruetur ſi contin-
gat fieri augmentum non debet augeri ſerui-
tium, vt arguendo de emphyteuſi ad feudum
tradit Andr. de Iſern. in §. ſi quis demantur
de controuerſ. inueſtitur. quæ ratio militat in
caſu noſtro. Præterea vt arguit idem Andr.
augmentum poteſt eſſe vtile & non vtile, er-
go non debet imponi ſeruitium pro ipſo aug-
mento. Vlterius ergo adduco tex. in c.fin.de
verb. ſignif. vbi ſi fructus præbendarum cre-
uerint, debet augmentum conuerti in vtilita-
tem Eccleſiæ, quod ibi exponit Abb. ſcilic.in
fabricam, vel poterunt emi poſſeſſiones, vt
poſtmodum poſſit habere ampliores reddi-
tus. arg. cap. videntes. 12.q.7. In contrarium
facit, nam in contractu locationis, ſi caſu for-
tuito venerit vbertas in re locata, augetur pẽ-
ſio, & è contra ſi eueniret ſterilitas ex caſu
3 fortuito, deberet fieri remiſſio mercedis, vt
notatur in l. ſi merces. §. vis maior. & ibi Bart.
& alij, & in l. cotem ferro. §. qui maximas. ff.
de publ. ergo idem videtur dicendum in caſu
noſtro. Secundo, quia augmentũ eſt eiuſdem
naturæ cui accedit l. cum inter ſocerũ. §. cum
inter. ff. de pact. dotal. & recipit priuilegium
ſicut principale. l. itaque. ff. de ædil. ſed pro
principali tenetur quis ad ſeruitium, ergo pro
incremento debet teneri ad maius ſeruitium,
cum ſit eiuſdem naturæ, & videtur ſentire
Gl. in d. §. ſi quis maior. Tertio facit, quia ſi
augeatur ſeruitium augetur ſalarium. l. 1. §. in
onerarijs. ff. de varijs & extraord. cognit. l. 1.
C. de vſufruct. ſic è contra debet imponi ſer-
uitiũ pro modo & qualitate augmenti, quia
contrariorum eadem eſt diſciplina. l. 3. ff. de
ſeruitut. ruſticor. prædior. Item ſi facta eſt in-
iuria per conſtitutum indignitate, vili perſo-
næ, minuitur pœna, & è contra augetur. inſtit.
de iniurijs. §. atrox. l. quid ergo. §. pœna gra-
uior. ff. de his qui notantur infamia. Inſuper ſi
præbendæ multũ creuerint poteſt augeri nu-
merus Canonicorum, & ſeruitia Eccleſiæ. c.
cum acceſſiſſent. vbi omnes de conſtit. & pro-
batur clarè in d. c. fin. de verb. ſignif. quamuis
delegatus id ibi non potuerit exequi cum ha-
beret tantum poteſtatem moderandi, & pote-
ſtas delegata non extenditur ad caſum non
expreſſum. cap. cum olim. de offic. deleg. Quid
dicendum. ſequor opinionem domini Andr.
de Iſern. in loco citato, qui in illa q. an ob
incrementum feudi in quo pertinet ad vaſſal-
lum vtile dominum, augeatur ſeruitium,
4 diſtinguit quod ſi augmentum eſt magnum
debet imponi maius ſeruitium, ſi eſt modicum
non augetur ſeruitium, quia de modicis non
eſt curandũ. Et pro hac diſtinctione. Facit in
arg. l. quod dicitur. ff. de impenſis & l. virum.
ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſed ædes. §. ſi
quis ad mulierem. ff. locati. Et huic opinioni
eſſe inhærendum in feudo tradit Affl. in d. §. ſi
quis demantur. vbi dicit hanc opinionem eſſe
æquam, & rationabilem, quæ æquitas maxi-
mè ſeruatur in feudis. cap. 1. in fin. de pace iu-
ram. firman. tanto magis debet ſeruari in ne-
gocijs Eccleſiaſticis, & cauſis pijs. cap. 1. de
dolo, & contumacia. cap. 1. & ibi DD. de plus
petitionibus. maximè in Capellanijs, quæ ex
generali conſuetudine eriguntur pro celebra-
tione Miſſarum, cum competentibus redditi-
tibus, & debet haberi conſideratio ad reddi-
tus, & Capellani æquiparantur famulis, quo
ad onus Miſſarũ. non enim ſunt fundatæ prin-
cipaliter pro victu Sacerdotum, ſed pro ſerui-
tio quod ab eis præſtatur, vt probatur in cap.
ſignificatum cum ibi notatis. de præbend. fa-
cit Gl. notab. in d. c. fin. de verb. ſignif. dum
tex. dicit, quod redditus aucti debẽt conuertĩ
in vtilitatem Eccleſiæ, exponit Gl. vt debeant
conuerti in pias cauſas. nam quicquid ſu-
pereſt neceſſitatibus Eccleſiarum, debet con-
uerti in pias cauſas, ſeu expendi. 12. quæſt. 1.
c. quia. Et hanc expoſitionem dicit Abb. eſſe
5 bonam in ſe, tamen quia tex. dicit quod de-
beant conuerti in vtilitatem illius Eccleſiæ
exponit ipſe in fabricam, vel in emptionem
aliarum poſſeſſionum, vt habeat poſtmodum
ampliores redditus. & Abb. videtur bene di-
cere quando Eccleſia indiget fabrica, aliàs

Gl.

Gl.opinio ſine dubio procedit.cum igitur debeat fieri conuerſio in fabricam, vel pias cauſas, poterit nimirum augeri numerus Miſſarum pro refrigerio animæ ipſius teſtatoris, & fundatoris: facit etiam tex.notab.in c.quanto de cenſibus.vbi qui tenetur procurare fratres
6 alicuius monaſterij, ſi multum grauaretur ob numerum auctum, non tenetur vltra ſolitum niſi facultates excreuerint. & ibi Abb.cap.6. dicit nota arg. ex fine litteræ, quod vbi onus imponitur, habetur reſpectus ad redditus, diminuitur & augetur ſecundum facultates reddituum &c.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes factæ imagini depictæ in pariete domus priuati, cui quærantur.*
2 *Regulam qui habet pro ſe, transfert onus probandi in aduerſarium.*
3 *Epiſcopus eſt curatus in tota diœceſi.*
4 *Epiſcopus agit pro omnibus Eccleſiis.*
5 *Peregrini ſi decedant abſque conſanguineis, diſpoſitio bonorum pertinet ad Epiſcopum.*

QVAESTIO 230.

De oblationibus factis imagini alicuius Sancti depictæ in pariete publico, vel priuato, cui debeantur, domino parietis, an Eccleſiæ, & cui Eccleſiæ Cathedrali, vel Parochiali.

1 Quæritur quotidie, cui quærantur oblationes factæ imagini depictæ in pariete publico vel priuato, non tamen in pariete Eccleſiæ, an quærantur domino domus, vel vniuerſitati, vel Eccleſiæ. & communis reſolutio eſt, quod quærātur Eccleſiæ non domino domus, niſi fuiſſent oblatæ contemplatione domini domus, puta ſi talis eſſet pauper, vel oblationes in pios vſus conuertebat, vel ſi imagini detur pes aut brachium quod illi deficiebat, tunc domini illius domus cum corpus principale trahat ad ſe illam partē. ita communiter DD. in c. paſtoralis. de his quæ fiūt a Prælatis. Maluen. de oblat. 4.dub.col.6. Marian. Soc. de oblat.libell.18.q.6. Fel.in c. dilectus. de offic. ordin. Sed difficultas eſt cui Eccleſiæ quærantur, an Cathedrali, vel Parochiali intra cuius fines depicta eſt imago. & quod debeantur Cathedrali ſiue Epiſcopo, qui de illis diſponet, facit quia de iure, cura omnium Eccleſiarum & locorum piorum, quæ ſunt in ſua diœceſi, ad Epiſcopum pertinet.c. omnes baſilicæ.12.q.7.c.regenda.q.1. ergo cura oblationum tanquam acceſſorij ad principale, regula acceſſoriū. de reg. iur. in 6. Secundo videtur probari in c. quæcunque ex c.de his.10.q.1. vbi dicit quod omnes oblationes ſpectant ad curam Epiſcopi, & omnia quæ Deo vouentur. & in cap.præter. S. præcipientes dicit, quod decimæ primitiæ, & oblationes viuorum & mortuorum Eccleſijs Dei fideliter reddi debent, cum ipſæ in diſpoſitione Epiſcoporum ſint. facit etiam tex. in cap. præcipimus. 17.q.4. Et tanto fortius iſta procedūt, quando fiunt oblationes imagini Chriſti, cum enim non conſideretur imago, ſed ille qui repræſentatur. c. Prælatum. de conſecrat. diſt.3. ſed Epiſcopus eſt Vicarius Chriſti in ſua diœceſi. c.mulier.33.q.5.Gl.in c.ſlear.de pœnit.diſt.1. Ergo tanquam Vicarius Chriſti oblationes recipiet. ſed intellige quod gerit vices Chriſti, ſed ſub Papa & eius ordinationibus ac in partem ſollicitudinis. c. cūcta per mundum.9.q.3. Ang.in l.3. C.de furtis, & in l.in rem.§.item quæcunque. ff. de rei vend. & in conſ. 224. Et hāc opinionem tenet Ang.in ſua diſputatione incip. in refulgenti de harum palatio. & in auth.omnes peregrini. C. communia.de ſucceſſionibus.& in conſ.224. Ant. Imol.in Clem.per litteras.de præbend. Miles in repert. in verbo oblat. Petr.Obald. de Canonica portione in 4.c.17.q.principali. Contraria opinio quod quærantur parochiæ non Epiſcopo, habet valida fundamenta. Primo regula iuris, quod omnes obuentiones quæ fiunt in parochia, illi debeantur. c. dudum.cap. quoniam.de decimis.c.vt dominicis.de parochis. cap. paſtoralis.de his quæ fiunt à maiori parte capituli. & ibi Hoſt.Io.Andr.& alij.qui
2 ergo habet regulā pro ſe transfert onus probandi in aduerſarium. Gl. in rubr.de reg.iur. in 6. & præcipuè probatur iſta opinio in d. c. paſtoralis. vbi dicitur, quod Epiſcopus non poteſt concedere alijs Eccleſijs, vel pijs locis obuentiones alterius eccleſiæ parochialis, & ibi notant DD. Secundo facit tex. in capit. ad audientiam. il primo. de eccl. ædific. vbi nouæ parochiæ ædificatæ intra fines antiquæ parochiæ propter diſtantiam, Papa concedit vt in illo caſu ſpeciali debeantur oblationes, vnde Papa id conceſſit, ergo Epiſcopus non poterat id facere, quia ſi potuiſſet, ad Papam dicta villa non recurriſſet, cum facilius & ſine itineris impenſis, id ab Epiſcopo potuiſſet impetrare. Tertio facit tex in c.quoniā de

de decimis. vbi dicitur, quod decimæ noualium debentur eccleſiæ in cuius parochia naſcuntur non Epiſcopo, & ibi Abb. arguendo de decimis ad oblationes dicit, quod ille tex. facit ad probandum, quod oblationes factæ imagini ſeu picturæ depictæ extra eccleſiam, debentur eccleſiæ parochiali non Epiſcopo, & valet argumentum de decimis ad oblationem, vt probat rubr. de decimis. & oblat. dum illas coniugit. facit etiam tex. in cap. ex tranſmiſſo. de præſcrip. & ibi Abb. Præterea facit,
3 quod licet Epiſcopus ſit generalis curatus in tota diœceſi. c. nullus. de parochijs. c. 1. de raptoribus. c. parochiano. de ſepult. c. Apoſtolicæ. de donationibus. cap. licet in regulis. 16. quæſt. 3. Abb. in cap. quoniam de decimis. tamen parochus eſt ſpecialis curatus, poſt diuiſionem à Dionyſio Papa factam, vt habetur in c. 1 16. q. 1. & generalis officialis non poteſt ſe intromittere in officio ſpecialis, quia generi per ſpeciem derogatur. Bal. in l. 1. ff. de off. proconſ. & in l. nec quicquam. §. ſtudium iuſti. de off. deleg. Ang. in l. cum prætor. ff. de iudicijs. vbi reſpondet ad tex. in l. 1. C. de off. Præfecti Vrbis, vbi probatur contrarium. dicit enim quod intelligitur quando ſpecialis officialis eſſet negligens, tunc generalis poteſt ſe intromittere, alias deputatio ſpecialis intelligitur priuatiuè ad generalem. allegat c. irrefragabilis. §. exceſſus. de off. ordin. Et hac ratione mouetur ad tenendum hanc partem Maluet. de oblat. 4. dubio. quam exornat Decian. reſp. 16. lib. 2. Tandem omiſſis alijs hanc opinionem tenet Bald. in prælud. feud. col. 6. Hoſt. Io. Andr. Butr. Zabar. Abb. in d. c. paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælatis. Marian. Soc. de oblat. libell. 18. & communem dicit Maluet. loco cit. Dec. conſ. 148. Ferret. conſ. 145. multi alij, quos allegat Decian. d. reſpon. 26. qui reſpondens rationibus in contrarium dicit, Epiſcopum habere curam oblationum totius diœceſis, ſed id non procedere poſt diſtinctionem parochiarum, quia ſpecialis derogat generali. neque obſtat quod Epiſcopus dicatur Vicarius Dei in ptopria diœceſi, quia Parochus dicitur Vicarius, ſeu Miniſter magis particularis. Præterea dicit, quod cura ad
4 Epiſcopum ſpectat iuriſdictionis, ſcilicet vt dentur oblationes, & ſoluantur decimæ primitiæ, non vt ipſas recipiat. hanc etiã opinionem ſequitur Gutier. lib. 2. q. canonic. cap. 21. nu. 162. Quid dicendum in hac dubia, & quotidiana quæſtione. Teneo opinionẽ priorem, quod debeantur Epiſcopo, vt diſpenſet. moueor, quia vt benè conſiderat Petr. de Vbald. attendenda eſt intentio offerentium. cum enim ſint factæ oblationes in loco ſeparato ab eccleſia, non videntur offerentes habuiſſe reſpectum ad eccleſiam parochialem, ergo ei non acquiruntur. & ſi verum amamus offerẽtes alicui imagini depictæ in pariete, videntur realiter offerre vt ornetur imago, quare ipſa ornata & decorata, ſaltem dubia eſt offerentium intentio quid de ſuperfluis & eleemoſynis agendum ſit. quo caſu id pertinet ad Epiſcopi diſpoſitionem, quoniam quando deputata ad vſus deſtinatos, non poſſunt deſeruire, pertinet conuerſio ad Epiſcopum. c. nos quidem. de teſtam. vbi omnes. idem quando eſt difficile adimpleri. Gemin in c. canonicis. diſt. 19. Fel. conſ. 42. n. 17. Præterea quando peregrini moriuntur in aliqua parochia ſine
5 conſanguineis, cum eorum bona debeant diſtribui in pios vſus, deberentur parochiæ, ſed hoc non eſt verũ, quia relinquitur diſpoſitioni Epiſcopi. auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſionibus. Facit concluſio Abb. Anan. Marian. & Fel. in c. excommunicamus. de hæreticis, quod quoties perſona cui quæratur actio, non eſt expreſſa in pertinenribus ad eccleſiam, Epiſcopo loci competit actio. vt tenet Gl. in c. de viduis. 27. q. 1. Innoc. in c. cum olim. il ſecondo. de priuil. Ant. in cl. 1. præſentia. col. 17. de probat. & conſ. 38. Anchar. in clem. fin. de elect. Item ad Epiſcopũ pertinet reſtitutio malè ablatorum incertorum. c. cum tu. de vſuris. vbi Hoſt. & alij, quæ reſtitutio deberet fieri parochiæ in qua fidelis moritur, omnia enim iſta ſunt oblationes, & ſatisfactiones pro remiſſione peccatorum. & cum ſit incerta voluntas, pertinet ad Epiſcopũ illam declarare. Nec videtur ſufficiens reſpõſio Decian. quod ſi eſſet attendenda intentio offerẽtis, nec oblationes factæ in capellis ſuis intra eccleſiam deberentur eccleſiæ, quia non fiunt intuitu eccleſiæ parochialis principaliter, ſed intuitu Sancti. quem imago repręſentat, quod eſſet abſurdum. quia reſpondetur quod ſaltem apparet aliquod ſignũ intentionis relinquendi capellæ, quod eſt membrum eccleſiæ, & regitur à Parocho. ſed quando omnis imago eſt extra eccleſiam, non apparet aliquod ſignum, imò præſumitur facta oblatio pro ornamento imaginis. Fateor tamen benè conſuluiſſe Decian. quod ſi imago eſt depicta in pariete eccleſiæ parochialis maximè ipſius ſumptibus, cũ ſit pars eccleſiæ, cedant ipſi eccleſiæ parochiali. & in omni caſu, ſi ſunt eleemoſynę mul-

tũ exuberantes poſſet Epiſcopus prouidere vt vel conſtruatur noua capella, vel eccleſia, vel celebrẽtur tot miſſę, vel tot puellę matrimonio collocẽtur, relicta tamen aliqua portione parocho, maxime ſi indiget, ad Epiſcopum ſanè pertinet, ipſe enim eſt executor omniũ piarũ diſpoſitionum, ſiue inter viuos ſiue in vltima volũtate. Conc. Trid. c. 8. ſeſſ. 22. de reform. l. nobis. C. de Epiſ. & Cler. & maximè quando mens offerentium eſt dubia, vt ſupra diximus. Non obſtant adducta in cõtrarium, quia vnico verbo reſpondetur, vt procedant quando apparet aliquo modo de voluntate offerentium, vt ſi offerat in eccleſia parochiali, ſed nullus tex. loquitur quando eſt dubium, vel quando pręſumptio eſt in contrarium, cum regulariter fideles offerant imagini pro ornamento, & erit maior ſatisfactio fidelium ſi Epiſcopus diſtribuat, quam ſi parochus omnes recipiat, maximè exuberantes multum.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta nouiter reperta ab Eccleſia, admittuntur poſt concluſum in cauſa, etiam data negligentia Eccleſiæ in perquirendo.*

QVAESTIO 231.

Inſtrumenta reperta poſt concluſum in cauſa, an poſſit Eccleſia producere data ipſius negligentia.

1 AN eccleſia poſſit producere inſtrumenta de nouo reperta, poſt concluſionem in cauſa, data negligentia ipſius eccleſiæ in perquirendis inſtrumentis. & dicendum quod ſic exemplo pupilli. Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. Fel. in c. cum dilectis verſ. 5. limita de fide inſtrum. Boer. conſ. 27. n. 19. vbi dicit differentiã eſſe inter eccleſiã, pupillos, & alias perſonas, quia etiam data negligentia admittantur. Item tenet Felin. in c. cum dilectis. de fid. inſtrument. n. 18. quod eſt notandum, nam etiam ſi inſtrumenta fuerint reperta de nouo, poſt concluſum in cauſa non poſſunt produci, niſi quando quis nullam negligentiam commiſerit in perquiſitione inſtrumentorum, tunc non data negligentia admittuntur inſtrumenta nouiter reperta, ſed in eccleſia admittuntur etiam data negligentia in perquirendis inſtrumentis, vt pulchrè per Felin. loco cit.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor ſingularis Eccleſiæ, an teneatur ſtare colono.*

2 *Succeſſor ſingularis fiſci tenetur ſtare colono.*

QVAESTIO 232.

De ſucceſſore ſingulari Eccleſiæ, an teneatur ſtare colono.

1 QVæritur, an ſucceſſor ſingularis eccleſiæ teneatur ſtare colono, & videtur quod non ex l. emptorem. C. de locar. nec eccleſia reperitur in hoc priuilegiata, ergo dicitur vti iure communi. c. 1. de feud. alien. Salic. in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. nu. 11. Alex. conſil. 182. vol. 5. In contrarium facit, quia valet argumentum de fiſco ad eccleſiam Abb. & alij in c. auditis. de præſcript. Bart. in l. à diuo pio. §. ſi emptor. nu. 3. ff. de re iud. Euerard. loco 26. In reg. 240. limit. 8. ſed ſingula-
2 ris ſucceſſor fiſci tenetur ſtare colono, ne fiſcus teneatur illi ad intereſſe. l. fin. ff. de iure fiſci, ergo idem in ſingulari ſucceſſore eccleſiæ. & ita tenet Bart. in l. cognoſcimus. C. de mancip. & colon. lib. 11. Tom. in l. ſi filiusfamilias. §. ſi cui in quinquennium. ff. ſolut. matrim. Duenn. in reg. 1. limit. 8. Et hæc eſt verior, & communis opinio. vide Gutier. lib. 2. q. canonic. c. 8. nu. 66. & ſeq. Velaſc. conſult. 40. qui idem tenent.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, an poſſit donare peculium profectitium Eccleſiæ.*

2 *Filiusfamilias, an poſſit donare peculium profectitium matri.*

3 *Filiusfamilias, an poſſit donare aduentitia Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 233.

De filiofamilias habente liberam adminiſtrationem peculij profectitij, an poſſit donare Eccleſiæ.

1 QVæritur, an filiusfamilias ſi habet liberam adminiſtrationem peculij profectitij, poſſit aliquid donare eccleſiæ, dicendum quod filiusfamilias, ſi habet liberam adminiſtrationem peculij profectitij, poteſt ex iuſta cauſa donare. l. filiusfamilias. ff. de donat. & ibi Gloſ. exemplificat, quando donat matri, & coniunctis perſonis, & quãdo donatur eccleſię donatur matri,

tri, quia ſicut mater carnalis generat nos ad hoc ſeculum, ita eccleſia generat nos ad ſecu-
3 lum futurũ, licet donetur Capellæ vnius monaſterij, vel eccleſiæ. arg. 24. q. 2. cap. loquitur item quia pia cauſa eſt ſalus animæ, videtur iuſta l. ſi ſponſus. §. conceſſa verſ. proinde. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ita ſingulariter cõcludit Paul. de Caſtr. conſ. 381. Primo videndum. vol. 1. Marcabr. conſ. 122. etiam in aduentitijs, quo ad proprietatẽ fauore piæ cauſæ, non obſtãte l. fin. §. filiusfamilias. C. de bonis quæ liberis. quia in d. §. prohibetur alienatio quæ ſapit prodigalitatem, non ex iuſta cauſa. Crauet. conſ. 39. num. 13. Idem reperi poſtea tenere Illuſtriſſimum Card. Tuſc. tom. 4. concluſ. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillus habens rem communem non prouocat diuiſionem niſi ſibi expediat, & cum decreto.*
2 *Eccleſia ſemper prouocat ad diuiſionem, & quæ ſit ratio inter pupillum & Eccleſiam.*

Q VAE S T I O 234.

De Eccleſia habente rem in communi, quod ſemper poteſt prouocare ad diuiſionem.

1 CLarum eſt, quod pupillus non poteſt alium prouocare ad diuiſionem niſi ſibi expediat, & cum decreto prætoris l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio. l. fin. ff. de iur. dot. ſed in eccleſia eſt aliud, quia ſiue expediat ſiue nõ, poteſt prouocare. Gl. eſt notabilis. in l. pupillorum. ff. de reb. eor. & in l. iubemus nulli.
2 C. de ſacroſ. eccl. in verb. diuidere. Ang. notabiliter in l. interdum. ff. qui potior. in pignore habeãt. vbi reddit rationem diuerſitatis, quia eccleſia habet impedimentum perpetuum, ex quo ſemper in eodẽ ſtatu eſt, ex quo quæratur quod ſemper cogeretur ſtare in communione quod videtur abſurdum. ſecus in pupillo, cum non habeat impedimentũ perpetuum, ſed tractu temporis mutatur eius conditio. poteſt tamen minor ſi nõ prouocare ad diuiſionẽ proprietatis, ſaltem ad diuiſionem poſſeſſionis, & fructuum. ff. famil. erciſc. l. Lutius & Titia d. l. iubemus nulli. ita Ang. loco citato.

S V M M A R I V M.

1 *Taciturnitas fauore Eccleſiæ inducit conſenſum, in præiudicialibus.*
2 *Taciturnitas Canonicorum Congregatorum, in Capitulo, inducit conſenſum præterquam in alienatione rei Eccleſiæ perpetua.*

Q V Æ S T I O 235.

De taciturnitate inducente conſenſum in præiudicialibus, fauore Eccleſiæ.

1 REgula eſt, quod taciturnitas in præiudicialibus, non inducit conſenſum. l. procurator. ff. rem ratam haberi cũ ſimilibus, quæ regula patitur multas exceptiones relatas per Fel. in c. nonne. de præſump. inter alias notabilis eſt illa, vt inducatur conſenſus fauore eccleſiæ, ſiue cultus diuini. vt per Abb. per tex. in c. ſi ſeruus diſt. 54. vbi habetur, quod ſi ſeruus ordinatur ſciente domino, & non contradicẽte, videtur conſentire. Facit etiam alia ratio, quod ſupradicta regula etiam fallit ratione coniunctionis ſanguinis, propter quam tacens habetur pro conſentiente, etiã in præiudicialibus. per l. ſi ſeruus communis. ff. de donat. inter vir. & vxor. & tradũt Abb. & Fel. vbi ſupra. Quæ ratio coniunctionis conſideratur in eccleſia, quæ eſt mater noſtra. c. qui abſtulerint. 12. q. 2. cap. alma mater. de ſent. excomm. in 6. Idem tenet Rom. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr. & conſ. 311. Bal. in auth. ſi ſeruus. C. de Epiſ. & Cler. ſiue in l. iubemus. §. ſeruos Eſt tamen ſingulariter limitanda ſupradicta concluſio, in alienatione rei eccleſiæ perpetua in qua requiritur expreſſus cõſenſus capituli, & non ſufficit quod collegiũ ſine capitulum congregetur, vt ſinguli conſentiant, vel diſſentiant, quia in alijs negocijs, ſi tacent ha-
2 bentur pro conſentientibus, nõ tamen in alienatione rei eccleſiæ perpetua. Archid. ſingulariter in c. ſacerdotes. 16. q. 3. in cap. ſine exceptione. 12. q. 2. Io. Andr. in reg. 15. qui tacet. de reg. iur. in 6. ſecus ſi alienatio eſſet tẽporalis, quia ſufficeret tacitus conſenſus ſecundum Gloſ. in c. continebatur. de his quæ fiunt à Prælatis, & in cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. pulchrè Fel. loco cit. num. 18. quæ ſunt notanda. Sed vide in quæſt. ſeq. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Pignus diſſoluitur fauore Eccleſiæ ex ſcientia, & taciturnitate creditoris.*
2 *Libertatis fauore, ſeruus pignori obligatus licitè à debitore manumittitur ſciente creditore.*

QVÆSTIO 236.

De taciturnitate, an inducat conſenſum fauore Eccleſiæ in diſſolutione pignoris.

1 CLari iuris eſt, quod ſi creditor paſſus eſt pignus diſtrahi ſciens & tacens, nõ videtur cõſentire diſſolutioni pignoris, quia ſciebat vbique pignus ſibi durare. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Secus ſi expreſsè conſenſerit. hoc tamen fallit fa-
2 uore libertatis, quia ſi ſeruus pignori obligatus à debitore, ſciente & tacente creditore, ſit manumiſſus tacitus præſumitur conſenſus. l. 1. & ibi Bar. ff. de remiſſ. pignor. idem Bar. in l. fi. eod. tit. ex quo ſequitur, quod ſi res pignori obligata, ſciente & tacente creditore fuerit in eccleſiam, vel aliam piam cauſam alienata, pignus ſimiliter intelligitur remiſſum, cum validum ſit argumentum de libertate ad eccleſiam, vel piam cauſam. Bar. in l. proximè. ff de his quæ in teſtam. delentur. Bal. in l. vnica. C. de comm. ſeru. manu. & in d. l. 1. ff. de remiſſ. pignor. Paul. de Caſtr. in l. eam quam. C. de fideicomm. Rom. conſ. 428. Socin. Sen. in l. 1. n. 5. ff. ſolut. matrim. & in l. Mutianæ. n. 2. ff. de condit. & demonſtr. & conſ. 116. n. 28. lib. 1. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 131. & de legibus connubialibus. Gl. 6. num. 163. Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 11. tit. 31. n. 40. Facit etiam, quod fauore fiſci præſumitur conſenſus in hac materia. l. ſi hypothecas. ff. de remiſſ. pign. Bart. in d. l. fin. & eccleſia vtitur priuilegijs fiſci. Euerard. latè in loco de fiſco ad eccleſiam, & poſt eum Tiraq. in tract. priuil. 143. & nos latius in q. probauimus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus debet abſolui ab Epiſcopo, etiam ſi non petat abſolutionem, quando imminet vtilitas Eccleſiæ ex abſolutione.*

QVÆSTIO 237.

De excommunicato abſoluendo pro vtilitate Eccleſiæ, etiam ſi non petat abſolutionem.

1 CLarum eſt, quod iudex non tenetur impartiri officium ſuum ad vtilitatẽ priuatam, niſi petatur. l. ad peremptorius. ff. de Iudæis. l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto. tamen debet illud impartiri, etiam ſi non petatur, quando imminet vtilitas eccleſiæ, & debet abſoluere excommunicatum, etiam ſi non petat. nempe ſi retardetur prouiſio eccleſiæ ſi eligentes eſſent excommunicati ad finem faciendi electionem. tex. eſt notab. vbi Abb. & alij in c. Apoſtolicæ. de except.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus poteſt eſſe reus voluntarius pro defenſione Eccleſiæ.*

2 *Nihil intolerabilius quam quod detur lupus loco paſtoris, diſſipator loco tutoris, homicida pro medico, tyrannus pro defenſore, inimicus pro aduocato.*

QVAESTIO 238.

De excommunicato, quod poſſit eſſe reus voluntarius, & ſe opponere pro defenſione Eccleſiæ.

1 CLarum eſt, quod excommunicatus poteſt ſe defendere in iudicio, permittitur enim ei ſtricta defenſio, ſed non poſſet reconuenire, quia poteſt eſſe reus neceſſarius, non voluntarius. c. cũ inter. de except. Sed difficilis eſt quæſtio, vtrum excommunicatus ſpecialiter non vocatus, poſſit excipere contra electũ, & ſe voluntario opponere pro defenſione eccleſię. Inn. in d. c. cum inter. tenet quod nõ. dicens excõmunicatum non poſſe excipere contra petentem confirmationẽ, ne defenſio trahatur ad impugnationem, & quia cũ ſit extra eccleſiã propter delictum ſuum, non intereſt ſua, nec poteſt excommunicationẽ vel aliud crimen obijcere. arg. c. vna tantum diſt. 55. & cum geſtet trabem in oculo, non poteſt feſtucam de oculo fratris eruere. c. infames. 3. q. 7. non obſtat inquit tex. l. in c. dilecti filij. de excep. in quo videtur contrarium probari, quia reſpondet, quod loquitur in reo neceſſario, vt colligitur ex littera, ibi, traxiſſet in cauſam. idẽ tenet Arch. in c. 1. ſuper verb. agentis. de except. in 6. vbi appellat Inn. patrem Canonum, & organum veritatis: cũ enim Hoſt. in d. c. dilecti filij dixiſſet, Inn. fuiſſe locutum de capite ſuo, dicit Arch. fateor, quia fuit pater & organũ veritatis. eandem opin. veriorem in puncto iuris dicit Fel. in d. c. dilecti filij. Contrariam opinionem in d. c. dilecti filij. tenet Hoſt. Abb. & alij, except. Card. qui declarat dupliciter primo dummodo ſint Clerici eiuſdem eccleſiæ, ſecundo dummodo electus inſtet pro confirmatione, quia tunc videtur excommunicatus prouocatus. ſed opinionẽ Hoſt. ſeruari

in

in curia, vt excommunicatus pro eccleſia ſua poſſit ſe opponere contra petentem cõfirmationem. tradit Spec. de actore. §. 1. verſ. item quod excommunicatus, & videtur ſequi Io. And. Fel. etiam dicit, quod opinionem Innoc. teneret ſine ſcrupulo, niſi Specul. diceret opinionem Hoſt. ſeruari de ſtylo curiæ, ſubdens nam huiuſmodi verbis multũ inhærent domini mei de Rota. hæc igitur opinio eſt tenenda, quæ ſecundum Hoſt. probatur etiã in d. c. dilecti filij, vbi Canonici prius ſe oppoſuerunt electo, & ſic erant voluntarij. adducit etiã caſum de trãſlato ad Epiſcopatum, cui per Canonicũ ad impediendam poſſeſſionem opponebatur crimen cum infamia, contra quã ipſe tranſlatus explicabat excommunicationem, & dicit Clem. totum diffiniſſe, quod replicatio non elidebat exceptionem, licet ille eſſet reus voluntarius. vnde concludit diſtinct. Innoc. inter neceſſarium & voluntarium, non eſſe admittendam. ſed Abb. in d. c. dilecti filij dicit poſſe illam ſaluari, vt dicatur reus neceſſarius non voluntarius, qui vult malum Prælatum
2 repellere. quid enim grauius intolerabilius, & periculoſius eſt, quam quæ detur lupus loco paſtoris, diſſipator loco tutoris, homicida pro medico, tyrannus pro defenſore, inimicus pro aduocato? certè nihil. c. nihil. c. ne pro defectu. de electi. c. multi diſtin. 40. tenenda eſt igitur opinio Hoſt. quam DD. magis communiter ſequuntur, & eſt in praxi recepta.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicus poteſt dare vocem in Capitulo per procuratorem, præterquam in electione.*

2 *Canonicus auctoritatis, an poſſit compelli ad dandã vocem in Capitulo per ſeipſum, & non per procuratorem.*

3 *Decurio relinquens Ciuitatem vt inhabitet rus, amittit illud.*

4 *Patriam deſerere, crudele, & impium eſt.*

5 *Homo communi bono genitus eſt.*

QVAESTIO 239.

Pro intereſſe Eccleſiæ, an poſſit Canonicus magnæ auctoritatis, & prudentiæ, compelli ad dandam vocem in Capitulo per ſeipſum, & non per procuratorem.

1 Communis eſt concluſio DD. quod Canonici poſſunt dare vocem in Capitulo per procuratorem, in omnibus negocijs peragendis, excepta electionẽ. c. quia propter. §. illud. de elect. vbi à contrario, id communiter DD. eliciunt. Sed pone quod in alijs negocijs extra electionem Canonicus magnæ au-
2 ctoritatis & prudentiæ, ad euitandas altercationes forte nolit intereſſe Capitulo, cum periculo alicuius damni eccleſiæ, an poſſit compelli vt det vocẽ per ſeipſum, & non per procuratorem. Et videtur quod non per Gl. in d. c. quia propter. & in verb. qui volunt, vbi in ſpecie dicit, quod ſi quis non vult intereſſe electioni, alij poſſunt procedere ſine illo. Cõtrarium tenet ibi Abb. vt pro intereſſe eccleſiæ poſſunt compelli qui nolunt venire, alias non, ad not. in c. 1. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli. facit tex. notab. in l. vnica. C. ſi
3 ſi curialis relicta Ciuitate rus habitare maluerit. lib. 2. vbi prohibetur decurioni cauta habitandi ruris vel prędij ruſtici, deſerere Ciuitatem, quod ſi fecerit amittit rus quod ſuæ
4 prætulit Ciuitati. eſt enim ingratus patriæ, & eccleſiæ, qui de eius damno non curat. pulchrè Luc. de Penn. in d. l. vnica. vbi n. 7. inquit nota quod impium eſt, patriam derelinquere ne opportunis conſilijs gubernetur, quod eſt cõtra plurimos, qui videntes Ciuitatem malè tractari, vt excuſentur ſi ſe nõ opponũt, adminiſtrationes officiorum exquirunt, languores ſimulant ſecedũt in villis, iſti enim Ciuitatem interimunt, exterminant, & ædificant ad gehennam, ſed væ his, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, & væ his qui puluinar conſuunt ſub omni cubito manus Ezechiel. 13. & Tull. quoniam omnia commoda præueniunt ex patria, nullum incommodum eſt graue pro patria putandum. 2. Rhetor. & Symmach. lib. epiſt. patriam alimentorum defectu laborantẽ, periculoſum eſt inhabitare crudele, & impiũ deſerere. & Sen. homo ſo-
5 ciale animal cõmuni bono genitus eſt, vt hæc & multa alia tradit Luc. de Penn. in d. l. vnica. quæ multo magis debent habere locum in eccleſia, quæ eſt principalior pars patriæ, & reip. & à qua Canonicus temporalia etiam percipit. quare opinio Abb. verior videtur, & cenſeo ſine peccato Canonicum auctoritatis à Capitulo abeſſe non poſſe, quoniam eccleſiæ intereſſe vertitur &c.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici tenentur Epiſcopo obedire, in pertinentibus ad ſtatum Clericalem.*

2 *Clericus poteſt ab Epiſcopo mitti ad Vrbem, & alia loca pro vtilitate Eccleſiæ.*

3 *Liuor ſolet eſſe inter Epiſcopum & Capitulum.*

4 *Clericus poteſt compelli ad acceptandum officia, & exequendum neceſſaria in Curia Eccleſiaſtica, ad ſuſcipiendum delegationem, aduocationem.*

5 *Clerici compelluntur ad recipiendum ordines non ſuis beneficijs annexos, pro neceſſitate, & vtilitate Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 240.

Pro Eccleſiæ negocijs poteſt Epiſcopus mittere Clericum, aut Canonicum ad Vrbem, vel alia loca, nec poteſt Clericus reluctari. & poteſt pro vtilitate Eccleſijs compelli Clericus, ad ſuſcipiendos ordines non ſuis beneficijs annexos &c.

1 NOn eſt dubium, quod in negocijs pertinentibus ad ſtatum Clericalē, tenentur Clerici obedire Epiſcopo, alias poſſent puniri.c.2. de maiorit. & obed. vt in concernentibus honeſtatem Clericorum, ſeruitium diuinum, & ſimilia. & etiam Clericus mortaliter peccaret non obediens præcepto Epiſcopi in re graui ſine rationabili cauſa, vt tradunt Syluest.in verb.obedientia.§.7. Ang.in d.verbo.n.9. Tolet.in inſtruct. Sacer.lib.8.c.21 Sed quod adrem noſtram pertinet, eſt ſummè notandum, quod pro negocijs cōmunibus Eccleſiæ poteſt Epiſcopus imperare, & mitte-
2 re quemcunque Clericum ad curiā, vel alium locum expedientē, nec poteſt Clericus ſic deputatus reluctari, idq; eſt de lege diœceſana. ita ſingulariter Inn. Abb.in c.dilectus.de off. ord. vbi quod Epiſcopus poſſet etiam mittere Monachum ſine conſenſu Abbatis, in concernentibus curā animarum, quoniam monaſterium habet populum quemadmodum & Clericum ſecularem, quod eſt ſingulariter notādum à Canonicis, nam ſolet eſſe liuor inter
3 Capitulum & Epiſcopū. c. ne pro defectu. de elect. & ex his poteſt inferri ad alia negocia vtilia Eccleſijs, vt ſi Clericus ſit idoneus, audiat confeſſionem, poteſt compellere ad ſuſcipiendam delegationem cauſarum.c.paſtoralis.de off.deleg & ad ſuſcipiendam aduocationem.ex c.1.de off.Iudicis. Item poteſt com-
4 pellere ad acceptandum officia neceſſaria pro tribunali, & etiam ad citandum, quod poteſt etiam Iudex delegans.c.paſtoralis. §.idē cum totum. de off. deleg. & ſic de ſimilibus quæ concernunt Eccleſiæ vtilitatem. Debet enim Clericus obedire ſuo Prælato, & tanquam dominum illum habere, alias poſſet puniri ſi negaret Epiſcopum dominum.c.grauem. de exceſſibus Prælatorum. debēt enim Clerici omnes Epiſcopo obedientiam. c.quæcunque 23. diſt. & ſi iurauerunt poſſunt puniri de periurio.c.ſi autē. 11.q.3. & multò magis ſunt puniendi ſi alios induxerint ad non obediēdum tanquam infideles.c.ſciendum.8.q.1. c.nulla diſtin.19. late Rebuff.conſ.195. debet tamen Epiſcopus clericos tanquam filios, non tanquam dominus ſecularis vt vaſſallos tractare. c.eſto ſubiectus.95.diſt. Ad prędictorum confirmationem facit tex. notab. in c.quæris.de ætat. & qualit. vbi habetur quod propter ne-
5 ceſſitatē vel vtilitatē eccleſiæ, cōpelli poſſunt Clerici recipere ordines non ſuis beneficijs annexos, & ſi Clerici ſe indignos propter occulta ſua peccata perceptione maiorum ordinū fatentur, inferiores Clerici illis præferantur, & beneficia illis auferantur, & alijs conferantur, niſi forte qui ordinari recuſant, in alijs ſeruitijs eccleſiæ fuerint vtiles. qui vero ſola voluntate recuſant maiores ordines ſuſcipere ſunt compellendi per amiſſionem locorum, & ſubtractionem beneficiorum: pulchrè Archid. in cap.1. diſtinct.74. & ex his clarè colligitur, quod vbi verſatur eccleſiæ vtilitas Clerici, & Canonici in omnibus tenentur obedire Epiſcopo.

NONVM CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Vendere rem propriam cogitur quis pro Eccleſia conſtruenda, vel amplianda.*

2 *Libertatis fauore cogitur ſocius vendere partē.*

3 *Cultus diuinus præfertur cuilibet publicæ vtilitati.*

4 *Aedificia priuata deſtruuntur pro conſtructione publici ædificij.*

5 *Domus priuati poteſt deſtrui pro decore Ciuitatis.*

6 *Ciuitas petit legata continentia decus & ornamentum Ciuitatis.*

7 *Principum reuerentia erga Eccleſias.*

QVAE-

QVAESTIO 241.

De Eccleſiæ fauore, quod pro ea conſtruenda, vel amplianda, cogitur quis vendere domum propriam.

1 COMMVNIS eſt DD. Concluſio, quod pro eccleſia
conſtruenda, vel amplianda,
religionis fauore cogi poſſit
quilibet ad vendendum domum
ſuam, ita tenet Bald.
Ang. in l. 1. ff. ſol. matrim. Florian. Aſſin. in l. ſi
quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſumpt. fun. Fel.
in c. omnes. diſtin. 1. Cæpoll. de ſeruitutib. vrb.
præd. c. 82. de ſepulchro. Affliĉt. in proœmio
conſtit. regni, q. 3. dicens, ita fuiſſe deciſum
Neap. in fauore monaſterij D. Hieronymi, &
multi alij, quos refert, ac teſtatur de communi
opin. Couar. lib. 3. variar. reſol. c. 14. nu. 7.
Quæ opinio videtur principaliter probari in
d. l. ſi quis ſepulchrum. vbi ſi habens ſepulchrum
non habeat viam ad illud, poteſt vicinus
à Iudice ſoluto pretio compelli vt iter
præſtet. facit etiam tex. in l. locum. ff. de vſufructu
in l. 2. §. ſi vſumfructum. de relig. &
ſumpt. funer. & in l. 2. in §. locum, quæ iura ad
idem tendunt, & text. in l. 1. C. de communi
2 ſeru. manumiſſ. vbi fauore libertatis compellitur
ſocius vendere partem ſuam, quam in
ſeruo habet. & ibi Bald. inquit arguendo de
libertate ad Eccleſiam, teſtatore iubente eccleſiam
conſtrui in loco communi, ſocius cogendus
eſt iuſto pretio partem vendere. ſequitur
Felin. in cap. 1. de Iudæis. Iaſ. in l. nec
emere. C. de iur. deliber. facit etiam text. in l.
ſi locus. §. cum via publica. ff. quemadmodum
ſeruitus amittatur. vbi ſi via publica fluminis
impetu vel ruina, amiſſa eſt, vicinus proximus
viam præſtare debet, & ſic propter vtilitatem
publicam compellitur quis vendere
domum ſuam. eſt itaque hæc communis opinio.
Contra hanc communem opinionem
inſurgit Couar. loco citato. dicens, eam nullo
modo probari, & proinde non eſſe recedendũ
à regula, quod nemo inuitus cogitur rem
propriam vendere, iuxta l. inuitum. C. de contrahen.
empt. l. nec emere. C. de iur. deliber. l.
inuitos. C. locati. & ad omnia ſupradicta iura
reſpondet. & præcipuè ad l. ſi quis ſepulchrũ,
quæ eſt fundamentum communis opin. dicit
procedere, cum neceſſitas publica exegerit,
etenim in d. l. ſi quis ſepulchrum. agitur de
re priuati omnino neceſſaria ad vſum ſepulchri,
nempe de itinere, ſine quo nullus eſſet
ſepulchri vſus, ex quo non licet inferri, nec
poteſt colligi, idem eſſe quo ad Eccleſiæ conſtructionem,
vel eius ampliorem ædificationem.
& licet à Iuriſconſulto, priuatus cogi
poſſet vendere iter vicino ad ſepulchrum neceſſarium,
ſi fuiſſet quæſitum ab eo, an habẽs
agrum poſſit cogi eum vendere ad ſepulchri
conſtructionem, vel amplificationem, certe
non, reſpondiſſet. proinde dicit Couar. non
ſufficere publicam vtilitatem, niſi contineat
etiam quandam neceſſitatem moraliter. inferẽs
poſſe principem compellere priuatum ad
vendendum domum propriam, pro conſtructione
cuiuſcunque eccleſiæ, aut monaſterij,
vel ampliationem, ſed quod inferior à Principe
non poſſit id facere, niſi eccleſia fuerit
neceſſaria moraliter ad ſacramentorum miniſtrationem,
nempe pro conſtructione, vel
ampliatione eccleſiæ cathedralis, vel parochialis,
ſed quo ad alias eccleſias, vel monaſteria
non ita neceſſaria, non poſſit ſine auctoritate
Principis. dicit tamen poſſe Iudicem
inferiorem id agere, pro quacunque eccleſia,
vbi nullum aut modicum detrimentum, ex
venditione priuato infertur. & hoc caſu poſſe
procedere priorem & cõmunem opinionem.
eſt igitur opin. Couar. contra eccleſias non
curatas, & monaſteria. Hanc Couar. opinionem
ſequitur Io. Franc. de Pont. in tractat. de
proreg. in tit. de abundant. Ciuit. §. 4. nu. 18.
ſed contra Couar. tenet Vinc. de Franch. deciſ.
223. vbi dicit, in Neap. conſilio non fuiſſe
admiſſam eius opinionem. idem tenet Carolus
Tapia in pragmatica de monialibus.
Molin. de primog. lib..... c. ..... Quæ opinio
contra Couar. eſt verior. pro qua primo facit,
quod fabrica & ornamenta eccleſiæ, pertinẽt
ad cultum diuinum. c. fin. de teſtament. cultus
autem Dei præfertur cuilibet publicæ vtilitati
temporali, ſiue matrimonij ſiue obſeruationis
vltimæ voluntatis, vt in §. ſed & hoc
præſenti. in auth. de ſanctiſs. Epiſc. l. ſanci-
3 mus. C. de ſacroſ. eccleſ. tanto magis præferri
debet vtilitati priuati ſoluto pretio. eſt enim
vera regula, quod vtilitas publica præfertur
priuatæ. auth. res quæ. C. communia de legat.
in fin. tanto fortius vtilitas ſuprema publica
cultus Dei, quæ præfertur vtilitati publicæ
temporali. auth. multo magis. C. de ſacro.
eccl. Item alienari prohibita, poſſunt alienari
in piam cauſam, vt tradit Ang. in l. quidam
ita teſtamento. §. fin. ff. ad trebell. Tiraq.
de priuil. piæ cauſæ priuil. 102. Idem facit,
quod

4 quod pro conſtructione publici ædificij priuata ædificia dirui poſſunt. l. præſcriptio. l. omnes. C. de operib. publ. multo magis id fieri debet pro conſtructione domus Dei, in qua ei cultus diuinus exhibetur. Præterea facit, quod ſi publicè interſit ciuitates ornari domibus, & palatijs. l. cætera. ff. de legat. 1. l. ſenatus. ff. de contrahen. empt. l. ſi quis. C. de ædific. priuat. & poteſt qui palatium conſtruit, cogere vicinos ad vendendum domunculas
5 cohærentes, ſicut poteſt officialis domũ priuati deſtruere pro decore Ciuitatis, vt tradit Paris de Put. in tract. de ſyndicat. §. Iudicis ſuprema poteſtas. Rom. ſing. 710. Rip. in rubr. de damno infecto. ſed conſtructio eccleſiarum eſt magnum ornamentum Ciuitatis, ſiue maximum pro decore Ciuitatis, & ſalute animarum: ergo multo magis id fieri debet. minor probatur per Bart. in l. ciuitatibus. ff. de legat.
6 1. vbi habetur, quod Ciuitas poteſt petere, quod legatur in honorem vel ornatum Ciuitatis. & ibi infert Bart. quod relictum pro conſtruenda, fulcienda, vel ornanda eccleſia iam constructa, pertinet ad ornatum, & vtilitatem Ciuitatis, vt l. 1. §. ius publicum. ff. de iuſtit. & iur. l. Titia. §. fin. ff. de auro, & arg. leg. ita quod ſi relinquatur eccleſiæ Fratrum Minorum, qui ſunt incapaces, poteſt Ciuitas illud petere. Inſuper facit, quod conſtructio eccleſiæ eſt adeo fauorabilis, quod eccleſia in præiudicium Epiſcoporum, ad quos pertinet ordinatio omnium eccleſiarum ſuæ diœceſis. cap. omnes baſilicæ. 16. q. 7. cap. ad hæc. de relig. domib. laicis incapacibus ſpiritualium, & ſpiritualiter annexorum. cap. quanto. de iudicijs. conceſſerit iuspatronatus in eccleſijs, ea ratione vt ad ædificationem eccleſiarum inducantur propter publicum fauorem cultus diuini. c. 3. vbi DD. de iure patron. multo minus erit compellere ad vendendum rem temporalem pro conſtructione eccleſiæ. item tan-
7 ta eſt reuerentia principum erga omnes eccleſias, ſiue parochiales, ſiue nõ parochiales, vt non obſtante aliqua vtilitate reipub. & priuatorum, illis honorẽ & reuerentiã exhibeãt, dum immunitate gaudere volunt delinquentes qui ad eos confugiunt, vt in tit. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt, non obſtante quod publicè interſit delicta puniri, & ſatisfieri priuatis. idque principes ſtatuerunt vltra eccleſiæ ordinationem, quinimmo dicta immunitas extenditur ad multos paſſus etiam extra eccleſiam, ad locum non eccleſiaſticum. cap. ſicut antiquitas. cap. quiſquis. 17. q. 4. Itaque

conſiderato cultu diuino, qui conſiſtit in conſtruenda, & amplificanda quauis eccleſia, verior eſt communis opinio cõtra Couar. Præterea iura ſupra allegata per communem opinionem fundantur principaliter fauore religionis, quæ poteſt conſiderari etiam in conſtruendo, vel amplificando ſepulchro. ergo idem ius. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum ſimilibus. Facit quod notat Bald. in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. dum quærit, ſi ſapientes ex forma ſtatuti nihil poſſunt ſtatuere ſine conſilio populi, niſi id principaliter pertineat ad vtilitatem publicam, & ordinent quod fiat caſtrum in certo loco, an requiratur conſilium populi. & refert Iacob. Butr. dicere quod ſic, quia licet fieri caſtrum pertineat principaliter ad vtilitatem publicam, tamen quod tali loco non. ſed Bald. tenet contrarium, quia locus venit in conſequentiam principalis. l. Callimachus. ff. de verb. obligat. Verum dato & non cõceſſo, quod iura, vt conſiderat Couar. contineant aliquam neceſſitatem, vt iter ad ſepulchrum, non eſt tanta neceſſitas, quin dominus alibi potuiſſet ſibi facere ſepulchrum ſine incommodo & coactione vicini. inſuper maior conſideratio fit in eccleſia quam in ſepulchro, in quo non ita exhibetur Deo cultus diuinus, ſed dicitur locus religioſus de iure ciuili propter corpus illatum, non de iure canonico ſine Epiſcopi auctoritate, ſicut in eccleſia exhibetur cultus Deo, offertur ſacrificium tremendum immaculati agni, pro peccatis viuorum, & mortuorum. Vtilitatem eccleſiæ refert S. Thom. 2. 2. q. 84. art. 3. in illa quæſt. an adoratio Dei requirat determinationem loci, & reſpondet, quod locus non eligitur propter Deum, ſed propter ipſos adorantes. primo propter loci conſecrationem, ex quo ſpiritualem deuotionem concipiunt adorantes, vt exaudiantur, ſicut patet ex adoratione Salom. 3. Reg. cap. 8. ſecundo propter ſacra myſteria, & alia ſanctitatis ſigna continentur. tertio propter concurſum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis, ſecundum illud Matth. 18. *Vbi ſunt duo, vel tres congregati, ibi ſum ego in medio eorum.* Eccleſiæ etiam propter vtilitatem, & ad conſeruandam deuotionem concedit oratoria in priuatis domibus, in quibus poſſit celebrari miſſa. vt in cap. ſi quis etiam. de conſecrat. diſtinct. 1. & dicit Chryſoſt. de agro in quo eſt capella, poſſe de eo dici, vt dixit Iſac Iacob filio ſuo: *Ecce odor filij mei, ſicut agri pleni*, cui bene-

dixit

dixit Deus, atque hortatur dominos poſſeſ-
ſionum ad ædificandum in illis capellas, qui
cultus Dei ſupereminet omnibus vtilitatibus
temporalibus, publicis & priuatis, vt dictum
eſt. l.ſancimus.C.de ſacroſ.eccleſ. & Domini
eſt terra & plenitudo eius. Præterea ædificare
eccleſiam eſt magnum opus, vnde Apoſtoli
dicebant Chriſto de Centurione qui ædifica-
uerat ſynagogas, vt illi gratiam faceret. qua
de re non debet tantum opus impediri ſine
aliquo damno vicini, vt ita dicam. cum ei ſol-
uatur iuſtum pretium. Amplia ſupradictam
communem opinionem, non ſolum in am-
pliatione & conſtructione eccleſiæ, ſed etiam
pro conſtruenda domo prope eccleſiam, in
qua habitet Clericus qui debet eccleſiæ in-
ſeruire, vt poſſit quis compelli ad vendēdum
domum ſuam, ita Paul.de Cittadin.de iure
part.1.q.3.num.174. Surd.pulchrè conſ. 62.
vol. 1. Amplia ſecundo, non ſolum pro am-
pliatione eccleſiæ, ſed etiam pro atrio ante
eccleſiam conſtruendo, cum atrium dicatur
pars eccleſiæ, & ſine eo eſſe non debeat. c. ſi
quis in atrio. 17.q.4.arg.l.quæ de tota.ff.de
rei vendic. & ita fuit Neap. iudicatum, vt tra-
dit Carol.Tapia loco citato. Amplia etiam
pro clauſtro, & domibus regularium erigen-
dis. Cæpol.in tract.de ſeruitut. in rubr. de
ſepulchro cap.82.nu.5. Guliel.in cap.Rainu-
tius, in verb.domum.nu.27.de teſtam. Limi-
ta quando ampliatio petitur ad complacen-
dum alijs, non pro cultu diuino, tum non de-
bet quis compelli ad vendendum. Guidopap.
deciſ.411.Vinc.de Franch.d.deciſ.223.quod
non videtur procedere in dubio. & Bald. in l.
altius. C.de ſeruitut. Cæpol.loco cit.in rubr.
de feneſtris.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix non debet habitare prope eccleſiam.*
2 *Meretrix eſt expellenda etiam à domo pro-
pria, ſi eſt prope eccleſiam.*

QVÆSTIO 242.

De Eccleſiæ fauore, quod meretrix ſit
expellenda de eius vicinia, & à do-
mo propria.

1 DIcit Lucas de Penn.in l. ſi qua in publi-
cis.C.de ſpectaculis & ſcenicis.lib.11.
quod meretrix debet expelli à bona vicinia,
per tex.in l.non aliter. ff.de vſu & habitatio-
ne. DD.in l.nullus.C.de ſumm.Trinit. & fide
Cathol. Andr. noſter de Iſer & Afflict.in con-
ſtit.regn.lib.2.rubr.42.Vinc.de Franch.deciſ.
316. Ant.Gaſp.q.forenſ.lib.1.q.33. poſt Pe-
quer. quem allegat deciſ. crim. cap. 12. Sed
id non procedit quando eſt propria domus
meretricis, in qua erat nata, & primo non erat
meretrix publica, ſed paulatim effecta eſt, &
fuit deciſum in Senatu Pedemontano nō ob-
ſtante tex.in l.non aliter. qui loquitur de do-
mo relicta mulieri ad habitandum & fruen-
dum, non de domo propria, per tex. in d. l. ſi
qua in publicis. & ibi Io. de Platea. Sed me-
2 retrix expellenda eſt à domo propria, ſi mo-
ratur prope eccleſiam, vel moniales. Ioan.de
Platea in d.l. ſi qua in publicis. C. de ſpecta-
culis, & ſcenicis. Gl. in conſtit. Regni Siciliæ.
tit. 86. de quo nullo modo eſt dubitandum,
quia vt in quæſt. particulari probauimus, nec
honeſtæ perſonæ poſſunt in altum extollere
domos ſi aſpiciantur moniales, contra l. al-
tius. C.de ſeruitutib.& omnia quæ aduerſan-
tur reuerentiæ eccleſiarum prohiberi debēt.
cap.de certo.de immun.eccl. in 6. ſic & mal-
learores, & ſimiles. DD. in rubr. ff.ſolut. ma-
trim. multo magis meretrices expelli debent
ob ſcandalum.

SVMMARIVM.

1 *Altius extollere domum non licet, ex qua
videantur moniales in clauſtra.*
2 *Altius extollere domum, ad æmulationem
dicitur, quando naſcitur verecūdia aliorum.*
3 *Vicinus poteſt cogi ab Eccleſia monialium ad
vendendum ſibi ſeruitutem altius non tollen-
di, etiam via publica intermedia.*
4 *Parietes Oſtracorum vicinorum debent ex-
tolli, vt non poſſint videri moniales.*

QVAESTIO 243.

De Eccleſiæ fauore, quod vicinus non
poteſt extollere domum ſuam ſi ha-
beat proſpectum ad monaſterium
monialium, nec facere feneſtras, ſed
debent claudi.

1 QVæſtio eſt practicabilis, an liceat extol-
lere domum, & facere feneſtras ex
quibus habeatur proſpectus ad mo
niales exiſtentes in clauſtro. & videtur quod
vnicuique liceat extollere domum ſuam vſ-
2 que ad coelum, & feneſtras facere, quamuis
ex

ex hoc damnum vicino inferatur. l. altius. C. de ſeruitut. & in ſpecie dicit ibi Bald. quod licet mihi facere feneſtram in pariete domus meæ, quam habeo iuxta hortũ alicuius puellæ, vel monaſterium religioſorum, quando tantum id facio ad vtilitatem meam, non ad æmulationem, aut inhoneſtam conſiderationem, quia tunc non poſſet. idem dicit Bald. & Cæpol. de monaſterio religioſarum, & monialium, dummodo non faciam ad æmulationem, vel inhoneſtatem, ita tradit in tract. de ſeruit. in tit. de feneſtr. Dicitur autem fieri ad æmulationem, quando faciens feneſtram nullam vtilitatem conſequeretur, quia poſſet aliunde lumen habere, & feneſtras commodè in alia parte domus facere, ſine ſua & aliorum læſione, vt per Bald. & Cæpol. vbi ſupra. dicentes, quod in dubio non dicitur quis facere ad æmulationem. In contrarium facit, quod ad æmulationem dicitur fieri, quando fit cum verecundia alterius, vt ſingulariter dicit Bart. in l. opus. ff. de operibus publ. Eſt autem verecundia monialibus, ſi non ſint ſeparatæ à proſpectibus publicis, à quibus omninò debent eſſe remotæ vt liberius Deo valeant inſeruire, & laſciuiendi opportunitate ſublata eidem corde & corpore, cum omni ſanctimonia diligenter famulentur, vt habetur in c. 1. de ſtatu regular. in 6. Dicitur etiam verecundia, pudor, vel timor, propter quem à licitis ceſſatur, vt in proprijs terminis declarat Dominicus in d. cap. 1. pulchrè Berous conſ. 135. vol. 3. vbi dicit, non ſine myſterio Baldum fuiſſe loquutum de puella, & religioſis maſculis, non autem de monialibus, quoniam non eſt verecundia, nec pudor, ſi videatur puella, vel religioſi maſculi, & Cæpol. loquẽs etiam de monialibus, non conſiderauit ſenſum d. cap. 1. & mens eius fuit loqui in terminis Bal. & aliorum, quos ipſe allegat, quod loquũtur de religioſis maſculis. Et ex his patet reſolutio quæſtionis, non licere murũ eleuare, & feneſtras facere, habẽtes proſpectum ad moniales exiſtentes in clauſtris, alias dicta ædificia poſſunt deſtrui. arg. l. ſi cui. C. de ædific. priuat. pulchrè Bero. loco cit. & hæc opinio eſt vſu recepta in regno Neap. ex conſtitutione etiam particulari, vt tradit Vinc. de
3 Franch. deciſ. 224. vbi quod vicinus poteſt cogi ab eccleſia ad vendendum ſeruitutem altius non tollendi, etiam via publica intermedia, poſt Ant. Padill. in d. l. altius. Nam ſi poteſt compelli ad vendendum domum. l. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſumpt. fun.
4 tanto magis ſeruitutem. & parietes aſtracorum debent extolli ita vt non poſſint videri moniales, & feneſtræ debent claudi, & hanc eſſe communem opinionem in d. l. altius. tradit Carol. Tap. in Pragmatica de monialib. vbi quod hæc communis opinio eſt vſu recepta. idem Grammat. deciſ. 75.

S V M M A R I V M.

1 *Alternatiua & copula, regulariter ponuntur inter diuerſa.*
2 *Diaconiſſæ quæ fuerint.*
3 *Clericus acquirit ſibi, non eccleſiæ, quare & teſtari poteſt. Monachus contra.*
4 *Clericus ſecularis quando excludat ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis &c.*
5 *Epiſcopus regularis acquirit Eccleſiæ, ſecularis vero non, niſi ſe ſuaq. dicaret Eccleſiæ.*

Q V Æ S T I O 244.

De Eccleſia ſeculari, an faciat deficere conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, & præſertim Cathedralis, ſiue Epiſcopatus.

1 QVæritur notabiliter, an eccleſia ſecularis excludat ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, quemadmodum monaſteriũ, vt in §. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſs. Epiſc. cap. in præſentia. de probat. vt ſi filius hæres efficiatur clericus, ſunt opiniones. Ant. de Butr. in d. cap. præſentia. tenet pro Clerico, quem ſequuntur Imo. Anchar. Fel. Dec. Glo. in auth. niſi rogati. & ibi Petr. & Cyn. C. ad trebel. Capra. conſil. 20. 1. 12. Dec. conſ. 459. viſis his ante numerum ſextum. Carol. Ruin. latiſſimè conſil. 153. circa caſum. per totum. lib. 3. Ant. Rub. Alex. conſ. 147. viſo inſtrumento. nu. 15. Bero. conſ. 73. lib. 2. nu. 10. Duran. de arte teſt. tit. de ſubſtitut. caut. caut. 18. nu. 5. Put. deciſ. 55. in vna Romana. Sfortia Oddo de compendio ſubſtitut. par. 6. art. vlt. tit. an legitimi tantum. Menoch. de præſumpt. 2. part. lib. 4. præſumpt. 83. nu. 61. Ioſeph. de Medicis in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. lib. 5.
1 cap. 2. n. 15. qui alios allegat. Et hanc opinionem communem teſtatur Dec. in d. c. in præſentia. Alex. 33. in tractat. ſubſtitutionum in 4. part. cap. 7. num. 11. verſ. hæc concluſio. Pro qua opinione facit tex. in d. §. ſed & hoc præſenti. ibi, monaſteria ingrediatur, aut Cle-

rici fiant, & ibi Clerici, aut Diaconiſſæ, & clarum eſt alternatiuam, & copulam poni regulariter inter diuerſa, iuxta vul. in rubr. C. de iur. & fact. ignorantia. Præterea in Clericis tex. requirit perſeuerantiam, & diſpoſitionem in pios vſus, ſed in monacho diſponitur quod etiam ſi extat, bona remaneant apud eccleſiam. ergo loquitur ſeparatim de Clericis ſe-
2 cularibus. Idem conſiderat Oddo, quod Diaconiſſæ non in monaſterio, ſed in altari deſeruiebant, exercebantq. officium Diaconorum, qui non ſunt regulares. Contrariam opinionem tenet Abb. in d. cap. in præſentia. nu. 43. vbi intelligit tex. in d. §. ſed & hoc præſenti. in illo qui ingreditur monaſterium, vt ibi fiat monachus, & clericus, & in monaſterio perpetuo maneat. fruſtra enim determinarent, vt perpe tuo permaneret in eccleſia, ſi efficeretur Clericus ſecularis. idem tenet Bald. in d. auth. niſi rogati. n. 11. Boer. deciſ. 354. Quid dicendum. Prima facie opinio Abb. videtur
3 verior. pro qua facit, quod Clericus ſecularis acquirit ſibi, non eccleſiæ, & poteſt de patrimonio teſtari. c. 1. & 2. de peculio Clericorū. vnde non poſſet dici eccleſiam ſuccedere, ſed Clericus, & Imperator contēplatus fuit principaliter eccleſiæ fauorem. nihilominus non
4 eſt tutum recedere à cōmuni opinione, quam tamen DD. intelligunt procedere tribus concurrentibus. Primo vt procedat in Clerico conſtituto in ſacris, de quo non eſt ſpes ſuſcipiendi liberos ex legitimo matrimonio. Secundo, quod bona fideicommiſſo ſubiecta, illi eccleſiæ acquirantur, & Clericus viuens diſpenſet illa in ipſius eccleſiæ vtilitatem, vt in d. §. ſed & præſenti. Tertio vt Clericus non in domo paterna, ſed in ædibus eccleſiæ continuo habitet. ita Ruin. Capra. Bero. Menoch. Dec. Fel. in d. c. in præſentia. Oddo. & alij ſupracitati. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. nu. 22. Dicit enim Fel. loco citato non poſſe reddi rationem diuerſitatis, cum non idem fauor tribui debeat vitæ Clericali, qui conceditur Monachali, quando ipſa Clericalis futura ſit perpetua. difficultas eſt cognoſcere caſum applicabilem, cum in Clericorum ſecularium poteſtate ſit diſpenſare, & non diſpenſare in vtilitatem eccleſiæ ad ſui arbitrium. quare ſupradicta communis concluſio intelligenda eſt in conſtituto in ſacris, qui ſe, & ſua dedicauit eccleſiæ ſeculari, perpetuo & continuo in domibus eccleſiæ habitauit donec vixit. ita Ber. Capra. Mant. locis
5 citatis. Idem abſque dubio poteſt intelligi de Epiſcopo regulari, quicquid acquirit, acquirit eccleſiæ. cap. vnico. 18. q. 1. propter votum paupertatis. & clarum eſt, quod Epiſcopus commoratur in domibus eccleſiæ. c. hoſpitio. diſtinct. 41. in Epiſcopo ſeculari non videtur procedere, niſi ſe, & ſua dicauerit eccleſiæ ſecundum prædictos. Sed verius mihi videtur, quod quilibet Epiſcopus gaudeat dicto priuilegio, cum teneatur neceſſario reſidere in eccleſia, & matrimonium ſpirituale cum ea contraxerit. c. 2. de tranſlat. prælat. & diſſolui non poteſt ſine licentia PP. Idē videtur dicendum in curato, dummodo bona apud eccleſiam remaneant. eſt enim cura animarum adeo fauorabilis, quod ad eam regularis aſſumitur. cap. quod Dei timorem. de ſtatu monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta pluribus ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerint, itaut poſt mortem eorum conſtruatur eccleſia, an debeat expectari mors omnium.*
2 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta pluribus ſi ſine liberis deceſſerint, habet locum in perſona vniuſcuiuſque vt conditio verificetur.*
3 *Eccleſiam B. Mariæ ſi teſtator conſtrui mandat, quilibet hæres poteſt compelli inſolidum.*

QVAESTIO 245.

De ſubſtitutione fideicommiſſaria facta ſimpliciter pluribus, ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, itaut poſt mortem conſtruatur eccleſia, an debeat expectari mors omnium.

1 QVæſtio eſt practicabilis, ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit facta ſimpliciter pluribus, ſi ſine liberis deceſſerint, & in caſu deficientiæ liberorum, teſtator iuſſit eccleſiam conſtrui, vel altare, an ſit expectanda mors omnium vt conſtruatur eccleſia, vel in morte cuiuſcumque erit locus ſubſtitutioni, & incipiet ſaltem conſtrui eccleſia. Pro reſolutione notandum communem opinionem eſſe, quod ſi ſimpliciter pluribus facta ſit fideicommiſſaria ſubſtitutio ſub conditione,
2 ſi ſine liberis deceſſerit, in cuiuſcunque perſona conditio extiterit, ſubſtitutio locum habebit. hæc eſt doctrina Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. quæ eſt communiter rece-

recepta, vt ibi teſtatur Rip. & ferè omnes Doctores ita concludunt, vt poſt Ber. conſ. 119. lib. 2. teſtatur etiam Card. Mant. 245. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 5. num. 17. quæ concluſio recipit aliquas limitationes, inter quas ponunt illam, quod ſubſtitutus admittatur ad portionem deficientis, niſi teſtator iuſſerit conſtrui eccleſiam, vel altare, ſi filij hæredes inſtituti ſine liberis deceſſerint, vt non debeat conſtrui antequam in omnium perſonis conditio impleatur. ita Calder. conſ. 4. & conſil. 42. de teſtam. Rip. in d. §. cum ita. nu. 137. ſed Soc. vtitur alia ratione, quia quando liberi ſunt inſtituti, vt loquuntur Rip. & Alciat. res eſt indubitata, ex alia limitatione illius regulæ, quia ſupereſt perſona, quæ ex veriſimili mente excludit ſubſtitutum, iuxta communem in dict. §. cum ita, vt ibi teſtatur idem Rip. ſed Soc. idem ſentit, ſi extranei fuerunt inſtituti, quia non aliter videtur voluiſſe teſtator illud opus, quod eſt indiuiduum, iuxta l. in executione. §. ſecunda ſpecies. ff. de verb. oblig. conſtrui debere, quam ſi omnes ſine liberis deceſſerint, & omnium partes vacauerint. quem ſequitur Card. Mant. loco cit. dicens idem ſenſiſſe Calder. qui non loquitur de liberis. Ego vero de prędictis valde dubito. cum enim clarum ſit, quod eccleſia cōſtruenda poteſt inſtitui hæres, & ei legari poteſt, quamuis adhuc non ſit in rerum natura, vt clarè patet in cap. nos quidem. de teſtam. & eſt tex. etiam in l. ſeruos. ff. de aliment. & cibar. legat. & ibi tradit Bart. non video rationem diuerſitatis inter ipſam & priuatum, qui ſuccedit exiſtente conditione in morte cuiuſcunque. ergo idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquil. cum ſimilibus. Præterea habemus aliam regulam, quod legata ad conſtructionem eccleſiæ, vel ad alios pios vſus, ſi non poſſunt adimpleri, vt quia quantitas relicta non eſt ſufficiens, conuertuntur in alios pios vſus auctoritate Epiſcopi, vt voluntas teſtatoris adimpleatur eo modo quo poteſt. d. cap. nos quidem. de teſtam. cum ibi notatis. & in clemen. quia contingit. de relig. domib. quare videtur dicendum, quod ſi pars decedentis ſine liberis ſufficit pro conſtructione eccleſiæ ſumus in claris, ſi vero non ſufficit debet voluntas teſtatoris, qui fecit legatum intuitu Dei & Sanctorum, adimpleri conſtruendo eccleſiam minorem, vel alio modo, & non debet expectari mors omnium ſine liberis, quæ conditio fortè nunquam verificabitur, cum detrimento piæ volūtatis teſtatoris. Prętereà non poteſt negari, quod pars decedentis poterit conſeruari pro fabrica eccleſiæ futura, quemadmodum debet Epiſcopus portionem debitam eccleſiæ pro fabrica conſeruare, quando eccleſia ea non indiget, vt in capit. conceſſo. & cap. quatuor. 12. q. 2. Item, in rebus eccleſiæ & negocijs, non proceditur cum iuris ciuilis ſubtilitate, ſed quadam æquitate naturali. cap. 1. de dolo & contumac. videmus enim, quod ſi teſtator leget eccleſiæ, quæ non reperitur, adhuc legatum valet. §. ſi quis in nomine. & §. ſi quis vnum, in auth. de eccleſia. tit. item legata caduca ad pias cauſas debentur, vt per Imo. Abb. & omnes d. cap. nos quidem. Cum igitur ratio diuerſitatis reddi non poſſit inter eccleſiam & priuatum, imò maior ratio militet in eccleſia, non videtur procedere ſupradicta concluſio Doctorum. Non obſtat tex. in l. in executione. §. ſecunda ſpecies. vbi habetur, quod ſtipulatio damni eſt diuidua quo ad obligationem, petitionem, & ſolutionem, ſed obligatio faciendi opus, quia ex quo ſcindi non poteſt opus, teneantur omnes hæredes in ſolidum, quia illud eſt in fauorem operis, vt quilibet hæres teneatur in ſolidum, & repetat partem ab hæredibus. ergo non debet in odium retorqueri, vt ſi Epiſcopus executor piarum diſpoſitionum contentus ſit exigere partem decedentis ſine liberis pro adimplenda voluntate defuncti, id non poſſit. l. quodfauore. ff. de legib. & hæc opinio videtur mihi verior. Hic obiter notandum poſt Iaſ. in d. §. ſecunda ſpecies, quod ſi teſtator mandat conſtrui ca-
3 pellam in nomine B. Mariæ, quilibet hæredum poteſt in ſolidum compelli ad conſtruendam, quia vt dicit text. operis effectus in partes ſcindi non poteſt, cum pars operis ſine alia parte non afferat totam vtilitatem reſpectu ipſius partis, quantam reſpectu totius.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia conſtruenda donari non poteſt, ſed legari, & quæ ſit ratio.*

2 *Eccleſiæ conſtruendæ donari poteſt, ſi fiat donatio alij, qui promittat Eccleſiæ reſtituere.*

3 *Eccleſia conſtruendæ donari poteſt, ſi Notarius ſtipuletur pro ea.*

QVAESTIO 246.

Eccleſiæ conſtruendæ donari non poſſe, & quomodo id procedat.

Eccleſiæ

1 ECcleſiæ conſtruendæ donari non poteſt.
tex.eſt c.Abbate ſane. de re iudic. in 6.
ſed poteſt illi legari,vnde poſſet teſtator man-
dare eccleſiam conſtrui,ac illi legare. cap. nos
quidem.de teſtam.l.ſeruos. ff.de alimen.& ci-
bar.legat.& ibi Bart.reddit rationem diuerſi-
tatis, dicens non poſſe donari, quia donatio
eſt contractus,qui requirit perſonam veram,
vel fictam, cum qua contrahatur,& cum qua
quis loquatur,non ſic in legato.vnde dicit ibi
Bart.quod eccleſia conſtruenda poteſt inſtitui
ſicut poſthumus alienus, vt l.Gallus.§.ille ca-
ſus.ff. de liber.& poſth. Sunt tamen notandæ
2 duæ limitationes ad d.regulam,quod eccleſię
conſtruendæ donari non poteſt. prima ſi fie-
ret donatio alijs, qui promitterent reſtituere
eccleſiæ ædificandæ, quia tunc adeſſet perſo-
na cum qua contrahitur. ita Bart. in d. l. ſer-
3 uos. ſecundo limitatur vt ſufficiat ſtipulatio
notarij pro eccleſia conſtruenda,ita ſingulari-
ter tradit Ber. poſt alios quos allegat, conſil.
21.vol.2.vbi late de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Legatum Eccleſiæ conſtruendæ,debetur cum fructibus medij temporis.*

2 *Eccleſiæ conſtruendæ bona relicta, poſſunt per executores a quolibet poſſeſſore aduocari.*

QVAESTIO 247.

De legato facto Eccleſiæ conſtruendæ, an debeatur cum fructibus medij temporis.

1 QVæſtio eſt notabilis,an legatum factum
Eccleſiæ conſtruendæ, debeat tradi
cum fructibus medij temporis,ſi ec-
cleſia ſit constructa,nempe poſt 6. vel 10.an-
nos. & breuiter dicendum quod ſic.per tex.in
l.ſi ita relictum. §. pegaſus. ff. de legar.2. vbi
dicitur, quod ſi relinquitur prædiũ in certum
diem,puta poſt 10.annos, vel cum legatarius
erit pubes, debetur prædium cum fructibus
medij temporis, ſi dies fuit appoſita fauore
legatarij, non hæredis. ſed in caſu eccleſiæ
conſtruendæ apponitur dies fauore eccleſiæ,
quia ſi fuiſſet constructa tempore teſtamenti,
teſtator reliquiſſet de præſenti, non in diem.
facit tex.in cap.nos quidem.de teſt.vbi debe-
tur relictum eccleſiæ conſtruendæ ſine dimi-
nutione. ita tradit Card.Zabar. & Abb. in d.
cap. nos quidem.poſt conſ. Bart. & Franciſci,
quos allegat,ſed non exprimit numerum con-
ſiliorum. Notandum eſt ſecundum Ang. in
2 conſ.129.incip. bona dicti teſtatoris, quod ſi
eſt factum legatum omnium bonorum hoſpi-
tali conſtruendo,poſſunt executores, ſi bona
relicta ab alijs detinentur, intentatis actioni-
bus competentibus, aduocare à quolibet poſ-
ſeſſore, iuxta l. ſi quis ad declinandum. & l.
nulli. C.de Epiſcop. & Cler.& l.ſi quis ſepul-
chrum.§.funeris.ff.de relig.& ſumpt.fun. cum
alijs. poſtea reperi D.Stephanum Gratianum
nonnulla vtilia ſcribentem de legato facto ec
cleſiæ conſtruendæ, diſcept. forenſ.tom.2. c.
358.ad quem te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Domini terrarum, an poſſint compellere ad molendum in ſuo molendino tantum, vel coquendum panem in ſuo furno, in præiudicium habentium molendina, & furnos, pro cauſa reparationis Eccleſiæ.*

2 *Subditi poſſunt compelli ad molendum in molendino domini, vel coquendum panem in eius furno, pro publica vtilitate.*

3 *Eccleſiam Cathedralem qui teneantur reparare, an Epiſcopus ſolus, vel etiam Canonici, aut alij Beneficiati, & quando laici, latè diſcutitur.*

4 *Pauperes ſunt fabricæ viuæ, quæ præferuntur reparationi Eccleſiæ.*

5 *Clerici cum contribuant in neceſſitatibus communibus Ciuitatis, vbi facultas laicorum non ſuppetunt, debent etiam laici contribuere in communibus neceſſitatibus.*

6 *Campana Eccleſiæ, quorum expenſis ſit reficienda.*

7 *Clerici an ſoli teneantur ad expenſas pro cuſtodia argentea ſanctiſſimæ Eucharistiæ, miſſali, graduali, & alijs.*

8 *Clerici ad ornamenta Eccleſiæ non neceſſaria, non tenentur.*

QVAESTIO 248.

De Eccleſiæ reparatione, vel conſtructione, cuius fauore poteſt dominus castri cogere ſubditos ad molendum in ſuis molendinis, & coquendum panem in ſuis furnis, in damnum aliorum, dummodo lucrum conuertatur in Eccleſiæ reſtaurationem.

1 QVæſtio eſt notabilis. pone quod eccle-
ſia cathedralis, ob vetuſtatẽ ſit diruta,

nec valeat Epiſcopus illam inſtaurare, vel ſit
de nouo conſtructa eccleſia carhedralis, aut
parochialis, aut alicuius religionis vtilis po-
pulo, an dominus Caſtri poſſit in prçiudicium
aliorum habentium molendinum, vel furnos,
cogere ſubditos ad molendum in ſuis molen-
dinis tantum, & coquendum panem in ſuis
furnis, ad finem conuertendi lucrũ in eccleſiæ
reparationem. Dicendum quod cõmun. concl.
DD. in l. quo minus. ff. fluminib. ſe habet non
poſſe dominũ prædicta facere, niſi ex præſcri-
ptione, cũ prohibitione & parienria ſubſequu-
ta. Nihilominus Bal. dicir poſſe hoc dominum
2 facere, ob publicã vtilitatẽ, vt ſi lucrum quod
inde percipitur, conuertitur ad vtilitatem pu-
blicã, ita ſingulariter tradit Bal. in conſ. 410.
quçritur vtrum dominus. lib. 6. quem ſequitur
Iacobin. de S. Georgio in tract. de feudis. in
verb. & cũ molendinis. in 1. q. Et quamuis con-
trarium teneat Boer. deciſ. 125. dicens, quod
hoc modo ſemper cogerenrur ſubdiri ad mo-
lendum, & coquendum in molendinis, & fur-
nis domini, tamen præſuppoſita veritate con-
uerſionis lucri in vtiliratem publicam, verior
eſt opin. Bald. quam latè ab impugnationibus
Boer. defendit. Crauetr. de antiq. temp. par. 4.
§. circa prçmiſſa. n. 4. ad quem te remitto. Pu-
blica autẽ vtilitas conſiſtit in ſacris, & Sacer-
dotibus. c. ius publicum. diſt. 1. ergo pro repa-
ratione eccleſiæ id fieri poteſt. facit l. ſunt per-
ſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. Et in reparatio-
ne eccleſiæ nõ eſt difficultas quin laici reneã-
tur illam reparare, vt infra videbimus, ſed ſu-
pradicta vtilitas publica conſiderata à Bald.
poſſer procedere etiam in conſtructione nouç
eccleſiæ, cathedralis vel parochialis, aur ali-
cuius religionis vtilis populo. Et in hoſpitali
3 conſtruendo, quãdo eſt vtile Ciuitati dicit Ri-
pa de remed. ad curandã peſtẽ, in princ. n. 24.
quod poſſit fieri ſtatutum, quod vigeſima, vel
quinquageſima legatorũ debeatur fabricç ho
ſpiralis, & valet ſtatutum, non obſtante quod
lex Papia quæ vigeſimam hæredirarũ deferc-
bat fiſco, fuerit per Iuſtin. Imp. ſublata l. fin.
C. de edict. diu. Adr. toll. quia nõ eſt par ratio
Chriſti & fiſci. Nam hoc ſtarutũ ad vtilitatem
publicã, & laudẽ Chriſti, & ſalutem populi fit,
illa vero ad pernicíẽ ciuium, & ruinam, & fiſci
commodũ edita fuerat. & ita tenent in d. l. fin.
Bald. Salyc. & alij. quos refert, & ſequitur Ri-
pa loco cit. cum aliquibus tamen declaratio-
nibus, de quibus per eum. & Ciuitas ſtatuere,
quod fabricç hoſpiralis debeatur quinquage-
ſima dotiũ mulierum quç nupſerint extra ter-
rirorium, vel quinquageſima dotiũ mulierum
forenſium, quæ nubanr in rerritorio. Rip. loco
cit. n. 38. poſt Corn. quem allegat in conſ. 106.
quãquam. lib 4. & ibi Rip. ponit alia remedia
pro cõſtructione hoſpitalis. ad quem recurre.
Sed illud de quinquageſima exigenda à do-
tibus mulierum, non videtur ſuſtinendum, ne
impediatur libertas matrimonij, ad not. per
DD. præcipue Felin. in c. eccleſia S. Mariæ. de
conſtit. Hinc pro maiori elucidatione quæri-
tur, quis teneatur reparare eccleſiam Cathe-
dralem, Epiſcopus ſolus, vel Epiſcopus & Ca-
nonici ſimul. cũ enim omnes percipiant com-
modũ, & fructus eccleſiæ, tã Epiſcopus quam
Canonici, omnes debent ſentire incommodũ,
& non eſt ferendus, qui ſentit emolumentum,
ſi onus ſubire recuſat. reg. qui ſẽtit. de reg. iur.
in 6. l. vnica. §. ne autem. & §. pro ſecundo. C.
de caduc. toll. l. manifeſtiſſimi. §. penul. C. de
furt. Et in hac mareria reparationis ita argu-
mentatur Gl. circa beneficiatos in c. 1. de eccl.
çdif. Præterea facit, quod vſufructuarius tene
tur ad ſarta tecta reficienda. l. eum ad quẽ. C.
de vſufruct. l. hactenus. ff. eodem. Tertio hanc
opinionem tenet Io. Andr. Domin. in c. ſi pro-
pter tua, de reſcrip. in 6. quod tale onus perti-
neat ad Epiſcopum & Canonicos ſimul. In
cõtrarium facit quod ad ſolum Epiſcopũ talis
reparatio pertineat non ad Canonicos, quia à
ſacris Canonibus id Epiſcopo particulariter
præcipitur, vt quartam partẽ redditũ eroget
in reparationem eccleſiæ. c. vnio. vbi Gl. 10. q.
3. & c. decernimus. 10. q. 1. c. nobiſcum. Gloſ.
12. q. 2. c. de rebus. c. vlterana. c. conceſſo. cap.
quatuor. c. de redditibus. & c. cognouimus ea-
dem cauſa. & q. Præterea facit tex. in c. fin. de
his quæ fiunt à maiori par. Cap, vbi habetur,
quod Canonici tenentur ad reparationẽ eccle
ſiæ ex ſtatuto Epiſcopi facto de conſenſu ma-
ioris partis Capituli, ergo regulariter nõ tenẽ-
tur de iure. Et hanc opin. quod Canonici non
teneantur niſi in ſubſidium, latè defendit Be-
rous conſ. 5. vol. 1. Quid dicendum. hæc poſte-
rior opin. videtur verior, ſed pro reſolutione, &
clariori intelligẽtia cõſtituamus aliquas cõcl.

Prima cõcluſio in materia reparationis ec-
cleſiarũ quarumcunque, ante omnia cõſuetu-
do attẽdenda eſt. nã ſi cõſuetudine Epiſcopus
vel Canonici, vel Beneficiati, vel laici, ſiue cle-
rici, ſiue nobiles, ſiue ignobiles id præſtent, in
futurũ præſtare tenẽtur. Hoſt. Car. Abb. Ang.
& alij communiter in c. 1. de eccl. çdif. Inno. in
c. fin. de his quæ fiũt à ma. par. & in d. c. ſi pro-
pter. & ibi Doct. Rip. lib. 3. reſp. 22. talis enim
con-

Digitized by Google

conſuetudo pia à quibuſcunque ſeruanda eſt.
c.ad Apoſtolicam. de ſimonia. Bero.loco cit.
quod idem cenſet in ſtatuto, vel priuilegio,
quod alij teneantur. nam conſuetudo, ſtatu-
tum,& priuilegium,in iſtis ęquiparantur.arg.
d.c.ſi propter.& c.duo ſimul.de off. ordin. &
videtur tenere Abb.in d.cap.1.de eccl.ædific.
ibi,idem dico,niſi aliter diſpoſitio ſpecialiter
prouideret.

Secunda Concluſio. Remota conſuetudi-
ne,ſi Epiſcopus vltra victum ſufficientem &
decentem poteſt ſubire onus,ad ipſum ſolum
pertinet,nõ ad Canonicos. cum enim de iure
hoc ſit expreſſum, quod de ſuis redditibus fa-
ciat partem fabricæ, & Clericis, & portioni
Clericorum non imponatur hoc onus, nec
nos imponere debemus. l. de pretio. ff. de pu-
blic. vt bene conſiderauit Berous conſ. 3.

Tertia Concluſio. Non valet conſuetudo,
vt hác quartam Epiſcopus non teneatur ero-
gare in fabricam, eſſet enim corruptela. vnde
in d.cap.quatuor, dicitur quia nefas eſt. & in
cap.cognouimus.appellatur praua conſuetu-
do, ergò inualida. c. fin. de conſuetud. Hen-
ric.Boic.in d.c.1. de eccleſ. ædif. Innoc.in d.
c.fin.de his quæ fiunt à maiori parte. niſi eſ-
ſent deputati certi redditus diſtincti à menſa
Epiſcopali pro fabrica eccleſiæ, tunc non te-
neretur Epiſcopus, ex quo eccleſia non reci-
pit detrimentum. Innoc.in d.c.fin. Abb.in
d. cap.1. Et hanc concluſionem intellige cir-
cumſcripta conſuetudine, quæ ad alios tranſ-
ferret onus fabricæ, vt in 1.concl.

Quarta Concluſio. Si Eccleſia non indige-
ret reparatione, Epiſcopus tenetur conſerua-
re quartam redditυum pro hoc pio vſu adim-
plendo,alias teneretur de proprio.c.vnio. vbi
Gloſ.communiter recepta.10.q.3. c.decerni-
mus.10.q.1.ita quod,ſi ita præſentes & præte-
riti redditus ſufficerent, cæteri Canonici &
Clerici grauandi non eſſent. Henr.Boic. in d.
c.1.Ber.loco cit.qui alios allegat. Sed intelli-
ge,vt Epiſcopus nõ teneatur cõſeruare quan-
do eccleſia nõ indiget fabrica.& imminet ne-
ceſſitas pauperum, quia poſſet diſpenſare, &
4 tenetur: pauperes enim ſunt fabricæ viuæ, ad
quas intentio iuris refertur. c. autum. 1.q.1.
tradit ſingulariter Caiet.ſuper D. Th. 2.2. q.
185. art. 7. Intellige etiam quando imminet
grauis neceſſitas, & manifeſta, alias de facili
poſſent grauari Canonici, & alij.

Quinta Concluſio. Si Epiſcopus eſſet pau-
per vt vix redditus ſufficerent pro victu, tunc
tenentur Canonici, & ſi eorum redditus non
ſufficerent, poſſent compelli alij Clerici infe-
riores,deductis neceſſarijs. Ant.& comm.in d.
c.1. Io.Ant. Dom.Franch. in d.c. ſi propter.
latiſſimè Ber.loco cit.qui multis comprobat;
quod Canonici tenentur in ſubſidium, & poſt
Canonicos Clerici aliarum eccleſiarum.
3 Facit quod ſi omnes Clerici pro manifeſta
cauſa tenentur ad præſtandum charitatiuum
ſubſidium Epiſcopo.c.cũ Apoſtolus. §.prohi-
bemus.de cenſ.rationabilis cauſa eſt reparatio
eccleſiæ cathedralis.vt per Bellencin.tract.de
charitat.ſubſid.q... Sed aduertendum, quod
vna cum Canonicis comprehenduntur Bene-
ficiati eccleſiæ cathedralis, qui fructus & emo
lumenta percipiunt, antequam ad alios Cle-
1 ricos deueniatur.vltimo loco cõpelluntur lai-
ci,vt rectè annotauit Abb.in d.c.1. de eccleſ.
ædif.ſequitur Rip.d.reſp.22.lib.3.Et hęc opi-
nio Abb. verior eſt,quicquid dicat Gl. in d.c.
quatuor.& Hoſt.in ſumm. de eccl. ædif. quod
laici non tenentur ad fabricam, niſi vbi viget
conſuetudo.non enim diſtinguit, an redditus
beneficiatorum ſufficiant,necne.qua de re in-
telligẽdi ſunt,vt eorum opin.procedat,quan-
do redditus eccleſiæ ſufficiunt,alias eſſet im-
5 pium quod laici non tenerentur.Cũ enim cle-
rici contribuant in neceſſitatibus communi-
bus Ciuitatis vbi laicorum facultates non
ſuppetunt,congruum eſt vt laici in neceſſitate
communi eccleſiæ cathedralis ac communis
matris,contribuere teneantur. Sed non inuti-
liter quæritur, quis teneatur ad expenſas pro
6 campana.ſeu pro refectione cãpanæ; & vide-
tur quod omnes,tam Clerici quam laici,quia
cãpana concernit eccleſiaſticos & parochia-
nos,cum per eam ad eccleſiã vocentur paro-
chiani ad diuina.c.1.& c.2.de offic.cuſtod. c.
Ioannes.de homicid. Durand. rationabili di-
uin.in rub.de cãpanis.quinimò videtur,quod
etiam morantes circa parochiã debeant con-
tribuere propter vtilitatẽ & commodũ,prout
dicit Duran.quod Dęmones auditis tubis ec-
cleſiæ militãtis, ſcilicet campanis,timẽt, ſicut
tyrannus audiens in terra ſua tubas potentis
regis ſui inimici timet. hinc eſt ſecundum
eum, quod eccleſia vt videt concitari tempe-
ſtatem, campanas pulſat, vt dæmones tubas
æterni Regis audientes territi fugiant, & à
tempeſtatis concitatione quieſcant, & fideles
admoneantur pro inſtanti periculo orationi
inſiſtere.In contrarium facit,quod cũ campa-
næ pertineant ad ornamenta,& decorẽ eccleſ. 7
& cultum diuinũ, debet onus pertinere ad il-
los qui tenẽtur ad fabricã,& ornamenta eccl. 8

vnde iuxta communem opinionem in cap. 1.
de eccl.ædific. primo loco attendenda eſt con-
ſuetudo. ſecundo tenentur Clerici deducto
victu. tertio laici, & quod tenentur ad fabri-
cam,& ornamenta, Barbat.conſ.25.par.3.per
c.fin.de teſtam,vbi æquiparantur. vnde idem
dicendum de campanis,quę pertinent ad cul-
tum diuinum,pro conuocatione populi Chri-
ſtiani ad diuina.& ita tenet Bertran. conſ. 53.
ex themate.vol. 1.par.2. vbi dicit, quod licet
forenſes percipiãt commodum ex campanis,
nec per hoc tenentur contribuere, etiam ſi
habeant bona immobilia intra parochiã, nec
alicubi vidiſſe hoc attẽtatum. & certe eſt vti-
le valde remotum. nam principalis vtilitas
campanarum reſpicit cõuocationẽ parochia-
norum ad diuina. vnde de parochianis illius
parochię intelligitur. Et hęc opinio videtur in
ſe vera, nihilominus quia laici ſolent etiam vti
campanis pro alijs caſibus extra cultum diui-
num, vt ad perſequendos hoſtes,& alia,& ſo-
nitus campanarum,ſi bene conſideretur,prin-
cipaliter reſpicit vtilitatem laicorum & eccle-
ſiæ diſpendium, cum præter ſalarium Cleri-
cis, in pulſandis campanis pro conuocatione
populi ad eccleſiam pro excitatione ad deuo-
tionem,ad orationem,in certis temporibus &
caſibus, licet quandoque etiam Clerici vtan-
tur tali commodo, ſed ipſi parum curarent,
cum ſint continuo in eccleſia, & campanella
eis ſufficeret, & in effectu commodum reſpi-
cit magis laicos quam Clericos. quare vide-
tur, quod laici ſemper teneantur ad expenſas
pro campanis, ſaltem pro maiori parte con-
tribuant, iuxta reg.iuris, commoda qui ſentis,
iungas onus emolumẽtis. l.vnica. §.pro ſecun-
do & tertio ne autem. C.de caduc. toll. l.ma-
nifeſtiſſimi. ſ.penul. C.de furt. Facit quod no-
tat Hoſt.in d.cap. 1.de eccleſ.ædif. vbi inquit,
quod quicquid ſcribant DD. Clerici vbique
recurrunt ad eleemoſynas,& ad parochianos
tã proprios quam alienos, excutientes hume-
ros ſuos ab onere quantum poſſunt.& ſubdit,
quod non omnino hoc reprobat, nam & laico-
rum intereſt eccleſiã reparari,& fabricari, cum
in ea percipiant ſacramenta, arg. not. per eum,
in c.vt præteritæ. de elect.& in c.in ſingulis. §.
1. de ſtatu monach. Hæc Hoſt. etſi eadem ra-
tione vtilitatis laicorum, & auctoritate Hoſt.
concludit Bertran conſ. 2. p. 2. quod laici, &
Clerici tenentur ſimul contribuere ad proui-
7 dendum eccleſiæ de cuſtodia argentea, miſſa-
li, graduali, pſalterio, libris, baptiſterio, & alijs
8 ornamentis, non tamen tenentur Clerici ad
ornamenta non neceſſaria, iuxta not. per Bal.
in l.ad inſtruction. C.de ſacroſ.eccl. idem tenet
Bertran. conſ. 150. vol. 7.

SVMMARIVM.

1 *Solum an cedat ædificio fauore Eccleſiæ.*
2 *Clericus de pecunia Eccleſiæ ædificans in ſolo ſuo, amittit ſolum.*

QVÆSTIO 249.
De ſolo cedente ædificio fauore Eccleſiæ, & quomodo id procedat.

1 GL. eſt ſing. in cap. Apoſtolicos, 12. q. 2.
vbi inquit, quod ſi clericus ex pecunijs
eccleſiæ ædificet in ſolo ſuo ædes, ædificium
non cedet ſolo, ſed ſolum cedet ædificio fauo-
re eccleſiæ, contra reg. ſ. cum in ſuo. inſtit. de
rer. diuiſ. ſequitur Specul. de empt.& vend. ſ.
tertio loco. verſ. quid ſi Clericus. Bald. in l. in
tantum. ff. de rer. diuiſ. Barbat. in addit. ad Bal.
in c. 1. §.& quia vidimus, de his qui feud. dar.
poſſ. eum tamen intelligit, dummodo eccleſia
2 ſoluat pretium ſoli. Cõtrariam opin. tenet Io.
Andr. in addit. ad Specul. loco citat. dicens di-
ctum Gl. non bene probari, & potius ſibi vi-
deri, quod res maneat communis pro rata, ne
eccleſia locupletetur cum aliena iactura. c. lo-
cupletari. de reg. iur. in 6. cum ſimilibus. & ne
fauor eccleſiæ iniuſtitiam pariat. c. nuper. de
3 donat. inter vir. & vxor. & ſufficere eccleſiæ,
quod ob eius fauorem ædificium ſolo non ce-
dat, & vitet damnum quod alias incurreret.
Io. Andr. ſequitur Rom. in auth. ſimiliter in
1. ſpeciali contractu. dicit tamen in vlt. ſpe-
ciali quod Gl. poſſet ſaluari in caſu. c. quæſtũ
eſt. 17. q. 4. Tiraq. de priu. pię cauſę. priu. 121.
refert ſimpliciter ſupradict. opin. nec aliquid
firmat. Rip. in l. ſenatuſconſulto. ff. in quib. cau
ſis pign. vel hypoth. n. 17. dicit verius ſibi vi-
deri, quod ſi prælatus, vel eius hæres velit
reſtituere pecuniam eccleſiæ, quod ædificium
cedat ſolo, iuxta reg. §. in tantum. inſtit. de re-
rum diuiſ. Ex modernis Io. Franciſcus de Pon-
te de poteſt. proreg. in tit. de abundantia Ci-
uitatis. §. 4. num. 13. ſequitur opinion. Ioann.
Andr. vt tantum meliorationes ſint eccleſiæ,
quemadmodum emptũ de pecunia eccleſiæ,
licet alieno nomine eſt ipſius eccleſiæ, vt in
milite, pupillo, & fiſco. Gl. in l. ſi vt proponis.
C. de rei vendicat. de quo infra tractabimus.
Mihi vero videtur verior opinio Gloſſ. in dict.
cap.

cap. Apoſtolicæ. in caſu tamen ſuo, quando Clericus de pecunia eccleſiæ ædificat, vt eius temeritas, & auaritia puniatur, vt probant d. capit. Apoſtolicæ. & alia iura allegata in Gl. Et ratio eſt, quia Clericus, quodcunque acquiſiuerit de bonis eccleſiæ, debet conferre eccleſiæ, deducto victu, in eccleſiæ vſus expendere, alias punitur. cap. 1. 12. quæſt. 3. §. fin. 12. q. 1. vel in alios pios: faciunt multa adducta per Abb. in cap. cum eſſes. nu. 21. de teſtam. quare non debet ex pecunia eccleſiæ in fundo proprio ædificium erigere. poſtea reperi Ferd. Vaſq. idem tenentem in tract. de ſucceſſ. reſol. lib. §. 9. nu. 64. & lætatus ſum.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia, ſiue Camera Epiſcopalis, habet vere fiſcum.*
2 *Fiſcum habet, qui habet merum & mixtum imperium.*
3 *Fiſcus Eccleſiæ habet priuilegium tacitæ hypotheca, aliaq. priuilegia fiſci.*

QVÆSTIO 250.

De fiſco Eccleſiæ, an ſit vere fiſcus, & gaudeat priuilegio tacitæ hypothecæ, alijsq. priuilegijs fiſci.

1 QVæſtio eſt practicabilis, an Camera Epiſcopalis habeat fiſcum, qui gaudeat priuilegio tacitæ hypothecæ, iuxta l. 2. & 3. ff. de priuil. fiſci, & l. 2. C. in quibus cauſis pignus, vel hypoth. tacite contrahatur. & in rubr. de priuil. fiſc. alijsq. priuilegijs fiſci, vt in tit. de iure fiſci, & alijs locis. Bald. in d. rubr. C. de priuileg. fiſc. fuit in opinione, quod Epiſcopus non dicatur proprie habere fiſcum, & ſucceſſiuè nihil poteſt confiſcare Cameræ ſuæ, & ſi quis contrahit cum eo, vel Epiſcopatu, nō ideo bona ſunt tacitè obligata, quia nulla lege cauetur ſecundum ipſum. idem Bald. in auth. bona damnatorum. C. de bonis damnator. tradit, quod Epiſcopus condemnans ad pœnam pecuniariam, debet eam applicare fiſco Rom. Eccleſię, non autem Cameræ ſuæ, quia eſſet iudex in cauſa propria, ſed de facto fit contrarium, & male ſecundum eum. Ang. etiam in authent. vt nulli Iudic. §. vt autem. inquit, quod licet Epiſcopi imburſent iſtas pœnas, tamen hoc non poſſunt niſi cauſa neceſſitatis ſubſit, ſed debent erogare pauperibus, niſi ſit Epiſcopus habēs dominiū temporale. idē tenet Bertran. conſ. 19. vol. 10. 2. nu. 11. vt Epiſcopus habeat fiſcum quando dominiū habet temporale, non eo ipſo quod eſt Epiſcopus, niſi cōſuetudo haberet contrarium, quæ eſſet attendenda. Neguſ. de pigno. p. 2. memb. 4. n. 141. dicit, quod ſi quis cōtrahit cum Epiſcopo, bona illius non ſunt tacitè hypothecata, nec Epiſcopatui, quia de hoc nulla lege cauetur. allegat Bald. in d. rubr. Alex. conſ. 104. in fi. & nouiſſime Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 11. tit. 18. nu. 26. dicens eccleſiam propriè nō habere fiſcum, ex clem. 2. & ibi Imo. & Card. de hæreticis, ex Neguſ. loco cit. Alex. in l. ſi filiofamilias. §. ſi vir. ff. ſol. matr. & in addit. ad Bart. in l. 1. nu. 12. C. de bonis vacant. lib. 10. tantum eccleſiam habere tacitam hypothecā pro decimis prædialibus, ex Hoſt. Io. And. Abb. in c. paſtoralis. de decimis. Contrariam opin. quod Epiſcopus habeat fiſcum, tenet Gl. ſing. in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend. quam dicit Ant. de Butr. eſſe notandam his verbis, ſigna iſtam gloſſam, quia ſingularis eſt, & vult quod vbi ex aliquo delicto veniunt confiſcāda bona ex delicto, laici obligantur in fiſcum laicorum, ſed in Clerico confiſcatio fiet Cameræ Diœceſanę. ſequitur ibi Imo. Pet. de Anchar. Abb. Anan. Marian. Socin. in c. excommunicamus. de hæret. in princ. Facit etiam Gl. in d. Clem. 2. de hæret. & licet aliquì gloſſam intelligant de fiſco Papæ, tamen ſupradicti DD. eam intelligūt de Epiſcopi fiſco. idem ſentit Card. in d. Clemen. 2. §. 1. q. 6. ſi rectè inſpiciatur. hanc etiam opinionem tenet Rot. Rom. magnæ auctoritatis. deciſ. 8. de teſt. in antiquis, vbi firmat, quod Epiſcopus habeat fiſcum, & quod bona Clerici decedentis ab inteſtato deuoluantur ad Curiam eccleſiaſticam, & nō ad fiſcū principis propter Glo. in d. c. quia diuerſitatem. Fel. qui etiā alios allegat, & dicit hanc opin. de conſuetudine generali ſeruari, quod Epiſcopus habeat fiſcum, ſiue eius eccleſia in c. irrefragabili. n. 11. de offic. ordin. & in d. c. excommunicamus. Barbat. in c. 2. de probat. nu. 61. Repertor. inquiſit. in verb. confiſcatio. Bernard. Diaz. in praxi criminali cap. 145. vbi quod iſta eſt verior opinio, & vſu recepta. idem tenet Aufrerius ad capellam Toloſanam, quæſt. 274. vbi ex hoc poſſit nominari publice procurator fiſcalis tribunalis eius iuriſdictionis Epiſcopalis. eandem opinionem communem aſſerit Couarruuias libro 2. variar. reſolut. 1. quæſt. num. 13. quamuis aſſerat Epiſcopos ea opinione debere vti, it aut

Google

fugiant auaritiam, & quæ eorum fiſco fuerint
delata in pios vſus erogent, & nouiſſime poſt
alios quos allegat, hanc eſſe communem opi-
nionem teſtatur & ſequitur Marc. Ant. Pereg.
2 de iure fiſci. tit. 2. nu. 106. Pro qua ego addu-
co, quod Epiſcopus habet merum & mixtum
imperium. c. quod ſedem. vbi DD. de offic. or-
dinar. & ſucceſſiuè ſuccedit communis con-
cluſio DD. quod habẽtes merum & mixtum
imperium habent fiſcum: nam confiſcatio eſt
commodum, & emolumentum procedens ex
eo, & ideo illius commodo cedit qui habet
tale imperium. & cui data eſt poteſtas in per-
ſonis, fortius in rebus. Lex eo. C. de agent. in
reb. lib. 10. & l. 1. §. 2. de imponend. lucrat. de-
ſcript. ita tradit Luc. de Penna in l. 1. col. pe-
nult. n. 28. de priuileg. ſcholar. lib. 12. Cæpol.
conſ. 17. Bruno conſ. 31. in 2. vol. Aegid. Boſſ.
ſingulariter alios referens, de pœnis. nu. 255.
& de regalijs n. 15. Botan. conſ. 25. & 78. vol.
2. Natt. conſ. 240. & conſ. 659. Alberic. in
3. parte ſtatutorum. q. 19. latiſſime multos al-
legans. Decian. conſ. 35. vol. 2. Ruin. conſ. 111.
nu. 13. lib. 5. Bal. in rubr. C. de priuil. fiſci, n. 3.
Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. n. 12. C. de bon.
vacant. lib. 10. item tenet Crauett. conſ. 128.
proponitur quæſtio, & nouiſſime poſt multos
Marc. Ant. Peregrin. de iur. fiſci. lib. 1. tit. 2. nu.
82. vbi, quod Barones habentes merum &
mixtum imperium, habent fiſcum, & iura fi-
ſcalia. eandem opinionem eſſe communem
tradit Peregrin. d. tract. lib. 5. tit. 1. nu. 30. Sed
aduerte, quod Card. Manr. loco cit. nu. 20. di-
cit, non eſſe verum quod habentes merum
imperium, habeant fiſcum & confiſcationem,
niſi id expreſſe habeant ex priuilegio Princi-
pis vt ei concedat regalia, & ita intelligit Bar.
in l. 2. ff. de iure fiſci. & in l. 1. nu. 50. C. de
ſumma Trinit. & fide cathol. allegat etiam Af-
flict. in cap. 1. nu. 39. quæ ſint regalia, qui di-
cit, Barones habentes merum & mixtum im-
perium, non poſſe ſibi incorporare bona quæ
de iure propter delictum publicantur, niſi hoc
in priuilegio ſit expreſſum; quia publicare
bona eſt de regalibus. nam reſpondetur com-
munem opinionem eſſe in contrarium, ex ſu-
pra relatis, maxime Boſſ. in locis citatis, om-
nes non concludunt ſatis apparere de Princi-
pis conceſſione, quando eſt cõceſſum merum
& mixtum imperium. Præterea facit pro hac
opinione, quod Epiſcopus poteſt pro delicto
ſtatuto inducere pœnā pecuniariam, & eam
ſibi applicare, iuxta Io. And. Abb. Fel. & com.
in d. cap. irrefragabili. §. cæterorum, de offic.
ordin. Ex quibus manifeſte patet, Eccleſiam
ſiue Epiſcopum habere fiſcum. cum itaque
ſit verus fiſcus, debet gaudere priuilegio ta-
citæ hypothecæ, alijsq. quibus fiſcus ſecula-
ris potitur, ex cap. 1. & 2. de oper. noui nunc.
3 vbi omnes leges ciuiles ſunt approbatæ à ſa-
cris Canonis, maxime ſi ſunt fauorabiles ec-
cleſiæ, & non autem onerosæ, vt ibi per DD.
Si igitur eccleſia habet fiſcum, ergo eius fi-
ſcus habet omnia priuilegia fiſci ſecularis per
approbationem dictarum legum.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an gaudeat omnibus priuilegijs fiſci.*
2 *Caſus priuilegiati extenduntur ex identitate rationis.*
3 *Eccleſia continet maiorem vtilitatem publicam, quam fiſcus temporalis.*
4 *Eccleſiæ cauſa eſt fauorabilior quam cauſa fiſci.*
5 *Deſtinatio ſolutionis in alio loco, nihil operatur in fraudem fiſci Cameræ Apoſtolicæ, multo minus in fraudem Eccleſiæ.*
6 *Priuilegia Eccleſiaſtica non extenduntur ad fiſcum temporalem, & non valet argumentum de Eccleſia ad fiſcum.*
7 *Fructus debentur non deductis expenſis, in decimis prædialibus.*

QVAESTIO 251.

De Eccleſia an gaudeat omnibus priuilegijs fiſci, vel tantum in caſibus expreſſis à iure.

1 QVæſtio eſt notabilis, & admodum vti-
lis, an Eccleſia gaudeat omnibus pri-
uilegijs fiſci temporalis, ita quod
valeat argumentum de fiſco ad eccleſiam, vel
tantum ei æquiparetur in caſibus à iure ex-
preſſis. Et quod æquiparetur tantum in caſi-
bus à iure expreſſis, tenet Vaſq. de ſucceſſ.
reſolut. lib. 2. §. 18. nu. 10. dicens, non obſtare
l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi fiſcus & eccleſia
ſunt exæquati, nam nõ ſequitur ſunt exæqua-
ti in terminis illius tex. ergo & in omnibus. al-
legat Curt. in l. ſi creditori. ff. de oper. nou.
nunciat. & Iaſ. in d. l. fin. Eandem opinionem
tenet Marc. Ant. Peregr. in tract. de iure fiſci.
lib. 3. nu. 2. Contrariam opinionem, quod va-
2 leat argumentum de fiſco ad eccleſiam, ſub-
ſiſtente tamen identitate rationis, & dummo-
do contrarium non reperiatur in iure expreſ-
ſum,

ſum, & caſus ſit applicabilis, tenet Euerard. in loco à fiſco ad eccleſiam. per tex. in d. l. fin. Gl. in auth. de non alienan. & 23. q. 4. & in cap. audicis. vbi Abb. de in integr. reſtit. & multis allegationibus ex d. concluſione emanātibus DD. auctoritatibus comprobatis latè corroborat Euerard. vt eſt videre apud ipſum. Gl. in l. ſi procurator. §. fin. ff. de iure fiſci. Bart. in l. à diuo pio. §. ſed & ſi emptor. ff. de re iud. Abb. in c. 2. in fin. de precario. Tiraq. in tract. de priuileg. piæ cauſæ. priuil. 143. vbi firmat generaliter eccleſiam gaudere omnibus priuilegijs fiſci. Ita etiam communiter tenent DD. in cap. 1. de probat. vbi concludunt priuilegium fiſci, cum reus teneatur edere inſtrumenta. l. ne quiſquam. ff. de edendo. habere locum etiam in eccleſia, quia eccleſia & fiſcus
3 æquiparatur, & gaudet eius priuilegijs. ita Bald. Ant. Abb. Felin. & Dec. qui teſtatur ex communi opinione, eamq. ſequitur in d. c. 1. arguitur enim de fiſco ad eccleſiam. Gl. in l. an vſufructus. ff. de vſufruct. Gl. & Bart. in l. ſi vſusfructus munici. ff. de vſufruct. legat. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. ſpecial. 13. col. 9. concludens, quod diſpoſitio legis 1. C. de iure fiſci. lib. 10. habet etiam locum in eccleſia. Speculator de teſte. §. poſtquam. verſ. ſed quod ſi tot ſunt. ibi, idem pro fiſco, pro eccleſia. Bald. in l. fructus. ff. ſol. matrim. dum allegat l. fin. C. de ſacroſ. eccl. cum alijs, ex quibus inquit Dec. poteſt dici, quod omnia priuilegia quæ fiſco, vel Ciuitati conceſſa reperiuntur, eccleſiæ debent competere. Nec videntur obſtare, quod in d. l. fin. æquiparantur Ciuitas & eccleſia, ſed non fiſcus, dicit Alex. in l. ſi filio. §. ſi vir in quinquennium. ff. ſolut. matrim. quia ille text. procedit etiam in fiſco, & ita intelligit in l. omnibus. ff. de diuerſis, & temporalibus præſcripr. probant etiam verba d. l. fi. ibi, nec viri Ciuitatū, quia ius Ciuitatis verificatur in eius fiſco. itē procœmium I. C. dum exorditur, vt inter diuinum publicumque. nam hæc verba Gloſ. ita reſpiciunt fiſcum ſicut Ciuitatem, vt vtroque caſu publica verſetur vtilitas, & principium Gloſſæ conſtitutionem, attenditur l. regula. ff. de iur. & facti ignor. & ratio finalis ex procœmio colligitur l. fin. ff. de hæred. inſtitut. Aliqui dicebant in d. l. fin. Ciuitatem æquiparari eccleſiæ, non contra, ſed occurrit Dec. quod immo æquè principaliter in Ciuitate ſicut in eccleſia diſponitur, cum eodem verborum conſtructu. ibi. hoc dicatur. Matthefil. in tractat. diſtinct. in 1. membro. dicebat in d. l. fin. æquiparationem in certis caſibus ibi expreſſis, quem refert. Dec. in d. cap. cui optime reſpondet, quod eius dictum poteſt procedere in materia correctoria, prout ipſe loquitur de materia correctoria, ſecus eſt in materia fauorabili, tunc ſit extenſio à paritate rationis. Gl. & Bart. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. Bart. in l. ſi conſtare. q. 9. ff. ſolut. matr. vt latius per Dec. in loco cit. & ratio fauoris publici verſatur in fiſco Ciuitatis. Imo, vt dicit idem Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 29. num. 7. vbi firmat, quod licet ſecundum ipſum eccleſia non poſſit dici priuilegiata niſi in caſibus expreſſis à iure, tamen ſtante idēditate rationis, aliorum priuilegia ad ipſam extenduntur ex identitate rationis. tex. eſt notabilis in cap. cum dilecta. de confirm. vtili, vel non vtili. & in cap. poſt tranſlationem, in medio, de renunciat. Gloſ. notabilis in l. 1. C. de condit. indebit. fiſcus autem habebit multa priuilegia ob publicam vtilitatem. & ius publicum conſiſtit in ſacris & Sacerdotibus. cap. ius publicum. diſt. 1. l. 2. ff. de iuſt. & iur. quinimmo eccleſia eſt
4 magis priuilegiata quā fiſcus, qui dicitur vltimus priuilegiatorum, & contra quem in dubio eſt iudicandum, iuxta l. non puto. ff. de iure fiſci, vt ſingulariter tradit Rot. Rom. Cardinalis Seraph. deciſ. 594. vbi à maioritate
5 rationis cōcluditur, deſtinationem ſolutionis in alio loco, in fraudē fiſci nihil operari, multo minus in fraudem eccleſiæ, cuius cauſa eſt fauorabilior quam cauſa fiſci, qui eſt vltimus
6 priuilegiatorum. quod eſt adeo verum, vt non valeat argumentum à priuilegio eccleſiæ ad priuilegium fiſci temporalis, vt tradunt Bart. Imol. Iaſ. in l. fructus. ff. ſolut. matrim. in qua habetur, quod fructus dicuntur deductis im-
7 penſis. nec valeat argumentum, quod in decimis prædialibus, fructus debentur non deductis expenſis. cap. paſtoralis. de decim. quia inducta fauore animæ, quæ reſpicit ius diuinum, & eſt pretioſior cunctis rebus. l. ſancimus. C. de ſacro. eccl. non ſunt extendenda ad ius publicum temporale. & in dubijs eſt iudicandum contra fiſcum, vt dictum eſt, ſecus in eccleſia, quia in dubio pro ea iudicandum eſt. d. l. ſancimus. & cap. fin. de re iudic. Concluſio igitur, ex identitate rationis, & occurrente caſu applicabili, eccleſiam gaudere omnibus priuilegijs fiſci, non è contra. quod deſeruit ad multa. ſunt enim quamplurima priuilegia fiſci, quæ enumerat Bald. in l. 1. C. de hæreditate, vel actione vendita. Azo. in ſumma de priuil. fiſci. Salic. Paul. in l. fin. C. eodem

tit.

ex hoc damnum vicino inferatur. l. altius. C. de ſeruitut. & in ſpecie dicit ibi Bald. quod licet mihi facere feneſtram in pariete domus meæ, quam habeo iuxta hortũ alicuius puellæ, vel monaſterium religioſorum, quando tantum id facio ad vtilitatem meam, non ad æmulationem, aut inhoneſtam conſiderationem, quia tunc non poſſet. idem dicit Bald. & Cæpol. de monaſterio religioſarum, & monialium, dummodo non faciam ad æmulationem, vel inhoneſtatem, ita tradit in tract. de ſeruit. in tit. de feneſtr. Dicitur autem fieri ad æmulationem, quando faciens feneſtram nullam vtilitatem conſequeretur, quia poſſet aliunde lumen habere, & feneſtras commodè in alia parte domus facere, ſine ſua & aliorum læſione, vt per Bald. & Cæpol. vbi ſupra. dicentes, quod in bubio non dicitur quis facere ad æmulationem. In contrarium facit, quod ad æmulationem dicitur fieri, quando fit cum verecundia alterius, vt ſingulariter dicit Bart. in l. opus. ff. de operibus publ. Eſt autem verecundia monialibus, ſi non ſint ſeparatæ à proſpectibus publicis, à quibus omninò debent eſſe remotæ vt liberius Deo valeant inſeruire, & laſciuiendi opportunitate ſublata eidem corde & corpore, cum omni ſanctimonia diligenter famulentur, vt habetur in c. 1. de ſtatu regulàr. in 6. Dicitur etiam verecundia, pudor, vel timor, propter quem à licitis ceſſatur, vt in proprijs terminis declarat Dominicus in d. cap. 1. pulchrè Berous conſ. 135. vol. 3. vbi dicit, non ſine myſterio Baldum fuiſſe loquutum de puella; & religioſis maſculis, non autem de monialibus; quoniam non eſt verecundia, nec pudor, ſi videatur puella, vel religioſi maſculi, & Cæpol. loquẽs etiam de monialibus, non conſiderauit ſenſum d. cap. 1. & mens eius fuit loqui in terminis Bal. & aliorum, quos ipſe allegat, quod loquũtur de religioſis maſculis. Et ex his patet reſolutio quæſtionis, non licere murũ eleuare, & feneſtras facere, habẽtes proſpectum ad moniales exiſtentes in clauſtris, alias dicta ædificia poſſunt deſtrui. arg. l. ſi cui. C. de ædific. priuat. pulchrè Bero. loco cit. & hæc opinio eſt vſu recepta in regno Neap. ex conſtitutione etiam particulari, vt tradit Vinc. de
3 Franch. deciſ. 224. vbi quod vicinus poteſt cogi ab eccleſia ad vendendum ſeruitutem altius non tollendi, etiam via publica intermedia, poſt Ant. Padill. in d. l. altius. Nam ſi poteſt compelli ad vendendum domum. l. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſumpt. fun.
4 tanto magis ſeruitutem. & parietes aſtracorum debent extolli ita vt non poſſint videri moniales, & feneſtræ debent claudi, & hanc eſſe communem opinionem in d. l. altius. tradit Carol. Tap. in Pragmatica de monialib. vbi quod hæc communis opinio eſt vſu recepta. idem Grammat. deciſ. 75.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua & copula, regulariter ponuntur inter diuerſa.*
2 *Diaconiſſæ quæ fuerint.*
3 *Clericus acquirit ſibi, non eccleſiæ, quare & teſtari poteſt. Monachus contra.*
4 *Clericus ſecularis quando excludat ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis &c.*
5 *Epiſcopus regularis acquirit Eccleſiæ, ſecularis vero non, niſi ſe ſuaq. dicaret Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 244.

De Eccleſia ſeculari, an faciat deficere conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, & præſertim Cathedralis, ſiue Epiſcopatus.

1 QVæritur notabiliter, an eccleſia ſecularis excludat ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, quemadmodum monaſteriũ, vt in §. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſs. Epiſc. cap. in præſentia. de probat. vt ſi filius hæres efficiatur clericus, ſunt opiniones. Ant. de Butr. in d. cap. præſentia. tenet pro Clerico, quem ſequuntur Imo. Anchar. Fel. Dec. Glo. in auth. niſi rogari. & ibi Petr. & Cyn. C. ad trebel. Capra. conſil. 20. l. 12. Dec. conſ. 459. viſis his ante numerum ſextum Carol. Ruin. latiſſimè conſil. 153. circa caſum. per rorum. lib. 3. Ant. ub. Alex. conſ. 147. viſo inſtrumento. nu. 15. Bero. conſ. 73. lib. 2. nu. 10. Duran. de arte teſt. tit. de ſubſtitut. caut. caut. 18. nu. 5. Put. deciſ. 55. in vna Romana. Sfortia Oddo de compendio ſubſtitut. par. 6. art. vlt. tit. an legitimi tantum. Menoch. de præſumpt. 2. part. lib. 4. præſumpt. 83. nu. 61. Ioſeph. de Medicis in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. lib. 5. cap. 2. n. 15. qui alios allegat. Et hanc opinionem communem teſtatur Dec. in d. c. in præſentia. Alex. 33. in tractat. ſubſtitutionum in 4. part. cap. 7. num. 21. verſ. hæc concluſio. Pro qua opinione facit tex. in d. §. ſed & hoc præſenti. ibi, monaſteria ingrediũtur, aut Cle-

rici fiant, & ibi Clerici, aut Diaconiſſæ, & clarum eſt alternatiuam, & copulam poni regulariter inter diuerſa, iuxta vul. in rubr. C. de iur.& fact.ignorantia. Præterea in Clericis tex.requirit perſeuerantiam,& diſpoſitionem in pios vſus, ſed in monacho diſponitur quod etiam ſi extat, bona remaneant apud eccleſiam. ergo loquitur ſeparatim de Clericis ſe-
2 cularibus. Idem conſiderat Oddo,quod Diaconiſſæ non in monaſterio,ſed in altari deſeruiebant,excreebantq. officium Diaconorum, qui non ſunt regulares. Contrariam opinionem tenet Abb.in d.cap.in præſentia. nu.43. vbi intelligit tex. in d.§. ſed & hoc præſenti. in illo qui ingreditur monaſterium, vt ibi fiat monachus, & clericus, & in monaſterio perpetuo maneat. fruſtra enim determinarent, vt perpe tuo permaneret in eccleſia, ſi efficeretur Clericus ſecularis. idem tenet Bald.in d.auth.niſi rogati.n.11. Boer.deciſ.354.Quid dicendum. Prima facie opinio Abb. videtur
3 verior. pro qua facit, quod Clericus ſecularis acquirit ſibi, non eccleſiæ, & poteſt de patrimonio teſtari. c.1.& 2.de peculio Clericorũ. vnde non poſſet dici eccleſiam ſuccedere, ſed Clericus, & Imperator contẽplatus fuit principaliter eccleſiæ fauorem. nihilominus non
4 eſt tutum recedere à cõmuni opinione, quam tamen DD.intelligunt procedere tribus concurrentibus. Primo vt procedat in Clerico conſtituto in ſacris, de quo non eſt ſpes ſuſcipiendi liberos ex legitimo matrimonio. Secundo, quod bona fideicommiſſo ſubiecta, illi eccleſiæ acquirantur, & Clericus viuens diſpenſet illa in ipſius eccleſiæ vtilitatem, vt in d.§.ſed & præſenti. Tertio vt Clericus non in domo paterna, ſed in ædibus eccleſiæ continuo habitet. ita Ruin.Capra. Bero. Menoch. Dec. Fel.in d.c.in præſentia. Oddo. & alij ſupracitati. Card.Mant.de coniect.vlt. volunt. lib.11.tit.7.nu.22.Dicit enim Fel.loco citato non poſſe reddi rationem diuerſitatis, cum non idem fauor tribui debeat vitæ Clericali, qui conceditur Monachali, quando ipſa Clericalis futura ſit perpetua. difficultas eſt cognoſcere caſum applicabilem, cum in Clericorum ſecularium poteſtate ſit diſpenſare, & non diſpenſare in vtilitatem eccleſiæ ad ſui arbitrium. quare ſupradicta communis concluſio intelligenda eſt in conſtituto in ſacris, qui ſe, & ſua dedicauit eccleſiæ ſeculari, perpetuo & continuo in domibus eccleſiæ habitauit donec vixit. ita Ber.Capra.Mant. locis
5 citatis. Idem abſque dubio poteſt intelligi de Epiſcopo regulari, quicquid acquirit, acquirit eccleſiæ. cap.vnico. 18.q.1. propter votum paupertatis. & clarum eſt, quod Epiſcopus commoratur in domibus eccleſiæ. c.hoſpitio. diſtinct. 41. in Epiſcopo ſeculari non videtur procedere, niſi ſe, & ſua dicauerit eccleſiæ ſecundum prædictos. Sed verius mihi videtur, quod quilibet Epiſcopus gaudeat dicto priuilegio,cum teneatur neceſſario reſidere in eccleſia,& matrimonium ſpirituale cum ea contraxerit.c.2.de tranſlat.prælat.& diſſolui non poteſt ſine licentia PP. Idẽ videtur dicendum in curato, dummodo bona apud eccleſiam remaneant. eſt enim cura animarum adeo fauorabilis, quod ad eam regularis aſſumitur. cap. quod Dei timorem. de ſtatu monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta pluribus ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerint, itaut poſt mortem eorum conſtruatur eccleſia, an debeat expectari mors omnium.*
2 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta pluribus ſi ſine liberis deceſſerint, habet locum in perſona vniuſcuiuſque vt conditio verificetur.*
3 *Eccleſiam B.Mariæ ſi teſtator conſtrui mandat,quilibet hæres poteſt compelli inſolidum.*

QVAESTIO 245.

De ſubſtitutione fideicommiſſaria facta ſimpliciter pluribus, ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, itaut poſt mortem conſtruatur eccleſia, an debeat expectari mors omnium.

1 QVæſtio eſt practicabilis, ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit facta ſimpliciter pluribus, ſi ſine liberis deceſſerint, & in caſu deficientiæ liberorum, teſtator iuſſit eccleſiam conſtrui, vel altare, an ſit expectanda mors omnium vt conſtruatur eccleſia, vel in morte cuiuſcumque erit locus ſubſtitutioni,& incipiet ſaltem conſtrui eccleſia. Pro reſolutione notandum communem opinionem eſſe,quod ſi ſimpliciter pluribus facta ſit fideicommiſſaria ſubſtitutio ſub conditione,
2 ſi ſine liberis deceſſerit,in cuiuſcunque perſona conditio extiterit, ſubſtitutio locum habebit.hæc eſt doctrina Bart.in l.hæredes mei. §.cum ita. ff.ad Trebell. quæ eſt communiter rece-

recepta, vt ibi teſtatur Rip. & ferè omnes Doctores ita concludunt, vt poſt Ber. conſ. 119. lib. 2. teſtatur etiam Card. Mant. 245. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 5. num. 17. quæ concluſio recipit aliquas limitationes, inter quas ponunt illam, quod ſubſtitutus admittatur ad portionem deficientis, niſi teſtator iuſſerit conſtrui eccleſiam, vel altare, ſi filij hæredes inſtituti ſine liberis deceſſerint, vt non debeat conſtrui antequam in omnium perſonis conditio impleatur. ita Calder. conſ. 4. & conſil. 42. de teſtam. Rip. in d. §. cum ita. nu. 137. ſed Soc. vtitur alia ratione, quia quando liberi ſunt inſtituti, vt loquuntur Rip. & Alciat. tes eſt indubitata, ex alia limitatione illius regulæ, quia ſupereſt perſona, quæ ex veriſimili mente excludit ſubſtitutum, iuxta communem in dict. §. cum ita, vt ibi teſtatur idem Rip. ſed Soc. idem ſentit, ſi extranei fuerunt inſtituti, quia non aliter videtur voluiſſe teſtator illud opus, quod eſt indiuiduum, iuxta l. in executione. §. ſecunda ſpecies. ff. de verb. oblig. conſtrui debere, quam ſi omnes ſine liberis deceſſerint, & omnium partes vacauerint. quem ſequitur Card. Mant. loco cit. dicens idem ſenſiſſe Calder. qui non loquitur de liberis. Ego vero de prędictis valde dubito. cum enim clarum ſit, quod eccleſia cōſtruenda poteſt inſtitui hæres, & ei legari poteſt, quamuis adhuc non ſit in rerum natura, vt clarè patet in cap. nos quidem. de teſtam. & eſt tex. etiam in l. ſetuos. ff. de aliment. & cibar. legat. & ibi tradit Bart. non video rationem diuerſitatis inter ipſam & priuatum, qui ſuccedit exiſtente conditione in morte cuiuſcunque. ergo idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquil. cum ſimilibus. Præterea habemus aliam regulam, quod legata ad conſtructionem eccleſiæ, vel ad alios pios vſus, ſi non poſſunt adimpleri, vt quia quantitas relicta non eſt ſufficiens, conuertuntur in alios pios vſus auctoritate Epiſcopi, vt voluntas teſtatoris adimpleatur eo modo quo poteſt. d. cap. nos quidem. de teſtam. cum ibi notatis. & in clemen. quia contingit. de relig. domib. quare videtur dicendum, quod ſi pars decedentis ſine liberis ſufficit pro conſtructione eccleſiæ ſumus in claris, ſi vero non ſufficit debet voluntas teſtatoris, qui fecit legatum intuitu Dei & Sanctorum, adimpleri conſtruendo eccleſiam minorem, vel alio modo, & non debet expectari mors omnium ſine liberis, quæ conditio fortè nunquam verificabitur, cum detrimento piæ voluntatis teſtatoris. Præterea non poteſt negari, quod pars decedentis poterit conſeruari pro fabrica eccleſiæ futuræ, quemadmodum debet Epiſcopus portionem debitam eccleſiæ pro fabrica conſeruare, quando eccleſia ea non indiget, vt in capit. concesſo. & cap. quatuor. 12. q. 2. Item, in rebus eccleſiæ & negocijs, non proceditur cum iuris ciuilis ſubtilitate, ſed quadam æquitate naturali. cap. 1. de dolo & contumac. videmus enim, quod ſi teſtator leget eccleſiæ, quæ non reperitur, adhuc legatum valet. §. ſi quis in nomine. & §. ſi quis vnum, in auth. de eccleſia. tit. item legata caduca ad pias cauſas debentur, vt per Imo. Abb. & omnes d. cap. nos quidem. Cum igitur ratio diuerſitatis reddi non poſſit inter eccleſiam & priuatum, imò maior ratio militet in eccleſia, non videtur procedere ſupradicta concluſio Doctorum. Non obſtát tex. in l. in executione. §. ſecunda ſpecies. vbi habetur, quod ſtipulatio damni eſt diuidua quo ad obligationem, petitionem, & ſolutionem, ſed obligatio faciendi opus, quia ex quo ſcindi non poteſt opus, teneantur omnes hæredes in ſolidum, quia illud eſt in fauorem operis, vt quilibet hæres teneatur in ſolidum, & repetat partem ab hæredibus. ergo non debet in odium retorqueri, vt ſi Epiſcopus executor piarum diſpoſitionum contentus ſit exigere partem decedentis ſine liberis pro adimplenda voluntate defuncti, id non poſſit. l. quodfauore. ff. de legib. & hæc opinio videtur mihi verior. Hic obiter notandum poſt Iaſ. in d. §. ſecunda
3 ſpecies, quod ſi teſtator mandat conſtrui capellam in nomine B. Mariæ, quilibet hæredum poteſt in ſolidum compelli ad conſtruendam, quia vt dicit text. operis effectus in partes ſcindi non poteſt, cum pars operis ſine alia parte non afferat totam vtilitatem reſpectu ipſius partis, quantam reſpectu totius.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia conſtruenda donari non poteſt, ſed legari, & quæ ſit ratio.*
2 *Eccleſia conſtruendæ donari poteſt, ſi fiat donatio alij, qui promittat Eccleſiæ reſtituere.*
3 *Eccleſia conſtruendæ donari poteſt, ſi Notarius ſtipuletur pro ea.*

QVAESTIO 246.

Eccleſiæ conſtruendæ donari non poſſe, & quomodo id procedat.

Eccleſiæ

1 ECcleſiæ conſtruendæ donari non poteſt. rex.eſt c.Abbate ſane. de re iudic. in 6. ſed poteſt illi legari, vnde poſſet teſtator mandare eccleſiam conſtrui, ac illi legare. cap. nos quidem. de teſtam. l. ſeruos. ff. de alimen.& cibar. legat. & ibi Bart. reddit rationem diuerſitatis, dicens non poſſe donari, quia donatio eſt contractus, qui requirit perſonam veram, vel fictam, cum qua contrahatur, & cum qua quis loquatur, non ſic in legato. vnde dicit ibi Bart. quod eccleſia conſtruenda poteſt inſtitui ſicut poſthumus alienus, vt l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſth. Sunt tamen notandæ
2 duæ limitationes ad d. regulam, quod eccleſię conſtruendæ donari non poteſt. prima ſi fieret donatio alijs, qui promitterent reſtituere eccleſiæ ædificandæ, quia tunc adeſſet perſona cum qua contrahitur. ita Bart. in d. l. ſer-
3 uos. ſecundo limitatur vt ſufficiat ſtipulatio notarij pro eccleſia conſtruenda, ita ſingulariter tradit Ber. poſt alios quos allegat, conſil. 21. vol. 2. vbi late de hac materia.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum Eccleſiæ conſtruendæ, debetur cum fructibus medij temporis.*
2 *Eccleſiæ conſtruendæ bona relicta, poſſunt per executores a quolibet poſſeſſore aduocari.*

Q VAE S T I O 247.

De legato facto Eccleſiæ conſtruendæ, an, debeatur cum fructibus medij temporis.

1 QVæſtio eſt notabilis, an legatum factum Eccleſiæ conſtuendæ, debeat tradi cum fructibus medij temporis, ſi eccleſia ſit conſtructa, nempe poſt 6. vel 10. annos. & breuiter dicendum quod ſic. per tex. in l. ſi ita relictum. §. pegaſus. ff. de legat. 2. vbi dicitur, quod ſi relinquitur prædiũ in certum diem, puta poſt 10. annos, vel cum legatarius erit pubes, debetur prædium cum fructibus medij temporis, ſi dies fuit appoſita fauore legatarij, non hæredis. ſed in caſu eccleſiæ conſtruendæ apponitur dies fauore eccleſiæ, quia ſi fuiſſet constructa tempore teſtamenti, teſtator reliquiſſet de præſenti, non in diem. facit tex. in cap. nos quidem. de teſt. vbi debetur relictum eccleſiæ conſtruendæ ſine diminutione. ita tradit Card. Zabar. & Abb. in d. cap. nos quidem. poſt conſ. Bart. & Franciſci, quos allegat, ſed non exprimit numerum conſiliorum. Notandum eſt ſecundum Ang. in
2 conſ. 129. incip. bona dicti teſtatoris, quod ſi eſt factum legatum omnium bonorum hoſpitali conſtruendo, poſſunt executores, ſi bona relicta ab alijs detinentur, intentatis actionibus competentibus, aduocare à quolibet poſſeſſore, iuxta l. ſi quis ad declinandum. & l. nulli. C. de Epiſcop. & Cler. & l. ſi quis ſepulchrum. §. funeris. ff. de relig. & ſumpt. fun. cum alijs. poſtea repeti D. Stephanum Gratianum nonnulla vtilia ſcribentem de legato facto eccleſiæ conſtruendæ, diſcept. forenſ. tom. 2. c. 358. ad quem te remitto.

S V M M A R I V M.

1 *Domini terrarum, an poſſint compellere ad molendum in ſuo molendino tantum, vel coquendum panem in ſuo furno, in præiudicium habentium molendina, & furnos, pro cauſa reparationis Eccleſiæ.*
2 *Subditi poſſunt compelli ad molendum in molendino domini, vel coquendum panem in eius furno, pro publica vtilitate.*
3 *Eccleſiam Cathedralem qui teneantur reparare, an Epiſcopus ſolus, vel etiam Canonici, aut alij Beneficiati, & quando laici, latè diſcutitur.*
4 *Pauperes ſunt fabrica viua, quæ præferuntur reparationi Eccleſiæ.*
5 *Clerici cum contribuant in neceſſitatibus communibus Ciuitatis, vbi facultas laicorum non ſuppetunt, debent etiam laici contribuere in communibus neceſſitatibus.*
6 *Campana Eccleſiæ, quorum expenſis ſit reficienda.*
7 *Clerici an ſoli teneantur ad expenſas pro cuſtodia argentea ſanctiſſimæ Eucharistiæ, miſſali, graduali, & alijs.*
8 *Clerici ad ornamenta Eccleſiæ non neceſſaria, non tenentur.*

Q VAE S T I O 248.

De Eccleſiæ reparatione, vel conſtructione, cuius fauore poteſt dominus caſtri cogere ſubditos ad molendum in ſuis molendinis, & coquendum panem in ſuis furnis, in damnum aliorum, dummodo lucrum conuertatur in Eccleſiæ reſtaurationem.

1 QVæſtio eſt notabilis. pone quod eccleſia cathedralis, ob vetuſtatẽ ſit diruta,

nec valeat Epiſcopus illam inſtaurare, vel ſit de nouo conſtructa eccleſia cathedralis, aut parochialis, aut alicuius religionis vtilis populo, an dominus Caſtri poſſit in prçiudicium aliorum habentium molendinum, vel furnos, cogere ſubditos ad molendum in ſuis molendinis tantum, & coquendum panem in ſuis furnis, ad finem conuertendi lucrũ in eccleſiæ reparationem. Dicendum quod cõmun. concl. DD. in l. quo minus. ff. fluminib. ſe habet non poſſe dominũ prædicta facere, niſi ex præſcriptione, cũ prohibitione & patientia ſubſequuta. Nihilominus Bal. dicit poſſe hoc dominum 2 facere, ob publicã vtilitatẽ, vt ſi lucrum quod inde percipitur, conuertitur ad vtilitatem publicã. ita ſingulariter tradit Bal. in conſ. 410. quçritur vtrum dominus. lib. 6. quem ſequitur Iacobin. de S. Georgio in tract. de feudis. in verb. & cũ molendinis. in 1. q. Et quamuis contrarium teneat Boer. deciſ. 125. dicens, quod hoc modo ſemper cogerentur ſubditi ad molendum, & coquendum in molendinis, & furnis domini, tamen præſuppoſita veritate conuerſionis lucri in vtilitatem publicam, verior eſt opin. Bald. quam latè ab impugnationibus Boer. defendit. Crauett. de antiq. temp. par. 4. 5. circa prçmiſſa. n. 4. ad quem te remitto. Publica autẽ vtilitas conſiſtit in ſacris, & Sacerdotibus. c. ius publicum. diſt. 1. ergo pro reparatione eccleſiæ id fieri poteſt. facit l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. Et in reparatione eccleſiæ nõ eſt difficultas quin laici teneãtur illam reparare, vt infra videbimus, ſed ſupradicta vtilitas publica conſiderata à Bald. poſſet procedere etiam in conſtructione nouç eccleſiæ, cathedralis vel parochialis, aut alicuius religionis vtilis populo. Et in hoſpitali 3 conſtruendo, quãdo eſt vtile Ciuitati dicit Ripa de remed. ad curandã peſtẽ, in princ. n. 24. quod poſſit fieri ſtatutum, quod vigeſima, vel quinquageſima legatorũ debeatur fabricç hoſpitalis, & valet ſtatutum, non obſtante quod lex Papia quæ vigeſimam hæreditatũ deferebat fiſco, fuerit per Iuſtin. Imp. ſublata l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. quia nõ eſt par ratio Chriſti & fiſci. Nam hoc ſtatutũ ad vtilitatem publicã, & laudẽ Chriſti, & ſalutem populi fit, illa vero ad perniciẽ ciuium, & ruinam, & fiſci commodũ edita fuerat. & ita tenent in d. l. fin. Bald. Salyc. & alij. quos refert, & ſequitur Ripa loco cit. cum aliquibus tamen declarationibus, de quibus per eum. & Ciuitas ſtatuere, quod fabricç hoſpitalis debeatur quinquageſima dotiũ mulierum quç nupſerint extra territorium, vel quinquageſima dotiũ mulierum forenſium, quæ nubant in territorio. Rip. loco cit. n. 38. poſt Corn. quem allegat in conſ. 106. quãquam. lib 4. & ibi Rip. ponit alia remedia pro cõſtructione hoſpitalis. ad quem recurre. Sed illud de quinquageſima exigenda à dotibus mulierum, non videtur ſuſtinendum, ne impediatur libertas matrimonij, ad not. per DD. præcipue Felin. in c. eccleſia S. Mariæ. de conſtit. Hinc pro maiori elucidatione quæritur, quis teneatur reparare eccleſiam Cathedralem, Epiſcopus ſolus, vel Epiſcopus & Canonici ſimul. cũ enim omnes percipiant commodũ, & fructus eccleſiæ, tã Epiſcopus quam Canonici, omnes debent ſentire incommodũ, & non eſt ferendus, qui ſentit emolumentum, ſi onus ſubire recuſat. reg. qui ſẽtit. de reg. iur. in 6. l. vnica. §. ne autem. & §. pro ſecundo. C. de caduc. toll. l. manifeſtiſſimi. §. penul. C. de furt. Et in hac materia reparationis ita argumentatur Gl. circa beneficiatos in c. 1. de eccl. çdif. Præterea facit, quod vſufructuarius tenetur ad ſarta tecta reficienda. l. eum ad quẽ. C. de vſufruct. l. hactenus. ff. eodem. Tertio hanc opinionem tenet Io. Andr. Domin. in c. ſi propter tua, de reſcrip. in 6. quod tale onus pertineat ad Epiſcopum & Canonicos ſimul. In cõtrarium facit quod ad ſolum Epiſcopũ talis reparatio pertineat non ad Canonicos, quia à ſacris Canonibus id Epiſcopo particulariter præcipitur, vt quartam partẽ reddituũ eroget in reparationem eccleſiæ. c. vnio. vbi Gl. 10. q. 3. & c. decernimus. 10. q. 1. c. nobiſcum. Gloſ. 12. q. 2. c. de rebus. c. vlterana. c. conceſſo. cap. quatuor. c. de redditibus. & c. cognouimus eadem cauſa. & q. Præterea facit tex. in c. fin. de his quæ fiunt a maiori par. Cap. vbi habetur, 4 quod Canonici tenentur ad reparationẽ eccleſiæ ex ſtatuto Epiſcopi facto de conſenſu maioris partis Capituli, ergo regulariter nõ tenẽtur de iure. Et hanc opin. quod Canonici non teneantur niſi in ſubſidium, latè defendit Berous conſ. 5. vol. 1. Quid dicendum. hæc poſterior opin. videtur verior, ſed pro reſolutione, & clariori intelligẽtia cõſtituamus aliquas cõcl.

Prima cõcluſio in materia reparationis eccleſiarũ quarumcunque, ante omnia cõſuetudo attẽdenda eſt. nã ſi cõſuetudine Epiſcopus vel Canonici, vel Beneficiati, vel laici, ſiue clerici, ſiue nobiles, ſiue ignobiles id præſtent, in futurũ præſtare tenẽtur. Hoſt. Car. Abb. Ang. & alij communiter in c. 1. de eccl. çdif. Inno. in c. fin. de his quæ fiũt à ma. par. & in d. c. ſi propter. & ibi Doct. Rip. lib. 3. reſp. 22. talis enim

con-

Digitized by Google

conſuetudo pia à quibuſcunque ſeruanda eſt. c. ad Apoſtolicam. de ſimonia. Bero. loco cit. quod idem cenſet in ſtatuto, vel priuilegio, quod alij teneantur. nam conſuetudo, ſtatutum, & priuilegium, in iſtis ęquiparantur. arg. d. c. ſi propter. & c. duo ſimul. de off. ordin. & videtur tenere Abb. in d. cap. 1. de eccl. ædific. ibi, idem dico, niſi aliter diſpoſitio ſpecialiter prouideret.

Secunda Concluſio. Remota conſuetudine, ſi Epiſcopus vltra victum ſufficientem & decentem poteſt ſubire onus, ad ipſum ſolum pertinet, nõ ad Canonicos. cum enim de iure hoc ſit expreſſum, quod de ſuis redditibus faciat partem fabricæ, & Clericis, & portioni Clericorum non imponatur hoc onus, nec nos imponere debemus. l. de pretio. ff. de public. vt bene conſiderauit Berous conſ. 3.

Tertia Concluſio. Non valet conſuetudo, vt hãc quartam Epiſcopus non teneatur erogare in fabricam, eſſet enim corruptela. vnde in d. cap. quatuor, dicitur quia nefas eſt. & in cap. cognouimus. appellatur praua conſuetudo, ergò inualida. c. fin. de conſuetud. Henric. Boic. in d. c. 1. de eccleſ. ædif. Innoc. in d. c. fin. de his quæ fiunt à maiori parte. niſi eſſent deputati certi redditus diſtincti à menſa Epiſcopali pro fabrica eccleſiæ, tunc non teneretur Epiſcopus, ex quo eccleſia non recipit detrimentum. Innoc. in d. c. fin. Abb. in d. cap. 1. Et hanc concluſionem intellige circumſcripta conſuetudine, quæ ad alios transferret onus fabricæ, vt in 1. concl.

Quarta Concluſio. Si Eccleſia non indigeret reparatione, Epiſcopus tenetur conſeruare quartam redditunm pro hoc pio vſu adimplendo, alias teneretur de proprio. c. vnio. vbi Gloſ. communiter recepta. 10. q. 3. c. decernimus. 10. q. 1. ita quod, ſi ita præſentes & præteriti redditus ſufficerent, cæteri Canonici & Clerici grauandi non eſſent. Henr. Boic. in d. c. 1. Ber. loco cit. qui alios allegat. Sed intellige, vt Epiſcopus nõ teneatur cõſeruare quando eccleſia nõ indiget fabrica. & imminet neceſſitas pauperum, quia poſſet diſpenſare, &
4 tenetur: pauperes enim ſunt fabricæ viuæ, ad quas intentio iuris refertur. c. aurum. 1. q. 1. tradit ſingulariter Caiet. ſuper D. Th. 2. 2. q. 185. art. 7. Intellige etiam quando imminet grauis neceſſitas, & manifeſta, alias de facili poſſent grauari Canonici, & alij.

Quinta Concluſio. Si Epiſcopus eſſet pauper vt vix redditus ſufficerent pro victu, tunc tenentur Canonici, & ſi eorum redditus non ſufficerent, poſſent compelli alij Clerici inferiores, deductis neceſſarijs. Ant. & comm. in d. c. 1. Io. Ant. Dom. Franch. in d. c. ſi propter. latiſſimè Ber. loco cit. qui multis comprobat; quod Canonici tenentur in ſubſidium, & poſt Canonicos Clerici aliarum eccleſiarum. Facit quod ſi omnes Clerici pro manifeſta cauſa tenentur ad præſtandum charitatiuum ſubſidium Epiſcopo. c. cũ Apoſtolus. §. prohibemus. de cenſ. rationabilis cauſa eſt reparatio eccleſiæ cathedralis. vt per Bellencin. tract. de charitat. ſubſid. q. ... Sed aduertendum, quod vna cum Canonicis comprehenduntur Beneficiati eccleſiæ cathedralis, qui fructus & emolumenta percipiunt, antequam ad alios
3 Clericos deueniatur, vltimo loco cõpelluntur laici, vt rectè annotauit Abb. in d. c. 1. de eccleſ. ædif. ſequitur Rip. d. reſp. 22. lib. 3. Et hęc opinio Abb. verior eſt, quicquid dicat Gl. in d. c. quatuor. & Hoſt. in ſumm. de eccl. ædif. quod laici non tenentur ad fabricam, niſi vbi viget conſuetudo. non enim diſtinguit, an redditus beneficiatorum ſufficiant, necne. qua de re intelligẽdi ſunt, vt eorum opin. procedat, quando redditus eccleſiæ ſufficiunt, alias eſſet im-
5 pium quod laici non tenerentur. Cũ enim clerici contribuant in neceſſitatibus communibus Ciuitatis vbi laicorum facultates non ſuppetunt, congruum eſt vt laici in neceſſitate communi eccleſiæ cathedralis ac communis matris, contribuere teneantur. Sed non inutiliter quæritur, quis teneãtur ad expenſas pro
6 campana, ſeu pro refectione cãpanæ? & videtur quod omnes, tam Clerici quam laici, quia cãpana concernit eccleſiaſticos & parochianos, cum per eam ad eccleſiã vocentur parochiani ad diuina. c. 1. & c. 2. de offic. cuſtod. c. Ioannes. de homicid. Durand. rationabili diuin. in rub. de cãpanis. quinimò videtur, quod etiam morantes circa parochiã debeant contribuere propter vtilitatẽ & commodũ, prout dicit Duran. quod Dęmones auditis tubis eccleſiæ militãtis, ſcilicet campanis, timẽt, ſicut tyrannus audiens in terra ſua tubas potentis regis ſui inimici timet. hinc eſt ſecundum eum, quod eccleſia vt videt concitari tempeſtatem, campanas pulſat, vt dæmones tubas æterni Regis audientes territi fugiant, & à tempeſtatis concitatione quieſcant, & fideles admoneantur pro inſtanti periculo orationi inſiſtere. In contrarium facit, quod cũ campanæ pertineant ad ornamenta, & decorẽ eccleſ. 7
& cultum diuinũ, debet onus pertinere ad illos qui tenẽtur ad fabricã, & ornamenta eccl. 8

vnde iuxta communem opinionem in cap. 1. de eccl.ædific. primo loco attendenda eſt conſuetudo. ſecundo tenentur Clerici deducto victu. tertio laici, & quod tenentur ad fabricam, & ornamenta. Barbat.conſ.25.par.3.per c.fin.de teſtam, vbi æquiparantur. vnde idem dicendum de campanis, quę pertinent ad cultum diuinum, pro conuocatione populi Chriſtiani ad diuina. & ita tenet Bertran. conſ.53. ex themate. vol.1.par.2. vbi dicit, quod licet forenſes percipiãt commodum ex campanis, nec per hoc tenentur contribuere, etiam ſi habeant bona immobilia intra parochiã, nec alicubi vidiſſe hoc attẽtatum. & certe eſt vtile valde remotum. nam principalis vtilitas campanarum reſpicit cõuocationẽ parochianorum ad diuina. vnde de parochianis illius parochię intelligitur. Et hęc opinio videtur in ſe vera. nihilominus quia laici ſolent etiam vti campanis pro alijs caſibus extra cultum diuinum, vt ad perſequendos hoſtes, & alia, & ſonitus campanarum, ſi bene conſideretur, principaliter reſpicit vtilitatem laicorum & eccleſiæ diſpendium, cum præter ſalarium Clericis, in pulſandis campanis pro conuocatione populi ad eccleſiam pro excitatione ad deuotionem, ad orationem, in certis temporibus & caſibus, licet quandoque etiam Clerici vtantur tali commodo, ſed ipſi parum curarent, cum ſint continuo in eccleſia, & campanella eis ſufficeret, & in effectu commodum reſpicit magis laicos quam Clericos. quare videtur, quod laici ſemper teneantur ad expenſas pro campanis, ſaltem pro maiori parte contribuant, iuxta reg. iuris, commoda qui ſentis, iungas onus emolumẽtis. l. vnica. §. pro ſecundo & tertio ne autem. C. de caduc. toll. l. manifeſtiſſimi. §. penul. C. de furt. Facit quod notat Hoſt. in d. cap. 1. de eccleſ. ædif. vbi inquit, quod quicquid ſcribant DD. Clerici vbique recurrunt ad eleemoſynas, & ad parochianos tã proprios quam alienos, excutientes humeros ſuos ab onere quantum poſſunt. & ſubdit, quod non omnino hoc reprobat, nam & laicorum intereſt eccleſiã reparari, & fabricari, cum in ea percipiant ſacramenta. arg. not. per eum. in c. vt præteritæ. de elect. & in c. in ſingulis. §. 1. de ſtatu monach. Hæc Hoſt. etſi eadem ratione vtilitatis laicorum, & auctoritate Hoſt. concludit Bertran conſ. 2. p. 2. quod laici, & Clerici tenentur ſimul contribuere ad prouidendum
7 eccleſiæ de cuſtodia argentea, miſſali, graduali, pſalterio, libris, baptiſterio, & alijs
8 ornamentis, non tamen tenentur Clerici ad ornamenta non neceſſaria, iuxta not. per Bal. in l. ad inſtruction. C. de ſacroſ. eccl. idem tenet Bertran. conſ. 150. vol. 7.

SVMMARIVM.

1 *Solum an cedat ædificio fauore Eccleſiæ.*
2 *Clericus de pecunia Eccleſiæ ædificans in ſolo ſuo, amittit ſolum.*

QVÆSTIO 249.
De ſolo cedente ædificio fauore Eccleſiæ, & quomodo id procedat.

1 GL. eſt ſing. in cap. Apoſtolicos, 12. q. 2. vbi inquit, quod ſi clericus ex pecunijs eccleſiæ ædificet in ſolo ſuo ædes, ædificium non cedet ſolo, ſed ſolum cedet ædificio fauore eccleſiæ, contra reg. §. cum in ſuo. inſtit. de rer. diuiſ. ſequitur Specul. de empt. & vend. §. tertio loco. verſ. quid ſi Clericus. Bald. in l. in tantum. ff. de rer. diuiſ. Barbat. in addit. ad Bal. in c. 1. §. & quia vidimus, de his qui feud. dar. poſſ. eum tamen intelligit, dummodo eccleſia ſoluat pretium ſoli. Cõtrariam opin. tenet Io. Andr. in addit. ad Specul. loco citat. dicens dictum Gl. non bene probari, & potius ſibi videri, quod res maneat communis pro rata, ne eccleſia locupletetur cum aliena iactura. c. locupletati. de reg. iur. in 6. cum ſimilibus. & ne fauor eccleſiæ iniuſtitiam pariat. c. nuper. de
2 donat. inter vir. & vxor. & ſufficere eccleſiæ, quod ob eius fauorem ædificium ſolo non cedat, & vitet damnum quod alias incurreret. Io. Andr. ſequitur Rom. in auth. ſimiliter in 11. ſpeciali contractu. dicit tamen in vlt. ſpeciali quod Gl. poſſet ſaluari in caſu. c. quæſtũ eſt. 17. q. 4. Tiraq. de priu. pię cauſę. priu. 121. refert ſimpliciter ſupradict. opin. nec aliquid firmat. Rip. in l. ſenatuſconſulto. ff. in quib. cauſis pign. vel hypoth. n. 17. dicit verius ſibi videri, quod ſi prælatus, vel eius hæres velit reſtituere pecuniam eccleſiæ, quod ædificium cedat ſolo, iuxta reg. §. in tantum. inſtit. de rerum diuiſ. Ex modernis Io. Franciſcus de Ponte de poteſt. proreg. in rit. de abundantia Ciuitatis. §. 4. num. 13. ſequitur opinion. Ioann. Andr. vt tantum meliorationes ſint eccleſiæ, quemadmodum emptũ de pecunia eccleſiæ, licet alieno nomine eſt ipſius eccleſiæ, vt in milite, pupillo, & fiſco. Gl. in l. ſi vt proponis. C. de rei vendicat. de quo infra tractabimus. Mihi vero videtur verior opinio Gloſſ. in dict.

cap.

cap. Apoſtolicæ. in caſu tamen ſuo, quando Clericus de pecunia eccleſiæ ædificat, vt eius temeritas, & auaritia puniatur, vt probant d. capit. Apoſtolicæ. & alia iura allegata in Gl. Et ratio eſt, quia Clericus, quodcunque acquiſiuerit de bonis eccleſiæ, debet conferre eccleſiæ, deducto victu, in eccleſiæ vſus expendere, alias punitur. cap. 1. 12. quæſt. 3. §. fin. 12. q. 1. vel in alios pios: faciunt multa adducta per Abb. in cap. cum eſſes. nu. 21. de teſtam. quare non debet ex pecunia eccleſiæ in fundo proprio ædificium erigere. poſtea reperi Ferd. Vaſquidem tenentem in tract. de ſucceſſ. reſol. lib. §. 9. nu. 64. & lætatus ſum.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia, ſiue Camera Epiſcopalis, habet vere fiſcum.*

2 *Fiſcum habet, qui habet merum & mixtum imperium.*

3 *Fiſcus Eccleſiæ habet priuilegium tacitæ hypotheca, aliaq. priuilegia fiſci.*

QVÆSTIO 250.

De fiſco Eccleſiæ, an ſit vere fiſcus, & gaudeat priuilegio tacitæ hypothecæ, alijsq. priuilegijs fiſci.

1 QVæſtio eſt practicabilis, an Camera Epiſcopalis habeat fiſcum, qui gaudeat priuilegio tacitæ hypothecæ, iuxta l. 2. & 3. ff. de priuil. fiſci. & l. 2. C. in quibus cauſis pignus, vel hypoth. tacite contrahatur. & in rubr. de priuil. fiſc. alijsq. priuilegijs fiſci, vt in tit. de iure fiſci, & alijs locis. Bald. in d. rubr. C. de priuileg. fiſc. fuit in opinione, quod Epiſcopus non dicatur proprie habere fiſcum, & ſucceſſiuè nihil poteſt confiſcare Cameræ ſuæ, & ſi quis contrahit cum eo, vel Epiſcopatu, nõ ideo bona ſunt tacitè obligata, quia nulla lege cauetur ſecundum ipſum. idem Bald. in auth. bona damnatorum. C. de bonis damnator. tradit, quod Epiſcopus condemnans ad pœnam pecuniariam, debet eam applicare fiſco Rom. Eccleſię, non autem Cameræ ſuæ, quia eſſet iudex in cauſa propria, ſed de facto fit contrarium, & male ſecundum eum. Aug. etiam in authent. vt nulli Iudic. §. vt autem. inquit, quod licet Epiſcopi imburſent iſtas pœnas, tamen hoc non poſſunt niſi cauſa neceſſitatis ſubſit, ſed debent erogare pauperibus, niſi ſit Epiſcopus habẽs dominiũ temporale. idẽ tenet Bertran. conſ. 19. vol. 1. 2. nu. 11. vt Epiſcopus habeat fiſcum quando dominiũ habet temporale, non eo ipſo quod eſt Epiſcopus, niſi cõſuetudo haberet contrarium, quæ eſſet attendenda. Neguſ. de pigno. p. 2. memb. 4. n. 141. dicit, quod ſi quis cõtrahit cum Epiſcopo, bona illius non ſunt tacitè hypothecata, nec Epiſcopatui, quia de hoc nulla lege cauetur. allegat Bald. in d. rubr. Alex. conſ. 104. in fi. & nouiſſime Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 11. tit. 18. nu. 26. dicens eccleſiam propriè nõ habere fiſcum, ex clem. 2. & ibi Imo. & Card. de hæreticis, ex Neguſ. loco cit. Alex. in l. ſi filiofamilias. §. ſi vir. ff. ſol. matr. & in addit. ad Bart. in l. 1. nu. 12. C. de bonis vacant. lib. 10. tantum eccleſiam habere tacitam hypothecã pro decimis prædialibus, ex Hoſt. Io. And. Abb. in c. paſtoralis. de decimis. Contrariam opin. quod Epiſcopus habeat fiſcum, tenet Gl. ſing. in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend. quam dicit Ant. de Butr. eſſe notandam his verbis, ſigna iſtam gloſſam, quia ſingularis eſt, & vult quod vbi ex aliquo delicto veniunt confiſcãda bona ex delicto, laici obligantur in fiſcum laicorum, ſed in Clerico confiſcatio fiet Cameræ Diœceſanę. ſequitur ibi Imo. Pet. de Anchar. Abb. Anan. Marian. Socin. in c. excommunicamus. de hæret. in princ. Facit etiam Gl. in d. Clem. 2. de hæret. & licet aliquì gloſſam intelligant de fiſco Papæ, tamen ſupradicti DD. eam intelligũt de Epiſcopi fiſco. idem ſentit Card. in d. Clemen. 2. §. 1. q. 6. ſi rectè inſpiciatur. hanc etiam opinionem tenet Rot. Rom. magnæ auctoritatis. deciſ. 8. de teſt. in antiquis, vbi firmat, quod Epiſcopus habeat fiſcum, & quod bona Clerici decedentis ab inteſtato deuoluantur ad Curiam eccleſiaſticam, & nõ ad fiſcũ principis propter Glo. in d. c. quia diuerſitatem. Fel. qui etiã alios allegat, & dicit hanc opin. de conſuetudine generali ſeruari, quod Epiſcopus habeat fiſcum, ſiue eius eccleſia in c. irrefragabili. nu. 11. de offic. ordin. & in d. c. excommunicamus. Barbat. in c. 2. de probat. nu. 61. Repertor. inquiſit. in verb. confiſcatio. Bernard. Diaz. in praxi criminali cap. 145. vbi quod iſta eſt verior opinio, & vſu recepta. idem tenet Aufrerius ad capellam Toloſanam, quæſt. 274. vbi ex hoc poſſit nominari publice procurator fiſcalis tribunalis eius iuriſdictionis Epiſcopalis. eandem opinionem communem aſſerit Couarruuias libro 2. variar. reſolut. 1. quæſt. num. 13. quamuis aſſerat Epiſcopos ea opinione debere vti, itaut

T 3 fugiant

Google

fugiant auaritiam, & quæ eorum fiſco fuerint delata in pios vſus erogent,& nouiſſime poſt alios quos allegat,hanc eſſe communem opinionem teſtatur & ſequitur Marc.Ant.Pereg.
2 de iure fiſci.tit.2.nu.106. Pro qua ego adduco, quod Epiſcopus habet merum & mixtum imperium.c.quod ſedem.vbi DD.de offic.ordinar. & ſucceſſiuè ſuccedit communis concluſio DD.quod habẽtes merum & mixtum imperium habent fiſcum: nam confiſcatio eſt commodum, & emolumentum procedens ex eo, & ideo illius commodo cedit qui habet tale imperium. & cui data eſt poteſtas in perſonis, fortius in rebus. l.ex eo. C.de agent. in reb.lib.10.& l.1.§.2.de imponend.lucrat.deſcript. ita tradit Luc.de Penna in l.1. col.penult.n.28.de priuileg.ſcholar.lib.12. Cæpol. conſ.17.Bruno conſ.31.in 2.vol. Aegid.Boſſ. ſingulariter alios referens, de pœnis. nu.25. & de regalijs n.15. Botan.conſ.25.& 78.vol.2.Natt. conſ.240. & conſ. 659. Alberic. in 3.parte ſtatutorum.q.19.latiſſime multos allegans.Decian.conſ.35.vol.2.Ruin.conſ.111. nu.13.lib. 5.Bal.in rubr.C.de priuil.fiſci, n.3. Alex.in addit.ad Bart.in l.1.n.12. C.de bon. vacant.lib.10. item tenet Crauett. conſ.128. proponitur quæſtio, & nouiſſime poſt multos Marc.Ant.Peregrin.de iur.fiſci.lib.1.tit.2.nu. 82. vbi, quod Barones habentes merum & mixtum imperium, habent fiſcum, & iura fiſcalia. eandem opinionem eſſe communem tradit Peregrin. d.tract.lib.5.tit.1.nu.30.Sed aduerte,quod Card.Mant.loco cit. nu.20.dicit, non eſſe verum quod habentes merum imperium,habeant fiſcum & confiſcationem, niſi id expreſſe habeant ex priuilegio Principis vt ei concedat regalia,& ita intelligit Bar. in l.2.ff.de iure fiſci. & in l.1. nu.50. C. de ſumma Trinit.& fide cat hol.allegat etiam Afflict.in cap.1.nu.39. quæ ſint regalia, qui dicit, Barones habentes merum & mixtum imperium,non poſſe ſibi incorporare bona quæ de iure propter delictum publicantur,niſi hoc in priuilegio ſit expreſſum; quia publicare bona eſt de regalibus: nam reſpondetur communem opinionem eſſe in contrarium, ex ſupra relatis, maxime Boſſ. in locis citatis,omnes non concludunt ſatis apparere de Principis conceſſione, quando eſt cõceſſum merum & mixtum imperium. Præterea facit pro hac opinione, quod Epiſcopus poteſt pro delicto ſtatuto inducere pœnã pecuniariam, & eam ſibi applicare,iuxta Io.And. Abb.Fel.& com. in d.cap.irrefragabili. §.cæterorum, de offic. ordin. Ex quibus manifeſte patet, Eccleſiam ſiue Epiſcopum habere fiſcum. cum itaque ſit verus fiſcus, debet gaudere priuilegio tacitæ hypothecæ, alijſq. quibus fiſcus ſecularis potitur, ex cap.1.& 2. de oper.noui nunc.
3 vbi omnes leges ciuiles ſunt approbatæ à ſacris Canonis, maxime ſi ſunt fauorabiles eccleſiæ, & non autem oneroſæ, vt ibi per DD. Si igitur eccleſia habet fiſcum, ergo eius fiſcus habet omnia priuilegia fiſci ſecularis per approbationem dictarum legum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an gaudeat omnibus priuilegijs fiſci.*

2 *Caſus priuilegiati extenduntur ex identitate rationis.*

3 *Eccleſia continet maiorem vtilitatem publicam, quam fiſcus temporalis.*

4 *Eccleſia cauſa eſt fauorabilior quam cauſa fiſci.*

5 *Deſtinatio ſolutionis in alio loco, nihil operatur in fraudem fiſci Cameræ Apoſtolicæ, multo minus in fraudem Eccleſiæ.*

6 *Priuilegia Eccleſiaſtica non extenduntur ad fiſcum temporalem, & non valet argumentum de Eccleſia ad fiſcum.*

7 *Fructus debentur non deductis expenſis, in decimis prædialibus.*

QVAESTIO 251.

De Eccleſia an gaudeat omnibus priuilegijs fiſci, vel tantum in caſibus expreſſis à iure.

1 QVæſtio eſt notabilis, & admodum vtilis, an Eccleſia gaudeat omnibus priuilegijs fiſci temporalis, ita quod valeat argumentum de fiſco ad eccleſiam, vel tantum ei æquiparetur in caſibus à iure expreſſis. Et quod æquiparetur tantum in caſibus à iure expreſſis, tenet Vaſq. de ſucceſſ. reſolut.lib.2.§.18.nu.10. dicens,non obſtare l.fin. C.de ſacroſ. eccleſ. vbi fiſcus & eccleſia ſunt exæquati,nam nõ ſequitur ſunt exæquati in terminis illius tex.ergo & in omnibus.allegat Curt. in l. ſi creditori. ff. de oper. nou. nunciat. & Iaſ.in d.l. fin.Eandem opinionem tenet Marc.Ant.Peregr.in tract.de iure fiſci. lib.3.nu.2. Contrariam opinionem,quod va-
2 leat argumentum de fiſco ad eccleſiam, ſubſiſtente tamen identitate rationis, & dummodo contrarium non reperiatur in iure expreſſum,

ſum, & caſus ſit applicabilis, tenet Euerard.in
loco à fiſco ad eccleſiam.per tex.in d.l.fin.Gl.
in auth.de non alienan. & 23. q. 4. & in cap.
audicis. vbi Abb.de in integr.reſtit. & multis
allegationibus ex d. concluſione emanãtibus
DD. auctoritatibus comprobatis latè corro-
borat Euerard. vt eſt videre apud ipſum. Gl.
in l.ſi procurator.§.fin.ff. de iure fiſci.Bart.in
l.à diuo pio. §.ſed & ſi emptor. ff. de re iud.
Abb.in c.2.in fin.de precario. Tiraq. in tract.
de priuileg.piæ cauſæ. priuil. 143. vbi firmat
generaliter eccleſiam gaudere omnibus pri-
uilegijs fiſci. Ita etiam communiter tenent
DD. in cap. 1. de probat.vbi concludunt pri-
uilegium fiſci,cum reus teneatur edere inſtru-
menta. l.ne quiſquam.ff. de edendo. habere
locum etiam in eccleſia,quia eccleſia & fiſcus
3 æquiparatur, & gaudet eius priuilegijs. ita
Bald.Ant. Abb. Felin. & Dec. qui teſtatur ex
communi opinione, eamq. ſequitur in d.c.1.
arguitur enim de fiſco ad eccleſiam. Gl. in l.
an vſufructus.ff.de vſufruct. Gl. & Bart.in l.ſi
vſusfructus munici.ff.de vſufruct. legat. Rom.
in auth.ſimiliter.C.ad leg.falcid.ſpecial. 13.
col.9.concludens, quod diſpoſitio legis 1.C.
de iure fiſci. lib. 10. habet etiam locum in ec-
cleſia.Speculator de teſte. §. poſtquam. verſ.
ſed quod ſi tot ſunt. ibi,idem pro fiſco, pro
eccleſia. Bald.in l.fructus.ff.ſol.matrim. dum
allegat l.fin.C.de ſacroſ. eccl. cum alijs, ex
quibus inquit Dec. poteſt dici, quod omnia
priuilegia quæ fiſco, vel Ciuitati conceſſa
reperiuntur, eccleſiæ debent competere.Nec
videntur obſtare, quod in d.l.fin. æquiparan-
tur Ciuitas & eccleſia, ſed non fiſcus, dicit
Alex.in l.ſi filio.§.ſi vir in quinquennium. ff.
ſolut.matrim.quia ille text.procedit etiam in
fiſco,& ita intelligit in l.omnibus.ff.de diuer-
ſis, & temporalibus præſcript. probant etiam
verba d.l.fi.ibi,nec viri Ciuitatũ,quia ius Ci-
uitatis verificatur in eius fiſco.itẽ procœmium
I. C. dum exorditur, vt inter diuinum publi-
cumque. nam hæc verba Gloſ. ita reſpiciunt
fiſcum ſicut Ciuitatem, vt vtroque caſu pu-
blica verſetur vtilitas, & principium Gloſſæ
conſtitutionem, attenditur l.regula. ff. de iur.
& facti ignor. & ratio finalis ex procœmio
colligitur l.fin.ff.de hæred.inſtitut. Aliqui di-
cebant in d.l.fin.Ciuitatem ęquiparari eccle-
ſiæ, non contra, ſed occurrit Dec. quod im-
mo æquè principaliter in Ciuitate ſicut in
eccleſia diſponitur, cum eodem verborum
conſtructu.ibi. hoc dicatur.Mattheſil.in tra-
ctat.diſtinct.in 1.membro. dicebat in d. l.fin.
æquiparationem in certis caſibus ibi expreſ-
ſis,quem refert Dec.in d. cap. cui optime re-
ſpondet, quod eius dictum poteſt procedere
in materia correctoria, prout ipſe loquitur de
materia correctoria,ſecus eſt in materia fauo-
rabili,tunc ſit extenſio à paritate rationis.Gl.
& Bart.in l.illud. C.de ſacroſ.eccl. Bart. in l.ſi
conſtare.q.9. ff.ſolut. matr. vt latius per Dec.
in loco cit. & ratio fauoris publici verſatur in
fiſco Ciuitatis. Imo, vt dicit idem Vaſq. de
ſucceſſ.progreſſ.lib.3.§.29. num.7. vbi firmat,
quod licet ſecundum ipſum eccleſia non poſ-
ſit dici priuilegiata niſi in caſibus expreſſis à
iure,tamen ſtante idẽtitate rationis, aliorum
priuilegia ad ipſam extenduntur ex identita-
te rationis. tex.eſt notabilis in cap.cum dile-
cta. de confirm. vtili, vel non vtili. & in cap.
poſt tranſlationem, in medio, de renunciat.
Gloſ.notabilis in l.1.C.de condit.indebit. fi-
ſcus autem habebit multa priuilegia ob pu-
blicam vtilitatem. & ius publicum conſiſtit in
ſacris & Sacerdotibus.cap.ius publicum.diſt.
1.l.2. ff. de iuſt. & iur. quinimmo eccleſia eſt
4 magis priuilegiata quã fiſcus, qui dicitur vl-
timus priuilegiatorum, & contra quem in du-
bio eſt iudicandum, iuxta l. non puto. ff. de
iure fiſci,vt ſingulariter tradit Rot.Rom.Car-
dinalis Seraph. deciſ. 594. vbi à maioritate
5 rationis cõcluditur, deſtinationem ſolutionis
in alio loco,in fraudẽ fiſci nihil operari,multo
minus in fraudem eccleſiæ, cuius cauſa eſt fa-
uorabilior quam cauſa fiſci, qui eſt vltimus
6 priuilegiatorum.quod eſt adeo verum,vt non
valeat argumentum à priuilegio eccleſiæ ad
priuilegium fiſci temporalis, vt tradunt Bart.
Imol. Iaſ. in l. fructus. ff.ſolut.matrim. in qua
habetur, quod fructus dicuntur deductis im-
7 penſis. nec valeat argumentum, quod in de-
cimis prædialibus, fructus debentur non de-
ductis expenſis.cap. paſtoralis.de decim. quia
inducta fauore animæ, quæ reſpicit ius diui-
num, & eſt pretioſior cunctis rebus. l. ſanci-
mus.C.de ſacro.eccl.non ſunt extendenda ad
ius publicum temporale.& in dubijs eſt iudi-
candum contra fiſcum, vt dictum eſt, ſecus in
eccleſia, quia in dubio pro ea iudicandum
eſt. d.l.ſancimus. & cap.fin.de re iudic.Con-
cluſio igitur,ex identitate rationis, & occur-
rente caſu applicabili,eccleſiam gaudere om-
nibus priuilegijs fiſci, non è contra.quod de-
ſeruit ad multa. ſunt enim quamplurima pri-
uilegia fiſci, quæ enumerat Bald. in l. 1. C.de
hæreditate, vel actione vendita. Azo. in ſum-
ma de priuil.fiſci.Salic.Paul.in l.fin. C.eodem
tit.

Digitized by Google

tit.&nouiſſimè Marc. Ant. Peregrin. Non eſt igitur recedendum à d. communi opinione & gl. interpretatione, & frequentiſſimo argumento, quo vtuntur DD. in mille locis de fiſco ad eccleſiam.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia gaudet omnibus priuilegijs militum.*
2 *Eccleſia gaudet omnibus priuilegijs libertatũ.*
3 *Eccleſia gaudet omnibus priuilegijs alimentorum.*
4 *Eccleſia gaudet omnibus priuilegijs dotis.*
5 *Eccleſia gaudet priuilegijs pupillorum, & minorum.*
6 *Eccleſia gaudet priuilegijs Reip.*
7 *Eccleſia gaudet priuilegijs Imperij.*

QVÆSTIO 252.

Eccleſia gaudet priuilegijs militum, libertatis, alimentorum, dotis, pupilli, & reip.

1 VLtra dicta in precedenti quæſt. de priuilegijs fiſci competentibus eccleſiæ vtile exiſtimaui breuiter tangere, quibus alijs priuilegijs gaudet eccleſia. deſeruit enim pro declaratione nonnullarum quæſtionum, quæ infra ſubijcientur. Et primo eccleſia gaudet priuilegijs militũ. vt tradunt DD. Gl. in l. ſi vt proponis. C. de rei vendic. Gl. in c. inquirendum. de pecul. Clericorum. Bald. in l. fin. C. de pactis. Abb. in conſ. 94. vol. 2. Euerard. in loco militum ad eccleſiam, qui ponit nonnulla exempla ad quem te remitto. vbi tamen militet eadem ratio in vtraque, & contrarium non reperiatur expreſsè deciſum in iure. Item
2 omnia diſpoſita in fauorem libertatis applicabilia eccleſiæ, habẽt locũ in ea, ſtante identitate rationis. Bald. in l. 2. C. de fideicommiſſ. libert. & in l. ſi iure. C. de manu. teſtam. Bar. in l. ſi vnus. C. de teſtam. latiſſime poſt alios Roman. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. diffusè. Euerard. in loco de libertate ad piam cauſam, vbi ponit nonnulla ſingularia libertatis, & applicat eccleſiç. Gaudet etiã eccle-
3 ſia omnibus priuilegijs alimentorum, quando caſus eſt applicabilis, & militat eadem ratio, nec reperitur contrarium diſpoſitum in iure, quia cauſa alimentorum de ſe eſt pia & fauorabilis. l. mela. vbi Gl. Bar. & alij. ff. de alimen. legat. Rom. in d. auth. ſimiliter vtitur hoc argumento ad multa Euerard. etiam in loco ab alimento ad piam cauſam, qui ponit nonnul-
4 las illationes DD. Gaudet præterea omnibus priuilegijs dotis, quia dos & pia cauſa æquiparantur c. 1. §. donare, qualiter olim feudum alienari poterit in vſibus feudorum. latiſſimè Bar. in l. 2. §. fin. ff. de donat. & in l. ſi ego. ff. de iure dot. Euerard. in loco cit. à dote ad piam cauſam; vbi auctoritatibus & exemplis id cõ-
5 probat. Inſuper gaudet eccleſia omnibus diſpoſitis in fauorem pupillorum, & minorum. Gl. in l. libertos. C. de excuſat. tutor. & in l. reſpublica in fine. & ibi Bar. & alij. C. ex quibus cauſis maiores in l. non eſt ignotum C. de adminiſtratione tutorum. c. 1. cap. auditis. de reſtitution. in integr. vbi DD. Iaſ. inſt. de action. Euerar. in loco à pupillo ad eccleſiam.
6 Poſtremo eccleſia gaudet omnibus diſpoſitis in fauorẽ Reip. quia æquiparantur. l. fin. C. de ſacroſan. eccl. Gl. in l. rem publicam. C. de iure. reip. lib. 11. in l. reſpublica. C. ex quibus cauſis maiores. Gl. in l. Imperator. ff. de re iud. Io. Andr. in reg. plus ſemper. de reg. iur. in 6. Bal. in l. Ciuitas. ff. ſi cert. per. Rom. in d. auth. ſimiliter. Euerard. tandem in loco à rep. ad eccleſiam. Quæ argumenta procedunt ſtante identitate rationis, & quando caſus eſt applicabilis, & contrarium non reperitur deciſum in iure. Dicit etiam Abb. in c. auditis. de præ-
7 ſcript. quod eccleſia gaudet priuilegijs, & iure imperij ad quem te remitto. & hæc generaliter adnotanda cenſui pro intelligentia nonnullarum quæſtionum.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an poſſit exigere pœnam conuentionalem vltra intereſſe.*
2 *Aequitas non rigor ſeruandus eſt in perſonis, & negocijs Eccleſiaſticis.*
3 *Pœna tripli contra plus petentem non ſeruatur de iure Canonico.*
4 *Eccleſia non poteſt petere deuolutionem ex pacto, in contractu locationis perpetuæ, cum ſit pœna merè conuentionalis.*
5 *Pœna conuentionalis applicanda alicui ex priuilegio Principis, non debet exigi vltra intereſſe.*
6 *Eccleſiaſticos decet ſanctitudo, decet honeſtas, decet modeſtia.*

QVÆSTIO 253.

De Eccleſia, an poſſit exigere pœnam conuentionalem vltra intereſſe.

Quæ-

Digitized by Google

1 QVæſtio eſt practicabilis, an Eccleſia
poſſit exigere pœnam conuentiona-
lem vltra intereſſe. & quod poſſit
exigere tenet Innoc. in cap. ſuam de pœnis.
dummodo non ſit appoſita in fraudem vſura-
rum. idque tenet Abb. ibi & in c.dilecti.de
arbitris. per illum tex. in quo pœna erat ap-
poſita partibus in compromiſſo, & Papa mã-
dat illum exigi contra non parentem pactis,
ſeu obtemperare laudo recuſantẽ: nihil enim
eſt tam naturale, quam quod fiat id quod ſe-
mel inter partes conuentum eſt. l. 1. ff.de pa-
ctis. Eandem opinionem multos allegans te-
net Gutier. lib.2. Canon. q.c.20. niſi adeſſet
ſcandalum, idque in eccleſia ſentit Nauar. in
c. fraternitas. 12.q.2.n.4.& 5. Quod non ſo-
lum licet, ſed etiam decet eccleſijs petere rem
ſuam, cum pœna legali vel conuentionali, li-
cet decentius eſſet, id non facere, non tamen
pœnitus dedecet. Contrariam opinionem te-
net Hoſt. in d.c.dilecti. quem ſequitur Ant.de
Butr. Ang.conſ.43. S.Antonius.n.1.tit.3.22.
vt ab eccleſia, & ab eccleſiaſticis non poſſit
exigi pœna conuentionalis vltra intereſſe. Pro
qua opinione facit tex. in d. c.ſuam. de pœ-
nis. cui iudicio meo reſponderi non poteſt,
nam ibi Papa mandat reſarciri intereſſe ſolu-
tione ſeptem librarum, quæ debebantur pro
complemento quadraginta promiſſarum, &
remitti ab Epiſcopo triginta libras à parte
pœnæ nomine promiſſas, & reddit rationem
Sum. Pont. quia non decet Epiſcopum Pon-
tificalis modeſtiæ obliuiſci, vt inhoneſtis quæ-
ſtibus anhelando deſideret cum aliena iactu-
ra ditari. Secundo facit tex. in c. 1. de dolo,
2 & contumacia, in quo præcipitur, vt in perſo-
nis & in negocijs eccleſiaſticis, æquitas non
rigor ſeruetur. & clarum eſt naturalẽ æquita-
tem ſuadere, ne eccleſia cuius conditio non
eſt facta deterior, cum damno alicuius lucre-
3 tur. Tertio facit communis reſolutio DD. de
qua teſtarur Abb. in c. vnico.de plus petitio-
nibus, quod pœna tripli impoſita iure ciuili
contra plus petentem, non eſt ſeruanda de iu-
re Canonico, quod nititur magna æquitate,
& probatur in d. c. vnico. vbi ſi Papa intelle-
xiſſet de pœna tripli repetijſſet, ſed tantum
dixit reum conpemnendum in expenſis, &
clarum eſt iure Canonico præcipuè eccleſiã,
& eccleſiaſtica gubernari. ad not.in cap.1.de
conſang.& affinit. Quarto hanc opinionem
4 ſequuta eſt Rota Romana, quæ eſt ſupremum
Tribunal fori eccleſiæ, vt in deciſ. Seraphin.
794. in qua fuit concluſum in contractu loca-
tionis perpetuæ non potuiſſe eccleſiam præ-
tendere deuolutionem ex pacto, cum id non
eſſet de natura locationis, & eſſe poenæ merè
conuentionalis, quam de iure cõmuni eccle-
ſia petere non poteſt niſi quatenus interſit, &
alias id fuiſſe deciſum in Rota teſtatur ibi
Card. Seraph. Idem habetur in deciſ. diuerſ.
1.deciſ.279. idem tenet Corn.conſ.344.lib.1.
Gramm. conſ.ciuil.66.nu.76.& alij allegati à
Rota. Rebuff.in l.vnica. C. de ſententijs, quæ
pro eo. num.573. Menoch.de arbitrarijs caſu
260. num.14. Id etiam ſeruatur inter laicos
in aliquo Tribunali, quod maximè diligit
æquitatem, vt eſt Conſilium Neap. vt tradit
Affl.deciſ.135. vbi dicit, quod quicquid ſit de
iure, ſtylus Sacr. Conſ. eſt quod ſiue poena
ſit appoſita obligationi quantitatis ſiue facti,
ad poenam ipſam non ſolet condemnare, niſi
quatenus cum intereſſe concurrat. & fuit de-
ciſum non potuiſſe exigi poenam ducatorum
mille & quingentum, ab extrahẽtibus auel-
lanas extra regnũ à quodam Ioanne cui fue-
rat conceſſum ex priuilegio Regis, quod nul-
lus auderet extrahere illas extra regnum, niſi
ipſe Ioannes, ſub graui poena applicanda ipſi
Ioanni, fuit deciſum extrahentes eſſe condem-
nandos ad poenam quatenus cum intereſſe
Ioannis concurreret, liquidandum tempore
exequutionis. quod eſt notandum, quia poe-
5 na conuentionalis, erat roborata priuilegio
Principis, quod ſi ita ſeruatur à laicis multò
magis ab eccleſiaſticis, qui debent eſſe ſan-
ctiores, domum enim Dei, decet ſanctitudo,
decet honeſtas, decet modeſtia, inqnit Ber-
6 nard. & habetur in c. cum decet. de immun.
eccl.in 6. & ſuſpectio auaritiæ abeſſe debet. c.
cum ab omni. de vita, & honeſt. Cler. Vnde
eccleſia licet poenas impoſitas per ſtatutũ re-
tinere poſſit, ob honeſtatẽ erogat in pios vſus.
ad not. per Hoſt. & Felin. latè in cap.irrefra-
gabili.§.cæterum. de officio ordin. Non obſtat
tex. alleg.ab Abb.in c.dilecti de arbitris. quia
ibi concurrebat intereſſe partis, quæ non ſa-
tisfecerat, nec obtemperauerat laudo. quod
etiam conſiderat Abb. in d.c.ſuum. ſed non
aperit tex. quid ſi pars paruiſſet, ſed non in
termino ſine tanto intereſſe partis, an debe-
retur poena. & hæc noto &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, an poſſit exigere pœnas legales.*
2 *Pœna l. ſi quis maior. C. de tranſ. eſt legalis, & poteſt exigi ab Eccleſia.*

Pœna

3 *Pęna qua non venit ex natura contractus, dicitur conuentionalis non legalis.*

QVÆSTIO 254.

An Eccleſia poſſit exigere pęnas legales.

1 QVæritur modo, an Eccleſia, quæ non
exigit poenas conuentionales vltra
intereſſe, poſſit exigere poenas legales.
& breuiter dicendum quod ſic. probatur
in cap. de ſinionia. & in cap. procuratores. de
cenſibus. in quibus locis eccleſiæ fit reſtitutio
dupli. & dicitur illa poena legalis, quæ à
lege imponitur & quod poſſit eccleſia exigere,
probat latè Card. de Turrecrem. in c. fraternitas.
12. quæſt. 1. Cagnol. poſt alios in l. ſi
2 quis maior. C. de tranſact. & fuit ſæpius deciſum
in Rot. Rom. vt habetur in deciſ. Seraph.
279. vbi quod poena dictæ l. ſi quis maior eſt
legalis, & poteſt exigi ab eccleſia. idem Card.
Seraphin. deciſ. 744. & deciſ. 819. & habetur
pro abſoluto quod eccleſia poteſt exigere
poenas legales. Circa quod eſt notandum,
3 quod ſi in contractu apponatur poena quæ
non venit, ex natura contractus dicitur poena
conuentionalis, & non legalis. l. 2. C. de his
qui poenæ nomine, & eccleſia illam non exigit.
ita fuit deciſum. vt in d. deciſ. 794. de qua
re vide latius in d. deciſ. diuerſ. 279. ad quem
te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium, an teneatur ad legata facta Eccleſiæ, vltra vires hæreditarias.*

2 *Præſumptio, quod hæres non conficiens inuentarium occultauerit bona, eſt iuris & de iure.*

QVÆSTIO 255.

Hæres non fecit inuentarium, an teneatur vltra vires hæreditarias ad legata facta Eccleſiæ.

1 HAec quæſtio eſt ſingularis, & quod teneatur
facit, quia ſi tenetur in legatis
debitis priuatę perſonę, multo magis in legatis
debitis eccleſiæ, quæ eſt fauorabilior, pro
qua non ſolum in claris, ſed etiam in dubio iudicandum
eſt. cap. fin. de re iud. l. ſunt perſonæ.
ff de relig. & ſumpt. funer. & text. in l. fin.
§. fin autem. C. de iure deliberandi. loquitur
clarè. Præterea ille textus fundatur in præ-
2 ſumptione occultationis bonorum, & dicta
præſumptio eſt iuris & de iure, vt dicit Bald.
in l. filium quem habentem. C. famil. erciſc.
Eccleſia autem vtitur præſumptionibus toto
tit. de præſumptionibus. quamuis in exactione
poenarum ſumma vtatur æquitate. cap.
ſuam de poenis. Et hanc opinionem tenet
Barbat. in cap. 1. de ſolution. Contrariam opinionem
tenet Bart. in l. 1. C. de ſacroſan. eccl.
Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. Rolan.
de inuentario, in quæſtione incipiente, an hæres
qui non conficit inuentarium. Præſes de
Franch. in deciſ. Conſ. Neap. 536. refert tractantes
quæſtiones, & quod hæres non teneatur
vltra vires conſiderat, quia ſi eccleſia
non tenetur vltra vires, non conficiens inuentarium,
eodem modo non debet teneri
hæres inuentarium non conficiens, eccleſiæ
vltra vires. poſtea dicit cauſam non fuiſſe
deciſam. refert etiam Panut. in tract. de inuent.
in 7. par. In cap. incipiente. enucleatis
caſibus, vbi concludit cõmunem eſſe opinionem,
vt in foro conſcientiæ omiſſio inuentarij
non noceat, & ſucceſſiuè cum Eccleſia ſoleat
in exigendo forum conſcientiæ ſequi, non vrgebit
hæredem vltra vires hæreditatis, etiam
quod non conficiat inuentariũ. Hæc ratio Panutij
ſecundum me parum facit, quia etſi eccleſia
non ſit ſolita exigere poenas conuentionales
vltra intereſſe, iuxta communẽ in c.
ſuam de poenis, poenas tamen legales exigit,
vt diximus in præcedenti quæſtione, hæc autem
eſt poena legalis impoſita in d. l. fin. ſiue
ob præſumptam occultationem bonorum; ſiue
cõtemptum legis, vt dicit Rom. in d. auth.
ſimiliter. Videtur etiã ratio diuerſitatis inter
eccleſiam inſtitutam hæredem, & hæredem
debentem legata eccleſiæ, quia in eccleſia
non præſumitur occultatio, & ideo communiter
practicatur doctrina Bart. in l. 1. C. de ſacroſan.
eccl. quod non tenetur vltra vires. nec
in gubernatoribus poteſt præſumi, cum non
agant cauſam propriam, vnde teſtes de vniuerſitate
ſunt integri teſtes pro ea, quando
non agitur de intereſſe ſingulorum. iux. not.
in cap. inſuper. de teſtibus. Hæc autem ratio
ceſſat in hærede priuato. ergo l. adigere. §.
quamuis. ff. de iurepatronatus. Quare tutius
mihi videtur ſequi opinionem, quod hæres
teneatur eccleſiæ vltra vires. non enim eſt recedendum
à lege antiqua, niſi expreſsè id caueatur.
l. præcipimus. C. de appellat. c. cum
expediat. de elect. in 6. Debet tamen eccleſia
ſe in-

ſe informare,& ſi cognouerit, teſtatorem non habuiſſe alia bona, debet non inquietare hæredem. ita enim ſuadet æquitas,qua eccleſia ſemper vtitur,rigore iuris ciuilis omiſſo. cap. dilecti. de iudicijs cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio bonorum facta à moniali, an reuocetur à monaſterio, ſi non ſeruentur promiſſa.*

2 *Donatio ob cauſam alimentorum, reuocatur ſi non præſtentur.*

3 *Donatio reuocatur, quando donatarius non impleuit promiſſa.*

QVÆSTIO 256.

De renunciatione bonorum facta à moniali, reuocanda per monaſterium ſi non ſeruentur promiſſa.

1 QVæritur, an renunciatio bonorum facta à moniali fratribus, poſſit reuocari ſi non ſeruent promiſſa, nempe ſi denegent alimenta non ſoluendo ducatos 8. vel 10. promiſſos pro veſtibus ſingulis annis.& breuiter dicendum quod ſic, nam licet monaſterium habuerit dotem, ex qua præſtat victum moniali,tamen aliquando illi non dat veſtes pro quibus fuerunt aſſignati ducati annui,& alimentorum appellatione venit veſtitus.l.legatis.ff.de alim. & cibar.legat. cum itaque ſimus in caſu alimentorum, concluſio eſt manifeſta,vt fiat reuocatio donationis per non adimplementum. tex.eſt vulgatus in l.1. C. de donat. quæ ſub modo. Præterea cum
2 renunciatio procedat ex mera libertate,dicitur donatio. l. donari. C. de donat. quæ pro-
3 pter ingratitudinem reuocatur. l.1. C. de reuoc. donat. & inter cauſas ingratitudinis eſt illa quando donatarius non impleuit promiſſa. ita dicit tex.in l.fin.C.de reuoc.donat. & datur vtilis rei vendicatio. l. his ſolis. C. eod. & ita in terminis determinat Marcell. de Mauro allegat. 58. quod eſt notandum in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio generalis, facta à moniali non extenditur ad legitimam, vel eius ſupplementum.*

2 *Iuramentum, an habeat vim expreſſi.*

QVÆSTIO 257.

De renunciatione generali, facta à moniali, an extendatur ad legitimam, ſiue eius ſupplementum.

1 PAter legauit filiæ moniali decem annua, an filia non obſtante renunciatione generali, poſſit petere legitimam ſiue eius ſupplementum. iuxta l.omni modo.C.de inoffic. teſtam. Et circumſcripta renunciatione,nulla eſt difficultas, cum retineat etiam iura ſuitatis.l. Deo nobis.C.de Epiſc. & Cler. Bertran. conſ.214. vol.8. Sed præſuppoſita renunciatione,idem dicendum eſt, vt ſi ſit filius non extendatur ad legitimam, nec ad ſupplementum.l.ſi quando.§.& generaliter. C.de inoff. teſtam. etiam non obſtante iuramento. Iaſ. in l. ſed & ſi.§. quæſitum. ff.ſi quis caution. vbi reſpondet ad d.Bald.in l.1. C. commodati. & ad l.cum pater.§.filius matrem. ff.de legat.2.
2 dum tradit, iuramentum habere vim expreſſi. vt d. §.filius, procedat quando actus deficit ratione ſolemnitatis, non ratione conſenſus,nec procedit quando lex requirit pro forma actum ſpecificum.iux.Andr.Sicul.conſil. 55. par. 2. Et hanc opinionem, quod renunciatio etiam iurata,non extendatur ad legitimam ſiue eius ſupplementum, tenet Aret.in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb.obligat. & in l. qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæred.latè comprobat Bertran. conſ. 239. vol.8. faciunt tradita per Franch.in c.quamuis pactum.de pact.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Illegitima efficitur legitima per ingreſſum religionis.*

2 *Monialis, quæ antea fuerat illegitima, poteſt dicere teſtamentum nullum, ſi prætereatur.*

3 *Monaſterium abſtinere non poteſt ab hæreditate filij ſpurij, qui eſt legitimatus per ingreſſum religionis.*

4 *Legitimati per ingreſſum, iuuant patrem quo ad immunitatem propter numerum 12. liberorum.*

5 *Legitimatio per ingreſſum religionis,eſt magis priuilegiata, quam per oblationem Curiæ.*

QVAESTIO 258.

De moniali illegitima, an poſſit petere legitimam in bonis paternis, & di-

cere

cere teſtamentum nullum, ſiue eius monaſterium.

1 QVæritur notabiliter, an illegitima per ingreſſum religionis legitimetur, ita quod competat ei legitima in bonis patris, & poſſit dicere teſtamētum nullum, ac omnino adæquetur filio legitimo, & naturali. Bald. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. poſt Guiel. ponit q. quando pater filio naturali, qui non poterat ab eo inſtitui, nec ei legari, facit legatum vt ingrediatur religionem, & quæritur nunquid valeat legatum fauore religionis, & concludit quod ſic, quia per ingreſſum religionis omnis macula eſt ſublata. quia ſicut per oblationem Curiæ ſtatim fit legitimus. §. quod vero. & §. quis igitur in auth. quibus modis naturales efficiantur ſui, multo magis filius intrans religionem in qua eſt facta oblatio Curiæ cæleſti. ſequitur Rom. in auth. ſimiliter. n. 17. C. ad leg. falcid. vbi dicit id intelligi quo ad bona temporalia non quo ad beneficia eccleſiæ, quia in illis requiritur diſpenſatio particularis. iuxta deciſ. Capr. 1. de filijs presbyterorum in 6. Idem vt efficiatur legitimus tradit Felin. in c. cum deputati. num 2. de iudicijs. Aret. in l. neceſſarijs. ff. de acquirend. hæred. Alex. conſ. 35. vol. 3. Dec. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. ante numerum quintum. Iaſ. in l. filiusfamilias. num. 3. de lib. & poſth. Marſil. in rubr. de fideiuſſionib. num. 123. Suarez allegat 25. in tantum quod hæc eſt communis opinio, vt tradit Couar. de ſponſalib. lib. 2. cap. 8. §. licet ipſe ſolus dubitauerit. ex quibus ſequitur, quod ſi fauore monaſterij habetur pro legi-
2 tima & naturali, poterit ſicut quilibet alius legitimus & naturalis, conſequi legitimam in bonis paternis; & poterit dicere teſtamentum nullum. iuxta tradita per Bald. in c. 1. de cauſis. num. 34. de off. deleg. Alex. conſ. 139. vol. 1. & eam debet habere titulo honorario inſtitutionis. Ruin. ſingulariter conſ. 89. quo ad primum. tom. 3. vbi latiſſimè probat, filiam ſpuriam per profeſſionem in monaſterio legiti-
3 mari, & ex præteritionis ipſius, teſtamentum paternum eſſe nullum. Pariſ. conſ. 55. col. 1. vol. 7. col. 4. Cephal. conſ. 277. vol. 2. & dicit Rom. in l. neceſſarijs. ff. de acquiren. hæredit. quod monaſterium abſtinere non poterit ab hæreditate patris filij ſpurij, qui fuit legitimatus per ingreſſum monaſterij. dicit Alex. & Aret. alij videantur dicere. ſed Rom. ſequitur Ruin. loco citato. Ex quibus etiam ſequitur, quod poteſt iuuare patrem quo ad immunitates ei ratione numeri filiorum competentes, vt quo ad excuſationem ad tutelam:
4 quia ſicut filius legitimus & naturalis, mortuus in bello iuuat patrem, inſtitutionibus de excuſat. tut. §. 1. ſic pariter filius ingreſſus religionem, qui ob Cœleſtem gloriam viuere cenſetur. ita Io. de Platea. Ang. in d. §. 1. & ibi Miſing. & Iaſ. in addit. ad Portium. Rebuff. in l. 1. C. de his qui numero liberorum. lib. 10. Petr. de Annibal. in tract. de munet. & honoribus. par. 3. num. 14. Rolan. loco citato. Et licet religioſus reputetur mortuus, tamen quo ad fauorabilia cēſetur viuere. & non pro omnia ingreſſus habetur pro mortuo, ſed quo ad quædam. Petr. de Anchar. loco citato. Et ex his fuit deciſum in Conſil. Neap. quod filia monialis profit patri, ad excuſationem tutelæ. Vinc. de Franch. deciſ. 132. ex prædictis. dicit ramen Alex. in l. neceſſarijs. C. ff. de
5 acquir. hæred. quod legitimato per oblationem Curiæ, non licet abſtinere ab hæreditate, ſed legitimatus per ingreſſum poteſt ſe abſtinere. & ſic iſta legitimatio propter ingreſſum eſt magis priuilegiata. & hæc ſunt notanda &c.

SVMMARIVM.

1 *Monialis cui fuit dos relicta à patre ſi decedat ante profeſſionem, an poſſit de ea diſponere in fauorem monaſterij.*

2 *Filia, an poſſit de dote diſponere ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, ſi ipſa decedat ante nuptias.*

QVÆSTIO 259.

Monialis cui fuit dos relicta à patre ſi fiat Monacha, & moriatur ante profeſſionem, an poſſit de illa diſponere in fauorem monaſterij &c.

1 QVæritur, ſtante ſtatuto quod ſuccedentibus maſculis filia excludatur, ſed dotetur, ſi pater relinquat dotem filiæ ſi nupſerit, vel fiat Monacha, & illa ingreſſa monaſterium ante profeſſionem moriatur, an poſſit aliquid legare monaſterio de eius dote. iſta quæſtio dependet ab illa, an filia maritandæ fratribus, tranſmittat hæreditatem ante nuptias, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum. Bald. in l. ſancimus. C. de nupt. dicebat, quod cum dos ſuccedat loco legitimæ à filia ſtatim

peti

peti poſſit adita hæreditate, non expectata nubili ætate, quia omnis dilatio remouetur l. quoniam in prioribus. C. de inoff teſtam. & ob id concludit Bal. legatū tranſmitti per filiam ſi decedat antequam nupſerit, quem ſequuti ſunt. Io. Andr. ad Specul. de teſt. verſ. ſcire debes. Iaſ. in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. Abb. conſ. 92. a. par. Alex. conſ. 55. vol. 2. & conſ. 202. vol. 7. Vol. conſ. 2. quos citat Ant. Gabr. de legitima. lib. 6. concl. 1. Caſtrenſ. cōſ. 322. Super primo dubio verſ. verum. vol. 2. Riminal. Iun. conſ. 157. latè. quamuis Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero dicat legatum eſſe conditionale, nec per filiam tranſmitti ſi decedat antequā nubat, quem plures ſequuti ſunt relati à Rimin. d. conſ. 157. & tenet Cranett. conſ. 466. & latè conſ. 778. Rimin. in cōſ. 694. idem tenet, ſed ex diuerſitate facti, vt eſt videre apud ipſum. communis autem concluſio contra Bar. eſt legatum tranſmitti, & ſic poteſt filia diſponere in fauorem monaſterij, vel aliorum abſque dubio, quod eſt ſummè notandum &c.

SVMMARIVM.

1 *Filia hæres vniuerſalis inſtituta ſi ingrediatur religionē, & ſi nupſerit in legitima tantū, an ſi nupſerit totam hæreditatem habeat.*

2 *Timor amiſſionis hæreditatis dicitur quædam coactio, & iuſtus metus.*

QVÆSTIO 260.

De filia hęrede vniuerſali inſtituta ſi ingrediatur monaſterium, & ſi nupſerit tantum in legitima, an ſi nupſerit habebit totam hæreditatem in præiudicium monaſterij.

1 PAter inſtituit hæredem vniuerſalem filiam ſi monialis efficiatur, alias inſtituit eam in legitima, an ſi nupſerit habebit totam hæreditatem reiecta conditione monachationis. Bart. in conſ. 184. domina Nuſra firmat conditionem eſſe reijciendam: quia in virgine cōditio impediens nuptias reijcitur, licet non in vidua auth. cui relictum. C. de indict. vid. tollen. & ibi Gl. & omnes. hæc autem conditio monachationis impedit matrimonium, & ſoboli procreandæ reipublicæ. & Bar. opin. latè defendit Rimin. Iun. cōſ. 215. vol. 2. n. 163. Contra Bar. tenet Bal. in d. auth. cui relictum dicens, quod ſi legatū fuerit virgini ſub conditione ſi intrauerit monaſterium ſeruanda eſt conditio, nam voluntates defunctorum nihil licitum continentes fruſtrari non debent §. quæ vero in auth. de nupt. Facit, quod ſi cōditio illa ſi Titio nupſerit ſeruari debet, vt ſit legato locus. l. Titio genero. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. multò magis ſeruari debet cōditio ſi Deo ſe deſponſauerit per ingreſſum monaſterij. ſequitur Paul. de Caſtr. ac Corn. & Iaſ. ibi quoniā vita contemplatiua eſt maioris perfectionis quam matrimonialis, & excellentior quam actiua. §. 1. vbi Gloſ. in verb. ceſſionem in auth. de monachis. Archid. in c. ſcripturis. 8. q. 1. ac idem Paul. de Caſtr. in d. l. Titio centū. §. 1. miratur de illa deciſ. Bar. & credit quod malè conſuluerit Soc. in l. mulier Titio. n. 12. ff. de cond. & demonſtr. Alex. in Apoſtilla ad Bart. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. Dec. in c. in præſentia. n. 18. de probat. Eman. à Coſta in repet. l. cum tale. §. ſi arbitratu limit. 3. ff. de cond. & demonſtr. Sed Riminal. d. conſ. nu. 180. defendit opin. Bar. reſpondens Bal. ac dicens non eſſe verum, hanc conditionem eſſe licitam, nam adſtringere ad ingreſſum eſt, quod illicitum, quod præcipuè hodie prohibetur à Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regularibus. c. 19. & 20. & timor amiſſionis hæreditatis eſt quędam coactio, & dicitur annexa pœ- 2
na timor amiſſionis bonorum. ſecundum Anchar. conſ. 21. ac iuſtus metus. Gl. in l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. Ceph. conſ. 295. n. 15. Sed hæc reſp. non ſatisfacit nam poreſt quis ſpe lucri inuitari ad matrimonium carnale, vt ſi Titio nupſerit d. l. Titio, tanto magis ad matrimonium ſpirituale, & ad conſilium Pauli Apoſtoli. nec videtur ſubſiſtere alia reſponſio Rimin. ad d. l. Titio. dum dicit terminos eſſe diuerſos, nam conditio ſi Titio nupſerit ſtat pro matrimonio, nec illud impugnat ſicut cōditio monachationis, ſiquidem, quamuis lex ciuilis multa ſpecialia ſtatuerit fauore matrimonij carnalis, multa etiam ſpecialia induxit fauore religionis, ne quis retrahatur à vita contemplatiua. vt in auth. de ſanctiſs. Epiſcopis. §. ſed hoc præſenti. & in auth. ſi quā mulier. C. de ſacroſan. eccl. Præterea hoc legatum eſt pium, vt filia ingrediatur monaſteriū, & Altiſſimo ſeruiat, & ius ciuile vnicuique liberam, & ampliſſimam poteſtatem tribuit diſponēdi ad pias cauſas. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. & infinita ſunt priuilegia piæ cauſæ à iure ciuili inducta, quæ colligit Tiraquel. in tractat. de priuileg. piæ cauſæ poſt Rom. in auth. ſimiliter. C. ad legem falcid.

V neque

neque enim apud Chriſtianos videtur illici-
tum, ſi non omnes contrahant matrimoniũ,
ſed magnopere laudantur, qui conſiliũ Apo-
ſtoli ſequuntur, & qui ſe caſtrauerunt pro-
pter regnum Cœlorum, vt tradit Saluator
noſter, cui ſit laus in ſecula ſeculorum. ſed vi-
de in ſeq. quæſt.

S V M M A R I V M.

1 *Exequutores deputati ad dandam dotem virginibus maritandis, an poſſint dare monachandis.*

2 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale valet.*

QVÆSTIO 261.

De executoribus deputatis ad dandam dotem puellis maritandis, an poſſint eam dare monachandis.

1 QVæritur, an exequutores deputati ad
dandam dotẽ puellis maritandis, poſ-
ſint eã præſtare monachãdis. Pariſ.
conſ. 26. n. 36. vol. 4. in ſimili caſu tenet, quod
exequutor datus virginibus dotãdis, poſſit da
re dotem ingredientibus religionem, quia va-
2 let argumentũ de matrimonio carnali ad ſpi-
rituale, & contra c. 2. de tranſlat. prælat. latè
Euerard. in loco de matrimonio carnali ad
ſpirituale, & è contra. Item facit. §. ſed & hoc
præſenti. in auth. de ſanctiſs. Epiſcopis, vbi
conditio nuptiarum habetur pro non adiecta
ſi quis velit effici religioſus. Contrarium
tenet Bal. in auth. niſi rogati. n. 11. C. ad Tre-
bell. Bal. nouell. de dot. poſt. 6. priuil. 77. Natt.
conſ. 296. Couar. c. 3. n. 11. de teſtam. Laderc.
conſ. 181. Capic. deciſ. 204. nu. 2. Menoch. de
præſumpt. par. 2. lib. 4. præſump. 14. dominus
meus Colendiſſimus Abb. Io. Hieron. de Mau-
ro in addit. ad alleg. 20. eximij Iuriſconſulti,
& præſidis Marcelli de Mauro eius patris.
Pro qua opinione facit, quia forma manda-
ti non eſt mutanda, ſed ad vnguem ſeruanda.
l. diligenter. ff. mandati. Bald. qui loquitur de
exequutore, in l. qui in aliena. §. libertos. ff. de
neg. geſt. & in l. ſi pupillorum. ff. de reb. eor.
& quia relicta ad certum pium vſum, nõ poſ-
ſunt in alium conuerti Clem. quia contingit.
de relig. domib. etiam ſi fiat commutatio in
melius. Imol. Card. & alij, ibi. & dicunt ſupra-
dicti DD. aliud eſſe ſi relinquatur dos certæ
puellæ maritandæ, tunc eam habebit ſi ingre-
diatur religionem ne retrahatur à vita con-
tẽplatiua. vt in d. §. ſed hoc præſenti. quæ ra-
tio ceſſat in exequutore, qui tenetur adim-
plere formã mandati. quare Laderch. loco cit.
reſp. rationi Pariſ. de dote matrim. ſpiritualis
dicens illum malè loqui, cũ dos non poſſit dari
pro matrimonio ſpirituali. c. nõ ſatis. de ſimo-
nia. niſi ex cõmuni vſu, quæ eleemoſynæ præ-
textu dantur dotis verbo ſignificarentur, cum
teſtatores ex vſu vulgi mutuentur interpreta-
tionẽ, iuxta omnes in rubr. de nou. oper. nunc.
Subdit etiam nõ obſtare argumẽtum de ma-
trimonio ſpirituali ad carnale, ſiquidem quo
ad exequutores non procedit, qui debẽt præ-
ciſè ſeruare formã mandati, alias ſequeretur
quod exequutor poſſet ſemper dotare puellas
monachandas, ſi vellet, & nullam puellã nu-
ptui tradere. Quid igitur dicendũ? & quidem
ex vna parte vrget, quod deputata ad certos
pios vſus, in alios maximè ab exequutoribus
conuerti nõ debent, ex altera vero videtur fa-
cere veriſimilis mens teſtatorum, qui vt ex-
perientia docet mouẽtur ad legandum dotes
puellis, ne ob inopiam incurrant periculum
fornicationis cum iactura animarũ ſuarum,
& aliorum, & quandoque corporum; ſalus au-
tem animæ tutius in religione ſperatur. & ve-
riſimiliter ſi fuiſſet interrogatus teſtator, idẽ
reſpondiſſet ad Gl. communiter receptam in
l. tale pactum. ff. de pact. Nec alteratur volun-
tas teſtatoris, maximè ſtante identitate ratio-
nis, imò maioritate, & veniat ſpirituale ex iu-
ris comprehenſione d. c. 2. quemadmodum
priuilegiũ eſt ſtrictè interpretandũ, niſi qua-
tenus verba comprehendunt ex ſui ſignifica-
tione, ad latè tradita per Fel. in c. poſtulaſti. de
reſcrip. ex communi etiam vſu loquendi, quæ
dantur pro alimentis puellarum, dotes nun-
cupantur. igitur exequutores non veniunt
contra formam mandati. & hanc opinionem
puto æquiorem, ac veriorem &c.

S V M M A R I V M.

1 *Regularis effectus Epiſcopus, an recuperet bona donata Eccleſiæ, vel conſanguineis.*

2 *Indulgentia non extenditur ad bona alijs quæſita.*

3 *Clericus depoſitus reſtitutus ad priſtinum, non recuperat beneficium alteri quæſitum.*

4 *Regularis effectus Epiſcopus, poteſt reuocare teſtamentum factum ante profeſſionem.*

5 *Clericus ſecularis contrahens matrimonium reuocat donationem factam Eccleſiæ.*

6 *Religioſus diſpenſatus à Papa vt fiat comes ſuccedit in feudo.*

Pupil-

7 *Pupillaris ſubſtitutio, quæ per arrogationem expirat, an ſi liberet impubes reconualeſcit.*
8 *Canoniſtæ conſiderant magis animum, quam effectum.*

QVAESTIO 262.

Pro regulari, qui donauerat bona ſua monaſterio, vel conſanguineis, an ea recuperet, ſi promoueatur ad Epiſcopatum.

1 QVæſtio eſt notabilis, regularis transtu-
lit bona ſua patrimonialia in mona-
ſterium per profeſſionem, vel ante
eam illa conſanguineis vel pijs locis renun-
ciauit, an ſi promoueatur ad Epiſcopatum ea
recuperet. Bar. in tract. minoriorũ. lib. 4. diſt.
3. c. 2. ponit exemplum in fratre minore facto
Epiſcopo, vt non recuperet bona quæ perue-
2 nerunt ad conſanguineos, quia per Epiſcopa-
tum cenſetur reſtitutus priſtino ſtatui. reſtitu-
tio autem vel indulgentia, non extenditur ad
bona alijs quæſita. l. Gallus. §. quid ſi tantum.
ff. de lib. & poſth. facit vulgare dictum, quod
Clericus depoſitus reſtitutus ad priſtinum
3 ſtatum, non recuperet beneficium alij colla-
tum. Gl. & DD. in c. ex parte. de reſtit. ſpol.
cum ſimilibus quæ adduci poſſunt. eandem
opin. tenet Bal. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ.
eccl. n. 22. qui reſpondet quibuſdam dicenti-
bus, quod ſi poſt ingreſſum patris naſceretur
poſthumus, recuperaret bona ipſe poſthumus
ſic etiam pater deberet recuperare, quaſi ipſe
idem ſibi ſit poſthumus. arg. ff. de capt. l. non
vt à patre & l. ſine. in princ. ff. de iurepatron.
ſed ipſe reſpondet, quod iſte non eſt actus
qui retrotrahatur. Secundo pro hac opi-
nione fortiter facit, quod religioſus effectus
Epiſcopus non deſinit eſſe religioſus, & tene-
tur ſeruare paupertatem. Gl. in c. de monach.
16. q. 1. & communis de qua latè per Couar.
in c. 1. de teſtam. nu. 18. ergo non poteſt am-
plius habere regreſſum ad bona alijs deuolu-
ta, & tanto magis ſponte reſignata, & donata.
Tertio facit tex. notab. in c. vnico. 18. q. 1. vbi
Monachus factus Epiſcopus, non recuperat
quæ monaſterio acquiſiuit, tãtum admittitur
ad hæreditatem ſibi delatam poſt Epiſcopa-
tum. & ſic videtur caſus apertus, quod bona
quæ ad monaſteriũ vel alios peruenerunt per
profeſſionem ſequutam, non poſſunt amplius
recuperari, nec ab eccleſia, nec ab alijs. Quar-
to argumentatur modernus Fabius de Anna
Neap. conſ. 41. quòd renũciatio realis facit re-
nunciantem haberi pro mortuo. vt dicit And.
noſter de Iſern. cap. 1. de eo qui finem fecit
agnato de feudo patern. & ſucceſſiuè cum
habeatur pro mortuo, in omnem caſum pro
tali eſt reputandus, & non habet habilitatem
reuocandi, ſed ſatis eſt quod fuerit habilis tẽ-
pore renunciationis, & ſeruauerit ſolemnita-
tes requiſitas à Sac. Conc. Trid. Præterea ar-
guit ipſe à ſufficienti partium enumeratione,
quod reuocatio non poteſt fieri ex parte mo-
naſterij, quia ſequuta profeſſione monaſteriũ
nullum habet ius reuocandi talem renuncia-
tionem vt clarum eſt, nec ex parte Epiſcopi,
qui habetur pro mortuo, vt ipſe dicit, cum
ſit renunciatio realis, & retineat incapacita-
tem, nec ex parte eccleſiæ Cathedralis, cui
præeſt, ſiquidem Epiſcopus bona illa acquirit
eccleſiæ cui præeſt, quæ poſt adeptũ Epiſco-
patum acquirit ex d. c. vnico. 18. q. 1. Præte-
rea facit regula, quod renunciantibus iura
ſua, non datur regreſſus. l. ſequitur. §. ſi ven-
ditor. ff. de edil. edict. & prædicta videntur fa-
cere tam quo ad bona deuoluta conſangui-
neis per profeſſionem monaſterij incapacis in
cõmuni quàm de acquiſitis monaſterio capa-
ci in cõmuni, per profeſſionẽ. & tanto magis
quando bona fuerunt ſponte donata, & reſi-
gnata eccleſiæ, vel conſanguineis. Item facit,
quod religioſus Epiſcopus non ſolum tenetur
ſeruare paupertatẽ, ſed nec indiget dictis bo-
nis, cum habeat fructus eccleſiæ ex quibus ſe
ſuosq. alat, vt clarum eſt. Eandem opin. tenet
Corb. de cauſa priuat. ob alien. n. 3. vbi dicit,
quod emphyteuta effectus incapax propter
ingreſsũ religionis incapacis, ſi efficiatur Epi-
ſcopus non recuperat emphyteuſim, ſed ad
alios comprehẽſos, vel ad dominum deuolui-
tur. Pro contraria opinione facit, quod renũ-
ciatio conditionalis euaneſcit deficiente con-
ditione l. cedere diem. ff. de verb. & rer. ſignif.
l. qui hæredi. §. fin. ff. de cond. & demonſtr. ſed
nũc deficit conditio ſub qua præſumitur facta
renunciatio, videlicet ſi renũcians perſeueraſ-
ſet in monaſterio, ſucceſſiuè dũ ob Epiſcopa-
tus dignitatẽ non permanſit, ceſſauit cõditio,
& euanuit renunciatio. item quia renunciatio
præſumitur facta, re in eodem ſtatu perma-
nente, ita quod ſi ſtatus mutetur poteſt reuo-
cari tanquam carens voluntate renunciandi.
l. ſi actionẽ. C. de pact. c. cum inter. de renunc.
Bald. Paul. Dec. in l. pactum. C. de collation.
Surd. latè deciſ. 163. Sed in hoc caſu res non
permanet in eodem ſtatu, quia non permanſit

in monaſterio, ergo poteſt reuocari donatio. Idem facit, quod religioſus factus Epiſcopus
4 recuperat velle, & nolle, & non habetur amplius pro mortuo. ita quod poteſt reuocare teſtamentum factum ante profeſſionē, vt tradunt Bal. Iaſ. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. Videtur igitur reuiuiſcere, quo caſu ſuccedit alia regula quod mortuus reſurgens à morte recuperet eius bona, quia idem homo eſſe dicitur prout erat ante mortem. Bal. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Imol. in l. ſi marito. & de Lazaro reſuſcitato, quod recuperauerit eius bona tradit Gl. in l. ex his. ff. de leg. & ibi Alberic. eam communiter teneri. Alex. in d. l. ſi marito. His & alijs rationibus hanc opinion. tenet Moder. Doct. Molfeſ. in conſ. 1. reſpondens rationibus Fab. de Anna. & ad primam quod religioſus effectus Epiſcopus teneatur ſeruare paupertatem dicit, quod ſatis eſt quod efficiatur capax bonorum ad inſtar aliorum ſecularium, vt probat tex. in d. c. vnico. 18. q. 1. & l. Deo nobis. C. de de Epiſc. & Cler. Ad ſecundā de renunciatione, vt faciat renunciantem pro mortuo reſpondet, non procedere te in eodem ſtatu non permanēte. Ad tertiā quod eccleſia, nec monaſterium poſſit reuocare concedit, ſed negat quod Epiſcopus non poſſit reuocare, ſed quod poſſit propter deficientem eond. Quid dicendum in hac quæſt. Arbitror hanc poſt.
5 opin. eſſe veriorem. pro qua ego adduco tex. not. in c. quod ad te. de Cler. coniug. vbi habetur, quod ſi Clericus ſecularis beneficiatus cōtrahit matrimonium, recuperat omnia bona quę donauerat eccleſię ſeculari, & ibi optima. Gl. dicit, quod omnis donatio facta eccleſiæ vel monaſterio, tempore ingreſſus tacitam habet conditionem, vt duret eo ibidem perſeuerante, ad inſtar dotis, quæ durat durante matrimonio, & ſubintelligitur hæc conditio. l. vnica. §. cur autem. C. de rei vxor. act. & vera intelligentia illius tex. eſt, vt procedat, quādo donatio fuit facta regulari ratione ingreſſus, idem ſi Clerico ſeculari, quia tunc bona ſequuntur perſonam, & poſſunt tacitè vel expreſsè reuocare recedente de perſona, ſecus vbi non eſſent acceſſoria ad perſonā, vt ſi longe ante ingreſſum in eccleſiam regularem vel ſecularem fuerint donata, vt optimè declarat Abb. d. c. quod ad te. vbi in ſpecie dicit, quod regularis effectus Epiſcopus nō recuperat bona quæ acquiſiuit monaſterio ex induſtria ſua, ſed bene recuperat bona patrimonialia, quia videntur ſemper accedere ad eius perſonam, licet expreſsè fuerint collata tempore ingreſſus. reſpondens ad tex. in d. c. vnico. vt procedat in bonis acquiſitis ex induſtria, quia illa remanent penes monaſterium, ſecus in patrimonialibus. & idem tenet ibi Cardin. Zabar. Cum itaque id procedat in Clerico ſeculari, qui poteſt quandocunque donationem eccleſiæ factā, per ſubſequens matrimonium reuocare, quia non videtur cogitaſſe de matrimonio, & ſi cogitaſſet non donaſſet, & ſacri Canones attendunt intentionem, nulla datur ratio diuerſitatis in regulari facto Epiſcopo, quod ideo renunciauit quia non poterat poſſidere, vnde ſi cogitaſſet quod erat habilitandus ad acquirendum per Epiſcopatum non reſignaſſet. Idem facit, quod religioſus non ſuccedat in feudo donec agnatus ſupereſt. c. 1. de mil. qui arm. bell. depoſ. ta-
6 men ſi Papa diſpenſauit quod religioſus fiat Comes, ſuccedit ad feudū apertum, tanquam poſtliminio reuerſus, & ad ſuccedendum habilitatus, vel nouo hominis eſt gratia reſtituta, & habilitas aperta. ita Bal. ſing. conſ. 174. vol. 2. allegat l. Ariſto. ff. de manumiſſ. teſt. l. in quæſt. C. de ſent. paſſ. Item facit, quod pupillaris ſubſtitutio per arrogationem expirat, ſed
7 ſi poſtea liberetur impubes ab arrogatione, non conualeſcit de iure ciuili, ſed bene ex æquitate prætoris. vt latè probat Vaſq. de ſucceſſ. progeſſ. lib. 2. §. 14. n. 12. multò magis id poteſt procedere de iure Canonico in hoc caſu ſimili, quod maiori innititur æquitate. Ant. in c. ſicut litteris. de ſponſ. & Bar. in l. ſed ſi vnius. §. ſeruus meus. ff. de iniur. dicit Cano-
8 niſtas conſiderare magis animum, quam effectum. Et ex his patet reſponſio ad rationem Bar. quod Epiſcopus non dicitur vere reſtitutus ex gratia Principis qui promouet illum ad Epiſcopatum, quamuis acceſſoriè reſtituatur ad priſtinum ſtatum. ad l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. ſed caſus noſter procedit in donatione, vel deuolutione bonorum ad alios facta ſub cōditione tacita perſeuerantiæ. quare caſus eſt diſſimilis. Præterea ſi eſſet vera reſtitutio, adhuc extēderetur ad recuperationē bonorum, quando ius alteri quæſitum tradit originem immediatè à condēnatione. vt tradit Bal. in d. §. quid ſi tantum, & ibi Alex. Pet. de Anch. in c. quamuis. de reſcrip. in 6. latiſſimè Fel. in c. inter quatuor. de maior. & obed. Sed re vera hic non agitur de reſtitutione, ſed de promotione ad meliorem ſtatum, cum ſtatus Epiſcopalis ſit perfectior ſtatu religioſo, vt latè probat S. Thom. 2. 2. q. 69. Et hæc opinio eſt magis conſona veritati &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia cui eſt factum legatum cum onere celebrandi Miſſas, & in caſu de non adimplemento, quod transeat ad aliam eccleſiam, an poſſit pro minori ſumma cum hærede concordare, & reijcere onera.*

2 *Legatum eſt indiuiduum, & non poteſt ſcindi.*

QVÆSTIO 263.

De legato facto Eccleſiæ cum onere celebrandi Miſſas, & anniuerſaria, & in caſu non adimplementi, quod tranſeat ad aliam Eccleſiam, ſi legataria concordet cum hærede pro minori ſumma reiectis oneribus, an alia Eccleſia poſſit petere legatum.

1 TEſtator reliquit eccleſiæ mille, cũ onere celebrandi anniuerſaria, & miſſas, vel alijs oneribus, ita quod ſi legatum recuſabit, vel non adimpleuerit, legatum acquiratur alteri eccleſiæ, vel hoſpitali. euenit, quod eccleſia legataria litigauit cum hærede pro conſequendo legato, tandem abſque Iudicis ſententia ſimul concordauerunt, vt receptis quingentis non moleſtarent hæredem. ex qua concordia onera teſtatoris non ſubijt, cum pecunia forte ad eam non ſufficeret, vel ex conuentione. Secunda eccleſia petit legatum, ex quo onera non fuerũt adimpleta, & voluntati defuncti per concordiam præiudicari non debuit. Quæritur quid iuris. Et breuiter reſpondendum, ſecundam eccleſiam fouere iuſtitiam

2 non enim potuit prima eccleſia acceptare pro parte legatum & onera reijcere. ſiquidem conditio appoſita legato, reputatur indiuidua ratione legati, quod eſt indiuiduum. vt declarat Crot. conſ. 52. n. 20. poſt Bar. & alios in l. etiam ſi pactis de leg. 1. & dicit Paul. in l. cui. ff. de cond. & demonſtr. quod ſi legatarius velit totam ſummam dare, vt partem legati conſequatur, non admittitur, quia legatum eſt indiuiduum. idque tenet Gomeſ. de teſtam. c. 10. Maran. in l. is poteſt. n. 10. ff. de acquir. hæred. itaque non potuit monaſteriũ ſcindere legatũ, & onera reijcere. l. ſi duobus. §. 1. ff. de leg. 2. & l. ſi legatario. ff. de fideicomm. libert. vbi dicitur quod legatarius cogitur agnoſcere legatum quod repudiauerat, & implere onus annexum legato. ſic è contra non potuit acceptare legatũ, & onera annexa reijcere. Facit etiam quod conditiones voluntariæ debẽt adimpleri in forma ſpecifica. l. qui hæredi. l. Mutius. ff. de cond. & demonſtr. Bar. & alij in l. Gallus. §. & qui ſi tãrum. ff. de liber. & poſth. & in ſpecie præpoſitæ quæſtionis, ita tenet in terminis, & latè defendit vt legatum debeat ſecundo loco pio Riminal. Iun. conſ. 129. per totum. lib. 6. Verum ſi hæreditas non caperet legatum, & concordia fieret cum auctoritate Epiſcopi, ac audita ſecunda eccleſia, videtur contrarium dicendum. niſi ſecunda eccleſia ſe offerret onera adimplere. ad not. per DD. in c. nos quidem. de teſtamentis.

SVMMARIVM.

1 *Regularis effectus Epiſcopus, an poſſit emere prædia cõſanguineis, vel Eccleſiæ ſui ordinis.*

2 *Epiſcopi regulares, an habeant adminiſtrationem, & diſpenſationem redditũum, parem ſecularibus.*

3 *Donata Epiſcopo regulari à conſanguineis, acquiruntur Eccleſiæ cathedrali, ſecus in Epiſcopo ſeculari, cui acquiruntur.*

QVÆSTIO 264.

De regulari effecto Epiſcopo, an poſſit de redditibus Epiſcopatus emere bona immobilia monaſterio ſui ordinis, vel ea repetat Eccleſia Cathedralis. & quid ſi pater legauit filio religioſo tria millia aureorum in caſu promotionis ad Epiſcopatum, an poſſit ea donare ſuo ordini, vel conſanguineis.

1 QVæſtio eſt notabilis Epiſcopus regularis de redditibus Epiſcopatus emit prædium monaſterio ſui ordinis, vel ſuis conſanguineis, an eo mortuo eccleſia Cathedralis poſſit illud recuperare. & videtur quod ea recuperet ob votum paupertatis, quod adhuc adſtringit Epiſcopũ, ita quod tenetur acquirere eccleſiæ, quemadmodũ acquiret monaſterio. tex. eſt in c. vnico. 18. q. 1. In contrarium facit, quia nulla eſt differẽtia inter Epiſcopos regulares, & ſeculares habentes admi-

2 niſtrationem, quo ad poteſtatem diſpenſandi, quia nec Epiſcopi regulares, nec ſeculares sũt domini, ſed procuratores, & œconomi, diſpenſatores ad erogãdum pauperibus deducto victu, & neceſſitatibus ſecundum decentiã ſui ſtatus. quod quidẽ officiũ, ita benè fideliterq.

regularis præſtare poteſt ſicut & ſecularis, & quia ambo habent verum titulum Canonicum, & ſucceſſiuè eandem poteſtatem diſponendi, vt ſingulariter tradit Card. Zabar. in Clem. 2. §. ſed & tales, de vita & honeſt. Cler. Nauar. de redditib. eccl. quæſt. 2. n. 15. & ante eos Hoſt. in cap. 1. de teſt. tenet quod ex quo Epiſcopus regularis habet adminiſtrationem poteſt liberè diſponere. Quid dicendum? hæc poſterior opinio videtur verior, ſed facit me multum dubitare tex. in c. cum olim. il ſecondo. de priuil. vbi Canonicus regularis effectus Epiſcopus, donauerat eccleſiæ ſuæ religionis in qua fuerat Canonicus duo millia Marabatinorũ, qui poſt eius mortem fuerunt per ſententiam reſtituti Epiſcopo ſucceſſori, & donatio erat facta eccleſiæ. & dicunt Io. Andr. & Abb. contra Hoſt. in d. c. 1. quod Epiſcopus regularis, quamuis habeat adminiſtrationem, non tamen debet vti redditibus eccleſiæ vt rebus proprijs, ſed rebus eccleſiæ. & regularis effectus Epiſcopus, in omnibus compatibilibus cum dignitate, remanet regularis. S. Thom. 2. 2. q. 185. art. fin. quare notabiliter dicit Abb. in d. c. cum olim. quod donata conſanguineis poſſunt repeti, niſi per modũ eleemoſynæ. c. quiſquis. 17. q. 1. & dicit ibi Abb. num. 7. notabiliter, nota quod regularis factus Epiſcopus, ad hoc habilitatur ad habendum proprium, & ad diſponendum ad libitum de proprietate. Facit ſing. deciſ. Conſ. Neap. in qua fuit dictum, quod Epiſcopus Liparenſis, qui fuerat regularis, & renunciato Epiſcopatu ex penſione ducentorum aureorum ſibi reſeruata emerat quaſdam poſſeſſiones in eadem Ciuitate, in quibus ædificauerat, eaſq. conſanguineis donauerat, fuit deciſũ in conſ. dictas poſſeſſiones cum fructibus à tempore moræ litis eſſe reſtituendas Epiſcopo ſucceſſori. Et hæc opinio mihi videtur verior. per tex. ſing. in d. c. cum olim. eamq. intelligo in acquiſitione, vel donatione quantitatis notabilis, non per modũ eleemoſynæ. Et ex his videtur dicendũ: quod illa tria millia aureorum legata à patre filio religioſo, in caſu promotionis ad Epiſcopatum, acquiratur Eccleſiæ Cathedrali, niſi fuerint legata pro expeditione bullarum, & alijs neceſſarijs tẽpore promotionis, tum quod ſupereſt debetur eccleſiæ Cathedrali. in hoc enim differt Epiſcopus regularis à ſeculari, quia de donatis, vel legatis ſi-
3 bi à conſanguineis intuitu perſonæ, poteſt liberè diſponere, ac teſtari. c. requiſiſti. de teſt. ſed Epiſcopus regularis omnia ſibi donata vel relicta acquirit eccleſiæ Cathedrali, cum retineat votum paupertatis, & ita deciditur in d. cap. vnico. 18. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Profeſsio facta cum proteſtatione retinendi patrimonium, an ſit valida.*

2 *Pactum contra ſubſtantiam actus, vitiatur & non vitiat actum.*

3 *Profeſsio facta cum pacto de obtinenda dignitate vel Abbatia, valet reiecto pacto.*

4 *Regularibus, an poſsint concedi ſtabilia in adminiſtrationem, vel commendam.*

QVÆSTIO 265.

De profeſſione facta cum poteſtate retinendi bona patrimonialia, an impediat eorum tranſlationem in monaſterium.

1 QVæſtio eſt ardua, an regularis tempore profeſſionis poſſit per pactum expreſſum ſibi reſeruare retentionẽ, & diſpoſitionem bonorum patrimonialiũ, vel tale pactum annullat profeſsionem, aut ab ea ſit reijciendum & bona tranſeant in monaſteriũ ac ſi pactum non fuiſſet adiectum. iux. auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. In hac quæſtione fuerũt diuerſæ opiniones. Prima opinio, quod pactum reijciatur, & ingreſſus ſiue profeſſio remaneat pura, & valida, & ſucceſſiuè tranſibunt bona in monaſterium. tenet Gloſ. in d. auth. ingreſſi. & in ſ. illud. in authent. de monach. & in l. ſi pater. l. 1. ff. de adopt. & in c. ſolet. 32. q. 2. Hoſt. in cap. inſinuante, qui Clerici, vel vouentes. Innoc. Hoſt. Io. Andr. &
1 latè Ant. de Burr. qui de communi teſtatur in c. fin. de cond. appoſ. Bal. in cap. 1. §. nulla. per quos fiat inueſtitura. & in l. vnica. §. illo procul dubio. C. de latin. libert. tollen. & in l. ſi quis ita hæres inſtitutus excepto fundo. ff. de hæred. inſtituen. Ang. conſ. 172. incip. Primus punctus. col. 3. latiſſimè Imol. in c. cũ M. Ferrarienſis. de conſtit. vbi etiam teſtatur de communi. Iaſ. diffusè in d. auth. ingreſſi. vbi poſt relatas aliorum opiniones, hanc tanquam communẽ amplectitur. Pro qua opinione fortiter vrget reg. l. cum præcario. ff. de præcari.
2 quod quando fit pactum contra ſubſtantiam actus, pactũ vitiatur & remanet actus, ſed tale pactum eſt contra votum paupertatis, & ſic contra ſubſtantialia profeſſionis. c. cũ ad monaſterium de ſtatu monach. ergo debet reijci

& non

& non vitiare ingreſſum, ſeu profeſſionem. Facit etiam tex. notab.in l. obligationum fere. §.placet.ff.de act.& obligat.vbi ſi quis dixerit ſe ſolum ſine ſuperficie tradere, nihil perficit quo minus & ſuperficies tranſeat, quæ natura ſolo cohæret, & per quem tex.inquit Fulgoſ.in d.auth. ingreſſi, ſe amplius in hoc articulo non dubitare, vt refert & ſequitur Iaſ.loco citato. Contrariam opinionem, quod vitietur ingreſſus per tale pactum, tenet Gloſ.in c.2. & in d.cap. 2.& in d.cap. cum ad monaſterium,de ſtatu monach. & in d. c. fin. de cond.appoſ.& in cap.1.qui Clerici,vel vouentes. Odofred. de regular. in verb. quid ſi aliquis. Paul.de Elcazar. Petr.de Anchar. & Io.de Lignano in clem. fin. de regular. Card. Zabar.& Abb.in d.c.fin.de cond.appoſ.idem Card.in clem.eos.in 6.q.de regul.Alciat.in l.ſtipulatio non poteſt. §. ſi quis mihi pamfilum.nu.22.ff.de verb.oblig. Pro qua opinione adducunt tex.in d.cap.fin. de cond. appoſ. vbi pactum contra ſubſtantialia matrimonij vitiat ipſum matrimonium, ergo idem debet eſſe in ingreſſu monaſterij,quod eſt matrimonium ſpirituale, cum de carnali ad ſpirituale valeat argumentum. c. 2. de tranſlat. prælat. & hæc eſt præcipua ratio huius opin. Tertia fuit opinio diſtinguens, aut tale pactum fuit appoſitum incontinenti tempore ingreſſus, & vitiat ipſum ingreſſum, aut ex poſt facto, & pactum nihil valet. Gl.in l.per ſeruum. §.1.ff. de vſu,& habitat. Bald.in conſ. ſuo incip. in primis conſiderandum eſt, relatus à Iaſ.loco cit. Quarta fuit opin.Bart.in d.auth.ingreſſi. vbi diſtinguit,aut profitẽs reſeruauit ſibi proprium,vt habeat adminiſtrationem, & tenet ingreſſus, aut conſtat quod voluit ſibi reſeruare proprietatem, & vitiatur ingreſſus. In dubio dicit interpretandum quid voluerit habere adminiſtrationem, vt res potius valeat. nam religioſus poteſt habere adminiſtrationem bonorum de conſenſu ſuperiorum, vt c.2.de ſtatu regular.Sed hanc rationem Bart. impugnat Ant.de Butr.in d.c.fin. ea ratione, quod licet religioſus poſſit habere adminiſtrationem iure ſibi delatam, non tamen ex pacto, quia tunc haberet quid proprium, & ſic idem dicendum eſſet, quando ſibi reſeruauerit proprietatem.Iaſ.in d.auth. ingreſſi, nu. 37.dicit valere profeſſionem quantum ad nudam adminiſtrationem meri facti. illa enim permittitur,non vigore pacti, ſed de benignitate Abbatis, dummodo ſit reuocabilis ad eius nutum,iuxta cap.1.& cap. monaſterium. de ſtatu regular. alias niſi prædicta duo concurrant, non valeret promiſſio per nudam adminiſtrationem facti. & ſic intelligit & declarat Bart. aliqua pro confirmatione adducens. Couar.in 4.2. par.cap.3.n.18.conſiderat, ad ſubſtantialia religionis perfectæ pertinere tria vota, continentiæ, paupertatis, & obedientiæ.vt docet S.Thom. 2.2. quæſt. 86. art.3. 4. & 5. Non tamen inquit ipſe ita præciſe ſunt hæc tria vota de ſubſtantia, quia quandoque limitata religioni etiã adhæreãt, vt votum paupertatis poteſt intelligi in particulari, non in communi, item votum continentiæ quandoque intelligitur in caſtitate coniugali, vt in militibus S. Iacobi, qui profitentur caſtitatem coniugalem, & nihilominus religioſi ſunt, & tria vota ſubſtantialia profitentur,nam & obedientiam,& paupertatem promittunt, quamuis non exactam, neque præciſam. ex quibus infert profeſſionem factam hac conditione,vt profitenti licitum ſit bona liberè acquirere, & propria ſibi retinere, etiam Prælato inuito,irritam eſſe, cum hoc ſit contra religionis ſubſtantiam,& minimè paupertatem profiteatur. & hoc caſu dicit procedere Gl.in d.cap.fin. de cond. appoſ. ſed ſi profiteatur ſub hac conditione, vt ſibi liceat retinere quamdã domum vii propriam eum bonis iam acquiſitis,valere profeſſionem religionis, reiecta conditione d.c.fin.qui Clerici, vel vouentes. atque ita intelligendã eſſe Gl.in d. auth. ingreſſi. Quid igitur dicendum in hac quæſtione, ſequor primam opinionem contra Abb.tanquam magis communem, quam etiam tenent plures. Gloſ.in cap.auditis.in verb. ex poſt facto. de elect. in cap.2. in verbo, non teneris. & ibi Gemin. de dol. & contum.in 6. & in cap.1.in verb. ad collatio-
3 nem,de rer. permut.in 6. Pro qua etiam facit, quod non valet pactum factum à profitente de Abbatia, vel alia dignitate conſequenda. cap.cum ad noſtram, vbi Gl. de elect.& in c. pen.de voto. & ibi Abb. Gl. in cap. ſi officia. 95.diſtinct. Sed præcipua ratio huius concluſionis conſiſtit in reg. l.cum precario. ff. de precar. Neque obſtat reſponſio Alciati loco cit. inquit enim, quod ideo annullatur profeſſio, quia actus eſt indiuiduus ex voluntate contrahentis. arg. l. ædilis. ff.de ædilitio edicto, quia non fuit mentis iſtius profiteri, niſi tale pactum valeat, ſed in l.cum precario ceſſat hæc ratio. quia ex quo precarium reſpicit ſolum fauorem accipientis, & quamuis pactum contra ſubſtantiam reijciatur,lex tamen

præſu-

præſumit conſenſum accipientis, ex quo adhuc ſibi reſultat aliqua vtilitas. nam poteſt replicari quod profeſſio reſpicit principaliter ſolam vtilitatem ipſius profitentis, qui intendit ſe obligare ſeruitio Dei. ergo idem erit dicendum, vt intendat percipere eam quam poteſt, & reijciatur pactum, vt infra clarius apparebit. Non obſtat argumẽtum ſumptum ex cap.fin.de cond.appoſ. vbi pactum contra ſubſtantiam matrimonij, annullat matrimonium. ſiquidem non procedit argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, ſtante diuerſitate rationis, ex reg.l.adigere. ff. de iurepat. Rationem diuerſitatis aſſignant Ioan. Andr.Ant.in d.c.fin. quia in matrimonio carnali interuenit conſenſus vtriuſque partis. Ideo pactum vitiat illud, ſed in ingreſſu monaſterij ſolus conſenſus monachi paciſcentis interuenit. Et ſi dicatur quod etiam adeſt conſenſus Abbatis recipientis, ſine quo non valeret ingreſſus. cap.ad audientiam. & cap. porrectum. de regul. Reſpondetur quod Abbas fungitur vice Dei, & non hominis, & non potuit Deo præiudicare. Nec obſtat replicatio Card.& Abb.in d.cap.fi. quod Abbas & Monachi dicuntur ſerui Dei.cap.vnico.de ſyndico. ſed ſeruus, & procurator poſſunt præiudicare Domino in quærendis, licet non in quæſitis. cap.tua, de his quæ fiunt à maiori parte capituli. l. 1. ff.de acquir poſſ. quia argumentum procederet vbi ageretur de acquirendis bonis temporalibus, non vbi tractatur de periculo animæ, quo caſu nullibi legitur, nec aliquo modo poſſunt Prælati, & Monachi Deo præiudicare, vt optime conſiderat Iaſ.loc.citato. nec etiã eſt clarum, quod in tẽporalibus acquirendis poſſint præiudicare, vt videbimus in quæſt.particulari. Diſtinctio Couar. quod profeſſio ſit nulla, ſi fuerit facta ſub conditione vt profitenti licitum ſit bona libere acquirere, & propria ſibi retinere, etiam Prælato inuito, cum ſit contra ſubſtantiam religionis, & paupertatem minime profiteatur, ſecus ſi fuerit facta ſub conditione vt liceat retinere quandam domum vti propriam, cum bonis iam acquiſitis; nam valet profeſſio reiecta conditione, non videtur poſſe ſubſiſtere quo ad primũ caput. vt enim fuit probatum, licet pactum ſit contra ſubſtantiam actus, reijcitur remanente actu, ex reg. l. cum precario. & alijs. igitur vtroque caſu eſt reijcienda conditio, & prædictam concluſionem amplio, vt nec quo ad adminiſtrationem nudi facti ad nutum Abbatis, poſſit promiſſio ſubſiſtere, vt conſiderabat Iaſ. ex Conc. Trid. in cap. 2. ſeſſ.2 5. de regul. vbi prohibetur ſuperioribus 4 bona ſtabilia alicui regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam: tantum adminiſtratio bonorum monaſteriorum, ſeu conuentuum ad ſolos officiales eorundem, ad nutum ſuperiorum amouibiles pertineat. & ex his apparet non procedere dicta per Card.Bertran.conſil. 61.vol.6. vbi firmat poſſe ingredientem religionem, ex pacto inito cum prouinciali, vel ſuperiore loci, ſibi reſeruare vſum bonorum quæ ſecum defert vita durante pro ſuis neceſſitatibus. Concludo igitur, quod reiecta conditione, ſiue pacto, erit valida profeſſio, & bona tranſibunt in monaſterium ſit capax. Si caſus occurrat recurre ad Vrbem pro vera reſolutione tanquam ad Magiſtram omnium Eccleſiarum.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſi legetur Eccleſiæ conſtruendæ, an ſtatim debeatur ante conſtructionem, vel debeat expectari conſtructio.*

QVAESTIO 266.

De legato dotis facto Eccleſiæ conſtruendæ, an debeatur ſtatim ante conſtructionem, vel debeat expectari conſtructio.

1 NOuiter conſtruitur eccleſia, teſtator reliquit dotem dictæ eccleſiæ conſtruendæ, an dos ſtatim debeatur ante perfectam conſtructionem, vel debeat prius expectari conſtructio.& videtur quod ſtatim debeatur, ex Innoc.in c.nos quidem, de teſtam. vbi dicit, quod debent per hæredem omnia relicta pro monaſterio conſtruendo tradi, & ſolui, ac etiam alia, & ſic etiam ea quæ pro monaſterio conſtruendo relicta non ſunt, & ibi etiam Abb.num.7.dicit, quod relicta pro eccleſia conſtruenda debentur ſine aliqua diminutione. Contrarium tenet Tobias conſ. 60. argumentando de dote matrimonij carnalis ad dotem eccleſiæ, inter quas eſt ſimilitudo, vt dicit Paul.de Cittadinis de iurepatr.in 3.par. in 2.cauſa.q.6.Bald.Nouell.de dote, in prin. col.1.& 2. ſed dos relicta puellæ debetur, ſed tempore matrimonij contracti. l. filium. vbi Bart.& alij.ff.de optione legata. & diſtinguit aliud eſſe legare pro eccleſia conſtruenda, vel ſimpli-

ſimpliciter eccleſiæ, licet conſtructa non ſit, & tunc legatum ſtatim debetur, quia deſeruiebat pro eccleſiæ conſtructione. Bart. in l. ſeruos. ff. de alim. legat. & conſ. 26. teſtator aliud eſſe legare pro dote, & tunc cognoſcitur quod non deſeruit pro conſtructione, ſed habet limitatam cauſam dotis, ergo non debetur. arg.l.in agris. ff.de acquirend.ret. domin. non enim poteſt eſſe dos ante matrimonium. DD.in rubr. ff. ſolut. matrim. Quid dicendum.tene quod debeatur à principio, non expectata conſtructione. quoniam in conſtructione eccleſiæ hoc eſt ſpeciale, vt quando mittitur primus lapis conſignetur dos, imo Epiſcopus non debet dare licentiam ędificandi, niſi prius conſtituta dote. c.nemo. de conſecr.diſtinct.1.& ſic ceſſant omnia ſupradicta. nam cenſetur teſtator ſe confirmare diſpoſitioni iuris, niſi aliud expreſſe determinet.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Eccleſia, an extinguatur alienatione voluntaria.*

2 *Res legata ſi alienetur, & poſtea redimatur fauore libertatis, non extinguitur legatum.*

3 *Legatum fructuum ex tali re ſi fiat eccleſia, non extinguitur per alienationem ipſius rei.*

QVAESTIO 267.

De alienatione voluntaria certæ rei legatæ Eccleſię, an extinguat legatum.

1 BArt.conſ.26.tradit, quod ſi teſtator mãdat conſtrui eccleſiã in tali domo, quam poſtea alienat, nec redimit, licet emat aliam, legatum nõ extinguitur, ſed eccleſia eſt conſtruenda in domo empta, ſi fieri poteſt, alias in alio loco. & per iſtud conſ. Bart. concludit Tiraq.de priuil.piæ cauſæ. priuil.41. per alienationem rei non extingui legatum ad pias cauſas, licet regulariter cenſeatur reuocatum per voluntariam alienationem, iuxta l. fideicommiſſum. §. ſi rem. ff. de legat. 3. & l. rem legatam.ff.de adimend. legat. ſequitur Iaſ. in l.qui poſt teſtamentum. C. de legat. Contrariam opinionem, quod cenſeatur ademptum legatum tenent Soc.Iun.conſ.162. volum.2. Natt. conſ. 613. nu.3. ſequitur Card. Mant. de coniectur.vlt.volunt. lib.22.tit.6.quorum præcipua ratio eſt, quia ſpeciale eſt ſi teſtator alienet rem piæ cauſæ legatam, & poſtea redimat, quod legatum reconualeſcat fauore pietatis, ſicut receptum eſt fauore libertatis. l.verum.ff.de manumiſſ.teſtam. & ſcribit Bal. in d.l. qui poſt teſtamentum, quod in cæteris legatis non eſt conſtitutum.l.cum ſeruus.ff.de adimend.legat. Si igitur hoc ſpecialiter ſtatutum eſt, quod res alienata redempta, fauore piæ cauſæ non inducat reuocationem, ſequitur, quod ſi non fuerit redempta, legatum intelligitur extinctum. l. ius ſingulare. l. quod vero non ratione.ff.de legib. Præterea non reperitur diſpoſitum fauore piæ cauſæ, quod quando deficit voluntas teſtatoris debeatur legatum, quando etiam in legatis ad pias cauſas, diſponitur quod ſuprema, ſeu vltima teſtatoris iudicia ſeruati debent. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. & paria ſunt facto vel verbo cancellare legatum. l.nihil intereſt.ff.de adimen. legar. & videtur durum quod contra voluntatẽ teſtatoris admittatur eccleſia. Et tenentes hanc opinionem reſpondent ad conſilium Bart. nam inquit Marian. quod Bart. loquitur de inſtitutione hæredis, ad quam conſeruandam iura ſunt peremptoria, ne defunctus inteſtatus decedat, cum cauſa teſtati dicatur fauorabilior. l.vel negare.ff.quemadmodum teſtam. aper. item quod in caſu Bart. teſtator non ſimpliciter domos alienauit, ſed permutauit emendo alias, quas in locum priorum ſubrogauit, vnde illarum naturam ſortiuntur. arg.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi q. caution. Item quod in caſu Bart. teſtator non diſpoſuerat ſpecialiter & nominatim de certis domibus vt in eis fiat eccleſia, ſed generaliter, quod in ſuis domibus conſtrueretur. quare cum domus illę, quas titulo permutationis recipit, dicantur ſuæ tempore mortis, nil mirum ſi in eis conſeruetur teſtatoris diſpoſitio. Idẽ dicit Natt.loc.cit. Reſp. etiam Soc. quod in caſu Bart. non conſtabat aliquo modo de mutatione voluntatis, prout in caſu ſuo apparebat etiam ex alijs. Quibus non obſtantibus teneo priorem opinionem, quod per alienationem voluntariam non cenſeatur reuocatum legatum factum eccleſiæ, quamuis res legata non fuerit redempta. Moueor ex duabus rationibus Bart. in d. conſ. quæ concludunt etiam ſi nulla domus ex pretio fuerit empta, vel alienata redempta. Prima, quod diſpoſitio teſtatoris cenſetur verè facta ad honorem Dei, & illius Sancti, quo caſu valet etiam ſi eccleſia non reperiretur. §. ſi quis in nomine.& §. ſi quis vnum. in authen. de eccleſiaſt.tit. Secunda, nam diſpoſitio quæ fit in perſona vnius contemplatione alterius, licet ille,

Digitized by Google

ille in cuius perſona verba conferuntur, extinguatur, tamen ſi remanet alia cuius contemplatione fiebat diſpoſitio, valet. l. peto marer. ff.de legat. 2. vbi propter mortem tutoris, non extinguuntur relicta facta ab eo cui relinquebatur contemplatione pupilli. ita in propoſito inquit Bart. hæreditas non relinquebatur reſpectu eccleſiæ conſtruendæ in tali loco, ſed ob reuerentiam Virginis Mariæ, & B. Nicolai, vt dicebatur in teſtamento ſuper quo conſuluit. ergo diſpoſitio remanet firma. Et ad confirmationem ſupradictarum rationum Bart. facit, quod modus adiectus in diſpoſitione ad pias cauſas, non cenſetur cauſa finalis diſpoſitionis, ſed deuotio erga Deum, refrigerium animæ, & peccatorum remiſſio, iuxta tex. cum ibi communiter notatis per DD. in cap. verum. de condit. oppoſ. niſi expreſse appareat contrarium, vt ibi. & diximus in alia quæſt. Ergo principalis intentio teſtatoris debet attendi, quæ fuit conſtruendi eccleſiam in honorem Dei. & parum refert an in domo ſua, vel in alio loco, quia domus illa non cenſetur fuiſſe cauſa finalis. Et ex his apparet reſponſio ad rationem, quod ſingulare erat fauore piæ cauſæ, vt non extinguatur legatum, quando res fuit redempta, alias ſecus, arguendo de libertate ad piam cauſam: nam cum contrarium reperiatur expreſſum in iure fauore eccleſiæ & piæ cauſæ, non procedit argumentum, vt tradit Euerard. in loco à libertate ad piã cauſam. Refelluntur etiam reſponſiones datæ ad conſ. Bar. dum concluſio noſtra innititur rationibus Bart. quæ procedunt etiam ſi res alienata non redimatur, nec alia ipſius loco. Et ex his concluditur per alienationem voluntariam rei legatæ eccleſiæ, non extingui legatum, cum non præſumatur deficere voluntas, quæ dirigebatur principaliter in Deum, qui ſemper eſt. Non
3 omitto quod etiam iuxta prædictos, ſi teſtator mandauit ex tali re ſolui legatum eccleſiæ, quam poſtea alienat, non cenſetur ademptum legatum per alienationem ipſius, quia non intelligit præciſe teſtator noluiſſe ex ea legatum ſolui oportere, ſed pro legato potius eſſe obligatum. ita Rom. notabiliter in ſing. 430. per Gl. in l. Caius. ff. de ann. legat. & in l. Lucius. ff. de adim. leg. alias de alim. lega. & in l. ſi. ff. de contrah. empt. Et dicit id procedere abſque diſtinctione, quam ipſe facit in priuato, & caſum eueniſſe in Vrbe pro eccleſia S. Pauli. tradit etiam Tiraq. priuil. 63. refert & ſequitur Card. Mant. d. tit. nu. 26.

SVMMARIVM.

1 *Regularis an poſſit poſt profeſſionem reuocare teſtamentum antea factum.*
2 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
3 *Specialitatis ratio ſemper eſt alleganda.*
4 *Expreſſio frequentia cauſa, non excludit cæteras cauſas.*
5 *Regularis dicitur non habere velle, nec nolle, quomodo hoc intelligatur.*
6 *Regularis retinet originem.*
7 *Regularis non amittit nobilitatem.*
8 *Regularis retinet iura ſanguinis, & eſt neceſſario inſtituendus.*

QVAESTIO 268.

De Regulari, an poſſit poſt profeſſionem reuocare teſtamentum antea factum in fauorem monaſterij, vel aliorum.

1 QVidam regularis fecit teſtamentum ante profeſſionem, poſt eam vult illud reuocare. quæritur an poſſit? Hæc eſt difficilis quæſtio, & partem negatiuam tenent Abb. in cap. in præſentia. nu. 61. de probat. Imo. & Ang. in l. 1. ff. de teſtam. Iaſ. diffusè auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. Dec. in d. cap. in præſentia. nu. 68. Bero. ibi num. 537. Couar. in cap. 2. de teſtam. nu. 9. Gutier. lib. 2. quæſt. canon. 1. cap. 1. nu. 17. Rodrig. q. regul. tom. 3. q. 16. art. 3. Pro qua opin. facit tex. in §. illud. in authen. de monach. vbi ſecundum Abb. benè probatur hæc opinio. Dicitur enim quod volens ingredi monaſteriũ, poteſt prius quomodo voluerit diſponere, poſtea vero nullam habeat facultatem diſponendi, & gratioſe fuit conceſſus caſus diſponendi inter liberos, vt in d. auth. ſi qua mulier. non autem datur ſibi facultas diſponendi inter alios. vnde arguendo ex illo tex. per locum à ſpeciali. videtur optimè hoc probari. & ſic inquit Abbas habemus caſum ſpecificatum in d. §. illud. & in d. auth. ſi qua mulier. Secundo arguit Iaſ. in d. auth. quia poſt profeſſionem non poteſt teſtari, cum omnia bona tranſeant in monaſterium. auth. ingreſſi. eod. tit. de ſacroſan. eccl. ergo poſt annum profeſſionis non poteſt antea factum reuocari, ex reg. quod ille, qui non poteſt actum facere de nouo, non poteſt deſtruere, vel reuocare. l. tria onera. §. fin. cum Gl. ff. de ſeruit. ruſt. præd. cap. cum inferior. de major.

maior. & obedient. Tertio arguit Iaſ. quia ſi eſſet laicus, non poteſt teſtamentum ſola voluntate reuocare, niſi faciat aliud teſtamentum. §.ex eo autem ſolo. inſtitut. quib. mod. teſtam.infirmentur, ergo non poterit illud regularis reuocare, cum non poſſit teſtari. Præterea ſic diſponendo notaretur in eo proprietas, ergo de bonis temporalibus non poteſt ad libitum diſponere, cum poſt profeſſionem ſit mortuus mundo. cap.placuit.16.q.1.Inſuper non habet velle, aut nolle.cap.ſi religioſi. de elect. in 6. Nec poteſt dici, quod poſſet cũ conſenſu Abb. cum teſtamentum non debeat dependere à voluntate alterius. l.pen. C. qui teſtamenta facere poſſunt. l.illa inſtitutio, & l.captatorias. ff. de hæred.inſtit. Contrariam opinionem, quod poſſit reuocare teſtamentum, tenet Bart. in l. res vxoris. C. de donat. inter vir.& vxor.& in l.ſed & ſi mors. §.1. per illum tex.ff.de donat.inter vir. & vxor. Aret. in l.1. ff.de teſt. Ant. de Butr. vir magnæ auctoritatis in d.cap.in præſentia. num.34.& in conſ.79.incip.condidit teſtamentum, Gulielmus de Benedict.in cap.Rainutius,de teſtam. Petrus Cyn.Salic.in d.authen. ſi qua mulier. Alex.conſ.13.vol.3.Vaſq.de ſucceſſ.progreſ. lib.1.num.52.Io.Baptiſta Ferret.conſ.70.lib.
3 1. Pro hac opinione facit, quia mors ciuilis non æquiparatur naturali,niſi in caſibus à iure expreſſis, vt tenet Gl.in cap.ſuſceptum.de reſcript. in 6. & in cap. placuit.17.q.1. & de communi teſtatur Boer.deciſ.323.cum alijs. & clarum eſt,teſtamentum regularis per talem mortem ciuilem,ſcilicet profeſſionem ipſo iure non infirmari, & per conſequens per teſtatorem reuocari poteſt, ex reg. §.poſtulanda. inſtitut.quib.mod.teſtam. infirmentur, & l.ſi quis priore.ff.ad trebell. & l.ſi quis in principio teſtamenti. ff.de legat.3. l.ſancimus.C.de teſtam. Vnde ſtandum eſt regulæ cum exceptio non bene probetur, vt inquir Vaſq.loco cit. poſt Ant. de Butr. qui in d. conſ. dicebat requiri mortem naturalem.Secundo facit tex. in d. l. ſed & ſi mors. §.1. allegatus à Bart. vbi habetur, quod donatio inter virum & vxor. quæ ſola morte confirmatur,per deportationem confirmatur ac ſi fuiſſet mortuus, verum non aufertur poteſtas marito eam reuocandi ante mortem naturalem. & ibi dicit Bart. nota,quod ſi aliquis fecit teſtamentum, & ingreſſus eſt religionem,licet habeatur pro mortuo, tamen donec viuit poteſt reuocare. caſus eſt hic, præterquam in Fratribus Minoribus, qui poſtquam ſunt profeſſi, nullo modo circa diſtributionem temporalium poſſunt ſe intromittere,vt in Clem.exiui de Paradiſo. de verb.ſignif. ſed Iaſ.in d.authen.ſi qua mulier. dicit non obſtare tex.in d.§.7. & nihil facere. nam loquitur in donatione cauſa mortis, quæ æquiparatur contractibus,iuxta Glo. in l.2.ff.de dote prælegata. Bart. & alij in l. 2.ff.de legat.1.ſed deportatus quamuis perdat ea quæ ſunt iuris ciuilis tantum, retinet ea quæ ſunt iuris gentium, & ſic poteſt contrahere.l.ſi tibi mandauero.§.is cuius.ff.mandati. vnde ſicut poſſet contractus de nouo facere, ita poterit reuocare, ſecus in caſu noſtro, cum poſt annum profeſſionis non poſſit regularis teſtari, ergo minus debet poſſe reuocare, vel mutare teſtamentum. Sed ſalua auctoritate Domini Iaſ.videtur poſſe replicari, quod ille tex. bene inducatur à Bart.in illo enim habetur, quod donatio inter virum & vxorem morte naturali confirmatur, poſtea id extendit ad deportationem,vt confirmetur ea, tamquam ſi maritus mortuus eſſet, & ſic ſatis eſt quod lex, quæ id caſum confirmandæ donationis inter virum & vxorem,reputet maritũ deportatum pro mortuo, quod ſi non eſſet, non diceret per deportationem confirmari, & in quæſt. regularis habetur pro mortuo,ſed quia non eſt mortuus naturaliter,non videtur ei adimenda poteſtas reuocandi,exẽplo deportati. Præterea, ſi reſponſio Iaſ. de contractibus, ſimpliciter eſſet intelligenda in caſu dict.§.ſi non confirmaretur deportatione donatio,ſed remaneret in ſuis terminis,prout alias de iure. Tertio pro hac opinione arguit Aret.in dict.l.1. ff.de teſtam. dicit enim quod ingreſſus teſtari prohibetur ex eo, quod non habet bona,vt habetur in d. auth.ingreſſi,ſed profeſſus habet bona ſaltem vſque ad articulum mortis, quia ipſo iure mortuo ingreſſo bona per aditionem acquiruntur hæredibus, & ſic ex perſona defuncti à monaſterio transferuntur in hæredes.ergo videtur quod eſſent apud profeſſum, qui moritur in monaſterio. vnde ſi dominus eſt poteſt teſtari. ergo & teſtamentum reuocare. ad not. per Io. Andr.in reg.non poteſt.de reg.iur. in 6.Sed Dec. in d. c.in præſentia. nu. 265. reſpondet Aret.ſcilicet.quod nullo modo videtur dominium eſſe apud regularem,cum hoc repugnet religioni. cap.cum ad monaſterium,de ſtat.monach.ſed dominium erit apud monaſterium, ad quod omnia in ipſo ingreſſu transferuntur. d.auth. ingreſſi. & illud dominium remanet apud monaſterium donec ingreſſus viuit, ſicut

con-

Digitized by Google

contigit in vſufructu, & ſucceſſiue de monaſterio transfertur poſtmodū in hæredes, mortuo ingreſſo. Secundo reſpondet Dec. dato quod pro illo inſtanti dominium eſſet apud monachum, illud toleratur ad hoc vt teſtamentum effectum ſortiatur, vnde hoc extendi vltra neceſſitatem non debet. & propter hoc non eſt dicendum, quod teſtari poſſit de nouo, ſiquidem quando aliquid toleratur contra regulas iuris propter aliquam neceſſitatem, intelligitur quatenus imminet neceſſitas, vt notat Bart. in l. 1. §. nunciatio. col. 4. ff. de oper. nou. nunciat. l. 1. ff. de feud. Nibilominus Dec. in loco cit. & Iaſ. in d. auth. ſi qua mulier, diſtinguunt concordando opiniones; quod aut regularis vult reuocare teſtamentum in quo eſſent prius inſtituti extranei, inſtituendo filios, vel eccleſiam, & poſſet ex permiſſione d. authen. ſi qua mulier. ſecus ſi vellet inſtituere extraneos, & idem ante eos dicunt Bald. Fulgoſ. & Paul. in d. auth. ſi qua mulier. ſed Couar. in d. cap. 2. de teſtam. n. 9. dicit id non procedere quo ad inſtitutionem eccleſiæ, ſed tantum liberorum, ſiquidem d. auth. concedit facultatem diſponendi inter proprios filios legitimos & naturales, quibus pater nocere non poteſt, nec potuit pater præiudicare quo ad portionem legitimam debitam, monaſterio autem potuit per teſtamentum factum cogitatione præmiſſa ipſius ingreſſus præiudicare etiam tacitè, inſtituendo extraneum ante profeſſionem, vnde d. auth. eſt ſeruanda in caſu ſuo, ſtante diuerſitate rationis. Quid igitur dicendum in hac quæſtione, in qua viri ſapientiſſimi diſcordant? & probabilior mihi videtur opinio Bart. pro qua vltra adducta, per eum facit d. auth. ſi qua mulier. iuncta cum authent. ingreſſi. dicitur enim in auth. ingreſſi, quod ingreſſi in monaſteria, ſe & ſua dedicant Deo, nec ergo de his teſtantur, vt potè non domini rerum, & ſic ratio principalis, quare ingreſſi non teſtantur eſt quia bona tranſiuerunt in monaſterium. poſtea in auth. ſi qua mulier, quando bona non tranſeunt in monaſterium, vt ſi ingreſſus habeat filios quibus debentur, datur auctoritas ingreſſo teſtandi ante mortem naturalem, ſed quando ante ingreſſum condidit teſtamentum, inſtituendo extraneos, bona non tranſiuerunt in monaſterium, cui potuit ſuo teſtamento præiudicare. Ergo poterit poſt profeſſionem reuocare dictum teſtamentum, cum non detur ratio ſpecialitatis in filijs, niſi quia bona non tranſeunt in monaſterium, & validum eſt argumentum à ſimili, ſi non

3 allegetur ratio ſpecialitatis. cap. vel de vitanda, de elect. in fin. Hoſt. in cap. ſi quando, de reſcript. Dominic. in cap. cum Epiſcopus. de offic. ordinar. in 6. Euerard. in loco à ſpeciali. Vnde in d. cap. licet de euitāda fuit ſtatutum, quod Summus Pontifex non intelligatur electus, niſi à duabus partibus Cardinalium: & quia dictus Canon poterat trahi in exēplum ad omnes actus capitulares cuiuſuis Collegij, vt duæ partes requirerentur in d. cap. fin. in fin. redditur ratio ſpecialitatis. ibi, in Romana Eccleſia, ſpeciale aliquod cōſtituitur, quia non poterit ad ſuperiores recurſus haberi, & ſic neceſſario debet allegari ratio ſpecialitatis. item lex quæ loquitur in fiſco, habet locum etiā in priuato, & non valet conſequentia, lex loquitur in fiſco, ergo non habet locum in priuato, imo e contra, ita eſt in fiſco ergo idem erit in priuato, & è contra, niſi appareat ratio ſpecialitatis, vel contrarium ſit expreſſum in fiſco. tex. eſt notab. in l. item veniunt. §. aptanda, vbi Gl. & Paul. & alij. ff. de petit. hæred. latiſſimè probat Euerar. in loco à fiſco ad eccleſiam. Nunc ad rem redeundo, permittit auth. ſi mulier, regulari teſtamenti factionem inter liberos, cum bona non peruenerint in monaſterium, iuxta authen. ingreſſi. ergo idem dicendum eſt, quando ex alia cauſa bona non peruenerunt ad monaſterium, cui potuit præiudicari per teſtamentum ante profeſſionem. nec ratio ſpecialitatis aſſignatur in filio, nec contrarium reperitur expreſſum, niſi quando bona ingreſſi tranſiuerunt in monaſterium, vt in d. auth. Præterea in authen. ſi mulier. videtur expreſſum in liberis. quia frequentius accidit, quod non habentes liberos transferunt ſe & ſua in monaſterium,

4 & expreſſio frequentiæ cauſa, non excludit cæteras cauſas. Gl. in Clem. 1. de reſcript. late Corſet. in ſing. in verb. frequentia. vbi multa allegat. Poſſumus etiam in hoc caſu argumentari ex identitate rationis, ac ratione legis extenſiua, iuxta l. regula. vbi Bart. & alij. ff. de iur. & fact. ignorant. Sed ratio quare non teſtantur ingreſſi, eſt quia bona tranſeunt in monaſterium ſtatim, nec expectatur mors, & quando non tranſeunt, vt ſi habeant filios, poſſunt teſtari. ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt poſſint reuocare teſtamentum, inſtituendo etiam alios extraneos. Nec videtur obſtare, quod profeſſi non habeant velle, nec nolle. nam ſatis eſt, quod hoc caſu detur eis poteſtas à lege diſponendi, quando bona

non

non tranſeunt in monaſterium, non omiſſo
quod illud dictum, vt non habeat velle, nec
5 nolle, & habeatur pro mortuo. §. diſtrahũtur,
in auth. de nuptijs. non eſt ſimpliciter inrelli-
gendum. id enim inrelligitur quoad matri-
monium, & carnalia mundi. c. placuit. 16. q. 1.
l. Deo nobis. C. de Epiſ. & Cler. Item quoad
ſecularium conuerſationem, vt in eadem l. in
princ. alias pro mortuo non habetur, vnde
6 poteſt eſſe teſtis. vt in d. §. diſtrahuntur, non
amittat originem. Bald. Bart. in l. 1. ff. ad mu-
nicipalem. Rip. lib. 1. reſponſ. 4. non amittit
7 nobilitatem. Bald. in c. cum magiſtratu. de
elect. Rom. ſingul. 37. Tiraq. de nobilit. c. 27.
8 retinet iura ſanguinis, & eſt neceſſario inſti-
tuendus. d. l. Deo nobis. acquirit Abbati, ſiue
monaſterio, & Abbas ſuccedit per eum. Lap.
alleg. 100. Bald. in d. cap. cum in magiſtratu.
DD. ad l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr.
lib. 5. & 6. per totum. vbi multa alia addit,
tradit etiam Vaſq. loco cit. & de ſucceſſ. creat.
lib. 3. §. 2. & hæc nota, ſi caſus occurrerit re-
curre ad Vrbem pro vera reſolutione. hæc
enim dicta ſunt animo aperiendi viã ſtudioſis.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuitas poteſt capite minui, vel extingui, id-*
que præſumitur intra triginta annos, &
quomodo intelligatur vide in fin.
2 *Eccleſia non poteſt mori.*
3 *Eccleſia hæres inſtituta poſt mortem Titij, non*
inſtituti, poteſt ſtatim adire hæreditatem,
non expectata morte Titij.
4 *Maritus ſi inſtituit Eccleſiam hæredem poſt*
mortem vxoris, cui relinquit vſumfructum
in vita, Eccleſia poteſt ſtatim adire hæredi-
tatem, non expectata morte vxoris.
5 *Eccleſia ſubſtituta poſt mortem vxoris, ante*
mortem non admittitur, nec iure directo
nec iure fideicommiſſario.

Q VÆ S T I O 269.

De Eccleſia inſtituta hærede poſt mor-
tem Titij non inſtituti, quod poſſit
ſtatim adire hæreditatem, non expe-
ctata morte Titij.

1 QVæſtio eſt notabilis, clarum eſt hæredi-
tatem non poſſe dari ex die certa, vt ex
tunc hæres incipiat eſſe. l. hæredi-
tas. ff. de hæred. inſtit. cum nemo poſſit dece-
dere pro parte teſtatus & pro parte inteſta-
tus. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. ex die autem
incerta poteſt dari hæreditas, quia dies in-
certus in vltimis voluntatibus facit conditio-
nem. l. in tempus. ff. de fideicommiſſ. libert. l.
dies incertus. ff. de cond. & demonſtr. DD. in
d. l. hæreditas. Verum quia contingere poſſet
euentus diei, ac conditionis poſt mortem hæ-
redis ſcripti, interim impeditur aditio, ſecus
quãdo ex die incerta, quæ in vita hæredis ex-
titura ſit, hæreditas datur, tunc hæreditas in-
terim poteſt adiri. l. extraneum. C. de hæred.
inſtit. hæc in priuato vera ſunt, ſed pone quod
eccleſia ſit inſtituta ex die incerta, & poſt mor
tem Titij non inſtituti hæredis, an ſtatim poſ-
ſit adire hæreditatem, non expectata morte.
Bar. in d. l. hæreditas, tenet, quod debet expe-
ctari mors Titij, quia monaſterium poteſt ca-
pite minui, vel extingui ante mortẽ Titij, idq.
poteſt contingere intra triginta annos, exem-
plo Ciuitatis & Reip. quę non præſumitur du-
rare vltra 30. annos. l. hæreditatum. ff. ad leg.
falcid. quia poſſet capite minui, vt ſi Ciuitas
patiatur aratrum, iuxta l. ſi vſusfructus Ciui-
tati. ff. quib. mod. vſusfruct. amittatur. Con-
trariam opin. tenet Bald. Salic. Alex. in d. l. ex-
traneum. C. de hæred. inſtit. Paul. de Caſtr. in
d. l. hęreditatum. quia eccleſia nunquam mo-
2 ritur. c. liberti. il 2. 22. q. 2. & poſito quod ex-
tingueretur eccleſia inſtituta, talis inſtitutio
nõ efficeretur inutilis, quia ſupereſt Chriſtus,
cuius contemplatione eccleſia cenſetur inſti-
tuta §. ſi quis in nomine. in auth. de eccleſiaſt.
tit. Vnde videmus, quod relicta ad pias cau-
3 ſas, non poſſunt ex eadem ratione effici cadu-
ca. Bar. in l. pater. §. Tuſculanus. ff. de legat. 3.
pulchrè Alex. in d. l. hæreditatum. vbi reſp. ad
illum tex. quod reſp. ibi præſumitur mori ad
ſui vtilitatem, vt tanto minor quantitas præ-
ſumatur ſibi legata pro nunc, vt minorem pa-
tiatur falcidiã, quam ſi reputaretur perpetuo
viuere ad ſui damnum, vt eſſet in hac quæſt.
ideo non præſumitur mori, & hanc eſſe com-
munem opin. contra Bart. teſtatur Alex. in d.
l. hæreditatum, ſequuntur moderni, vt eſt vi-
dere apud Peregr. de fideicommiſſ. art. 11. n.
65. Item tenet Card. Mantica de coniect. vlt.
volunt. lib. 5. art. . . . quando maritus reliquit
4 vſumfructum omnium bonorum vxori, & poſt
mortem inſtituit hæredem eccleſiam, quia
5 eccleſia poſſet ſtatim adire, ſecus tamen ſi
vxor fuerit hæres inſtituta donec vixerit,
quia ante mortem non admittitur eccleſia,
nec iure directo nec iure fideicommiſſ. Paul.
de Caſtr. l. hæreditatum. ff. ad l. falcid. Corn.

in l.extraneum. C. de hæred.inſtituen.Card.
Mant.d.tit.5.art.6.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione, non cenſentur poſiti in diſpoſitione, niſi coniectura ſint in contrarium.*

2 *Filij poſiti in conditione, cenſentur poſiti in diſpoſitione, quando in defectu lineæ eſt ſubſtituta eccleſia.*

QVÆSTIO 270.

De filijs poſitis in conditione, quod cenſeantur poſiti in diſpoſitione, quando Eccleſia eſt ſubſtituta.

1 MAgna eſt quæſtio inter DD. an filij poſiti in conditione, cenſeantur poſiti in
diſpoſitione, & videantur per fideicõmiſſum
ſubſtituti. & magis communis opinio eſt nega
tiua, iuxta Gloſ. in l. Lucius. la 2. in verb. liberos. ff. de hæred. inſtit. niſi aliquæ coniecturæ
ſint in contrarium, vt late per Gabr. conſ. 4. de
fideicom. diffusè per Card. Mant. de coniect.
vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. & 3. vbi ponit multas
coniecturas. Sed quæritur, an ſufficiens conie-
2 ctura ſit quando eccleſia fuit ſubſtituta in de-
fectum lineæ. & breuiter dicendum quod ſic,
ita tenet Iaſ. in l. ſi quis id quod. nu. 22. ff. de
iuriſd. omn. iud. poſt Pet. de Anchar. quem allegat in conſ. 74. ad fi. vbi Petr. dicit id æquiſſimum, & iuſtiſſimum ſibi videri. late Rimin.
Iun. conſ. 661. nu. 29. Ruin. conſ. 139. nu. 13.
vol. 3. Decian. reſp. 44. n. 52. vol. 3. Bero. conſ.
80. num. 21. vol. 2. ratio eſt, quia præſumitur
quis magis diligere animam ſuam, quam cunctas res & perſonas. l. ſancimus. C. de ſacroſ.
eccleſ. & ideo præſumptio, ſiue coniectura
pro anima teſtatoris eſt maior qualibet alia
præſumptione iuris, vt dicit Iaſ. in d. l. ſi quis
id quod, & ſucceſſiue ex hac præcipue coniectura fauoris animæ, filij cenſentur poſiti in
diſpoſitione.

DECIMVM CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum particulare, vel legatum tranſit ipſo iure in fideicommiſſarium, vel legatarium non vniuerſale, & quæ ſit ratio diuerſitatis.*

2 *Fideicommiſſum vniuerſale an tranſeat ipſo iure in eccleſiam abſque reſtitutione reali, vel verbali.*

3 *Correctio legum non debet induci per ſubauditos intellectus.*

4 *Eccleſia non poteſt recipere rem damnoſam ſibi legatam, vel donatam.*

5 *Princeps condens legem contrariam priori, præſumitur eam tollere.*

QVÆSTIO 271.

De fideicommiſſo vniuerſali, an tranſeat ipſo iure in Eccleſiam, ita quod ei competat actio ante realem vel verbalem reſtitutionem.

1 CLARA eſt iuris diſpoſitio, quod
in legato vel fideicommiſſo
particulari, tranſit dominium
ipſo iure in legatarium, vel fideicommiſſarium, abſque aliqua traditione. l. à Tirio. cum alijs. ff. de furtis. non autem in fideicommiſſo vniuerſali, in
quo non tranſit niſi facta reſtitutione reali,
vel ſaltem verbali. l. reſtituta. & l. facta, in
princ. ff. ad Trebell. rationem diuerſitatis ponit Iaſ. in l. fin. C. de ſacroſ. eccl. nam in fideicommiſſo vniuerſali tranſeunt non ſolũ commoditates, & ſic dominium, ſed etiam onera
hæreditaria paſſiue, & lex noluit vnquã, quod
aliquis obligaretur ſine facto ſuo. ideo in fideicommiſſarium non tranſeunt nec iura, nec
dominium, actiue, vel paſſiue, niſi ſibi fiat reſtitutio re aut verbo, quo caſu ipſe acceptando obligatur. nõ ſic eſt in legato, vel fideicom
miſſo particulari, in quo nullum onus hæreditariũ eſt annexum, nulla obligatio hæreditaria, ſed ſolum emolumentũ, ideo in eo tranſit dominiũ ipſo iure abſque traditione. hinc
in hærede opus eſt vt ipſe adeat, & interueniat factum ſuum, tunc poſtea in eum tranſit
dominium ipſo iure, alias non. Modo quæritur, an in fideicommiſſo vniuerſali, iura &
actiones tranſeant in eccleſiam, abſque aliqua reſtitutione, reali vel verbali. Bart. in
dict. l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. reſpondet
2 affirmatiue, quod in fideicommiſſo vniuerſali tranſeat ipſo iure in eccleſiam abſque reſtitutione, reali vel verbali. & ponderat di-
ctum

Digitized by Google

ctum ext. vbi ex priuilegio conceditur eccle-
ſiæ, vel Ciuitati, vt fideicommiſſum tranſeat
ipſo iure in eccleſiam. ergo neceſſario intelli-
gendum de fideicommiſſo vniuerſali, quia in
particulari non eſſet priuilegium, cum idem
ſit in quocunque priuato. Secundo ponderat
tex.in verb. aliquam reliquerit hæreditatem,
quæ verba poſſunt conuenire fideicommiſſum
vniuerſale, & intelligi de hæreditate relicta
directo, vel per fideicommiſſum. conſiderat
etiam illud verb. relictorum. ex cuius ſignifi-
catu ita venit fideicommiſſum vniuerſale ſi-
cut particulare. Præterea Bart. dicit eſſe ca-
ſum expreſſum in dict.§.ſi quis autem pro re-
demptione. in auth.de eccl.tit. vbi Epiſcopus
exequutor legatorum vel fideicommiſſorum,
pro redemptione captiuorum, habet ipſo iu-
re rei vendicationem. & hanc Bar.opinionem
ſequuntur plures DD. Bal.in d.l. fin. & in l.id
quod pauperibus.C.de Epiſc.& Cler.Specul.
de teſtam.verſ.vlt. Anchar.Inno.in c.cum tibi.
de teſtam.Idem Inno.in l.Centurio. col.20.ff.
de vulg.& pupil.Iaſ.in d.l.fin. qui dicit eſſe
communem opin. Alex.l.1. §.ſed & quoties.
ff.ad Trebell.& multi alij, quos refert Tiraq.
de priuil.piæ cauſæ.vbi etiam refert DD.con-
trarium tenentes, videlicet Bald.ſibi contra-
rium.Fulgoſ.Rom. in locis per eum allegatis.
Sed priorem opin.tenent Soc. Iaſ.in d.l. 1. §.
ſed & quoties.Abb.& alij in c.2. de conſuet.
Marc.Ant.Peregr.de fideicommiſſ. art.2. nu.
61.qui alios allegat. Iaſ.in d.l.fi. ponit oppo-
ſitiones cõtra Bar.& reſoluit,atque illius opi-
nionẽ ſequitur,dicens eſſe verum quod fidei-
commiſſum vniuerſale tranſit in eccleſiã abſ-
que reſtitutione, poſtea ſubdit, duo eius ani-
mum turbare. primum,ratio quare in priuato
non tranſit fideicõmiſſum vniuerſale, ne obli-
getur ad onera ſine facto ſuo.quæ ratio multò
magis militat in eccleſia. ſecundum cum ha-
bemus caſum expreſſum in l.in omnibus.cum
l.ſeq. ff.ad Trebel.vbi fideicommiſſum vniuer-
ſale factum Ciuitati, nõ tranſit in Ciuitatem
3 ſine reſtitutione reali, vel verbali, & correctio
legũ non debet induci per ſubauditos intelle-
ctus,iuxta Gl.ſing. in c.cupiẽtes. §.quid ſi pro
viginti.de elect.in 6.Intelligere ergo ver.reli-
ctorũ pro fideicõmiſſo vniuerſali,eſt corrigere
legẽ in omnibus. quo caſu debẽt iura iuribus
concordari. Præterea intelligere verbum reli-
querit hæreditatem, etiam de fideicommiſſa-
ria,dicit nõ procedere, quia verba debent in-
telligi in potentiori ſignificatu. l. 1. §. qui in
perpetuum.ff.ſi ager vect.vel emph.poſtea in-
quit Iaſ.quod vtraq; opinio teneri poteſt, ta-
men in iudicando fauendum eſt religioni. ſed
ſupradicta dubia facile remouẽtur,primũ quia
4 eccleſia non poteſt adire hæreditatẽ damno-
ſam.eſt enim receptio inualida rei eccleſię dã-
noſæ,& poteſt eccleſia etiam ex poſt facto re-
pudiare hæreditatẽ dãnoſam abſq; aliqua re-
ſtitutione,vt notabiliter tradit Bal.in l.fin.C.
de iur. deliber. quia eius receptio fuit inuali-
da.per tex.in auth.ſicut alienatio.C.de ſacro.
eccl.ſequitur Abb.in c.1.in fin.de teſt. & nos
probauimus in alia q. Nec videtur obſtare ſe-
cunda ratio. quia,vt conſiderat Bal.lex finalis
concedit priuilegium,quod non eſſet in fidei-
commiſſo particularis,& ſic expreſſe corrigit.
Præterea,vt tradit idẽ Bar. in extrauag.ad re-
5 primendũ,quoniã Princeps facit ſecundã le-
gẽ contrariam priori,præſumitur illam tollere
velle,cũ Princeps prę ſumatur ſcire leges.cum
igitur cõcedat priuilegium,nec alio modo ve-
rificari poſſit, cẽſetur derogare legibus omni-
bus.& ex his etiã apparet male ſenſiſſe Vaſq.
de ſucceſſ.reſolut. lib. 2. §. 11. num. 54. ex
eo quod eccleſia quo ad hoc non ſit ſpecie
priuilegiata à iure. ergo debet attendi ius cõ-
mune,iuxta l.in fraudem.in fi.ff.de milit. teſt.
Alciat.lib.4.parodox.c.10. Tiraq.de præſcri.
§.1.Gl.11.Dec.in c.1. & in c. ſedes. de reſcr.
non inquam obſtat eius dictum, cum priuile-
gium ſit expreſſum in d.l. fin. Præterea nulla
iniuria videtur fieri hæredi, ſi eccleſia, adue-
niente tempore reſtitutionis,quo tenetur hæ-
res reſtituere, agit pro iuribus ſuis, ſed potius
poſſet euenire damnum eccleſiæ,ex retardata
reſtitutione hæredis,reali vel verbali. non eſt
igitur recedendum ab opin. Bar.& communi.

SVMMARIVM.

1 *Dies appoſita legato ad eius ſubſtantiam facit conditionem, fallit fauore libertatis.*

2 *Dies appoſita legato fauore Eccleſiæ, quod non faciat conditionem iuxta veriorem.*

3 *Caſus excepti extẽduntur ex idẽtitate rationis.*

QVÆSTIO 272.

Eccleſiæ fauore ſi habens domum communem mandet in ea conſtrui Eccleſiam, tenetur ſocius inuitus vendere partem ſuam.

1 QVæſtio eſt notabilis, regula eſt, quod
in legatis ſi legato apponatur dies ad ſubſtãtiam

eius, puta lego decem Titio, cum peruenerit ad vigeſimum annum, tunc dies facit conditionem, ac ſi teſtator dixiſſet, lego ſi peruenerit ad talem ætatem. l. ſi cui, §. hoc autem. ff. de leg. 1. l. ſi Titio, ff. quādo dies legati cedat. quod valde intereſt. nā legatum in diē tranſmittitur, nō conditionale. l. cedere diem. ff. de verb. ſign. l. legata ſub conditione. ff. de cond. & demonſt. l. 1. §. cum autem. & §. ſin autē aliquid. C. de caduc. tollen. hęc autem reg. quod dies appoſita ad ſubſtantiam legati facit conditionem, fallit in libertate. l. ſi ita ſcriptum. ff. de manumiſſ. teſtam. l. in fideicommiſſaria. ff.

2 de fideicom. libert. Nunc quæritur, an etiā fauore eccleſiæ quando dies apponitur ad ſubſtantiam legati, cenſeatur relictum in diē, non ſub conditione? Et videtur quod ſit conditionale, iuxta reg. iur. cum caſus pro eccleſia non reperiatur exceptus ſicut pro libertate, & regulæ iur. ſunt tenaciter ſeruandæ, vt dicit Bal. in l. ſi tutor. C. de ſeru. pign. dato. nec eccleſia reperitur priuilegiata niſi in caſibus expreſſis in iure, iuxta l. in fraudem. ff. de milit. teſta. Tiraq. de præſcrip. §. 1. Gl. 11. cum alijs alleg. in præced. quæſt. Præterea ſuprad. reg. non limitatur in minore. l. ſi cui legetur. §. 1. ff. de leg. 1. & l. ſi Titio, in princ. ff. quando dies leg. cedat. & eccleſia minori æquiparatur. c. 1. c. auditis. de in integ. reſt. Verum his nō obſtantibus, in contrarium eſt veritas. nam eccleſia æquiparatur libertati in multis locis, vt latè per DD. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. per Euerard. in loco de libert. ad eccleſ. Et dicitur eſſe legatum libertatis pium. l. 1. §. pen. C. de communi ſeruo manu. & ibi Bal. & clarum eſt, relictum eccleſię eſſe pium. Item, ratio quæ eſt in liber-

3 tate, viget in eccleſia. caſus autem excepti extenduntur ex identitate rationis, c. cum dilecta, de confirm. vtil. vel inut. c. poſt tranſlationem, de renunc. Gl. ſing. in l. 1. C. de cond. indeb. ergo caſus libertatis debet extēdi ad eccleſiam. Quod etiā comprobatur ex notabili doctrina Bal. in l. 1. C. de com. ſeru. manu. vbi fauore libertatis ſi lego libertatē ſeruo communi mihi & Titio, tenetur Titius vendere partem ſuam inuitus. & ibi dicit Bal. idem eſſe in eccleſià, quod ſi habens locum cōmunem mandet in eo conſtrui eccleſiā, tenetur ſocius vendere partē ſuam. Et hāc opin. veriorē cenſet, & multis comprobat Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 29. n. 4 & ſeq. Non obſtāt ſupradicta, nā ſtante identitate rationis videtur priuilegiū extendendum ad eccleſiā, & cenſetur id ei expreſſe conceſſum. Nō obſtat, quod minor non vtatur tali priuilegio, quia ſatis eſt quod eccleſia æquiparetur libertati, quæ eſt cauſa pia. & nota hanc quæſtionem, quia eſt valde practicabilis.

SVMMARIVM.

1 *Legatū factū Canonicis ſub cōditione, vt certā partē diuidāt inter pauperes, an ſit conditionale, ita quod ſi non diuidāt, amittant legatū.*

2 *Lex non eſt impoſita verbis ſed rebus, & ideo ſubſtātia rei potius quā verba ſunt attēdēda.*

QVÆSTIO 273.

De legato facto regularibus, vel Canonicis ſub conditione, vt certam partem diuidant inter pauperes, an ſit conditionale, ita quod ſi non diuidant, legatum amittant.

1 QVæſtio eſt pulchra, an legatum factum Canonicis, vel regularibus, ſub conditione, vt certā partē diuidant inter pauperes ſit conditionale, ita quod ſi non diuidant perdant legatū. & quod non perdant tenet Card. Zab. in Clem. exiui. §. verum. de verb. ſign. vbi Anch. Domin. & Franch. in c. 2. col. 1. de teſta. Bart. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exer. action. & communis ſecundum Bar. n. 11. in c. tua. de teſta. illa enim verba, ſub hac cōditione vt illud diuidāt inter pauperes, imaginem tantum, nō etiam veram ſubſtantiā conditionis inducere videntur, vt in ſimili tradūt Bart. Soc. & alij in l. 1. ff. de cond. & demonſt. & in l. quibus diebus. §. Termilius. eod. tit. Gl. & DD. in rub. C. de his quæ ſub modo. Vaſq. de ſucc. progreſſ. lib. 3. §. 27. n. 45. Contrariam opin. tenet Bar. tract. minoritarum. idem in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. & com. ſecundum Gualder. de arte teſtan. tit. 7. caut. 7. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 2. n. 5. ff. ad trebell. Quid dicendum? Prima opinio eſt verior, nam illa verba, ſub cōditione vt certā partem inter pauperes diuidant, habēt tantū apparentiā conditionis, ſed nō ſubſtantiam, cū natura conditionis ſit ſuſpendere acquiſitionē ante eius exiſtentiā. l. cedere diem. ff. de verb. ſign. l. 1. & per tot. ff. de cond. & dem. ſed teſtator voluit primo acquiri Canonicis, deinde vt partem legati ſemel acquiſiti pauperibus erogarent. & ſic videtur potius modus, quam conditio: qui modus non ſuſpendit l. quibus diebus. §. Termilius. vbi Bar. & alij. ff. de cond. &

2 demō. l. 2. cum Gl. C. de his quæ ſub modo. & ſubſtantia rei potius quam verba eſt attēdenda.

da. lex enim non eſt impoſita verbis, ſed rebus.l.1.C.cômun.de leg.Bal.in l.qui ſe patris. col. 7. C. vnde liberi. vbi, quod ſi princeps pro ſua conceſſione recipit pretium, eſt vendere, etiam ſi vtatur verbo,indulgemus,gratiam facimus &c. hanc opinionem pulchre probat Vaſq. loco citato.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia vocata in caſu alienationis facienda ab hærede, an poſſit iuſte rem alienatam petere, & retinere.*

2 *Verba appoſita in teſtamento, ſunt intelligenda vt ne minimum intelligatur fruſtra, appoſitum.*

Q V AE S T I O 274.

De Eccleſia vocata in caſu aliena ionis faciendæ à deſcendentibus, an poſſit iuſtè retinere, aut acquirere rem alienatam.

1 TEſtator fecit fideicommiſſum inter deſcendentes, & in caſu alienationis vocauit eccleſiam, an adueniente caſu alienationis poſſit iuſte acquirere, vel teneatur rem iam acquiſitam reſtituere deſcendentibus, tanquam fuerit ſcriptum potius ad terrorem, quam vt illi priuarentur.Ang.conſ.326.inter conſ. Bald.lib.4. videtur tenere id fuiſſe ſcriptum potius ad terrorem alienantium, non vt inſtitutus excludatur. In contrarium facit, quod vbi adeſt duplex fideicômiſſum, vnum generale,aliud ſingulare, ſingulare derogat generali. Ruin.conſ.109.nu.18.& ſeq. vol.2. & conſ.116.eod.vol.& 122. probatur in l.cohæredem.§.qui pactum. ff. de vulg. & pupill.

2 Ratio eſt, quia alias tertius ſiue eccleſia,fuiſſet inaniter adiecta, & in teſtamento ea eſt facienda interpretatio, vt ne verbum quidem minimum fruſtra intelligatur. quæ maximè procedere debent in eccleſia magno fauore digna, vt poſt alios tradit Mantic. de coniect. lib.5.tit.15. n.34. qui loquitur de alio fauore piæ cauſæ.Non obſtat conſ.Ang. quia loquitur per modum conſilij, non autem neceſſitatis.dicit enim probe facere homines ipſius loci pij,ſi ea bona redderent, ea ratione quia pater videatur id potius ſcripſiſſe ad comprimendum iuuenilem calorem ipſius filij, ne profunderet patrimoniû timore ſcriptę pœnæ, quam vt locus pius ſuccedere deberet, vt declarat Mar.Gar. q. 45. & ita tenet Bimius conſ.163.vol.2.n.15. qui dicit tanto magis id procedere in alijs hæredibus,non in filio, in quo facilius cadere poteſt interpretatio Angeli, cum imago paterni corporis dicatur, ſed ipſe tenet contra Ang. cuius opinio magna nititur æquitate, cû eccleſia in pœnis exigendis rigore non vtatur,ad not.in c.ſuã.de pœn. Et pro opinione Ang.facit c.ſi mihi.tex.in c.ſi quis iratus.13.q.2. vbi habetur,quod ſi pater iratus exhæredauit filium & donauit bona ſua eccleſiæ, debet eccleſia partem illi dare, de quo egimus quæſt. particularẽ. Facit c.quod à te. de cleric. coniug. vbi canon reſpicit intentionem etiam in donatione facta eccleſiæ, ſtatuens,quod qui donauit eccleſiæ beneficij, ſi contrahat matrimonium, reuocat donationem. quia ſi cogitaſſet de matrimonio non donaſſet. non videtur itaque recedendum ab opinione Angeli,niſi ſæpius fuiſſet facta alienatio. & periculum eſſet ne bona in malum vſum conuertantur.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an cenſeatur hæres inſtituta, ſi defunctus inter amicos dixit, quod volebat eam inſtituere, & poſtea inteſtatus deceſſerit.*

2 *Volo verbum, iunctum infinitiuo, in vltimis voluntatibus an diſponat.*

3 *Princeps poteſt legitimare filium poſt mortem patris, hæreditate iam adita. & quando.*

4 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*

Q V Æ S T I O 275.

De Eccleſia an cenſeatur hæres inſtituta, ſi defunctus inter amicos dixerat, quod volebat Eccleſiam poſt mortem inſtituere, & poſtea inteſtatus deceſſit.

1 SIngularis eſt iſta quæſtio, & practicabilis, quidam inter amicos, non ad finem teſtandi,ſed caſualiter congregatos,dixit:Tempore mortis meæ,volo talem eccleſiam inſtituere hæredem, & in ea eligere ſepulturam, vel tali eccleſiæ legare mille pro miſſis,& anniuerſarijs celebrandis pro anima, deinde inteſtatus deceſſit. Quæritur,an eccleſia cenſeatur hæres inſtituta, legatum ei relictum, & facta electio ſepulturæ. Et videtur negatiuè reſpondendum. ſiquidem verbum volo,ſecundum crebriorẽ ſententiam,in vltimis voluntatibus nô inducit diſpoſitionẽ. Pariſ.Ang.Imo.

in l.ſerui electione. ff.de leg. 1.vbi teſtatur de
magis communi. Marian.Soc.Iun. conſ.179.
lib.2.teſtatur etiam de communi. & latiſſimè
defendit, non videri diſpoſuiſſe quendam, qui
interrogatus dixerat, quod volebat poſt mor-
tem ſuam, bona eſſe talis. & in ſpecie conſu-
luit Corn.conſ.149.viſis nonnullis. volum.2.
contra quaſdam moniales petentes hæredi-
tatem cuiuſdam, qui dixerat, *voglio fin che
viuo eſſer ſignor & padrone della mia robba,
& doppo la morte mia, voglio che tutta la rob-
ba mia ſia del Monaſterio di S. Caterina.* idem
tenet Paul. de Caſtr. in conſ. 137. in cauſa
quæ vertitur Pergami.lib.2. ad fi.ſi quis dicat
volo inſtituere eccleſiam, cuius dictum re-
fert, & ſequitur Dec. conſ. 159. circa fin. ſe-
quitur Crauet.de antiq.tempor.par.1. nu.60.
& dicit Mar.Soc. loco cit. quod ſi dicta
verba ſine animo tunc diſponendi, ſeu te-
ſtandi diſponerēt, eſſet nouum, & inauditum,
quod quis de varijs ſermocinando, ſi inter-
rogatus proferret talia verba, volo Titio re-
linquere bona mea, cenſeretur diſpoſuiſſe.
Idem tenet Bart.Soc.in l.1.§.ſi quis ita. ff.de
verb. oblig. in quæſt. facti, quod quidem na-
turaliter ſatis verboſus protuliſſet in plateis,
& alijs locis, quod volebat, quod hoſpitale
haberet ſuam hæreditatem, & non adhibue-
rat teſtes, non probatur perfecta voluntas,
quia adhibitio, ſeu conuocatio teſtium, licet
non eſſet neceſſaria ad ſolemnitatem. c. relat.
de teſt. erat tamen neceſſaria ad tollendam
dubitationem voluntatis, allegat l.diuus. ff.
2 de milit. teſt. Contrariam opinionem tenet
Bart.in d.l.ſerui electione. & in l.cunctos po-
pulos. C.de ſumm.Trinit.& fid.Cathol.quod
in vltimis volūtatibus, verbum, volo, iunctum
infinitiuo, vel verbis futuri temporis diſponat
per tex.ſing. in l.Pamphilo. §.propoſitum. ff.
de leg.3.vbi in milite per verb.volo, inducitur
diſpoſitio. Et quamuis eius opinio multos ha-
bet contradictores, tamen eam ſingulariter
defendit Aret.in l.gerit. ff. de acquirend. hæ-
red. & in puncto iuris de facili ſuſtineri poſſe
dicit Curt.Iun.conſ.304. ſanctiſſimè.vol.3.&
in ſpecie dixit Bald.conſ.74. vol. 2. quidā do-
minus Rhābamus. quod ſi aliquis interroga-
tus quos volebat eſſe ſuos hæredes reſpondit,
Cartuſinos, inducitur diſpoſitio in fauorem
illorum, ſaltem per viam fideicommiſſi, & in
conſ.221.eod.vol.dicit, quod verba iſta, ad
interrogationem probata vellem, quod bona
mea potius haberent pauperes quam atti-
nentes, inducerent diſpoſitionem, ſi legitimè
probarentur. facit etiam conſil.Cornel 309.
vol.3. Bart.etiam opinionem latiſsmè contra
communem defendit Iaſ.in d. l. ſerui electio-
ne Pro qua vltra tex.in d.§.propoſitum, qui
3 eſt fundamentum opinionis Bart. facit con-
cluſio DD.quod Principes poſſunt legitimare
ſpurium poſt mortem patris, hæreditate iam
adita per agnatos; quando conſtaret quod
pater in vita voluerit filium legitimare, vt ſi
viuens dixerit, quod volebat filium ſuum le-
gitimare, licet poſtea decedat legitimatione
non adimpleta. Iaſ.conſ. 127. col.5. libro 4.
Crauett.de antiq.temp.d.part.1. num. 59. &
dicit Guidop. q.214. quod ſi donator dixit,
quod volebat reuocare donationem ex cauſa
ingratitudinis, ſatis dicitur apparere de eius
4 voluntate, vt hæres mortuo ipſo donatore re-
uocare poſſit. Facit, quod voluntatis mutatio
non præſumitur. l. eum qui mutatam. ff. de
probat.l.Lucius.la 1.ff.de leg.2.& præſumitur
durare.c.maiores.§.fin.de baptiſmo.cap.licet,
de procurat. in 6. quod procedit etiam, non
obſtante longo temporis interuallo. l. ſanci-
mus. vbi Iaſ.C.de teſtam.Rip.in l.ſi quis in
fundi vocabulo. col.4.ff de leg. 1. niſi probe-
tur voluntas contraria ex alijs verbis, vel ali-
quid factum contrarium. Riminald.Iun. latè
conſ.644.nu.54. Crauett. loco cit. & conſil.
923.num.24.opinionem etiam Bart.ſequitur
Bertran.conſ.207.vol.6.Nihilominus tenen-
tes opinionem contrariam reſpondent ad tex.
in d.§. propoſitum, in quo principaliter fun-
datur Bart. quod ibi plura interuenerant, in-
firmitas militis, conuocatio amicorum, ca-
rentia liberorum, & cognatorum, & alia, quæ
numerat Iaſ. in d.l. ſerui electione. ex quibus
patet, quod illa verba fuerunt prolata animo
diſponendi, & animo deliberato non iocoſe,
vel gratia blandiendi, ſeu iactationis.& idem
Bart. in d.l. gerit. dicit, quod ibi conuocauit
amicos, ex quo actu præſumitur, quod deli-
berate protulit illa verba, ideo nimirum ſi di-
ſponat, & dicit, quod iſte eſt intellectus il-
lius §.idem dicit l.fin.ff.de teſtam.quamuis in
d.l.ſerui electione. contrarium dicat. Perſpi-
cis igitur quam intricata ſit iſta quæſtio. ni-
hilominus fauore eccleſiæ, & piæ cauſæ opi-
nionem Bar.amplector. Pro qua adduco tex.
in l.ſi pater. §.quædam. ff. de fideicomm. li-
bertat.vbi verbum, volo, fauore libertatis di-
ſponat, quamuis proferens inteſtatus de-
cedat, & de libertate ad eccleſiam, & aliam
piam cauſam, validum eſt argumentum, iux-
ta DD.in l.1. C.de ſacroſ.eccl. & late tradita
per

per Euerard. in loco à libertate ad piam cauſam. & idem Marian. Soc. qui mordicus defendit opin. contra Bar. reſpondens ad conſ. Bald. ſupra allegata, & ad conſil. Corn. 309. dicit eorum conſilia fundari principaliter fauore piæ cauſæ, & præterea multò magis procedunt, quando habens liberos aliquid moderatum legatum facit eccleſiæ iuxta aliorum conſuetudinem. & de electione ſepulturæ non eſt dubium, ac etiam de miſſis & anniuerſatijs ſolitis relinqui pro refrigetio animæ. tanto magis ſupradicta opinio procedit, quando quis non habens liberos taliter dixit. facit tex. in auth. omnes peregrini. C. cōmunia. de legat. vbi ſi aliquis moritur in hoſpitali, nec habet conſanguineos, & inteſtatus decedit, lex mandat bona diſtribui inter pauperes pro anima illius, ob eius præſumptam voluntatem. Præterea attenta Bar. opin. & nonnullorum ſequacium fauore eccleſiæ, & pro refrigerio animæ, ita tenendū eſt, vt cenſeatur facta diſpoſitio, cum ſumma ſit ratio quæ pro religione facit, & in dubijs piæ cauſæ fauendum eſt. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer. Anchar. conſ. 46. Tiraq. late de priuil. piæ cauſæ 148. Iudicis tamen arbitrio videtur relinquendum, an dicta verba fuerūt dicta iocosè, aut ex ira propter cōtrouerſiam de nouo cum conſanguineo ortam. ſi habet filios conſideret quātitatem facultatis ſi verba fuerint ſæpius geminata, quæ oſtendunt enixam voluntatem. l. baliſta. ff. ad Trebell. ſi ad interrogationem aliorum, quod etiā multum operatur. iuxta Gl. in l. iubemus. C. de teſtam. ſi habet nepotes, vel alios propinquos proximi gradus pauperes quibus ſubuenire deberet. interpretatio enim veriſimilis ptincipaliter fit circa voluntatem defuncti. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſt. & ſubſtit. & in dubio id ſequimur quod fauorem eccleſiæ, & refrigeriū animæ reſpicit. Non omitto quod Marcell. de Mauto Doctor celeberrimus in alleg. 36. tenet fuiſſe inductum diſpoſitionem per verba prolata ab infirmo exiſtente in hoſpitali, qui dixit hæc eſt mea mens, vt poſt mortem meam ſuccedat hoſpitale, dicens diſpoſitionem eſſe validam, cū non habeat tractum de futuro, vt ſi dixerit mea mēs eſt velle
2 inſtituere hoſpitale. quod nota, quia eſſet declaratio etiam ad opin. contra Bar. & ibi addit dicta verba fuiſſe ſufficienter probata per teſtes hoſpitalis, cum deponeret de actu multiplicabili licet eſſent ſingulares. iuxta Bal. in l. de quibus. ff. de leg. & in l. teſtes. C. de leg. & quod teſtes hoſpitalis ſalariati probent in tali caſu, nam licet teſtis ſalariatus ſit ſuſpectus. Rota in nouis deciſ. 12. de teſt. tamen eorum dictum, non omnino eſt inualidum, & in pijs legatis etiam inhabiles admittuntur, maximè ſi ſunt Sacerdotes, & non perſonæ viles. & facit quod non tractant de intereſſe proprio ad not. in cap. inſuper. de teſtibus, & diximus in alia q. de legato facto Eccleſiæ probando.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia habet priuilegium trahendi reum extra proprium domicilium.*

2 *De pupillo ad Eccleſiam valet argumentum.*

QVÆSTIO 276.

De priuilegio Eccleſiæ, quod trahat ad tribunalia regia, reum extra proprium domicilium.

1 COuar. practicarum c. 7. dicit non probari de iure, quod Eccleſia gaudeat priuilegio legis vnicæ. C. quando Imperator inter pupillos, & viduas, quia illæ tex. non loquitur de Eccleſia, quę ſecundum ipſum, non dicitur miſerabilis perſona, & ideo nō poteſt trahere reum extra proprium domicilium ad tribunalia regia, & quod in Hiſpania, tantum quatuor ordines mendicātes habent hoc priuilegium. Contrarium in regno Neap. tenet Andr. noſter de Iſernia. & Affl. in conſtitut. regni ſtatuimus, dicentes, ita fuiſſe decretum à Carolo II. facit, quod validum eſt argu-
2 mentum de pupillo ad Eccleſiam, quæ ioco pupilli eſt. vt tradit Gl. in l. libertos. & ibi Salic. C. de excuſationibus tutor. Gl. in l. reſpublica. vbi Bart. Ang. C. ex quibus cauſis maiores. Iaſ. in §. item iuxta inſtit. de actionib. latè probat Euerard. in loco à pupillo ad Eccleſiam, vel piam cauſam. ergo l. vnica. loquens in pupillo procedit in Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus negligens acquirere Eccleſiæ, tenetur reſarcire de patrimonio ſuo.*

2 *Prælatus patiens præſcribi contra Eccleſiam tenetur de ſuo.*

3 *Prælatus iniuſtè litigans pro Eccleſia, debet condemnari de proprio in expenſis.*

QVAE-

QVAESTIO 277.

Prælatus ſi potuit acquirere Eccleſiæ, & non acquiſiuit, tenetur de ſuo reſarcire damnum.

1 Quæritur ſi Prælatus Eccleſiæ potuit illi acquirere,& nō acquiſiuit, an teneatur de proprio patrimonio reſarcire damnum. & videtur quod ſic,cum æquiparatur pupillo.Gl.in l.libertas.& ibi Salic. C. de excuſation.tutor. Gloſ. in l. reſpublica. & ibi Bart. Ang. l.ex quibus cauſ. maiores, ac diximus in q. præcedenti,ſed tutor tenetur pupillo de eo quod ei acquirere potuit, & dolo, vel culpa ſua non acquiſiuit. l.quicquid,& ibi Gl. ſing. C. arbitrium tutelæ. ita etiam Prælatus Eccleſiæ videtur teneri de ſuo proprio patrimonio ad reſarciendum damnum, ſi eccleſiæ non acquiſiuit quod acquirere potuit. & hæc opinio eſt vera, quam tenet Gl. not.in c.2. 12. quæſt.4. & alia. Gl. ſing. cap.fin.16. quæſt.6. quas ſequitur, & extollit Abb in cap. 1. de in integr. reſtit. Idem dicendum ſi
2 Prælatus per negligētiam ſuam patiatur præſcribi contra eccleſiam. Gl. in cap. placuit. il ſecondo.16.q.3. Abb.in loco cit. Euerard.in loco à pupillo ad eccleſiam. Item quemadmodum tutor,vel curator,non habens iuſtam cauſam litigandi, debet proprio nomine con-
3 demnari in expenſis, ita Prælatus eccleſiæ. Gl.not.in l.non eſt ignotum.C.de adminiſtr. tutor. & ibi Bald.Ang. Salic. & alij,Euerard. loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Res conceſſa ab Eccleſia, an cenſeatur conceſſa in feudum, cenſum, vel ſimplicem donationem.*

QVÆSTIO 278.

De re conceſſa ab Eccleſia,an cenſeatur conceſſa in feudum, vel cenſum, vel ſimplicem donationem.

1 Quando conſtat rem eſſe conceſſam ab eccleſia, ſed ignoratur an fuerit data in feudum, vel cenſum, vel ſimplicem donationem,qualis præſumatur.reſpondetur quod fauore eccleſiæ conceſſa in feudum. Bald.in cap.ad audientiam.col.fin.de præſcript. Menoch. lib.3.q.1. num.49.Surd. conſ.449. num.34. vol.3. Sed vide in q.1. an autem in dubio ob ſolutionem penſionis cenſeatur contractus emphyteuticus, vel cenſualis, & an hoc caſu fauor eccleſiæ aliquid operetur vide in q. particulari.

SVMMARIVM.

1 *Legatum quinquaginta aureorum puellæ pauperi vt nubat, an debeatur ſi habet aliquam dotem non tamen ſufficientem, vt alicui nubere poſſit.*

QVÆSTIO 279.

De legato quinquaginta aureorum facto puellis, quæ educantur in conſeruatorio Eccleſiæ, & non habent dotem, an poſſit dari illis quæ habent aliquam dotem, ſed non integram cum qua poſſint ſe dotare &c.

1 Quæritur notabiliter,teſtator legauit ſingulis puellis quæ conſeruantur in eccleſia & non habent dotem, quinquaginta aureos pro dote, an dos poſſit dari puellæ habenti aliquam dotem, ſed non ſufficientem vt ſe dotare poſſit. breuiter dicendū, quod ſi puella eſt illius qualitatis, de qua in teſtamento, vel fundatione, & vere cum dote quam habet non poſſit nubere, debent ei dari quinquaginta aurei,idque licitè fit. cum enim ex illis paucis bonis proprijs, non poſſit ſe dotare & nubere, huiuſmodi præſtatio quinquaginta aureorum præbent ei cauſam, vt nubere poſſit, & conſequenter erit vera dos. facit deciſ.Bald.in l.ſi quis ad declinandam. C.de Epiſc. & Cler. vbi dicit quod in ſubſidium dotium,poteſt aliquid præſtari alicui habenti aliquid, & non omnino mendicanti, cum ſine tali ſubſidio matrimonium non poſſet contrahere. & ita ſequendo Bal. in q. præpoſita tenet Pariſ. conſ.26.lib..... vbi alios allegat &c.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei Eccleſiæ ſine ſolemnitate, an recuperet pretium.*
2 *Dolus maior attenditur, quando concurrit cum minori.*
3 *Emptor rei Eccleſiæ ſine ſolemnitate, poteſt repetere id quod dedit, etiam ſi ſit malè fidei*

dei emptor in odium Prælati malè alienantis, ſed non ab Eccleſia.

QVÆSTIO 280.

De emptore rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitate, an recuperet pretium.

1 QVæſtio eſt vtilis, an emptor rerum eccleſiæ ſine ſolemnitate, recuperet pretium. in qua ſunt variæ opiniones. nam Gl. in c. ad audientiam. de reb. eccl. non alien. diſtinguit inter bonæ fidei emptorem, & malæ fidei, vt vltimus non recuperet, quæ habet multos ſequaces. Contrarium tenet Gloſ. in auth. qui res. de ſacroſan. eccleſ. quod etiam malæ fidei emptor, vel conductor, poſſit repetere quod dedit, quia ſicut dolus præponderat culpæ. l. item obſtetrix. §. fin. ff. ad
2 leg. aquil. ita dolus maior videtur præponderare minori, & maior dolus videtur eſſe in Prælato male alienante rem eccleſiæ, vel œconomo propter officium quod habet, cum ſit magis obligatus ad defendendum iura eccleſiæ, quam ſit dolus emptoris, vel conductoris, qui non habent officium propter quod teneantur ad conſeruandas res eccleſiæ; & ſic videtur, quod malæ fidei emptor, vel conductor, poſſit agere ad repetendum id quod dedit. idem voluit Gloſ. in cap. hoc ius. verſ. qui vero. 10. q. 2. Bald. in d. auth. qui res. tenuit, quod licet de rigore iuris ciuilis eccleſia lucretur pretium datum, vt in l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſ. eccl. & d. auth. qui res. tamen de æquitate canonica videtur quod eccleſia ſi fuit ex pretio locupletata, debet illud reddere emptori. & alij alia dicunt. Sed breuiter reſpondendo quæſtioni dicamus, communem opinionem eſſe, de qua teſtatur Imo. in d. cap. ad audientiam. de rebus eccleſiæ, eſſe diſtinguendum inter emptorem bonæ fidei, & malæ fidei, quam præcipue tenent Innoc. ibi expreſſe Io. Andr. Io. Calder. in c. ſi quis. eod. tit. & Florian. Vnde inquit Imo. difficile eſſet in praxi obtinere contra multorum opiniones, ſaltem in foro eccleſiæ, & præcipuè quia gloſſæ Legiſtarum videntur tenere opinionem Gl. in d. cap. ad audientiam. excepta Gl. in d. auth. qui res. Ponit etiam ſuam opinionem Imo. quod emptor malæ fidei nõ habet actionem de euictione ſimpliciter, ſed ſolum ob petendum id quod dedit, & ſic vltra datum non poſſit agere de intereſſe, vt patet in d. authen. qui res, canonizata. 10. q. 2. c. hoc ius. §.
3 qui vero. & quod poſſit agere ad id quod dedit contra Prælatum vendentem, & non contra eccleſiam. vt habetur in d. verſ. qui vero. & in d. auth. qui res. & in §. ſi quis igitur. in auth. de non alien. Et ſic ſpeciale hoc caſu, in odium male alienantis rem eccleſiæ, vt teneatur ad reſtitutionem pretij, etiam emptori malæ fidei, licet non ad aliud intereſſe, ſicut in ſimili eſt ſpeciale in l. fin. §. emptor. C. communia. de legat. vbi emptor etiam malæ fidei agit ad pretium recuperandum contra venditorem, licet non poſſit agere ad aliud intereſſe, vt male alienantes ſint ſegniores in alienando, & pigri, per id quod habetur in d. §. ſi quis igitur. Sed vt ipſe Imol. ſubdit, in praxi difficile hoc obtineretur propter authoritatem Gl. Innoc. & aliorum ſupradictorum. & opinionem Imo. ſequitur Bertran. conſ. 317. vol. 2. par. 1. & conſ. 154. vol. 2. num. 13. vbi, quod malæ fidei emptores, cum fructus ſuos non fecerint, debent illos in pretium compenſare, & cum reparationibus, ſi quas fecerunt. & dicit idem Bertran. conſ. 126. vocatio. vol. 2. par. 2. quod procurator Confraternitatis, ſeu eleemoſynæ, ſi perpetuo locauit, ſeu alienauit ſine decreto, & contra ius, rectores moderni poſſunt recuperare, & ipſe procurator tenebitur de euictione, non Confraternitas, ad not. per Gloſ. per Io. de Plat. in l. 1. C. de vendend. reb. Ciuit. lib. 10. Ex ſupradictis apparet, quod eccleſia ipſa non tenetur reſtituere pretium, ſed Prælatus male alienans. ſed an aliquando ipſa teneatur, vide in alia quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſiæ obligans ſe & ſua pro obſeruatione alienationis rei Eccleſiæ nulla, an teneatur.*

QVÆSTIO 281.

De locatione rerum Eccleſiæ vltra triennium, facta cum obligatione bonorum rectoris pro obſeruantia contractus, an afficiat rectorem vt teneatur de proprio, exiſtente locatione nulla.

1 REctor eccleſiæ locauit bona eccleſiæ vltra triennium contra formam extrauag. ambitioſæ. & pro obſeruatione contractus obligauit bona ſua patrimonialia, ſe & ſuos

& ſuos hæredes, nednm bona eccleſiæ, & ſucceſſores, an cum locatio ſit nulla quo ad præiudicium ecclcſiæ, valeat tamen quo ad præiudicium proprium, & periculum euictionis. dicendum quod ſic. caſus eſt in l. ſed eſt ſi is. C. de præd. minor. tradit Bar. in l. c. lex in fin. ff. de fideiuſſor. Pariſ. conſ. 26. nu. 30. & 118. 2. vol. & in terminis Gl. Abb. & alij in cap. ſi quis Presbyterorum. in c. ad audientiam. de reb. eccl. dicentes, quod emptor rei eccleſiæ, etiam ſi ſit malæ fidei habet regreſſum contra Prælatum, ſi ita per pactum ſibi cauit. & ita in ſimili notatur in l. quemadmodum. C. de agricolis, & cenſitis. lib. 11. tenet & ex modernis Marcabar. conſ. 64. num. 26. Non obſtat, quod vbi prohibitus eſt contractus ratione rei, ſi fiat, tum non valet etiam vt contrahens cum eo teneatur ad intereſſe. l. & liber. ff. de contrahend. empt. quia procedit in rebus ſacris religioſis, & publicis, cum quibus nullo modo poteſt eſſe commercium, ſed in alijs rebus eccleſiaſticis non prohibetur commercium, cum ſolemnitatibus. ad notat. per Bald. & alios in l. apud Iulianum. §. conſtat. de legat.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiam defendere promittens, tenetur etiam non requiſitus.*

2 *Eccleſiam defendere poteſt quilibet de populo etiam inuitam, & quomodo ad procedat.*

3 *Clericus beneficiatus ſi exercet officium Aduocati, vel Procuratoris contra Eccleſiam à qua habet beneficia, debet priuari illo, niſi ageret pro conſanguineis, & miſerabilibus perſonis.*

4 *Iudex ex officio poteſt Eccleſiæ dare reſtitutionem in integrum, & iura Eccleſiæ defendere in tangentibus illius præiudicium.*

QVAESTIO 282.

De Eccleſiæ defenſione aliqua ſingularia.

1 QVæritur ſi aliquis iurauit defendere Eccleſiam, an teneatur etiam non requiſitus eam defendere: & videtur quod non vbi obligatio habet diem, dies interpellat pro homine, ſed vbi non habet diem requiritur interpellatio. l. magnam. C. de contrah. ſtipul. cum ibi notatis. Contrarium tenet Specul. de Aduoc. §. 1. verſ. nunquid ſi iurauit, vbi dicit, quod ſi ſciat eccleſiam indigere tenetur etiam non requiſitus, idq; tenet Abb. Inn. in c. breui. de iureiur. Non obſtat regula, vt requiratur interpellatio, vbi non eſt appoſita dies, nam reſp. Imo. id non procedere quando eſt appoſitum iuramentum, quod intelligitur interpellare. Secundo reſp. & melius, quod in eccleſia contrahitur mora re ipſa ſine interpellatione fauore eccleſiæ ſicut in minore. l. in minorum. cum ibi notatis. C. in quibus caſibus. in integr. reſtit. non eſt neceſſaria. & nos diximus in quæſt. particulari; & hæc ratio comprehendit etiam eum, qui promiſit abſque iuramento. Abb. vero diſtinguit quod aut quis iurauit defendere eccleſiam requiſitus, & tunc non tenetur niſi requiratur. arg. cap. porro. de priuil. aut iurauit ſimpliciter defendere Eccleſiam, & tunc tenetur etiam ſine requiſitione, ſi ſciret eccleſiam ſuo patrocinio indigere. vt in c. de forma. 22. q. 5. & arg. l. in illa ſtipulatione per te. ff. de verb. oblig. & ſic intelligit Specul. Hæc defenſio eccleſię adeo à ſacris Canonibus commendatur, quod quilibet de populo poteſt eccleſiam defendere, & pro ea agere. cap. ſi quis. & ibi Gl. in verbo perſonis. cum ibi notatis. de reb. eccleſiæ, ſed prius Clerici, ita quod dubium non eſt leue inter DD. an quilibet poſſit agere pro defenſione eccleſiæ, inuita ipſa eccleſia, & prohibente. vt per Io. Andr. Cald. Inn. Ant. & alios in d. c. ſi quis. & verior videtur opinio Cald. quod ſi eccleſia prohibet, quia vult ipſa repetere res malè alienatas, per pro-
2 curatorem ab ipſa conſtitutum, & tunc bene dicit arg. l. Pomponius. ff. de procuratoribus. vbi coniuncta perſona admittitur ſine mandato, ſed non contra mandatum. ſed ſi eccleſia negligit tunc non obſtante prohibitione poterit procedi ad recuperationem rerum eccleſiæ. arg. c. cum olim. de teſtibus. ſequitur Inn. ibi. Item notandum, quod ſi Clericus beneficiatus in eccleſia, exercet officium Aduo-
3 cati vel procuratoris contra eccleſiam à qua obtinet beneficium, tanquam ingratus debet priuari beneficio. cap. fin. de poſtulando. ſed an poſſit aduocare, & officium procuratoris exercere contra eccleſiam pro conſanguineis ſuis. Hoſt. tenet quod in tali caſu non priuatur beneficio, ex littera tex. in d. cap. fin. dum dicit pro extraneis; & ſequitur Imol. ibi. qui refert aliquos tenere contrariũ, ſupplentes ad litteram, dictionem, maxime, dum dicit pro extraneis. ſed iſtud eſt litteram violare, ideo verior eſt opinio Hoſt. arg. eorum quæ ha-

habentur in c. Apoſtolica. de his quæ fiunt à Prælatis, ex quo notatur, maiorem videri eſſe rationem coniunctionum ratione ſanguinis, quam eccleſiæ à qua Cler. habet beneficium. tenet etiam Hoſt. quod ſi neceſſitas immineat poterit etiam Clericus eſſe Aduocatus, vel Procurator contra eccleſiam pro miſerabilibus perſonis, quem ſequitur Imol. Notandum etiam circa materiam defenſionis eccleſiæ, quod licet apud legiſtas ſit dubium, an Iudex
4 ex officio poſſit minori dare reſtitutionem in integrum. ad not. per Bart. in l.40. §. hoc autem. ff. de damno infecto, tamen poteſt Iudex reſtitutionem in integrum dare eccleſiæ. ſecundum Imol. in cap. cum veniſſent. n.14. de inſtit. vbi quod ſemper in tangentibus præiudicium eccleſiæ, poteſt Iudex ex officio ſupplere, & iura eccleſiæ reformare. ad not. in c. Abb. de appell. Sed vide q. particularem, an poſſit Iudex ex officio reſtituere eccleſiam in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Res empta ex pecunia Eccleſia, an ſit Eccleſiæ.*

2 *Res empta de pecunia Eccleſia, an ſit ei ſaltem tacitè hypothecata ſi non fuit empta à non adminiſtratore.*

QVAESTIO 283.
De re empta ex pecunia Eccleſiæ, an ſit Eccleſiæ.

1 GLoſſ. in cap. inquirendum. de peculio Cleric. tenuit, quod res empta de pecunia eccleſiæ, efficiatur ipſius eccleſiæ licet de iure communi contrarium ſit expreſſum in l. ſi ex ea. C. de rei vendic. & quia eccleſia æquiparatur militi, & pupillo, qui habent hoc priuilegium. l. ſi vt proponis. eod. tit. l. 3. C. arbitrium tutelæ. & vtrobique. Gl. & DD. tam Canoniſtæ, quam Ciuiliſtæ. Hoſt. Ioan. Andr. Abb. in d. cap. inquirendum. Bart. Bal. Paul. de Caſtr. & alij in d. l. ſi vt proponis. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. quamuis Hoſt. in d. cap. inquirendum. quem ſequutus eſt Io. Andr. dicat id non probari in illo, vel alio textu, ſed haberi ex longa traditione magiſtrorum. Dominus Ant. de Butr. ibi, inquit, quod licet Hoſt. dixerit non probari iure, quod res empta de pecunia eccleſiæ, ſit eccleſiæ, tamẽ poteſt dici, quod ſatis hoc probatur non cauillando tex. in c. 1. de teſtam. dum dicit in dominio eccleſiæ conſeruetur, & ſic videtur quod eccleſia poterit vendicare. tamen, vt ipſe ſubdit, poſſet dictus tex. euadi, ſi quis vellet ſubtilizare, & propter hoc forte Io. Andr. ſequutus eſt opin. Hoſt. cum in iure non reperiatur expreſſum, quod res empta ex pecunia eccleſiæ, ſit eccleſiæ, ſed potius ſit inductum ex interpretatione magiſtrali. ſequitur Imol. in d. c. inquirendum. Ripa vero in l. ſenatuſcõſulto. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur, dicit opin. contra Hoſt. apertè probari in c. fixum in verſ. res de facultatibus. 12. quæſt. 5. Hanc tamen concluſionem, quod res empta ex pecunia eccleſiæ ſit eccleſiæ, intelligunt DD. quando res eſſet empta ab adminiſtratore ipſius eccleſiæ, ſecus ſi ab alio, quia tunc non eſſet ipſius eccleſiæ, ſicut nec pupilli eſſet quod ab extraneo eius pecunia emptum eſſet. ita Bar. Bal. Paul. & alij in d. l. vt proponis. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 120. ſed videtur, quod ſi laicus, vel Clericus non habens adminiſtrationem eccleſiæ, emat ex pecunia eccleſiæ penes eum forte depoſita, vel clã à Prælato ſubtracta, quod res ſit eccleſiæ, quia non debet eſſe melioris conditionis is cui Prelatus dedit pecuniam ad rem emendam, qui eccleſiæ acquirit. 12. q. 2. cap. quiſquis. Lap. alleg. 77. Ripa loco citato. num. 18. dicit poſſe reſponderi ita ſtatutũ eſſe in Prælato, & eo cui Prælatus pecuniam dedit, ad obuiandũ fraudibus quæ forte per adminiſtratores eccleſiarum fieri poſſent, quæ ratio ceſſat in ſubtrahente. Secũdo declarat ſupradicta magis particulariter, vt debeat fieri diſtinctio, prout in pupillo, poſtquam in hoc eccleſia æquiparatur pupillo, & illa res ſit eccleſiæ tacitè hypothecata. l. idemque. vbi Gl. & Bart. ff. qui potior. in
2 pignore hab. Ang. in l. interdũ. ff. eod. Neguſ. de pignor. 4. membr. 2. par. 3. 163. Rebuff. de conſtit. redd. Gloſ. 14. num. 13. Idque procedit cum priuilegio anterioritatis, & ſpeciale eſt in pupillo iuxta ſupradictos. & hoc caſu erit in electione pupilli, an velit illam rem tanquam ſuam, vel recuperare pecuniam ſuã. vt per Neguſ. & Rub. ff. vbi ſup. Bal. in l. ſi tutor.
1 C. de ſeruo pignor. dat. manumiſſ. Si autẽ res ſit empta ab alio nõ tutore de pecunia pupilli, eo caſu illa res eſt obligata pupillo pro pecunia, & ceſſat electio. ita Paul. de Caſtr. in d. l. interdum. Neguſ. & Rub. ff. vbi ſupra. Idem ergo dicendum de re empta ex pecunia eccleſiæ. & hæc nota &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæres Prælati, an teneatur Eccleſiæ, de his quæ Prælatus male geſſit.*
2 *Prælatus tenetur de dolo lata leui culpa, ad inſtar tutoris, non de leuiſſima, ſed aliqui contra.*
3 *Hæres Prælati regulariter non tenentur de leui culpa niſi in tribus caſibus.*
4 *Epiſcopus an teneatur de leuiſſima culpa.*
5 *Prælatus ſi non fecit inuentarium, & codicem rationum, poteſt contra eum iurari in litem.*
6 *Prælatus differt à tutore circa rationes reddendas adminiſtrationis.*

QVÆSTIO 286.

De hærede Clerici, vel Prælati, an teneatur Eccleſiæ de his quæ Prælatus, ſiue Rector malè geſſit.

1 QVæritur an hæres Prælati, teneatur ec-
cleſiæ de his quæ Prælatus malè geſ-
ſit. Ioan. Andr. poſt Innoc. Ant. de
Butr. Anchar. Imol. in cap. cum in officijs. de
teſtam. concludunt affirmatiuè. per cap. Epi-
ſcopus. 12. q. 2. & cap. 3. de pignor. Idem tra-
dit Gloſ. in auth. idem Neſtorianus. C. de
hæret. Ioan. de Platea in l. vnica. C. de co-
lon. lib. 11. Molin. de primogen. lib. 10. c. 27.
vbi etiã teſtatur de ſtylo Hiſpaniæ, quod hæ-
redes Prælati tenẽtur reſarcire eccleſiæ dam-
num propter illius negligentiam illatum. dicit
Io. Andr. quod Prælatus tenetur ad inſtar tu-
2 toris, & ſimiliter eius hæres tenebitur vt hæ-
res de doloſè geſtis, & de lata culpa, nam
Prælatus tenetur ſicut tutor, non de leuiſſi-
ma. l. quicquid. C. arbitr. tut. & faciunt not. in
d. cap. 3. de pignor. de leui eius culpa hæres
Prælati regulariter non tenetur, ſicut nec hæ-
3 res tutoris, qui non tenetur niſi in tribus caſi-
bus, de quibus in l. 1. 2. & 3. C. de hæredibus
tutor. nempe quando lis fuiſſet conteſtata
cum defuncto, vel ex eius culpa aliquid per-
ueniſſet ad ipſum Prælatum, ſeu hæredem, &
quando Prelatus feciſſet alicui gratiam de re-
bus eccleſiæ, vt notabiliter per Imol. in loco
4 citat. Sed circa prima de Prælato, an teneatur
de leuiſſima culpa. Innoc. & Abb. in c. ea quæ
de offic. Archid. affirmatiuè reſpondent in
Epiſcopo, quia qui pretium recipit pro cuſto-
dia, tenetur de leuiſſima, & Epiſcopus percipit
redditus. Aliqui diſtinguunt, an procurauerit
Epiſcopatum, vel coactè ſuſceperit, de quo te
remitto ad Abb. in d. c. ea quæ. Inſuper in
hac materia eſt notandum, quod contra
5 Prælatum, ſi non fecit inuentarium, & codi-
cem rationum, poterit iurari in litem l. tutor
qui repertorium. ff. de adminiſtr. tutor. ita In-
noc. poſt alios in d. c. cum in offic. vbi Petr. de
Anchar. dicit eſſe aliquam differentiam inter
tutorem, & Prælatum, ſiue rectorem eccleſię,
6 quia tutor durante adminiſtratione, non co-
gitur reddere rationem, vt notatur in l. ad-
uerſus. C. de adminiſtr. tutor. ſed à rectore
eccleſiæ ſemper videtur poſſe exigi ratio per
ſuperiorem, ratio diuerſitatis poteſt aſſignari,
quia tutores ſunt temporales, Epiſcopi au-
tem, & Prælati ſunt perpetui. 8. q. 1. Apoſto-
lica, & ideo longum eſſet expectare. ad not.
in l. niſi finita. §. cum furioſi. ff. de tutel. & ra-
tion. diſtrahen. & hæc ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſiæ, an debeat præferre vtilitatem Eccleſiæ vtilitati propriæ.*
2 *Rector Eccleſiæ, ſi induxit teſtatorem ad relinquendum ſibi, quod Eccleſiæ legauerat, an teneatur Eccleſiæ intereſſe.*
3 *Tutor qui procurauit, quod teſtator ſibi & non pupillo relinquat, an teneatur pupillo.*
4 *Eccleſiæ vtilitas eſt publica, quæ debet præferri priuatæ.*
5 *Rector Eccleſiæ ſi non poteſt ſaluare ab incendio niſi res ſuas, vel res Eccleſiæ, quas debebit præferre.*
6 *Rector Eccleſiæ debet Eccleſiam præferre conſanguineis.*
7 *Rector Eccleſiæ, an poſſit poſtulare contra eam pro conſanguineo.*

QVÆSTIO 285.

De Prælato, an debeat præferre vtilitatem Eccleſiæ propriæ vtilitati, & an teneatur Eccleſiæ ſi blanditijs induxit teſtatorem ad relinquendum ſibi, quod iam Eccleſiæ legauerat.

1 QVæritur ſingulariter, an Prælatus, ſiue
Rector Eccleſiæ, teneatur præferre
vtilitatem eccleſiæ vtilitati proprię,
& in ſpecie ſi teſtator legauerat eccleſiæ mil-
le, & Prælatus blanditijs induxerit teſtato-
rem ad relinquendum ſibi, & reuocandum
legatum eccleſiæ, an teneatur eccleſiæ ad in-
tereſſe,

tereſſe. & videtur quod non. ex Cyn. in l. quicquid. C. arbitrium tutelæ. vbi loquens in tutore, qui procurauit quod teſtator ſibi, & non pupillo relinqueret, dicit tutorem ad nihilum teneri pupillo, ſi blando ſermone,
2 & non per vim id egerit. per tex. in l. fin. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. & l. fin. C. eod. tit. niſi per dolum, & fraudem induxiſſet teſtatorem ad ſibi relinquendum, quia
3 tunc tenebitur tutor ad intereſſe. & hæc diſtinctio videtur ſecundum Petr. de Anchar. in cap. 2. de pecul. Cleric. facienda in Prælato, cum æquiparentur. Gl. in cap. ex præſentium. de pignor. Contrariam opinionem in ſpecie tenet Gloſ. quæ firmat quæſtionem in c. quicunque. 22. quæſt. 4. quod in caſu prædicto nullo modo poteſt Prælatus id agere, & quod teneatur ad intereſſe eccleſiæ, etiam ſi blando ſermone induxerit teſtatorem. quam Gloſ. ſequitur Imol. in d. cap. 2. de pecul. Cler. Ratio eſt quia Prælatus vtilitatem eccleſiæ tanquam publicam debuit præferre ſuæ vtilitati priuatæ iuxta ea quæ habentur in cap. ſcias. 2. quæſt. 1. & in auth. res quæ C. communia. de legatis. & dicit Archid. in d. c. quicunque,
4 quod ſi Prælatus potuit ſaluare res ſuas, & res eccleſiæ ab incendio, debet vtraſque ſaluare, ſi autem ſolum poſſet ſaluare res ſuas, vel res eccleſiæ, tunc ſi res eccleſiæ ſunt pre-
5 tioſiores quam ſuæ, illas debebit præferre. ſi vero è contra ſuæ ſunt pretioſiores, poterit illas præferre, ad notat. in l. ſi vt certo. ff. commodati, & in l. quod nerua. ff. depoſiti. ſi autem eſſent æqualis conditionis, dicit quod præferre debet res eccleſiæ, cum in eis vertetur vtilitas publica, quæ præferenda eſt priuatæ per Imol. loco citato. vbi dicit eſſe menti tenendam Gl. in d. cap. quicunque. per quam non videtur in hoc caſu procedere æquiparatio inter tutorem & Prælatum. debet igitur
6 Prælatus ſiue rector eccleſiæ, præferre vtilitatem eccleſiæ vtilitati propriæ, tanto magis conſanguineorum, vt cõcludunt Abb. & Imo.
7 in d. c. 2. Sed videtur obſtare tex. in c. fi. de poſtulando, & poteſt rector poſtulare coniunctis contra eccleſiam à qua obtinet beneficium, vt diximus in alia q. ſed ille tex. procedit in defenſione coniunctorum, vt ratio ſanguinis excuſet rectorem ab ingratitudine, & pœna d. c. fin. non in acquirenda, & procuranda vtilitate eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiũ confertur in inuitũ fauore Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 286.

Eccleſiæ fauore inuito beneficium confertur &c.

1 Regula eſt, quod inuito beneficium non confertur, reg. inuito. ff. de reg. iur. quæ recipit aliquas limitationes, quas refert Imol. in c. clericis. de vit. & honeſt. Cler. vbi ſing. limitat, vt beneficiũ ſiue beneficia eccleſiaſtica poſſint cõferri clericis inuitis ſi ſuadẽte vtilitate, vel neceſſitate eccleſię. cum in tali caſu poſſint cogi Clerici, vt promoueantur ad ſacros ordines in c. placuit. & c. conſuluit. diſt. 63. & in c. ſi quæris. de ætate, & qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ fauore, an poſſint Clerici compelli vt in communi viuant ſub eod. tecto & è cõtra.*

QVÆSTIO 287.

Eccleſiæ fauore poſſunt Canonici ſeparatim viuentes, compelli vt habitent ſimul, & communiter viuant, & è contra.

1 Tex. eſt notab. in c. quoniam. de vita, & honeſt. Cler. vbi habetur quod Epiſcopus poteſt ſtatuere in eccleſia, quod Canonici ſiue Clerici viuant in cõmuni, ſuper quo tex. DD. varia dixerunt, faciendo quaſdam diſtinctiones, ad quas te remitto. Vnum eſt verũ, quod ſi ſtatus eccleſiæ præſcriptus ſit, iuxta ea quæ habentur in c. cum de beneficio. de præben. in 6. quod Clerici ſeparatim viuant, non poteſt alterari ſtatus eis inuitis, niſi cauſa ſubſiſtente, vel quia propter illam ſeparatam vitam haberent concubinas, vel eſſent negligentes in officijs diuinis quæ celebrantur in eccleſia. & tunc poterit ſtatui, quod communiter viuant. & è contra, ſi communiter viuerent, contingeret quod cultura prædiorum eccleſiæ negligeretur, poterit ſtatui quod ſeparatim viuant. Si autem ſtatus eccleſiæ non eſſet præſcriptus, vt quia aliquando communiter, & in neutro ſtatu interuenit legitima præſcriptio, tunc poterit Epiſcopus cum Capitulo ordinare id quod ſibi placuerit. ſicut etiam poſſet à principio, quando eccleſia vngitur ſtatuere de miniſtris in eius fundatione. ad not. in cap. cum dilectus. de conſuet. ad. ita notabiliter Ioan. de Imol. in d. cap. quoniam.

vbi concordat Hoſt. & aliorum opiniones, qui dubitabant, an illæ tex. procederet inuitis Clericis, ſiue Canonicis, quia nollent in communi habitare.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus, an poſſit habere beneficium.*
2 *Clericus coniugatus, propter vtilitatem Eccleſiæ poteſt habere beneficia in ſtipendium, non in titulum.*
3 *Laicus poteſt eſſe præbendatus in Eccleſia ob ſeruitia quæ ei præſtat, in ſtipendium tamen.*

QVÆSTIO 288.

De Clerico coniugato, an fauore Eccleſiæ poſſit obtinere beneficium ſimplex.

1 Ista quæſtio, ponitur à DD. in cap. cum Ioannes. de Clericis coniugatis, & ſunt variæ opiniones. aliqui negant Clericum coniugatum poſſe habere beneficium ſimplex ſine licentia Papæ, quia non gaudet priuilegio Clericali, niſi in duobus. vt in c. vnico. de Clericis coniugatis in 6. nempe vt percutiens illum ſit excommunicatus, & in criminalibus ſit conueniendus coram Iudice eccleſiaſtico, in alijs vero cēſetur vt laicus, vt ibi & tradunt multi. laicus autem non eſt capax beneficij, c. 2. de inſtitut. Ant. de Butr. & Petr. de Anchar. dicunt, quod Clericus coniugatus 2 non poteſt habere dignitatem, vel beneficium curatum, niſi ex diſpenſatione Papali, ſed poſſet habere beneficium ſimplex de iure communi ex diſpenſatione Epiſcopi. per tex. in c. ſi qui diſt. 32. & c. quia tua, 12. q. 1. Breuiter dicendum multis omiſſis, quod poteſt Clericus coniugatus habere beneficium in ſtipendium tantum, non in titulum, ex ſola collatione Epiſcopi abſque diſpenſatione dummodo fiat propter vtilitatem eccleſiæ, puta propter ſeruitia quæ facit eccleſiæ. Abb. Imol. qui teſtatur de communi. Nec obſtane d. c. ſi quis, & c. quia tua. quia ibi fuit permiſſum in ſtipendium, & tutius eſt hanc opin. practicari ſecundum Imo. vt euitetur ſcandalum ſi Epiſcopus diſpenſaret cum coniugato in beneficio quo ad titulum. facit, quod laicus poteſt eſſe præ-3 bendatus in eccleſia propter ſeruitia, quę præſtat eccleſiæ, licet non ſit Canonicus. c. cum M. Ferrarien. de conſtit.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia an detrahatur de legato relicto confraternitati laicorum.*
2 *Legatum relictum confraternitati laicorum, an dicatur pium.*
3 *Legatum vt dicatur pium, attenditur cauſa non locus.*

QVÆSTIO 289.

De legato facto confraternitati laicorum an detrahatur Falcidia vel Trebellianica, quemadmodum non detrahitur de legato facto Eccleſiæ.

1 Quæritur, an legatum factum confraternitati laicorum dicitur pium, vt non detrahatur Falcidia, vel Trebellianica, quemadmodum non detraheretur, ſi factum eſſet eccleſię. & quod fraternitas videatur ſecularis, & legatū factum ipſis laicis dicit Bal. in l. ſi quis ad declinandā. C. de Epiſc. & Cler. Abb. & Imol. in cap. officij. de teſtam. Abb. conſ. 32. Ludou. Pont. conſ. 138. & cum ipſa fraternitas fungatur vice perſonæ. l. mortuo. ff. de fideiuſſorib. videtur legatum factum perſonæ ſeculari, & non pium, & conſequenter venit detrahenda quarta. In contrarium facit, quod ratio prædicta de plano procederet, quando relicta remanerent penes fraternitatem, ſed per laicos expenduntur in pios vſus, vt declarat notabiliter Abb. d. conſ. 32. 2 tunc videtur idem eſſe ac ſi relictum factum eſſet in pios vſus. arg. legis cū dotem. ff. ad leg. falcid. cum ibi notat. per DD. & eorum quæ per illum tex. notat Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. & in ſpecie in relictis factis fraternitati, quod cenſeantur facta & deſtinata in pios vſus, & conſequenter non detrahatur Trebellianica, diſputat & concludit Paul. de Caſtr. conſil. 295. quia licet locus non ſit pius ſatis eſt quod deſtinentur in pium vſum. nam 3 priuilegium datur piæ cauſæ non loco, & ita tenet etiam Bart. Socin. conſil. 182. vol. 3. ſecus eſſet ſi collegium non erogaret in pios vſus. & hæc notanda ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Remedium ſpolij competit ſucceſſori in beneficio.*

Ec-

2 *Eccleſia viduata paſtore ſemper poſſidet, & ſi ſpolietur competit remedium poſſeſſorium Prælato.*

QVAESTIO 290.

Quod fauore Eccleſiæ remedium capituli reintegranda tranſit in ſucceſſorem; & poſſeſſio in ſucceſſorem tranſit ſine noua apprehenſione.

1 REmedium capituli reintegranda. 1. q. 3. competit ſucceſſori in beneficio, quia eccleſia ſemper poſſidet non obſtante morte Prælati. Innoc. in cap. cum ſuper. de cauſa poſſeſſionis. & ibi Abb. Specul. de petitorio, & poſſeſſorio. ℣. 1. num. 36. Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Andr. Rot. 18. de reſtitut. ſpoliat. in antiquis. Guidop. deciſ. 355. & eſt communis. & omnes in d. c. cum ſuper
2 tenent tale remedium competere ſucceſſori etiam ſi eccleſia fuerit ſpoliata Sede Vacante, quia nunquam deſijt poſſidere.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum alicui tanquam Sacerdoti, an debeatur ſi non probetur Sacerdotium.*

2 *Eccleſia acquiritur per Sacerdotem putatiuum.*

QVÆSTIO 291.

An Eccleſiæ acquiratur per Sacerdotem putatiuum.

1 TEſtator reliquit centum alicui tãquam Sacerdoti, an vt conſequatur legatum teneatur probare ſe Sacerdotem. alias ſuccurrebat dicendum, quod ſi illa qualitas fuit cauſa finalis eſt probanda, niſi relictum eſſet factum non contemplatione perſonæ, ſed contemplatione eccleſiæ, cui poteſt ac-
2 quiri per Sacerdotem putatiuum. ita ſingulariter Bald. in l. eam quam. C. de fideicomm. vbi tradit aliam quæſtionem ſimilem de Sacerdote putatiuo ad propoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica.*

2 *Iuramentum ſuper materia iuris, recipit interpretationes, & limitationes ab ipſo iure.*

3 *Iuramentum ob Eccleſiæ vtilitatem extenditur ad caſum fictum, ex iuris interpretatione.*

QVAESTIO 292.

Iuramentum fauore Eccleſiæ, extenditur ad caſum fictum, vbi vtilitas Eccleſiæ verſatur.

1 IVramentum de ſui natura non extenditur ad caſum fictum, ſed debet adimpleri in forma ſpecifica. c. ad noſtram. il primo. de iureiuran. nihilominus deciditur in c. ex parte ma. de Cler. non reſident. non incurrere periurium, qui iurauit in eccleſia reſidere ſi pro negocijs eccleſiæ ſe abſentet. DD. vario modo reſpondent. Gloſ. dicit hoc operari benignam interpretationem, ne incurratur periurium, & ſic videtur velle ſecus eſſe de iuris rigore. alij dicunt, quod verb. reſidere eſt verbum iuris non facti, & verbum reſidere de iure multipliciter intelligitur, vt deſeruientes Summo Pontifici, vel Epiſcopo dicuntur reſidere. c. cum dilectus. c. ad audientiam. ſed in
2 c. ad noſtram fuit verbum ſoluere pecuniam, quod eſt facti. ita Card. in d. c. ex parte. Imol. d. c. ex parte reprobat hanc rationem, quia non videt, quare verbum reſidere non ſonet etiam in factum, iuxta ea quæ habentur in l. conſilio. §. fin. ff. de curat. furioſ. & ipſe affert aliam rationem, quod in d. cap. ex parte iuramentum erat præſtitum ſuper materia iuris, ideo recipit iſtam interpretationem etiam ab ipſo iure, ſed in d. c. ad noſtram iuramentum erat interpoſitum ſuper eo quod pendebat à poteſtate partium. & iſte intellectus Imol. videtur verior, qui idem dicit in c. ad noſtram. il ſecondo in c. venientes. de iureiur. Vnum ad propoſitum tantum colligitur quod ius fecit hanc declarationem propter eccleſiæ vtilita-
3 tem, ac in eius fauorem, quia Præpoſitus defendebat iura eccleſiæ, vt iuramentum extenderetur ad caſum fictum. ampliat Gloſ. in d. c. ex parte inſerulentibus Epiſcopo, vt etiam non incurrunt periurium. cap. de cætero eod. dum enim ſeruiunt Epiſcopo eccleſiæ ſeruire videntur. an autem iſte caſus ſit extendendus ad alios ſimiles fauore eccleſiæ. & videtur affirmatiuè reſpondendum, nã etiam caſus excepti extenduntur ex identitate rationis. c. cũ dilecto. de confirm. vtil. vel inut. c. poſt tranſlationem. de renunc. & pluriès diximus &c.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum Eccleſia ſine ſolemnitate poteſt petere ab Eccleſia, vt approbet contractum, vel recedat.*

QVAESTIO 293.

De contrahente cum Eccleſia, non adhibitis ſolemnitatibus, metuens ne aliquando à contractu recedat, an poſſit petere ſolemnem ratificationem, vel vt ab eo continuo recedatur.

1 BAr. in l. inſtitutus. §. ſi quis. ff. de act. emp. tenet quod ſic, ſed quod ſit in electione eccleſiæ, vel minoris ratificare, vel recedere alios poſt Bar. refert Pinell. in l. 1. par. 3. n. 32. C. de bon. matern. Ruin. conſ. 40. n. 7. & 8. lib. 5. Burſat. conſ. 82. nu. 11. lib. 1. quos ſequitur Menoch. conſ. 655. vol. 7. n. 13. vbi dicit non eſſe veram opinionem Pinelli quod re integra ſit facienda ratificatio, ſecus ſi iam ſit oppoſitum de nullitate &c.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta Eccleſiæ, an per ſuperuenientiam liberorum reuocetur in totum.*
2 *C. fin. 17. q. 4. plures intellectus.*
3 *Eccleſia non habetur loco filij, niſi in expreſſis.*
4 *Princeps eſt ſolutus legibus, ſed non dictamine rationis.*
5 *Eccleſia dicitur mater honeſtatis, & æquitatis.*

QVÆSTIO 294.

De donatione omnium bonorum facta Eccleſiæ, an per ſuperuenientiam liberorum reuocetur in totum, vel vſque ad legitimam.

1 AN donatio omnium bonorum facta eccleſiæ per ſuperuenientiam liberorum reuocetur in totum, vel vſque ad legitimam. clarũ eſt enim in priuato reuocari in totũ, l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. & ibi omnes, ſed quando eſt facta eccleſiæ reuocari vſq; ad legitimam tenent. Gl. Archid. in c. fin. 17. q. 4. Bar. in l. Titius. §. Imperator. ff. de leg. 2. Rom. in auth. ſimiliter in 8. ſpeciali. C. ad leg. falc. Bal. Ang. Salic. Caſtr. in l. 1. C. de inoff. donat. Abb. Imo. in c. fin. de donat. Iaſ. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. Fel. in c. in præſentia. de probat. Com. conſ. 11. vol. 3. conſ. 30. vol. 4. Calcan. conſ. 13. Pariſ. conſ. 73. vol. 1. vbi dicit hanc eſſe communem. Rimin. de donat. §. 1. n. 988. & de magis communi teſtatur Ripa in d. l. ſi vnquam. n. 63. & fuit deciſum in Luſitania, vt teſtatur Gama deciſ. 240. ratio quia eccleſia iure fori non tenetur reſtituere, ſed tantum iure poli. per tex. in c. fin. 17. q. 4. quod ſecundum DD. intelligitur quod donatio de iuris rigore non reuocetur in totum vigore l. ſi vnquam. ſed reuocetur vſque ad legitimam. per l. ſi totos. C. de inoff. donat. ita
2 dicunt Bar. & alij in l. Titia. §. ſi imperator. ff. de legat. & dicunt quod eccleſia habetur loco filij, & donatio facta filio nõ reuocatur in totum, ſed ſolum vſque ad debitum bonorum ſubſidium. Sed hæc ratio non videtur concludens, nam veritas eſt quod monaſterium non habetur loco filij, vt dicit Bart. in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. & ibi Salic. Felin. in cap. in præſentia. col. 19. de probat. qui ponit
3 abſurditates quæ ſequuntur, & quod nulla lex reperitur, & Bart. dicit quod nulla lex reperitur quæ id doceat, niſi in caſibus expreſſis in iure, & in d. c. in præſentia. in auth. de ſanctiſs. Epiſcopis. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in verb. libertas. n. 66. non auſus eſt id aſſerere. Contraria opinio, quod reuocetur in totum videtur verior, iura enim mandant reuocari donationes ex veriſimili mente teſtatoris, qui ſi cogitaſſet de liberis non donaſſet, hæc ratio militat etiam in eccleſia, nunquam enim reperitur ex communiter accidentibus patrem donare eccleſiæ omnia bona ſua, reſeruata tantum filijs legitima, ad notat. in l. nã ad ea. ff. de legib. vnde Canones in fortiori caſu ſtatuerunt, quod ſi Clericus donauit eccleſię ſui beneficij, ſi poſtea contrahat matrimonium, quod donatur poteſt reuocare. c. quod à te. de Cler. coniug. multo magis ſi ſuſceperit liberos credendum eſt intentionem eccleſiæ eſſe, vt reſtituantur donata. Canones enim præcipuè intentionem reſpiciunt. c. cum dilecti. de donat. & dicit Imol. in cap. fin. n. 18. de donat. quod licet ſecundum communem opin. iure fori reuocetur vſque ad legitimam. c. fin. 17. quæſt. 4. ſed iure poli, ſeu de æquitate in totum, & iam eſt in poteſtate eccleſiæ reſtituere totum ſi vult; nihilominus eccleſiæ ſatis æque facit ſi reſtituit in totũ. eãdem opin. quod reuocatur in totum tenet Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 26. n. 7. per regulam generalẽ d. legis ſi vnquã. C. de reuocan. donat. eſt enim regulis tenaciter inhærendum l. 1. & ibi DD. ff. de leg. 1. & reg. comprehendit priuilegiatos

niſi appareat de priuilegio in ſpecie. l.in fraudem.vbi Bal.ff.de teſtam.milit. & etiã ex alijs id confirmat Vaſq. vbi & n.6.tractat q. de filio cui eccleſia fuit ſubſtituta, an ſi ſuſceperit liberos excludat eccleſiam in totum; & inclinat poſt multos quos allegat, vt eccleſia excludatur in totũ, ex regula generali.l.cum auus.ff.de cond.& demonſtr.& l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.& alijs ad quem te remitto, de quo faciemus q. particularem. difficultas conſiſtit in intellectu d. c.fin. 17. q.4. & primus intellectus iã fuit dictus, quod non ſubſiſtit, quia eccleſia non habetur loco filij niſi in caſibus expreſſis à iure, inter quos non eſt iſte. alij dicũt eccleſiam iure fori non teneri, quia Imperator non potuit ponere legem auferentem ius iam eccleſiæ acquiſitũ. c.bene quidem.96.diſt.c.eccleſiæ S.Mariæ.de conſtitut. ſed hac ratione attendenda neq; reuocabitur vſque ad legitimã. Fel.in c.in præſentia.poſt Salic. in l.1. C.de inoff. donat.inquit quod de ſtricto iuris rigore donatio in aliquo non reuocatur, ſed iure poli ideſt ex quadam naturali æquitate cogitur eccleſia reſtituere legitimã. ſed iſte intellectus nec videtur ſubſiſtere, quia ille tex. clare vult, quod iure poli reuocatur in totum, & ita illum tex. declarat Gl.in cap.ſi quis iraſcitur.13.q.2.ſequitur Ripa in d.l.ſi vnquam.n.115.q.49.vbi dicit totaliter donationem reuocari, quia licet eccleſia, & Papa ſit ſolutus legibus.c.propoſuiſti.de conceſſ.præben. non tamen eſt ſolutus dictamine rationis naturalis ſuper quã

4 datur diſpoſitio legis ſi vnquam. Bald. in l.2. C.de ſeruit.cuius ratio eſt, quia pater non donaſſet ſi de filijs naſcituris cogitaſſet, quæ ratio militat in donatione facta eccl. Papa etiã debet ſeruare quod honeſtum eſt.Bar.in l.Imperium.ff.de iuriſd.omn.iud. & eccleſia debet

5 eſſe mater honeſtatis, & æquitatis.c.1.de alienat.feudi. & honeſtũ, ac æquum videtur, quod eccleſia totum reſtituat, & reſp. Ripa ad tex. in d.c.fin. quod iure fori non tenetur eccleſia reſtituere donata donatori inopinanti, ideſt non petenti, & in hoc reſidet Rip.Bal.in conſ. 215. lib.5. concordat opin. aut donatio fuit facta eccleſiæ pro anima donantis, aut ſimpliciter. primo caſu nõ reuocetur, niſi quo ad legitimam, quia præſumitur quod quilibet diligat magis animam ſuam, quam proprios filios.l.ſancimus.C.de ſacroſ.eccl. & ideo cõiecturandum eſt, quod pro anima ſua donaſſet etiam ſi de poſthumo cogitaſſet, nã legata facta pro exoneratione conſcientiæ debentur à poſthumo etiã ignoranter prętenſo ſecundum Ang.in auth.ex cauſa. C.de liber.præter. aut non fuit facta pro anima, & reuocetur in totũ. Sed de hac concordia Bal. adhuc videtur dubitandũ, quia donans eccleſiæ ſemper cenſetur donare pro anima ſua.c.Pontifices.12.q. 3.Gl.& DD.in l.ſi quis Titio.ff.de legat.2. & ideo Ripa etiam dicit eſſe cogitandum ſuper hac diſtinctione, niſi forte tu velis tenere opin. Bal.quando eſt facta donatio pro exoneratione cõſcientiæ.ſed etiam cogitandũ, quia hoc caſu nec debetur legitima, quia donatur tanquã debitũ, & legitima debetur deducto ære alieno l. 4. C.de inoff.teſtam. verius mihi videtur quod donatio reuocetur in totum, ex quadam æquitate naturali, vt dicit Gl. in d.c. fin. quæ æquitas cum reperiatur ſcripta præfertur rigori.l.placet. C.de iud.& militat tam in parte, quam in toto, quia ſi donator cogitaſſet de filijs non donaſſet.& placet mihi cõſideratio cuiuſdã D. quod Diuus Auguſt. fuit antequã Iuſtinianus eſſet, à quo auctoritatem habuit lex ſi vnquam, ſed in Africa eccleſiæ retinebant res ſibi donatas, etiã ſi ſuperueniſſent filij, quia ſemel Deo dicata, nõ debent reuerti ad humanos vſus. poſtea ſuperuenit lex ſi vnquam quę mandat fieri reuocationem ex præſumpta mente donatoris, & Canones in materia cõtractuũ, & ſucceſſionũ approbauerũt ius ciuile.c.1. & 2.de oper.nou.nunc.imò donata eccleſiæ à Clerico ſeculari mandauerunt reſtitui, ſi contrahat matrimoniũ, ex pręſumpta mente, quia non donaſſet ſi cogitaſſet de matrimonio, & ne impediatur matrimoniũ, & poſſint ſuſtineri illius onera, vt habetur in c. quod à te.de Clericis coniugatis, quod autem fuerit ante Iuſtinianum, videtur probari ex hiſtoria quia Auguſtinus mortuus eſt tẽpore occupatæ Africæ à Gotis, & antequam recuperaretur à Beliſario Duce Iuſtiniani.erat ergo talis lex de qua in d.c.fin. vel talis conſuetudo recepta in illis partibus, ſed hodie æquitas naturalis l. ſi vnquam etiam tempore Auguſtini ſuadet, & ſuadebat reſtitutionem, quæ militat tam in toto, quam in parte, & ideo debet in totum reuocari. Canones enim principaliter in contractibus conſiderant intentionem.c.cum dilecti.de donat.& veritatis, ac ſimplicitatis ſunt amici Canones. cap.dilecti.de iudicijs. cap. veritatis. de iureiurando &c. & hæc conſideratio, quod tempore Auguſtini erat aliqua lex, vel conſuetudo, quod non reuocabatur eſt rationabilis, quia de eo fit mentio, in d. c. fin. ibi iure fori

Prӕterea Ius poli, etiam ſolet accipi pro iure Canonico in foro interiori & exteriori, ad differentiam legis ciuilis, vt probatur apertè per Gratianum in cap. euphemium, §. hinc colligitur in verbo iure poli, 2. quæſt. 3. & ibi Archid. iudicio idem intelligere.

S V M M A R I V M.

1 *Res Eccleſiæ an debeant vendi ad incantum.*
2 *Decretum iudicis, quando requiritur in alienatione quæ debet fieri ſub haſta.*

Q V AE S T I O 295.

De rebus Eccleſiæ, quando venduntur, an debeant vendi ad incantum, ſeu ſub haſta.

1 QVæritur, an res Eccleſiæ debeat vendi ſub haſta, & de iure ciuili eſt affirmatiuè reſpondendum, per tex. in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. de iure tamen Canonico non reperitur cautum, & propterea id non eſſe neceſſe, tradunt poſt alios Felin. in cap. cum cauſa. de re iudic. Rebuff. in compend. alienat. Et quamuis ad authen. reperiatur poſita inter Canones, ſeu canonizata, vt in c. hoc ius 10. quæſt. 2. patet reſponſio ex Gloſ. in cap. de rebus eccleſiæ, non alien. in 6. vbi inquit, quod Gratian. poſuit multas leges Imperatorum inter Canones ad oſtendendum eorum deuotionem erga eccleſiam, Bertran. conſ. 178. vol. 1. par. 1. incip. conſultatio dicit, quod quamuis id non ſit neceſſarium, tamē ſi exequutores putarent bona eccleſiæ poſſe melius vendi ad incantum quam ſine, deberent hoc facere, quod credo verum, cum rectores eccleſiæ teneantur procurare vtilitatem ipſius eccleſiæ, & illi acquirere & augere eam, alias puniuntur, vt in c. quicunque. 14. q. 2. cū ibi not. & diximus in q. Et ſic licet non ſit expreſſum in iure Canonico, quod bona eccleſiæ debeant vendi ad incantum, tamen videtur expreſſum ex reg. ſupradicta, quod ſi rector eccleſiæ viderit expedire, debet procurare eius vtilitatem. Sed alia ratio videtur magis vrgere, etenim regula eſt, quod quotieſcunque ad alicuius rei alienationem eccleſiæ ſeu pupilli
2 Iudicis decretum requiritur, neceſſario ea res non poterit niſi in publico ſub haſta alienari. Bart. in l. licitatio. ff. de publ. & vect. gloſ. Alber. in l. & ſi ſine. §. 1. ff. de minoribus. Bal. in Lordo. C. de execut. re iudicatæ. Ioan. de Platea in l. ſi tempora. de fide inſtrumentorum, lib. 10. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 3. num. 44. qui poſt alios teſtatur de communi, vbi ex hoc infert, maioratum non poſſe alienari, niſi in publica ſubhaſtatione, ex quo requiritur decretum, & facultas Regis, quod in alienatione rerum eccleſiæ clarum eſt debere interuenire, illud enim interponunt commiſſarij, quibus mandatum eſt à Summo Pontifice vt cognoſcant de euidenti vtilitate eccleſiæ, præterquam in caſu contractus alienationis rei eccleſię, iam celebrati cū aliqua perſona particulari, cui à Summo Pontifice præſtatur aſſenſus cognita de euidenti vtilitate, tunc abſque dubio nō requiritur ſubhaſtatio. dicit etiam Fel. d. auth. hoc ius eſſe receptam, quo ad iuramentum teſtium, quo ad valorem rei, etiam in fauorem eccleſiæ, quod ſignari mandat, dicens habuiſſe de facto. Idem Bertran. cōſ. 372. quia vol. 2. p. 2. & conſ. 360. vol. 2. p. 1. & in conſ. 154. alienatio. vol. 2. p. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Inſinuatio, an requiratur in donatione facta Eccleſiæ.*
2 *Donatio facta Imperio indiget inſinuatione.*
3 *Ius naturale attēditur in diſpoſitionibus pijs.*

Q V Æ S T I O 296.

An in donatione facta Eccleſiæ requiratur inſinuatio.

1 AN in donatione facta eccleſiæ, excedente ſummam quingentorum aureorum, requiratur inſinuatio. & quod non requiratur inſinuatio facit, quia in donatis pro redemptione captiuorum, non requiritur. l. penult. C. de donat. Ergo idem in qualibet pia cauſa, eſt enim ipſa pietas in cōſideratione. Item quia Imperium, & Sacerdotiū æquiparantur authent. quomodo oportet Epiſcopos. in princ. imò maius eſt Sacerdotium, ſed
2 donatio facta Imperio, non indiget inſinuatione, ergo nec facta eccleſiæ. Item quia generaliter piæ cauſæ non ſubſunt ſolemnitatibus iuris ciuilis. Bart. in l. generali. C. de ſacroſan. eccl. & in l. 1. vbi alij eod. DD. in c. cum eſſes. & c. relatum. de teſtam. & ita tenet Specul. Io. Andr. de inſtrum. edit. §. porro. Hoſt. Ioan. Andr. in cap. fin. de fide inſtrum. Butr. & Imol. in cap. ad hæc. de teſtam. Abb. in c. relatum.

Pariſ.

Pariſ. conſ. 70. vol. 4. Felin. in c. eccleſia S. Mariæ, de conſtit. q. 8. principali. n. 57. Rip. lib. 3. reſponſ. c. 11. & eſſe magis communem dicit Ruin. conſ. 182. vol. 1. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 124. Gabr. lib. 3. de donat. concl. 1. Portius concluſ. lib. 1. concl. 15. latiſſime auctoritatibus & rationibus hanc opinionem comprobat Rimin. de donat. §. 1. n. 96. & ſeq. quamuis Rom. in l. modeſtinus. ff. de donat. dicat hanc concluſionem ſaltem poſſe procedere de æquitate canonica, ceſſante ratione legis, quæ inſinuationem requirit ad remouendas fraudes. fraus enim ceſſat in eccleſia, cum ſit iuſtitiæ & veritatis cultrix. c. 1. de alienat. feud. Tandem ipſe Rim. tenet contrarium, vt requiratur omnino inſinuatio in donatione facta eccleſiæ. per text. in l. fin. C. de donat. vbi in ſpecie textus loquitur de donatione facta pijs cauſis. idem in l. illud. vbi aperte nominatur eccleſia, & multa alia allegat, & reſpondet contrarijs, quæ non refero, ne prolixitas faſtidium generet, ſed prima opinio videtur verior, cum iura ciuilia non
3 potuerint facere, quin in diſpoſitionibus factis in eccleſijs debeat ſeruari ius naturale & diuinum, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. Bald. ſingulariter, & Paul. in l. generali. C. de ſacroſ. eccl. & cap. cum eſſes. de reſtitut. vbi omnes.

SVMMARIVM.

1 *Laicus poteſt donare ius decimandi in feudum ab Eccleſia alteri Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice.*

QVAESTIO 297.

De laico habente ius decimandi in feudum, an poſſit illud dare alteri eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice.

1 QVæritur, laicus habet ius decimandi in feudum ab eccleſia, an poſſit dare illud alteri eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice. & videtur quod non. per extrauag. ambitioſæ, de reb. eccl. Contrarium eſt dicendum, quia id manifeſte tendit ad fauorem eccleſiæ, vt decima eripiatur de manu laicorum. ita communis DD. in cap. cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à Prælat. faciunt quæ habentur in cap. 1. de iurepatronat. in 6. vbi laicus donat iuſpatronatus eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Tempus anni ad exequendum legata pia, an currat exequutori ignoranti.*

2 *Tempus omne eſt continuum, niſi aliud appareat.*

3 *Terminus ſtatutus fauore alicuius, & non in odium exequutoris, ſemper currit.*

QVAESTIO 298.

De exequutore legatorum relictorum Eccleſiæ, an ei ignoranti currat tempus.

1 AN exequutori legatorum relictorum eccleſiæ, vel ad alias cauſas pias, currat annus ad exequendam etiam ignoranti, ita quod illo elapſo exequatur Epiſcopus. quidem tenent, quod currat à die monitionis. Specul. verò tenet contrarium, vt currat ignoranti in tit. de inſtrumen. edit. §. nunc veto aliqua. verſ. item quid ſi exequutor, allegat l. nulli. & l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & Cler. c. ſciſcitatus. de reſcript. l. fin. C. de contrahen. empt. eandem opinionem tenet Card. in cap. nos quidem. de teſtam. & alij.
2 quia omne tempus eſt continuum, niſi aliud appareat. Gl. ſing. in rubr. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & maxime dicit ipſe, in locis in quibus conſtitutiones ſynodales limitãt tempus anni à morte teſtatoris. item quia non agitur de præiudicio exequutoris, ſi exequendi poteſtas deuoluatur ad Epiſcopum, quia non refert per quem fiat exequutio. dicit tamen, vt procedat quo ad hoc vt deuoluatur exequutio ad Epiſcopum, non autem vt exequutor priuetur ſibi relictis in teſtamento, iuxta auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. idem dicit Card. in cap. diuerſitatem. de conceſſ. præbend. quod vbicunque terminus ſta-
3 tutus eſt fauore alicuius, & non in odium exequutoris, tempus currit ſemper. allegat Gloſ. in cap. ſtatutum, de præbend. in 6. & Specul. loco cit. ſequitur Bertrãn. conſ. 83. ſuper iſto vol. 1. part. 1.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi eſt facta donatio ab habente filium ſpurium, an ſi rem donatam, poſtea illi ſpurio donet, teneat donatio.*

QVÆSTIO 299.

Eccleſiæ ſi eſt facta donatio ab habente filium

filium ſpurium, an poſſit res donatas poſtea donare illi filio ex pietate.

1 Quæritur, ſi eccleſiæ eſt facta donatio ab habente filium ſpurium, ſi res donatas poſtea donauit illi ſpurio, an teneat donatio. Bal. in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. dicit, quod in dubio eccleſia videtur feciſſe cauſa pietatis, & valebit donatio, niſi ex celeritate actuum præſumeretur fraus: l. ſi ventri. §. 1. ff. de priuil. creditor. faciunt not. per Bar. & Alex. in l. ſi is qui. ff. de vulg. & pupill. & in l. poſt contractum. ff. de donat. ſequitur Paul. de Monte Pico conſ. 1. num. 101.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio ſi eſt facienda, maior diuidit, minor eligit.*
2 *Eccleſia fauore maior diuidit, & minor eligit, ſecundum Legiſtas.*
3 *Maior quis dicatur in diuiſione facienda, vt diuidat, & minor eligat.*

QVAESTIO 300.

An fauore Eccleſiæ tantum in diuiſione facienda maior diuidat, & minor eligat.

1 Dubium eſt ſæpe occurrens, an fauore eccleſiæ, tantum in diuiſione facienda maior diuidit, & minor eligit. Pro reſolutione iterum quæritur, an ſit aliqua differentia inter Canoniſtas, & Legiſtas ſuper illa concluſione, quod in diuiſione facięda inter fratres maior diuidit, & minor eligit. dicendum primo inter Legiſtas magnam fuiſſe controuerſiam, an ſit vera dicta regula, & ſi ſeruanda. & multi tenuerunt quod non, ſed debet æqualitas ſeruari, & optio debeat fieri ſorte, & ita dixerunt Bart. Bald. in l. 1. C. de his qui ſe defe. lib. 10. Bald. in l. ſi maior. C. communi diuidundo. per illum text. Imol. in l. ſuus quoque. ff. de hæredib. inſtituend. Rom. conſ. 471. & Bald. de ſocietate. in 2. par. fol. 46. Contrariam opinionem veriorem eſſe, maior pars DD. tenent. Bald. in d. l. ſuus. & in l. 2. C. quando & quibus quarta pars. vbi Nicol. de Neap. Alex. in addit. ad Bart. in l. penult. C. communi diuidundo. Iaſ. in §. quædam. de actio. Hoſt. Io. Andr. Ant. Anchar. Abb. in c. 1. de parochijs. Abb. & Anan. in cap. qualiter & quando, il 2. de accuſat. Pro qua facit tex. in terminis in cap. 1. de parochijs. item auctoritas ſacræ Scripturæ Abraham patruus & maior diuiſit, & Loth nepos minor eligit; & tradit Diuus Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 16. & 2. & Diuus Ambroſ. in libello cui Abraham titulus eſt. vnde Bertran. conſ. 117. Chriſti nomine inuocato, vol. 2. part. 1. dicit hanc opinionem roboratã auctoritatib. veteris teſtamenti, & horum Glorioſiſſimorum Sanctorum Doctorum eſſe amplectendam & ſequendam, ad notat. per Gl. in tract. de libell. diſtinct. 20. de auctoritate dicti alicuius Sancti, muniti auctoritate veteris vel noui teſtamenti. quamuis Legiſtæ tenentes contrariam opinionem reſpondeant ad cap. 1. de parochijs, quod loquitur de rebus eccleſiæ, &
2 quod ſit ſpeciale fauore eccleſiæ. & quia præſumitur quod Epiſcopus iunior magis ſuperuiuat, & ſic plus conſeruabit res eccleſiæ, & non procedat in bonis laicorum. ſed non videntur bene dicere, quia in illo tex. exemplum adductum videtur innuere contrarium. Retenta igitur prima opinione, tanquam veriore, eſt altercatio, quis dicatur maior? Legiſtæ ſequentes ſecundam opinionem, intelligunt maiorem natum ſeu antiquiorem ætate, & minorem pro eo qui eſt iunior, etiam ſi ſit
3 maior viginti quinque annis, vt tradit Bertran. loco citato. Canoniſtæ ferè omnes tenent, maiorem eſſe accipiendum pro illo qui diutius rexit, & gubernauit bona communia, per tex. in d. c. 1. de parochis, vbi ille diuidit qui amplius temporis in Epiſcopatu habet, ideſt diutius Epiſcopatum rexit, & conſequenter minor accipitur pro illo qui minore tempore rexit Epiſcopatum, etiamſi eſſet alio antiquior in ætate. & ratio eſt, quia veriſimiliter, qui diutius gubernauit Epiſcopatum, vel bona communia, habet maiorem notitiam bonorum, & ſcit melius facere diuiſiones. & ego adduco aliud exemplum de Apoſtolis Iacobo minore, & maiore. nam Iacobus maior erat minor ætate, ſed vocatur maior, quia prius fuerat vocatus ad Apoſtolatum ſecundum Archid. & hanc opinionem tenet Hoſt. Io. Andr. Anchar. in d. c. 1. de parochijs. Bal. in d. l. ſuus. Alex. in d. l. pen. Iaſ. in d. §. quædam. Bertran. loco cit. ex ſupradictis tamen deducitur, quod abſque dubio fauore eccleſiæ ſit ſeruanda hæc poſterior opinio.

VN-

VNDECIMVM CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia victa non condemnatur in expenſis.*

QVÆSTIO 301.

De Eccleſia victa, quod non condemnetur ad expenſas.

1 QVAERITVR, an eccleſia victa condemnetur ad expenſas, & quod debeat condemnari tam fiſcus quam eccleſia, tenet Aſin. in ſua praxi iudiciaria. §. 32. cap. ampliat. 51. poſt Rom. ſingul. 44. Contrarium tenet Carolus Tapia in conſtit. Regni Diuorum. lib. 3. iuris Regni. fol. 230. poſt Boer. deciſ. 224. & alios quos allegat. & ampliat etiã in procuratore Epiſcopi, ſi iniuſtè litem mouet. ſed debet condemnari rector eccleſiæ, qui non potuit mouere litem iniuſtam in damnum eccleſiæ. reg. delictum. de regulis iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio rei Eccleſiæ non transfertur à Prælato per actum fictum conſtituti & precarij, quod limitatur duobus modis.*

2 *Poſſeſſio rerum Eccleſiæ eſt apud Chriſtum, ſiue Eccleſiam vniuerſalem.*

QVÆSTIO 302.

Prælatus non transfert poſſeſſionem rei Eccleſiæ per conſtitutum & precarium, & quomodo id procedat.

1 QVæritur, an Prælatus transferat poſſeſſionem rei eccleſiæ per conſtitutum & precarium, & negatiuam partem tenet Alex. in l. 1. ff. de acquirend. poſſ. quem ſequitur Ripa ibi nu. 69. ex his quæ antea de tutore & curatore dixerat, qui non transferãt poſſeſſionem per actum fictum, ſecundum Bart. ibi. ſequitur Tiraq. alios allegans in tract. de iure conſtit. limit. 16. & ea videtur eſſe ratio, quia poſſeſſio rerum eccleſiæ eſt
2 apud Chriſtum, ſiue vniuerſalem eccleſiam, & licet Prælatus moriatur, poſſeſſio tamen non vacat, vt per Innoc. & alios in cap. cum ſuper. de cauſa poſſeſſionis. & in cap. in litteris. de reſtit. ſpoliatorum. Bar. & alij in l. cum hæreditas. ff. de acquirend. poſſ. Hæc autem ſententia eſt intelligenda, cum ipſe Prælatus ſolus alienat, & ſe conſtituit poſſidere nomine alterius, ſecus ſi id faciat cum Capitulo, tunc enim transfertur poſſeſſio per conſtitutum ab vtroque factò, vt clarè tradit Matheſilan. ſing. 167. incipiente, nota quod ſi tutor. quem ſequitur Ripa in d. l. 1. verſ. iſtud de Prælato. ff. de acq. poſſ. Tiraq. loco cit. qui hoc pacto limitat, & determinat præſentem quæſtionem. alio pacto limitat ſupradictam concluſionem Rota Rom. in deciſ. Card. Seraph. 567. vt transferatur poſſeſſio à Prælato per actum fictum, quomodo id fit per viam non acceptionis, quoniam hoc caſu poteſt præiudicare eccleſiæ, etiam concedendo alteri, allegat Soc. conſ. 53. nu. 27. lib. 4. Puteus deciſ. 519. hoſpitale. lib. 2. Natt. conſ. 441. num. 19. lib. 2. ſed contra principalem concluſionem facit, quod ſi Prælatus poteſt transferre veram poſſeſſionem, & dominium rerum eccleſiæ, adhibitis tamen ſolemnitatibus, cur non poſſit transferre poſſeſſionem per actum fictum, & conſtituere eccleſiam in poſſeſſionem alieno nomine. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl. Et certè ſi conſiderentur dicta DD. ſupra relatorum id videntur aperte concludere, dum enim aſſerunt Prælatum ſolum non poſſe transferre poſſeſſionem eccleſiæ per actum fictum ſed benè cum Capitulo, manifeſte inferunt id procedere, quia Prælatus ſolus non poteſt alienare res eccleſiæ ſine ſolemnitate. cap. ſine exceptione. 12. q. 2. cap. 1. de rebus eccleſ. alienand. in 6. ſed bene poteſt ſeruatis ſolemnitatibus, vel non acquirendo, iuxta multos DD. quos refert Fel. in cap. ſi. de præſcript. Abb. etiam cap. 1. de dolo & contum. de quo te remitto ad aliam quæſtionem particulariter à nobis pertractatam. non omitto, quod Card. in cap. verum. de cond. appoſ. in illa quæſt. an poſſit res ab aliquo eccleſiæ donari, cum pacto reſolutiuo, ſi tale quid non fiat, quo caſu Prælatus conſtituit ſe precario nomine poſſidere, dicit enim id fieri non poſſe, ſed in caſu non adimplementi ex parte eccleſiæ requiri veram retraditionem, nec ſufficere fictam, ac iudicis anctoritatem, ad cognoſcendum an Eccleſia modum non adimple-

pleuerit, vel non. Sed non recedendum à ſupradicta concluſione. ſufficit enim declaratoria Iudicis, quæ non impedit traditionem poſſeſſionis per conſtitutum, nec aliquid noui videtur inducere. l. hæredes palam. ff. de teſtam. & ita in ſpecie donationis factæ cum pacto reſolutiuo, & poteſtate capiendi auctoritate propria, tradunt Abb. & Felin. in cap. verum, de foro competen. nosq; egimus in quæſt. particulari. Sed quia hodie requiritur aſſenſus Summi Pontificis in alienatione rerum eccleſiæ. extrau. ambitioſæ, de reb. eccl. non ſufficit Prælatus cum Capitulo.

S V M M A R I V M.

1 *Res ſi donetur priuato cum pacto, vt poſt eius mortem perueniat ad eccleſiam, an ante mortem poſſit reuocari tale pactum in damnum Eccleſiæ.*

2 *Stipulari quilibet poteſt pro Eccleſia.*

Q V AE S T I O 303.

De donatione facta priuato, cum pacto, quod poſt eius mortem perueniat ad Eccleſiam, an ante mortem donatoris poſſit impediri dicta tranſlatio in Eccleſia.

1 Quæſtio eſt ſingularis, & practicabilis, ſi donatur res alicui, ita vt poſt eius mortem tranſeat ad eccleſiam, an donator ante mortem donatarij poſſit reuocare tale pactum in præiudicium eccleſiæ, & diſponere vt res tranſeat ad alium. Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. dicit poſſe reuocari tale pactum, per tex. in l. 3. ff. de ſeruis aſportandis, vbi fit talis reuocatio in præiudicium ſerui & libertatis. & hæc opinio Bart. communiter tenetur in d. §. flauius. per Im. Aret. Alex. cum Doctoribus cumulatis per Iaſon. ex modernis; eam ſequitur Couar. lib. 1. variarum reſolutionum cap. 14. nu. 13. videtur enim eſſe contractus innominatus, do vt des, do vt facias, in quo habet locum pœnitentia. l. ſi pecuniam. ff. de condit. ob cauſam. nec reperitur in iure expreſſum, quod fauore eccleſiæ in contractu innominato non habeat locum pœnitentia, neque huic opinioni videtur obſtare tex. in l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo; vbi probatur, Eccleſiæ fuiſſe quæſitum ius reuocabiliter ante mortem donatarij non irreuocabiliter. & ideo eſſe locum pœnitentiæ, & ita vt dixi communiter tenetur. Limitant tamen hanc Bart. doctrinam non procedere, quando plene fuiſſet quæſitum ius eccleſiæ, puta quia iam tranſactum erat tempus quo debebat reſtituere eccleſiæ, vel iam erat mortuus primus Donatarius, poſt cuius mortem res donabatur eccleſiæ, quo caſu cum dominium tranſierit ipſo iure in eccleſiam. l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. donator non poteſt amplius reuocare. Secundo limitant in hærede donatoris, qui non poſſet reuocare ſicut donator, per tex. in d. l. 3. ff. de ſeruis aſpor. & l. ſi ego. §. 1. ff. de iure dot. vbi speciale eſt in dote, quod hæres non poſſet ex pœnitentia reuocare in contractu innominato, & validum eſt argumentum, de dote ad eccleſiam, vt per DD. in loco cit. Limitant tertio, licet multi contradicant, quando tempore donationis, ipſe donatarius vel tertius recepiſſet donationem ſtipulando pro eccleſia, tunc videtur quæſitum ius eccleſiæ irreuocabiliter, & cum res donata debeatur, ex ſtipulatione facta nomine eccleſiæ, ſequitur quod debetur ex contractu nominato, cum ſtipulatio ſit contractus nominatus. ergo ceſſat pœnitentia. l. ex placito. C. de rerum per-
2 mutat. & pro eccleſia quilibet poteſt ſtipulari etiam in abſentia, & valet ſtipulatio iuxta Gl. ſingularem in cap. quoties cordis. 1. q. 7. & quam ſequitur Bald. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. Aret. & alij, vt per Iaſ. in d. §. Flauius, qui refert ſupradictas limitationes. & nos diximus in alia quæſt. Contra principalem doctrinam Bart. tenet Paul. de Caſtro in d. §. Flauius. referens aliquos eximios DD. dubitaſſe de doctrina Bar. & Paul. adducit ſecundum me rationem efficacem. inquit enim, quod ſi dono ſimpliciter, cum pacto quod poſt mortem res perueniat ad eccleſiam, non moueor ad donandum propter hoc principaliter, quod perueniat ad eccleſiam, quo caſu eſſet contractus innominatus, ſed illud venit in conſequentiam; vnde concludit tutius eſſe tenere contra Bart. Ceſſat itaque principale fundamentum, quod ſumus in contractu innominato, Non obſtat l. 3. ff. de ſeruis aſportandis, quia loquitur in ſeruo, cui ius perfecte nõ acquiritur, & ideo de facili poteſt reuocari, non ſic in eccleſia, vel libero homine, quibus acquiritur ius actionis. & cum non ſimus in contractu innominato, ſecundum Paul. non poteſt dici ius quæſitum tertio reuocabiliter, ſed irreuocabiliter. & hæc opinio Pauli videtur vera, & habere reale fundamentum, &

contra

contra Bart. fuit iudicatum in Gallia, vt tradit Bened. in cap. raynutius. de teſtam. in verbo, ſi abſque liberi. nu. 125. Rebuff. reſp. 15.

S V M M A R I V M.

1 *Recipiens in emphyteuſim rem propriam ab Eccleſia, an transferat dominium in Eccleſiam.*

2 *Fictiones duæ concurrunt quando procedunt ex diuerſo fonte.*

3 *Dominium transfertur in Eccleſia ipſo iure, ex ſolo titulo donationis, non tantum vero, ſed etiam præſumpto.*

4 *L. 1. C. de dot. promiſſ. in ſuo caſu non procedit de iure Canonico.*

Q V Æ S T I O 304.

De recipiente in emphyteuſim ſcienter rem propriam ab Eccleſia tanquam Eccleſiæ, quod cenſeatur illam Eccleſiæ donare, quod ſecus eſt in priuato, & ibi quod transferatur dominium in Eccleſia ipſo iure ex traditione præſumpta.

1 QVæſtio eſt, quidam recepit in emphyteuſim rem ſuam ab eccleſia tamquam rem eccleſiæ, deinde illam alienauit irrequiſita eccleſia, quæ volebat rem vendicare ab emptore, ille vero excipiebat de dominio. quæritur, an recipiendo rem ſuam ab eccleſia, cenſeatur donaſſe eccleſiæ rem ſuam, & in eam ſit tranſlatum dominium. Bar. in l. ſi aliquam rem, ponit quæſt. & in priuato conducente rem ſuam vti ſuam ab alio, quod non transferat dominiū. tenet ibi Barr. & eſt communis, quia concurrerent duæ fictiones, ſcilicet fictus titulus, & ficta traditio, quæ circa idem concurrere non poſſunt. l. 1. C. de dot. promiſſ. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. Contrarium determinat Bart. in eccleſia, dicens quod in eccleſia non requiritur traditio, cum in eam transferatur dominium abſque traditione. l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. ergo non ſunt duæ fictiones, imò ex ſolo titulo quæritur dominium. poſtea concludit, quod ſi ille recepit in emphyteuſim rē ſuam, tanquam ſuam ab eccleſia, eſt tranſlatum dominium in eccleſia, quia non ſunt duæ fictiones, ſecus ſi dominus rei recipit rem in emphyteuſim tanquam prius eſſet eccleſiæ, quo caſu indiſtincte dominium non perditur, iuxta Gl. & communem in d. l. ſi aliquam rem. & Bart. opinionem ſequuntur Paul. Imol. Aret. Ripa, qui teſtatur de communi in d. l. ſi aliquam, Angel. in l. qui rem. C. locati. Bald. in l. cum falſa. C. de iuris & facti ignoran. videtur tenere contrarium. inquit enim, quod niſi in inſtrumento contineatur expreſſa recognitio dominij, præſtatio cenſus non præiudicat domino rei. recipiens autem in emphyteuſim rem ſuam vt ſuam, non recognoſcit expreſſe, ſed tacitè & præſumptiuè. ergo &c. Præterea facit contra Bar. quia hoc caſu videtur etiam concurrere duæ fictiones, videlicet ficta, ſeu præſumpta donatio, & ficta traditio. licet enim ipſo iure tranſeat dominiū in eccleſiam, hoc tamē eſt ex iuris fictione, fingentis traditionem perueniſſe. ſed reſpondet Im. & Alex. hoc caſu poſſe concurrere duas fictiones, cum
2 procedant à diuerſo fonte, præſumpta donatio à ſcientia Domini, & ficta traditio à fauore. Et licet Ripa in loco cit. videatur dubitare, tamen putat in iudicando non eſſe recedendum ab opinione Bar. quæ eſt communis. Pro qua conſuluit etiam Bald. conſ. 331. Reuerende Pater. lib. 2. Colligit tamen Franciſcus Ripa ſingularem ampliationem ad l. fin. C. de ſacroſ. eccl. quatenus vult, quod ex ſolo titu-
3 lo donationis, ipſo iure tranſeat dominium in eccleſia, vt procedat etiam in donatione præſumpta, quicquid dicat Iaſ. in d. l. fin. qui dicit Bart. in d. l. ſi aliquam. velle contrarium. ſed decipitur ſecundum Ripam, quia Bart. & Alex. dicunt oppoſitum. colligit etiam Ripa, ex doctrina Bart. quod quamuis agatur de fauore eccleſiæ, adhuc procedit regula legis primæ. C. de dotis promiſſ. vt plures ſpecialitates non poſſunt concurrere. Facit etiā quia neque poſſunt concurrere duæ ſpecialitates fauore dotis & matrimonij, vt habetur in d. l. 1. ergo neque concurret fauore eccleſiæ & matrimonij ſpiritualis. arg. cap. inter corporalia. de tranſlat. prælat. Sed de hac re fecimus quæſtionem particularem, & probauimus, quod fauore eccleſiæ concurrant duæ fictiones, ad quam te remitto. Vnum incidenter non omitto, quod tex. in d. l. 1. de dotis promiſſione. in caſu ipſius non procedit de iure canonico, vt ibi dicit Bal. Habetur enim in d. l. quod non concurrant duo ſpecialia, ſcilicet
4 quod agatur ex pacto nudo, & ſtipulatione incerta, & ſint duæ fictiones, cum de iure canonico pactum nudum producat actionem. cap. 1. de pactis. vbi communiter.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius filij impuberis, cui pater ſubſtituerat, ſi tenetur reſtituere Eccleſiæ, vel pauperibus, an detrahat duas quartas legitimam & trebellianicam.*

2 *Hæres filij poteſt grauari in legitima, licet filius non poſſit.*

QVÆSTIO 305.

Fideicommiſſarius filij decedentis in pupillari ætate, cui Pater ſubſtituerat, an detrahat duas quartas legitimam & trebellianicam, ſi ipſe debeat reſtituere Eccleſiæ, vel pauperibus.

1 Pater fecit ſubſtitutionem compendioſam filio ſuo impuberi, ſed verbis obliquis, ſeu talibus, ita quod omni tempore erit fideicommiſſaria, & mandauit à ſubſtituto fieri reſtitutionem eccleſiæ, vel pauperibus, an ſubſtitutus detrahat duas quartas, legitimam & trebellianicam, quas detrahit filius, iuxta cap. Raynutius. de teſtament. Et quo ad trebellianicam cōmunis opinio eſt, quod non detrahitur de fideicommiſſ. ad pias cauſas, ſecundum Bar. & alios in l. Marcellus. ff. ad Trebellianum. & in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. Sed dubium conſiſtit circa legitimam, in qua filius non poteſt grauari. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. & ſucceſſiue, nec eius hæres. & ita tenet Bald. in l. precibus. C. de impuberum, & alijs ſubſtit. Paul. de Caſtr. conſ. 199. in caſu præſenti, per text. in cap. ſi pater, de teſtamen. in 6. arguendo à contrario ſenſu, vbi hæreditas erat diſtribuenda pauperibus. Contraria opinio eſt verior, quia licet filius grauari non poſſit in legitima, tamen eius hæres poteſt grauari. l. ſi fundus per fideicommiſſ. §. fin. & l. ſeq. ff. de leg. 1. & quando verba fideicommiſſi non diriguntur ad filium, in dubio præſumitur grauatus hæres, non filius, ſecundum Bart. in l. qui duos. ff. de vulg. & ita tenet Alex. in l. centurio. eod. tit. Iaſ. Ripa, qui ibi teſtatur de communi. Non
2 obſtat text. in cap. ſi pater. quia vt bene reſpondet Alex. non poteſt ex illo textu ſumi argumentum à contrario ſenſu, alioquin ſequeretur, quod trebellianica etiam detrahi poſſet, cuius contrarium communiter tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de remittendo fideicommiſſum, quod eſt de hæreditate defuncti, valet, licet non valeat pactum de futura ſucceſſione viuētis.*

2 *Eccleſia ſubſtituta filio quandocunque deceſſerit ſine filijs, an poſſit remittere hæreditatem in vita filij.*

3 *Tranſactio ſuper re Eccleſiæ poteſt fieri à Prælato ſine ſolemnitate, quando res remanet penes Eccleſiam, & ius Eccleſiæ non eſt omnino clarum.*

QVAESTIO 306.

De Eccleſia ſubſtituta filio quandocunque deceſſerit ſine filijs, an poſſit remittere hæreditatem in vita filij.

1 Quæritur, an eccleſia ſubſtituta filio quandocunque deceſſerit ſine filijs poſſit remittere hæreditatem in vita filij. pro reſolutione animaduertendum nos feciſſe quæſt. particularem, an pactum de futura ſucceſſione toleretur cum eccleſia; quandoquidem etiam in priuatis, licet non valeat pactum de futura ſucceſſione viuentis. l. fin. C. de pactis. valet tamen pactum de remittendo fideicommiſſum, quod eſt de hæreditate defuncti. non enim ſubſtitutus per fideicommiſſum ſuccedit grauato, ſed teſtatori. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. l. cum archimedorum. C. vt in poſſeſſ. legat. Deueniendo igitur ad reſolutionem quæſtionis, DD. diſtinguunt, quod aut eccleſia, ſeu hoſpitale ſubſtitutum filio, agit de ſubſtitutione fideicommiſſaria, & poteſt remittere, quia agitur de hæreditate defuncti, neque obſtat
2 quod contractus in præiudicium eccleſiæ, ſeu hoſpitalis, non valet. §. ſanctiſſimus, in auth. de alienat. & emphyteuſi. quia non præiudicatur ex remiſſione fideicōmiſſi, cuius euentus dubius eſt, modo pro tali remiſſione aliquid detur eccleſiæ. l. præſes. C. de tranſact. Aut agitur de pupillo ſubſt. & tunc hæreditas remitti non poteſt, quia agitur de hæreditate viuentis. l. patris & filij. ff. de vulg. ita diſtinguit Franciſ. Ripa in l. conditionis. C. de pactis. num. 28. Sed aduertendum circa vltimam partem diſtinctionis, quod vt in alia quæſtione diximus, pactum de hæreditate viuentis cum eccleſia initum, valet. & propterea cum in præſenti quæſtione agatur de remiſſione hæreditatis, & iuris eccleſiæ competen-

petentis, neceſſario videtur requirendus aſſenſus Summi Pontificis,iuxta extrauag. ambitioſæ,de rebus eccleſiæ.non enim licet Prælato tranſigere de re eccleſiæ ſine ſolemnitate, niſi quando res de qua agitur, remanet penes eccleſiã, aliquo dato,vel facto per Prælatum, tunc poterit ipſe Prælatus tranſigere; quia reddit conditionem eccleſiæ meliorem: Gl. & Bar.in l.nulli.ff.de tranſact. Abb. ſingulariter in c.contingit.de tranſact.vbi id intelligit, quando ius eccleſiæ eſſet dubium,ſecus
3 ſi eſſet clarum. quia tunc, etiam retenta vel recuperata re eccleſiæ, non eſſet admittenda tranſactio à Prælato in damnum eccleſiæ; quemadmodum nec tranſactio præſidis, vel curatoris.d.l.præſes. C.de tranſ.& hæc nota.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta Eccleſiæ, non reuocatur propter ingratitudinem.*
2 *Dos data pauperi, non reuocatur propter ingratitudinem.*
3 *Dos data pauperi quæ dicatur.*
4 *Donatio facta pro redemptione captiuorum non reuocatur propter ingratitudinem.*
5 *Captiuus ſi donet aliquid redemptori, non cenſetur donatio remuneratoria, quia redemptor donauit Deo.*
6 *Donatio facta Eccleſiæ cum pacto quod per ingratitudinem reuocetur, an per ingratitudinem Prælati,vel Capituli reuocetur.*

QVAESTIO 307.

Donatio facta Eccleſiæ non reuocatur propter ingratitudinem: & quid ſi apponatur pactum, quod reuocetur propter ingratitudinem.

1 Quæritur, an donatio facta eccleſiæ reuocetur propter ingratitudinẽ, quemadmodũ donatio facta priuatę perſonę,iuxta l.generaliter.C.de reuocan.donat. & breuiter dicẽdum,quod ſi eſt facta donatio abſque pacto de reuocando illam propter ingratitudinẽ, & abſque dubio non poteſt reuocari ob quamlibet ingratitudinem Prælati & Clericorum,pauperum,vel ſimiliũ, quia cenſetur facta Deo,qui ingratus dici,& eſſe nullo modo poteſt, cum ſit omnium largitor gratiarum. & cenſetur facta pro redimẽdis peccatis ipſius donatoris.c.Pontifices.13.quæſt.2.tradit pulchrè Ripa in d.l.generaliter.n.170. C.
2 de reuocan. donat. Hinc dos data pauperi intuitu Dei, non reuocatur propter ingratitudinem. Bald. Nouell. in tract. de dote. in 4. part.vbi quod dos dicitur data pauperi,ſi non
3 habet vnde honeſtè nubere poſsit, ſecundum ſtatum, & conditionem ſuæ perſonę, argum. l.nepos proculo. ff. de verbor. ſignific. Hinc etiam donatio pro redimendis certis captiuis pauperibus, non reuocabitur ob ingratitudi-
4 nem redemptorum, tanquam facta Deo, & pro ſalute animæ redimentis, iuxta tradita in authent. ſi captiui. C. de Epiſcopis & Clericis, vt ſingulariter ſcribit Ripa loco citato num. 172. vbi addit, quod ſi redempti poſtea donent aliquid redemptori, talis donatio non erit remuneratoria,quia prima donatio non fuit facta ipſis redemptis, ſed Deo, &
5 propter remiſſionem peccatorum, & ſalutem animæ. quod eſt notandum pro intelligentia textus in l.ſi pater. §.1. ff.de donat. Concluſio igitur vera eſt, quod donatio facta eccleſiæ abſque aliquo pacto, non poteſt reuocari
6 propter ingratitudinem. Sed difficultas eſt, quando donator appoſuit pactum, quod reuocetur propter ingratitudinem, an propter ingratitudinem Prælati & Capituli, reuocetur. & variæ ſunt DD. opiniones. Aliqui tenent non poſſe reuocari propter ingratitudinem Prælati,quia delictum Prælati non debet nocere eccleſiæ.ex reg. delictum.de reg.iuris. in 6.ita tenent Abb.Card.& alij communiter in cap. verum. de condict.appoſit.in cap.fin. de donation. Geminian. in cap. vnico. §. ad hæc. de religioſ.domib.in 6. Felin.in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ. col. 39. de conſtitut. Ripa in dicta l.generaliter. num.173.Pro qua opinione facit alia communis cõcluſio, quod propter violentiam Prælati,non incidit eccleſia in pœnam l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vt ibi per Doctores. In contrarium facit text. in l.iubemus nullam. C. de ſacroſanct. eccl.vbi propter delictum Prælati confiſcatur nauis eccleſiæ,ſed ille tex. vario modo intelligitur. nam Bart. intelligit de delicto Prælati cum Capitulo, ſecus ſi ſine illius conſenſu. Sed hæc intelligentia ſecundum Ripam non videtur tuta, quia ſi Prælatus cum Capitulo non poteſt præiudicare eccleſiæ, contrahendo ſine debitis ſolemnitatibus. capit. ſine exception.12.quæſt.2. multo minus debet poſſe delinquendo. capit. quanto. de diuortio. Alij dicunt, quod dicta l. iubemus, eſt lex ciuilis, quæ non habet poteſtatem in eccleſia, vel eius bona. d.c.eccleſia S.Mariæ,

Specular.de donat.§.1.ver.quis ſi aliquis Baro, dicit quod ſi Abbas & Monachi fuerunt ingrati Baroni, qui fundauit & dotauit Monaſterium, propter talem ingratitudinem Abbas & Monachi ingrati ſunt repellendi, & alij eorum loco ſubrogandi: ſequuntur Ioan. Andr. Anchar. in cap. fin. de donat. Imol. ibi dicit, quod delictum Prælati & Capituli non nocet eccleſiæ quantum ad pœnam priuationis omnium bonorum, vel partis qua perdita non poſſet deſeruire eccleſiæ in diuinis. & ita dicit procedere dictum Speculatoris, ſed bene nocet quantum ad pœnam priuationis vnius rei particularia, qua amiſſa, cultus diuinus non diminuitur. ſed prædicta ab Imol. non videntur probari aliqua lege, vel ratione. Ripa vero vbi ſupra tenet, quod ob delictum Prælati & Capituli, ſtante pacto, poſſit reuocari, cùm talis conuentio pacti reſolutiui ſit valida.d.c.verum. & neceſſario de ingratitudine Prelati & Capituli eſt intelligenda. potuit enim donator in traditione rei ſuæ legem apponere, quæ non reperiatur reprobata.l.3. ff. de contrahend. empt. & ita etiam tenent Hoſt. & Card. in cap. verum. de foro competen.adducit etiam conſilium Angeli 168. vbi conſuluit, quod Prælatus alienando rem alienari prohibitam per teſtatorem, qui in caſu alienationis voluit illam rem ad alium deuenire, facit eccleſiam incidere in pœnam, quia potuit teſtator talem legem in teſtamento apponere, & regula delictum non procedit. poſtea Ripa, retenta communi opinione pro eccleſia, quæ fundatur in regula delictum, illam intelligit vt eccleſia priuetur bonis donatis ad tempus, ſed non omnibus, tantum his quæ Prælatus habere debeat in eius vita. quia alias non poſſet vti rebus donatis ad vſus deſtinatos, videlicet ad fabricam eccleſiæ, & alendos pauperes, cap. quatuor.12. quæſt. 2. ſi priuaretur omnibus bonis ſecundum Aluarot.cap.1.§.fin. de capitulis Corradi, ſed reſpectu Capituli, quod nunquam moritur, dicit eſſe à ſingulis de Capitulo auferendum quod donatori debetur, & poſt mortem ſingulorum reuertatur ad ſucceſſores in eorum locum. reſtringit hanc fallentiam, & eius opinionem cõtra communem ad res prophanas, nã res donatę eccleſiæ ſemel conſecratę, nunquam ad vſus humanos transferri poſſunt.reg.ſemel Deo. de reg. iur. in 6.c.comperimus. 14.q.6. Rom. in auth.ſimiliter.C.ad leg.falcid. Mihi vero videtur ſimpliciter dicendum, quod ſtante pacto reſolutiuo reſolutionis, quod à iure approbatur, propter delictum Prælati & Capituli reuocetur donatio, ſed tantum in vita Prælati, & illorum de Capitulo qui fuerunt ingrati. quia dum eccleſia recipit donationem cum hoc onere, non debet conqueri. eius tamen fauor operetur, quod poſt mortem Prælati & Canonicorum, res reuertatur ad eccleſiam, & interim eccleſia poſſit agere contra hæredem, vel bona Prelati & Capituli, pro damno quod paſſa fuit in vita Prælati. Et ad hãc opinionem adduco ex tex. cũ ibi notatis per Andr. noſtrum de Iſer. & Card. Alexand. in c.1.§.fin. de capitulis Corradi. vbi eccleſia priuatur feudo propter culpam Prælati, donec viuit Prælatus, ſed eo mortuo reuertitur feudum ad ſucceſſorem. & ibi etiã addit Andr. quod ſi Prælatus non eſſet ſoluendo, daretur reſtitutio eccleſiæ contra caducitatem, de quo alias diximus in q.feudali. & hoc mihi videtur æquum, alias à DD. conſideratũ, & cõſuetudine intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Incerta & dubia diſpoſitio, præſumitur perpetua.*

2 *Officialis conſtitutus ad beneplacitum, æquiparatur perpetuo.*

3 *Incerta & dubia diſpoſitio, etiam in odioſis, & pœnalibus, fauore Eccleſiæ præſumitur perpetua.*

QVÆSTIO 308.

Dubia & incerta diſpoſitio, præſumitur perpetua, etiam in odioſis fauore eccleſiæ.

1 Regula ſumitur ſingularis ex l. ſufficit.ff. de condit.indebiti.quod diſpoſitio dubia & incerta, præſumitur perpetua, & donec ille ad quem dirigitur vixerit. idem tenet gl. in Clem.2.in verb.electionem.de reſcr. & gl. in c.fi.de reſcript.in 6.Facit tex.in c.ſi gratioſe.eod.& in c.ſi delegatus. de off. deleg. in 6. tex.etiam eſt notabilis in l. iuriſperitos. ff. de 2 excuſat.tutor.ex quo inferunt DD. quod officialis poſitus ad beneplacitum, æquiparatur perpetuo propter dubium.Bar.in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.nou. nũc. Cynus, Bal.in l.quiſquis.C.ſi cert.pet.Bal. in l.ſoler.§.fi.ff.de off.proconſ.Iaſ.in d.l.ſufficit. Nihilominus hæc regula procedit in materia fauorabili, ſecus in odioſa, vt tradit Gomeſ.in c. ſtatutum.n.80.de reſcript.in 6. quem allegat & ſequitur Rimin.Iun.conſ.234.nu.10. vol. 3. ſed

3. ſed in eccleſia videtur procedere regula
3 etiam in odioſis, & pœnalibus, vt ſi eius fauor verſetur, adhuc diſpoſitio dubia cenſeatur perpetua. cum enim prohibeantur alienari res eccleſiæ ſub pœnis, ſi fiat alienario ſine temporis expreſſione, in dubio præſumitur perpetuo, & facta ad longum tempus, non ad modicum, vt magis impediatur via alienationis rerum eccleſiæ. vt probatur in Clem. 1. de rebus eccleſiæ. in fin. vbi debet exprimi quod fit ad modicum temporis. & ſic etiam in pœnalibus. vbi fauor eccleſiæ vertitur, procedit regula ſupradicta, quod eſt norandum. Hinc nõ videtur poſſe ſubſtineri dictum Abb. in cap. quamuis. de decimis. vbi defendit gl. quæ dicebat, fructus decimarum poſſe concedi ex cauſa laico in tempus vitæ ſuæ, eam ſaluando dicit, quod propter dubium temporis, cum poſſit decedere laicus infra modicum tempus, non videtur conceſſio perpetua, ſed potius temporalis. dicit tamen id fieri non poſſe ſine auctoritate ſuperioris, per d. Clem. 1. de reb. eccleſ.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia poteſt agere ſine ceſſione.*

Q V Æ S T I O 309.

Eccleſia poteſt agere ſine ceſſione.

1 CОnclusio eſt clara, quod ſoluens pro alio non poteſt agere ſine ceſſione, quæ in quibus caſibus ſit facienda, ponunr ſingulariter Bart. Paul. de Caſtr. in l. Modeſtinus. ff. de ſolur. vnum tamen ſpeciale habet eccleſia, quod poteſt agere ſine ceſſione, Idem pupillus, & miles, ita ſingulariter dicit Bald. in cap. vigilanti. de præſcript. & ideo ſi ab eo qui gerit negocia eccleſiæ, emat res de pecunia eccleſiæ, eſt in poteſtate eccleſiæ ſi vult rem, vel pecuniam. l. cum fundus. §. 1. ff. ſi cert. petat. de quo late diximus in alia quæſt. Et ſufficit eccleſiæ probare, quod res fuerit tradentis, & quod pecunia fuerit eccleſiæ, quæ aliquando probantur ex indicijs. l. indicia. C. de rei vend. hæc tradit Bald. quæ annotanda cenſui. Item quemadmodũ in maritum tranſit vtilitas ſine ceſſione, in nominibus debitorum datis marito in dotem. l. 1. & 2. & ibi gl. C. de actionib. & oblig. cum glo. eod. modo tranſit ſine ceſſione, quando nomẽ debitoris conſtitueretur per dorantem eccleſiam, quia poſsit agi ſine ceſſione. Paul. de Cittad. de iurep. in 3. 12. q. ſecundæ cauſæ, qui generaliter loquitur, ſed Lamb. in d. tract. 8. art. 5. q. princ. 1. p. 1. lib. n. 53. reſtringit quando delegaretur nomen debitoris. eſt enim validum argumentum de dore mulieris ad eccleſiam, vel aliam piam cauſam. c. 1. §. quibus modis feudum olim alienari poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta Eccleſiæ, an ſit valida.*
2 *Volũtaria paupertas propter Deum, etiã ſtatu ſeculari non mutato, non eſt à iure reprobata.*
3 *Mores boni aliquando aliter iudicantur de iure ciuili, aliter de iure canonico, & quædam ſunt contra bonos mores de iure ciuili, & non de iure canonico.*
4 *Iuramentum de non mutando teſtamento valet de iure canonico, poteſt tamen mutari, ſed incurritur periurium.*
3 *Eccleſia ſi inſtituatur hæres, & teſtator iuret non reuocare teſtamentum, etſi contingat reuocare donationem, tale iaramentum eſt validum, ac pactum fauore Eccleſiæ, non tamen in cauſa prophana.*

Q V Æ S T I O 310.

Donatio omnium bonorum, præſentium & futurorum, facta Eccleſiæ, an ſit valida.

1 ARdua eſt iſta quæſtio. & quod nõ ſit valida, tenent Rom. in aurh. ſimiliter. in 2. ſpeciali circa contractus. C. ad l. falcid. & in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obl. Ang. conſ. 170. & 365. & in ſua diſput. quę incipit in refulgenti palatio. Anch. conſ. 231. de primo dubio. Abb. cõſ. 48. Auguſt. lib. 2. Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo. Vaſq. de ſucceſſ.... Rationes afferũtur, quia per huiuſmodi donationẽ aufertur teſtandi facultas, & ſic eſt turpis, & contra bonos mores. d. l. ſtipulatio hoc modo, quæ videntur multo magis ſeruãda ab eccleſia, cum ſit altrix, & cultrix iuſtitiæ. c. 1. de alienar. feudi. item quia eccleſia non dedignatur pro curſu temporali regi, & gubernari l. ciuili, niſi contrariũ ſit expreſſum in iure canonico. c. 1. & ibi omnes. de op. nou. nunc. ergo hæc donatio prohibita à lege ciuili, debet etiã eſſe prohibita ſi fiat eccleſiæ. Contrariã opinionẽ tenent DD. nu. plures. Bart. ſub aliquo dubio tamen in l. fi. C. de pactis. & ibi Fulgoſ. & Iaſ. Bald. in auth. ſi qua mulier. & in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. & in cap. in præſentia. col. penult. de probat. & ibi Abb. & Felin.

& Dec. qui teſtatur de communi. Abb. in c.
fin de ſucceſſ. ab inteſtato. & conſ. 102. lib. 2.
Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo cócepta. & mul
ti alij, quos refert Tiraq. de priuil. piæ cauſæ.
priu. 100. Pro hac opin. facit tex. in l. iubemus
nulli. in princ. ibi. patrimoniũ ſuum, partemue
certam patrimonij. Itẽ quia poteſt quis etiam
ſi non efficiatur monachus, ſe & ſua offerre &
donare monaſterio. per tex. in c. fi. de ſucceſſ.
ab inteſt. Præterea voluntaria paupertas pro-
pter Deum, etiam ſtatu ſeculari non mutato,
non eſt à iure reprobata, imò ab ipſo noſtro
Saluatore, & magiſtro multum commendata.
dum dicit Marc. 10. & Lucæ 12. *Si vis perfe-
ctus eſſe, vade & vẽde omnia quæ habes, & da
pauperibus, & ſequere me.* Et olim in primiti-
ua Eccleſia conuerſi ad fidem Chriſtianã ven-
debant omnia, & ponebant ante pedes Apo-
ſtolorum. gl. in ſumm. 12. q. 1. Præterea facit
vrgẽs ratio, quod quicquid donatur eccleſiæ,
dicitur Deo conſecrari, & ad diuinos vſus
computari. c. nulli liceat. 12. q. 2. & c. manci-
pia. & ſeq. de rer. permut. & ſucceſſiue non de-
bet talis donatio improbari, cum omnia Dei
ſunt. c. tua. de decimis. & conſequenter bona
donata redeunt ad ſuam naturã. faciunt mul-
ta notata per Felin. in c. cum acceſſiſſent. de
conſtit. Item facit alia ratio, poteſt quis ſe &
ſua dicare monaſterio. d. auth. ingreſſi. & d. au-
then. ſi qua mulier. ergo multo magis ſua ſi-
ne ſe. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccleſ.
Nec videtur obſtare, quod talis donatio dica-
tur contra bonos mores, quia id forte poſſet
procedere de iure ciuili, ſed non contra bonos
mores de iure canonico. quia aliter iudican-
tur boni mores de iure ciuili, aliter ſecundum
ius canonicum, vt declarant DD. Imol. in cap.
cum contingat. de iureiur. poſt Bald. in l. pa-
ctum quod dotali, C. de collat. facit cap. 2. de
pactis. in 6. & c. licet. de iureiur. eod. lib. Sunt
ergo quædam reprobata de iure ciuili, quia
ſunt contra bonos mores, non tamen de iure
canonico. & voluit Ioan. Andr. in reg. quod
ſemel. de regulis iur. in 6. & Im. in d. cap. cum
4 contingat. & in cap. dilecto. de præbendis. &
Salic. in l. ſancimus. C. de teſtam. quos refert,
& ſequitur Tiraq. loco citato. quod de iure
canonico valet iuramentum de non mutan-
do teſtamento, licet tollat libertatem teſtan-
di, & incurritur in periurium, licet valeat
mutatio, quia non poteſt ſibi legem impone-
re à qua non licet diſcedere. l. ſi quis in prin-
cipio teſtamenti. ff. de legat. 3. Tenentes vero
negatiuam opinionem, reſpondent ad quæ-
dam fundamenta contrariæ opinionis, dicunt
textum in l. iubemus nulli. loqui de donatio-
ne ſimplici omnium bonorum, quo caſu tan-
tum veniunt præſentia, & non futura. l. ſi ita.
ff. de auro & argento legat. Præterea ad ratio-
nem, quod poteſt quis ſua & ſe dicare mona-
ſterio, reſpondent, quod eo caſu veniunt in
conſequentiam perſonæ. d. authen. ingreſſi. &
multa veniunt in conſequentiam, quæ princi-
paliter fieri non poſſunt. l. quædam. ff. de ac-
quir. rerum dominio. l. in modicis. ff. de con-
trahenda empt. gl. in cap. quærelam. de ſimo-
nia. vt latius per Tiraq. loco cit. Quid igitur
dicendum in hac quæſtione? Prima opinio af-
firmatiua videtur verior, ex ſupra allegatis.
Nec video reſponſum rationi, quod poteſt
quis ſua dicare eccleſiæ, & quod non dedicet
ſe per ingreſſum religionis, & quod tollatur
facultas teſtandi, cum talis paupertas volun-
taria propter Deum non ſit reprobata, imò
commendata. & poteſt quis facere ſimplex
votum paupertatis, quod differt à ſolemni. c.
vnico. de voto. in 6. Tiraq. vero loco citato.
limitat, vt hæc concluſio procedat, cum do-
nationis effectus principaliter dirigitur in
piam cauſam, quia fit eccleſiæ, vel alteri piæ
cauſæ. ſecus ſi principalis effectus dirigitur in
priuatam, & in quandam conſequentiam ce-
dit commodo piæ cauſæ. verbi gratia, ſi quis
donaret Titio omnia bona ſua, præſentia &
futura, cum onere vt teneatur facere eleemo-
ſynas. tunc enim non valeret, vt dicit Abb. in
d. conſ. 48. lib. 2. Sed iſta limitatio Tiraq. non
videtur tuta quando res omnes donatæ con-
uertendæ ſunt in eleemoſynas, quia donata-
rius videtur potius exequutor, & donatio di-
citur facta piæ cauſæ, quemadmodum ſi Epi-
ſcopus eſſet exequutor. l. ſi quis ad declinan-
dum. C. de ſacroſ. eccl. & l. id quod pauperi-
bus. & Abb. in d. conſ. 48. loquitur quando
fuerat commiſſa diſpenſatio eleemoſynarum
prout placuerit donatario. & ita etiam intel-
lectus eſt Tiraq. Non omitto notabilem con-
cluſionem, quam facit Bald. in d. cap. in præ-
5 ſentia. de probat. dum tenet donationem eſſe
validam. dicit enim, quod ſi inſtituo eccle-
ſiam hæredem, & iuro non reuocare, &, ſi
contingat me reuocare, dono. quod iſtud iu-
ramentum & pactum valeat, quia reuocabi-
le tranſit ad irreuocabilitatem, & hoc pa-
ctum eſt permiſſum. l. vbi ita donatur. ff. de do-
nation. cauſa mortis. tamen in prophana cau-
ſa iſtud pactum non valeret, vt notatur C.
de tranſaction. l. cum donationis. C. de

ſacroſ.

ſacroſ. eccleſ. l. 1. per Cynum. hæc Bald. quæ omnia ſunt notanda.

S V M M A R I V M.

1 *In cauſa eccleſiæ poteſt Rector venire contra factum proprium.*

2 *Negligentia Procuratoris non nocet Eccleſiæ, & contra eam in integrum reſtituitur, & idem procurator poteſt petere reſtitutionem aduerſus culpam propriam.*

3 *Epiſcopus poteſt eſſe teſtis in cauſa Eccleſiæ, & quando.*

4 *Clerici quando teſtificantur in cauſa eccleſiæ.*

Q V AE S T I O 311.

Quæritur an regula l. poſt mortem, ff. de adopt. quod nemo poteſt venire contra factum proprium, procedat in Eccleſia.

1 BReuiter dicendum eſt quod non, per tex in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccl. alienan. vel non. vbi ſi rector eccleſiæ male alienauit ipſius eccleſiæ bona, poteſt idẽ re-
2 ctor reuocare. hinc eccleſia læſa per negligentiam procuratoris, poteſt petere reſtitutionem in integrum. arg. ff. de minorib. l. minor vigintiquinque annis omiſſum. Bal. in c. cum olim. de reſtit. ſpoliat. vbi addit ſingulariter, quod ipſe idem procurator nomine eccleſiæ abſque alio mandato, poſſet incidenter petere reſtitutionem in integrum aduerſus culpã propriam, quia petit nomine eccleſiæ, non ſuo. l. ſi is qui hęres non erat. §. fin. de excep. rei iudic. l. Modeſtinus. ff. de except. eſt enim diuerſa cauſa
3 eccleſiæ à cauſa propria. vnde à ſimili, Epiſcopus poteſt teſtificari pro eccleſia ſua; non tamen in cauſa menſæ ſuæ, ſed in cauſa communi. Bald. Abb. & alij in cap. inſuper. de teſtibus. & probatur etiam in d. cap. quod Cle-
4 rici, qui cauſam eccleſiæ non procurant, poſſunt teſtificari in ea, dummodo vnus aut duo alij ſint conſtituti ad agendum & defendendum, & alia adduci poſſent.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia acquiritur per intruſum.*

2 *Eccleſia poteſt agere ex contractibus intruſi, & quando.*

3 *Ratum eſt ipſo facto, quod eſt vtiliter conſumatum.*

Q V Æ S T I O 312.

An Eccleſiæ acquiratur per intruſum.

1 QVæritur notabiliter, an eccleſiæ acquiratur per intruſum, ita quod eccleſiæ ex contractibus intruſi poſſit agere. & videtur quod non. per text. in l. ſi tibi. §. cum poſſeſſor. ff. de pactis. non enim debet acquiri per eum qui ab eccleſia reprobatur. Contrarium determinat Bal. in c. nihil eſt. de
2 elect. vbi dicit, quod per intruſum acquiritur eccleſiæ tanquam per quemlibet negociorum geſtorem, cum habeat ratum eccleſia. quinimo ipſo facto eſt ratum, quod eſt vtiliter conſumatum. l. ſi tutor. C. in quibus cauſis in integr. reſtitutio non eſt neceſſaria. & dummodo vnus & idem contractus non diuidatur. l. ſi ita ſtipulatio ff. de operis libertorum. ſed cum ſua cauſa, ſuisq. vitijs acceptetur. l.
3 Caius. ff. mandati. l. Iulianus. §. ſi à pupillo. & §. ſi quis colludente. ff. de actionibus empti. l. cum interdictæ. C. arbitrium tutelæ. & d. l. ſi ita ſtipulatio, quæ eſt notabilis. Poterit ergo eccleſia approbare aliqua abſque alijs, quando ſunt penitus ſeparata. l. ſi negocia. ff. de negocijs geſtis. quia inter ſeparata nulla eſt coniunctio, neque diſpoſitio relatiua, ſed vnus & idem contractus, habet in ſe partes correlatiuas, quæ per ſe ſtare non poſſunt. l. fin. de acceptilationibus. ita ſingulariter Bald. loco citato.

S V M M A R I V M.

1 *Exequutio fauore Eccleſiæ, an poſſit incipere à nominibus debitorum, vel in mobilibus, non ſeruata forma l. à Diuo Pio. ff. de re iudicata.*

Q V AE S T I O 313.

Eccleſiæ fauore non eſt neceſſario ſeruandus ordo exequutionis ſententiæ diffinitiuæ l. à Diuo Pio. ff. de re iudic.

1 REgula eſt l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. quod in exequutione diffinitiuæ ſententiæ ſeruetur ordo, vt prius fiat exequutio ſuper rebus immobilibus, ſecundo in immobilibus, vltimo in nominibus debitorum, ita quod ſi iſte ordo peruertatur, multi dicant

non tenere miſſionem, vel ſaltem debeat reuocari, & poteſt appellari, vt per Io. Andr. Bald. & alios in cap. quoniam frequenter. §. ſin autem ſuper. vt lite non conteſtata. Quæritur modo, cum in nominibus debitorum debeat fieri miſſio vltima, numquid hoc habeat locum in eccleſia. Bal. in loco cit. dicit, quod poteſt incipi à nominibus debitorum, ſi expedit eccleſiæ vel pupillo, vt eleganter notatur per Cynum in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ. quod eſt ſumme notandum.

S V M M A R I V M.

1 *Spoliatus re Eccleſiæ quam poſſidebat, non reſtituitur ante omnia, ſi Eccleſia offert in promptu probationem dominij.*

2 *Eccleſia non patitur pœnam l. ſi quis in tantum. C. vnde vi.*

3 *Rector Eccleſiæ ſpoliatus decimis, patitur exceptionem, quod non reparat eccleſiam.*

4 *Spoliatus Eccleſia, vel beneficio, ante reſtitutionem debet docere de titulo colorato.*

Q V AE S T I O 314.

An fauore Eccleſiæ, ſpoliatus non ſit ante omnia reſtituendus.

1 Regula eſt vulgaris, quod ſpoliatus, ante omnia debet reſtitui. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. pu. cap. in litteris. de reſtit. ſpoliat. Quæritur modo notabiliter, an fauore eccleſiæ poſſit opponi exceptio dominij. verbi gratia, Prælatus ſpoliat aliquem poſſidentem rem eccleſiæ, ille petit ante omnia reſtitui, an eccleſia poſſit opponere exceptionem dominij dictæ rei ad ſe ſpectantis. Bald. in l. 1. ff. de appell. tenet, quod eccleſia, ſiue Prælatus poſſit opponere exceptionem dominij eccleſiæ, dummodo ſe offerat incontinenti probaturum. quē ſequitur Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 30. ff. de acquir. poſſeſſ. adducit rationem, quia Prælatus eccleſiæ, inuadendo rē eccleſiæ poſſeſſam ab alio, non facit incidere eccleſiam in pœnam l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. per gl. not. in cap. 2. de dolo & contum. & quando non habet locum dicta pœna, admittitur exceptio dominij, ſecundum Ang. in d. §. nihil commune. Non defuerunt qui tenuerunt contrarium. Ripa in d. §. nihil commune. nu. 94. Corſet. in reg. ſpoliatus. fall. 37. & Io. Ant. Alex. in d. §. nihil commune. nu. 155. quos refert Ant. Gabr. de reſtit. ſpoliat. concl. 1. Sed prior opinio mihi verior videtur, ex quo eccleſia habet priuilegium recuperandi res ſuas quæ male ab alijs poſſidentur, auctoritate propria. §. de cætero. in authen. vt de cætero commutationes. & ibi Ang. & dicimus in quæſt. particulari. Eſt tamen aduertendum, quod Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 10. nu. 115. poſt firmatam concluſionem, quod
2 eccleſia non incidit in pœnam l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. eam declarat, vt procedat quo ad reſtitutionem poſſeſſionis occupatæ. ex cap. cum dilectus. de ord. condit. & c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. tradit Abb. in cap. 1. de dolo, & contum. quia eccleſia & ſimiles tenentur quatenus ad eos peruenit. Abb. in d. cap. cum dilectus. & quia eccleſia locupletaretur cum aliena iactura, quod non eſt dicendum, cum ſit altrix & cultrix iuſtitiæ, quæ non patitur aliquid iniuſtum fieri in ſe vel in alios. cap. 1. de alienar. feudi. Sed prædicta etſi videantur rationabllia in rebus occupatis ab eccleſia, quę nunquam in eius poſſeſſione fuerunt, aliter tamen videtur dicendum quando res occupatæ, fuerunt alias eccleſiæ. quia vt diximus, eccleſia habet priuilegium recuperandi auctoritare propria res ſuas in alios
3 male tranſlatas. Eſt etiam in hac materia notandum, quod ſi Prælatus ſpolietur decimis, & petat reſtitui, poteſt ei opponi quod non reparat eccleſiam, & impediri reſtitutio, vt tradit Ripa reſp. 14. lib. 2. Ant. Gabr. loco cit.
4 limit. 41. Eſt etiam clara concluſio, quod ſpoliatus eccleſia, ſiue beneficio, non poſſet petere reſtitutionem, niſi prius doceat de titulo colorato. gloſ. in Clem. 2. de cauſa poſſeſſ. & propr. Butr. Abb. poſt Innoc. in d. cap. in litteris. de reſtit. ſpoliat. eſt communis opinio, vt ibi teſtatur Abb. quæ omnia videntur reſpicere fauorē eccleſiæ, & ideo annotanda cēſui.

S. V. M M. A R I V M.

1 *Conſuetudo immemorabilis Eccleſiæ oneroſa eſt nullius momenti.*

2 *Conſuetudo eccleſiæ oneroſa, dicitur corruptela.*

3 *Corruptela ſiue conſuetudo irrationabilis, reprobatur, ita quod nec poteſt induci conſuetudo futura.*

Q V Æ S T I O 315.

De conſuetudine immemorabili præiudiciali eccleſiæ, an ſit attendenda.

Vti-

1 VTilis eſt iſta quæſtio, an conſuetudo immemorabilis, quæ habet vim priuilegij conceſſi à Principe. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. vbi gl. & omnes, ſit attendenda ſi eſt eccleſiæ præiudicialis. in qua quæſt. ſunt variæ DD. opiniones. Bald. enim cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. tenuit eſſe attendendam, etiam ſi ſit præiudicialis eccleſijs. idem Curtius in tract. feudorum. in 2. parte. verſ. tertio principaliter. Rota in antiq. deciſ. 841. & in antiquioribus Biſig. deciſ. 3. de conſuetud. Dec. in cap. 1. de conſuet. Pariſ. conſ. 27. nu. 32. vol. 1. Ruin. conſ. 156. vol. 4. Aym. de antiquit. temp. in 4. parte. nu. 172. quos refert Gabr. de præſcriptionib. concl. 1. Contrariam opinionem tenent Card. Alexandrin. poſt Nicolaum de Neapoli in cap. 1. de his qui feud. dare poſſunt. Claud. ibi. Felin. in cap. accedentes. verſ. quarto fallit. de præſcriptionib. Iacobin. de S. Georgio de feudis. in verbo, & in feudum. Card. Zabar. in Clem. in pleriſque. in 3. notabili. verſ. quod ſi licentiatus. de elect. Gabr. loco citato nititur concordare opiniones ſecundum diſtinctionem Roch. in d. c. fin. quod aut poteſt ſubeſſe aliqua cauſa rationabilis talis conſuetudinis, & tunc quia præſumitur inducta ex illa cauſa rationabili, poteſt operari etiam in præiudicium eccleſiæ, & hoc caſu procedat prima opinio. ſi vero non poteſt præſumi aliqua cauſa rationabilis in tali conſuetudine, & tunc iſta conſuetudo immemorabilis temporis non poteſt operari in præiudicium eccleſiæ, & hoc caſu procedat ſecunda opinio. & ita concordat. Dicere hanc concordiam ſuml ex mente Rochi in d. cap. fin. in verſ. quinto limit. & ibi ex his hæc limitatio dubitabilis videtur. nihilominus prima opinio videtur verior, & indiſtincte tenen-
2 da, quia conſuetudo eccleſijs onerosa, dicitur corruptela. cap. cum venerabil. de conſuet. & corruptela nociua eccleſijs, tanquam ſacris ca-
3 nonibus inimica reprobatur, vt ibi dicitur quo caſu tollitur etiam conſuetudo futura. iuxta omnes d. cap. fin. de conſuetud. Vnde conſuetudo per quam alienatio rerum eccleſiæ fieret cum ipſius præiudicio, puta, quod Prælatus alienet res eccleſiæ ſine Capitulo, vel ex qualibet leui cauſa, reprobatur etiam ſi eſſet immemorabilis, tanquam corruptela. c. cum cauſam. & ibi Felin. poſt alios de re iudic. plene. & hæc opinio eſt verior, & tutior.

S V M M A R I V M.

1 *Promittens factum Eccleſiæ, an compellatur præciſe, vel præstando intereſſe, liberetur.*
2 *Promittens factum, compellitur præciſe fauore Reipublicæ.*

QVAESTIO 316.

An promittens factum Eccleſiæ, compellatur præciſe, vel præſtando intereſſe, liberetur.

1 QVæſtio eſt pulchra, an promittens factum eccleſiæ, præſtando intereſſe liberetur, vel poſſit compelli præciſe contra regulã iuris, quod in obligatione facti, ſuccedit obligatio ad intereſſe, & nemo compellitur præciſe ad factum, iuxta legem ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. Et videtur non eſſe recedendum à dicta regula, cum eccleſia non reperiatur quo ad hoc priuilegiata, iuxta l. in fraudis. ff. de teſtam. milit.
2 In contrarium facit, quod fauore publicæ vtilitatis compellitur quis præciſe ad factum, vt tradunt Accurt. Bal. Alex. Alciat. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. ius autem publicum præcipue conſiſtit in eccleſia. cap. ius autem 1. diſt. & omnia enim quæ ei promittuntur, pro cultu diuino, refrigerio animarum, atque eorum ſaluti offeruntur, & ſucceſſiue maiorem vtilitatem publicam quam cæteræ cauſæ continent. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. & argumentum à republica ad eccleſiam, eſt validum. l. fin. C. de ſacroſ. eccl. glo. in l. rempublicam. C. de re reipub. lib. 11. Euerard. late in loco à republica ad eccleſiam. Præterea ſecundum veriorem opinionem, de qua infra tractabimus, de iure canonico compellitur quis præciſè ad factum, vt per Abb. in cap. veniens. de iureiur. in fin. ex cap. qualiter. de pactis. vbi promiſſa, ſunt opere complenda, & cum effectu. eccleſia autem regitur l. canonica quando reperitur expreſſe. ergo promittens factum eccleſiæ, debet præciſe compelli.
2 Item facit, quod promittens eccleſiæ, videtur promittere Deo, omnia enim bona eccleſiæ ſunt Ieſu Chriſti. cap. cum ex eo. de elect. in 6. Deo autem præſertim mentiri non licet, vt Petr. dixit Ananiæ, & Zaffir. c. 5. de actib. Apoſtolorum. ergo vnum pro alio præſtari non debet. & hæc opinio mihi videtur verior.

S V M M A R I V M.

1 *Patronus an poſſit compelli ad iurandum ſuper id præſumatur* [illegible] *Eccleſiæ* [illegible]

Iura-

3 *Iuramentum non est deferendum, vbi est suspicio periurij.*

QVÆSTIO 317.

Ecclesiæ fauore, quando est suſpicio ne patroni moueantur ad præſentandum non propter vtilitatem Eccleſiæ, an poſſit Epiſcopus illos adſtringere iuramento, vt Eccleſiæ vtilitatem conſiderent.

1 NOn eſt omittenda ſingularis doctrina Abb. in c. conſtitutis. per illum tex. de appellat. quod vbi eſſet ſuſpicio ne patroni ad præſentandum moueantur, non propter vtilitatem Eccleſiæ, ſed carnali affectione, poteſt Epiſcopus illos adſtringere iuramento, vt in præſentatione principaliter reſpiciant vtilitatem eccleſiæ, vt in ſimili habetur in d. tex. ſequuntur DD. Dec. tamen limitat quando contra patronos adeſſet præſumptio periurij,
2 quia tunc non deberet abiuratio fieri, vel iuramentum deferri. cap. clericos cum notatis per Abb. de cohabitatione Clericorum, & mulierum.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 *Legatum ſi ſit Eccleſiæ ducatorum mille vt emat fundum, an poſſit Eccleſia fundum emptum alienare.*

2 *Prohibitio teſtatoris de non alienando, quando concurrit, cum prohibitione legis que impedit alienationem, etiam in caſu à iure permiſſo.*

3 *Duo vincula magis ligant, vbi infertur ad aliud.*

QVÆSTIO 318.

De teſtatore legante mille Eccleſiæ, vt emat poſſeſſionem, an Eccleſia poſſit illam alienare.

1 QVæſtio eſt pulchra, teſtator legauit eccleſiæ mille vt ex illis emat fundum, quæritur an eccleſia poſſit fundum emptum alienare. Bald. in l. fin. C. de pactis inter emptorem, & venditorem tenet quod non, ſed teſtator videtur legaſſe ad hoc vt eccleſia emat & perpetuo poſſideat. & per notab. in l. Titium in princ. ff. de condit. & demonſtr. vbi Titio cētum fuerunt legata vt fundum emat, videtur teſtator tacitè voluiſſe vt fundus cōparetur, & poſtea non alienetur. ſequitur Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui in prima lectura ff. de legat. 1 num. 36. vbi idem dicit tenere Raph. Cuman. idem tenet Paul. de Caſtro in d. l. Titio centum. & quando teſtator mandat aliquid emi, comprehenditur mens teſtatoris quod etiam res empta non alienetur, attenta eius finali intentione, quæ non ſequeretur ſi poſſet vendi. hinc infert quod ſi iudex condemnat aliquem ad reſtitutionem rei, & reſtituit, ſed in continenti aufert, vt non intelligatur res reſtituta, ſed mandatum debet intelligi, vt reſtituat, & reſtitutā dimittat, alias incidit in pœnam ac ſi non reſtituiſſet, vt latius per eum. Sed prædictis videtur obſtare, quod præceptum teſtatoris de non alienando ſine cauſa, nec in fauorem certę perſonæ, non inducit prohibitionem alienationis, ac annullationis ipſius, ſed videtur factum fauore legatarij, qui poteſt ſuo fauori renunciare iuxta tex. famoſum in d. §. diui. Pro priori ſententia poteſt dici, quod per legatum factum eccleſiæ vt ematur fundus, videtur conſeruari memoria defuncti. l. legatum. ff. de adminiſtratione rerum ad Ciuitatem pertinentium. Hinc dicunt DD. quod ſepulchra cum inſignijs & inſcriptionibus, fiunt cauſa memoriæ hominis conſeruandæ, vt familiæ eius circa deuotionem erga diuinum cultum, vt ſingulariter tradit Petr. de Ancharan. conſ. 163. & ponens alterius inſignia vel nomina, debet puniri. Bar. in l. qui liberalitatem. ff. de operib. publicis. per illum textum. In hac quæſtione videtur dicendum, quod ſit coniecturanda mens defuncti, an ratione conſeruandæ memoriæ, vel ad ſubleuandam inopiam fecerit legatum, cōſiderata facultate, ſeu diuitijs eccleſiæ. & in dubio, quod cauſa memoriæ conſeruandæ cenſeatur legaſſe, maxime quod ſecundum opinionem nonnullorum DD. quan-
2 do cū prohibitione teſtatoris concurrit etiam prohibitio legis, vt in tit. de rebus eccleſiæ nō alienandis, tūc nō poteſt fieri alienatio, etiam in caſu à iure permiſſo, vt tradit gl. & Bart. in l. ei. C. de condit. ob cauſam Gl. & DD. in cap. verum. de condit. appoſ. Bald. in l. 1. in 7. oppoſ. C. de pact. & in l. quoties ab omnibus. C. de fideicomm. & facit illa regularis regu-
3 la, quod duo vincula magis ligant, quam vbi eſt vnum. auth. itaque. C. communia. de ſucceſſionibus & cap. 1. de treg. & pace. Et ex his videtur expedita hæc quæſtio, non omiſſo

quod

quod Barbat. in addit. ad Bal.in d.l.fin. C.de pact. videtur intelligere. vt eius opinio procedat quando eccleſia caperet fundum de manu alterius, puta hæredis, ſecus ſi directo caperet de legato iux. Bar. in d.§.diui. ſed adhuc videtur idem dicendum quando legatum ſit ob memoriam deuotionis defuncti, vt fieri ſolet.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, an detur à ſententia lata in fauorem Eccleſiæ.*

2 *Appellari an poſſit in cauſa alimentorum, & quando.*

3 *Appellatio pro alimentis futuris non datur ad effectum ſuſpenſiuum, etiam ſi ſententia contineat aliud, ſed tacitè contineat præſtationem alimentorum.*

4 *Redditus Eccleſiæ, & oblationes fidelium, vt plurimum concernunt præſtationem alimentorum miniſtrorum Eccleſiæ, & pauperum, & ibi, an detur appellatio.*

QVAESTIO 319.

An à ſententia lata in fauorem Eccleſiæ poſſit appellari.

1 ISta quæſtio eſt notabilis, & videtur non poſſe appellari, vt tradit Rom. aliquos tenere in auth. ſimiliter. C. ad legem falcidiam. num.43. ex doctrina Bart. in l. Mela. ff. de alimentis, & cibarijs legatis. vbi vult non poſſe
2 appellari à ſententia alimentorum, ergo à ſimili non poterit appellari ſuper ſimili pia cauſa. Contrarium tenet Rom. in loco citato, ex regula quod appellatio ſemper cenſetur permiſſa niſi reperiatur ſpecialiter prohibita. l.in maioribus. C. de appellat. ſed hoc caſu non reperitur prohibita. Præterea cauſa libertatis eſt pijſſima, ſed à ſententia lata in eadem poteſt appellari. l.is ad quem. C. de liberali cauſa. l.2. §. in his. ff. quando appellandum ſit. Item ſequeretur quod à ſententia lata in cauſa decimarum, quæ eſt pia cũ dentur pro anima, non poſſet appellari, & datur appellatio. iux. gloſ. in c. tua nobis. in verb. tributa. de decimis. neque obſtat inquit Rom. doctrina Bar. quod in cauſa alimentorum poſſit appellari, quia vltra quod id non procedit abſque dubio, præſuppoſito quod non eſſet verum poteſt dici, quod in alimentis ideo ſit ſpeciale ne appelletur, quia alimenta delationem non recipiunt, ex regula quam tradit iureconſultus. in l. fin. ff. de appellat. recipiendis, quod ſententia lata in re quæ delationem non recipit, non habet poſt ſe appellationem, ſecus autem inquit Rom. eſt in alia pia cauſa in qua non verſaretur prædicta ratio. Quid dicendum? Iſta quæſtio videtur dependere ab illa an à ſententia præſtationis alimentorum detur appellatio, in qua communis reſolutio ſe habet, quod non detur appellatio quo ad ef-
3 fectum ſuſpenſiuum pro alimentis futuris, ſed bene pro alimentis præteritis. vt tradit Speculat. de appell. §. in quibus. nu.7. Aret. conſ. 96. col. fin. Affl. deciſ. 152. cum addit. Lancell. de attent. appell. pendente 2. par. c.12. limit. 14. Eſt etiam in hoc caſu animaduertendum, quod ſi ſententia concernat aliud, ſed tacitè contineat præſtationem alimentorum, eadem regula ſeruanda eſt. vt tradit Affl. loco citato. vbi dicit, quod ſententia lata ſuper matrimonio, videtur tacitè continere præſtationem alimentorũ. idem Lancell. vbi ſupra qui alios allegat. Nunc ad propoſitum conſideranda ſunt bona eccleſiæ ſuper quibus lata fuit ſententia, nam vt plurimum continent alimenta præſtandæ clericis, Epiſcopo, pauperibus. iux. cap. quatuor. 12. q.2. & ſucceſſiuè non datur appellatio, quemadmodum in cauſa alimentorum. & dicit Damaſus Papa. 10. q.1. oblationes quæ fiunt eccleſiæ, deberi Sacerdotibus qui quotidie ſeruiunt Domino, vt ex ipſis comedant, & bibant. idem S. Thom. 2.2. q. 85. art. 2. vbi quod oblationes debentur ſeruientibus in eccleſia, vt percipiant victum, & etiam pauperibus, vt ex illis ſubſtententur cum Dominus in vſum pauperum loculos haberet, & iam eſt declaratum à ſacris Canonibus in d. cap. quatuor. & ſucceſſiuè ſi cauſa
4 eccleſiæ reſpiciat redditus ex quibus aluntur Epiſcopi, Clerici, & pauperes, idem eſt iudicandum, quod in alimentis. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à ſententia de reſidendo fauore Eccleſiæ, & cultus diuini.*

2 *A ſententia lata in fauorem Eccleſiæ cultus diuini, & ſeruitium Eccleſiæ, generaliter non datur appellatio in omnibus actibus id concernentibus.*

3 *Monitio ad reſidendum, ſufficit ſi ſit extraiudicialis, & non requiritur citatio iudicialis.*

QVAE-

QVAESTIO 320.

Eccleſiæ fauore, à ſententia de reſidendo non datur appellatio.

1 Singularis eſt iſta quæſtio, an à ſententia de reſidendo detur appellatio. & concluſiuè videtur reſpondendum, quod fauore
2 Eccleſiæ, & cultus diuini, quando ſit præceptum de reſidendo non detur appellatio, & etiam quia præſumitur fruſtratoria appellatio, quando ſit contra id quod ius præcipit, ita quod ſi Canonicus ad reſidentiam monitus appellet, non eſt admittenda eius appellatio. ex cap. peruenit. il ſecondo. de appell. & interim de iure communi poterat prouideri de ſubſtituto cum congrua portione, vt habetur in d. cap. peruenit. & ibi Imola in princip. Et tanto magis quando beneficium eſt curatum. vt in c. relatum. de cler. non reſid. Et licet DD. multa dicant circa intellectum d. c. peruenit, tamen Gloſ. Franch. & Præpoſitus conſiderant ibi fauorem eccleſiæ, & cultus diuini. & Lancell. de attentatis appellatione pendente 2. par. c. 12. limit. 18. dicit hac ratione attenta, vniuerſaliter poſſe dici vt fauore eccleſiæ & cultus diuini, non fiat quandoque attentatorum reuocatio, dicens ita fuiſſe decifum in Rota Rom. ipſe vero hanc concluſionem declarat, vt non ſit intelligenda generaliter quo ad omnes actus concernentes fauorem eccleſiæ, & cultus diuini, ſed reſtringenda ad eos tantum, qui occaſione viſitationis fiunt, vt habetur in Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 10. Sed re vera idem videtur dicendum in alijs in quibus militat eadem ratio, iuxta vulgaram regulam l. illud. ff. ad l. aquiliam. c. dilecta. de confirm. vtili vel non vtili, cum ſimilibus. Eſt igitur vera cõcluſio, quod vbi agitur de ſeruitio eccleſiæ, & ſucceſſiuè de cultu diuino, non datur appellatio, neque de iure communi. ſed vide Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22.
3 cap. 1. Item notandum in hac materia reſidentiæ ob dictum fauorem non eſt neceſſaria monitio iudicialis, ſed ſufficit monitio extraiudicialis. vt dicit Abb. & Dec. in dicto cap. peruenit.

SVMMARIVM.

1 *Res alteri donata, cum pacto quod non alienetur, an poſſit alienari in Eccleſiam.*

2 *Donatio inter virum & vxorem, non prohibetur ſi ex re donata debet conſtrui Eccleſia, vel fieri conuerſio in aliam piam cauſam, aut alienatio.*

QVAESTIO 321.

De re donata alij cum pacto quod non poſſit alienari, an non obſtante pacto poſſit alienari in Eccleſiam.

1 Iſta quæſtio eſt etiam notabilis propter auctoritatem Bal. in l. ſi ſponſus. §. conceſſa. per illum textum. ff. de donat. inter vir.
2 & vxor. vbi donatio non prohibetur inter virum & vxorem, vt fiat locus religioſus, & ſic pro pia cauſa. Contrarium tenet Rom. in auth. ſimiliter. num. 32. C. ad l. falcidiam. vbi inquit, dictum Baldi eſſe falſum per textum in c. 1. §. donare. quibus modis feudum alienari poterat, per c. 1. in princ. de prohibita feudi alienatione per Federic. vbi prohibitio alienationis feudi procedit etiam ſi fieret pro anima, deinde reſpondet Rom. ad tex. in d. §. conceſſa quod licet alias inter virum & vxorem prohibita ſit alienatio, ſed permiſſa in d. textu vt cadauera ſepeliantur, & ſic vt fiat locus religioſus, de iure ciuili tamen ille tex. ponit rationem non quod illud ſit donare ad pias cauſas, ſed quia licet ex donatione cuius donans efficiatur pauperior alter coniux donatarius non efficiatur dirior, quod eſt vnum de neceſſarijs ad interdicendum ipſam donationẽ. Ratio rationis eſt, quia locus ſepulturæ de iure ciuili efficitur religioſus. ff. & C. de relig. & ſumpt. funer. & res religioſę in nullius bonis ſunt. Et certè hæc reſponſio Rom. videtur vera quamuis ratio adducta ab eo de feudo prohibito alienari etiam pro anima poſſit de facili refelli, cum in feudo agatur de præiudicio directi Domini cum ſit alienario in eccleſiam, quæ nunquam moritur. vt in c. 1. de alienatione feudi. nihilominus poſſumus ſuſtinere opinionem Baldi, vt procedat in caſu dicti §. conceſſa quando res donata non debet remanere in dominio coniugis donatarij, ſed tranſire in eccleſiam, vel conuerti in aliam piam cauſam ex ratione illius tex. Poſſet etiam ſimpliciter teneri opinio Baldi, & poteſt reſponderi rationi Rom. quod licet cõiux donatarius non videtur effici ditior, tamen etiam aliquid lucratur quod eſt in conſideratione, nempe iuſpatronatus, & ius funerandi, quæ iura ſunt honorifica, & etiam ad hæredes tranſeunt cap. 1. de iurepatronatus. l. familiaria. ff. de relig. & ſumpt. funer. Præterea

ego

ego adduco textum notabilem. in authen. adſcriptitios. C. de Epiſc. & Cler. vbi ſeruus adſcriptitius, qui non poteſt alienari contra Domini voluntatem, poteſt effici Clericus religionis fauore, & deſeruire in agro per ſubſtitutum quem maluerit. ex quo tex. lo. de Plat. in l. quemadmodum. C. de agricolis, & cenſitis, lib. 11. q. 7. inquit, ex hoc apparet quod res prohibita alienari, non impeditur in eccleſiam transferri. Inſuper adduco alium textum magis ad propoſitum in auth. cum rogatus. C. ad Trebell. vbi hæres grauatus de reſtituendo quicquid ei ſupererit ex hæreditate poſt mortem ſuam, tenetur fideicommiſſario reſeruare quartam partem hæreditatis, & eam non alienare, valet tamen alienatio pro pia cauſa, vt pro dote, redemptione captiuorum, & neceſſitate alimentorum ſui ipſius.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio legis taxatiue loquentis fit fauore Eccleſiæ, vel piæ cauſæ.*

QVÆSTIO 322.

Extenſio, an fiat fauore Eccleſiæ, quando lex taxatiuè loquitur.

1 QVæritur an lex loquens taxatiuè, ſeu cum dictione taxatiua, tantum, ſolum dumtaxat, & ſimilibus, fauore Eccleſiæ extēdatur. & videtur negatiuè reſpondendum cum nō reperiatur tale priuilegium in iure inſertum. & regula eſt, quod dictiones taxatiuæ affirmant quod ponunt, & excludūt omnes alias perſonas, & caſus, præter expreſſos. l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt. l. ob es. C. de prædijs minorum. c. cum eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, cum ſimilibus. In contrarium eſt veritas, quod fauore eccleſiæ, vel alterius piæ cauſæ fiat extenſio ex paritate rationis. Gl. vulgata in l. illico. in verbo, aliam cauſam. C. de ſacroſan. eccl. Rom. in auth. ſimiliter. ſub num. 16. in fine. C. ad l. falcid. Ripa in l. ſi conſtante. num. 86. ff. ſoluto matrimonio. quod eſt notandum, quia iſta limitatio non ponitur à doctiſſimo Euerardo in loco à natura dictionum taxatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Agricolæ ſunt exempti à muneribus perſonalibus extraordinarius.*

2 *Exempti à muneribus perſonalibus, an fauore Eccleſiæ vel alterius piæ cauſæ poſſint compelli.*

QVÆSTIO 323.

Exempti à muneribus perſonalibus, an poſſint compelli ſi munera reſpiciant Eccleſiam, vel aliam piam cauſam.

1 NOnnulli ſunt exēpti à muneribus perſonalibus extraordinarijs, veluti agricolæ qui tempore quo vacant culturæ agrorum, non poſſunt vocari ad munera perſonalia, veluti calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & ſimilia l. 1. C. de agricolis, & cenſitis. lib. 12. quæritur modo an poſſint compelli ſi dicta munera perſonalia reſpiciant eccleſiam, vel aliam piam cauſam. Odofr. in d. l. 1. tenet quod ſic, ſi munera reſpiciant publicam vtili-
2 tatem, vel piam cauſam. reddit rationem, quia ſecundum iura Codicis Eccleſia eſt priuilegiata, & tamen ea recuſare non poteſt. l. placet. l. munera. C. de ſacroſan. eccl. Intellige de iure ciuili. ſed hodie eſt tex. in cap. non minus. de immun. eccleſ. & c. aduerſus. qui ſeruari debet quo ad eccleſias.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio incerta non valet de iure ciuili.*
2 *Promiſſio incerta, valet de iure Canonico.*
3 *Promiſſio incerta ſubſtinetur fauore refectionis viæ.*
4 *Fauor Eccleſiæ eſt maior quolibet fauore publico.*

QVÆSTIO 324.

Promiſſio facta Eccleſiæ, non redditur nulla propter incertitudinem.

1 DE iure ciuili regula eſt clara, quod incertitudo reddit contractum inutilem. l. triticum. ff. de verb. oblig. vbi ſi quis ſtipulatur triticum ſibi dari, nec appareat de aliquo genere, nihil ſtipulatus videtur, ne vnum quidem modium. & triticum ibi accipitur pro omne quod in area teritur, niſi aliud ex coniecturis percipi poteſt, vt ibi per DD. Sed dubium eſt, an ſaltim de æquitate Canonica poſſit promiſſio quamuis incerta ſubſtineri. Archid. in c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. tenuit valere promiſſionem incertam, quem ſequuti ſunt

2 ſunt. Abb. in c. ex parte. de decimis. Felin. in cap. 1. de pactis. Socin. in l. 1. ff. ſolut. matrim. Dec. in l. fin. in fine. C. de edicto diui Adriani tollendo. Pro qua opinione facit, quod in dote, alimentis, incertitudo non vitiat in quibus æquitas ſeruatur. l. ſi filiæ. ff. de leg. 3. l. cum alimenta. ff. de alimentis legatis. Contrariam opinionem tenent Alex. & Alciat. in d. l. triticum, quod etiam de iure Canonico incertitudo vitiat, cum nulla lege ſententia Archidiaconi probetur, nec temere inducenda eſt inter ius ciuile, & Canonicum differentia. cap. 1. de oper. nou. nunc. vt credamus iure Canonico corrigi leges ciuiles, quæ ſumma ratione innituntur. nec enim de incertis, ſiue occultis iudicat eccleſia. cap. veſtra. de cohabitatione Clericorum, & mulierum. & quo ad probationes attinet, etiam in foro Canonico concludentes requiruntur. cap. in præſentia. de probat. & ratio legis triticum, quod debitor poſſit eligere minimam. cap. in obſcuris. de reg. iur. in 6. non eſt de iure Canonico reijcienda. nec ſubeſt vlla ratio cur debitori minimi electio auferenda ſit, nec querendum eſt de arbitrio boni viri. quid enim ille arbitrari poteſt, in his quæ à mera voluntate alterius dependent? Perſpicis igitur, quam ſit hæc quæſtio difficilis. Nibilominus quod fauore eccleſię incertitudo nō vitiat, tradit Bal. in l. 1. C. de dotis promiſſione. gl. in c. nos quidem. de teſtam. Alciat. in d. l. triticum. vbi dicit id procedere fauore eccleſiæ, non ſolum de iure Canonico ſed etiam ciuili. Gloſ. in l. priuileg. C. de ſacroſan. eccleſ. §. ſi quis in nomine. in auth. de eccleſiaſticis titulis. dummodo promiſſio non omnino incerta ſit, ſed aliquo modo ratione adiuncti ad certitudinem reduci poſſit. iuxta Goffred. quem allegat & ſequitur Alciat. qui cum quidam vouiſſet eccleſiæ frumentum, non poſſe iudicialiter eum cogi propter incertitudinem reſpondit in c. ex parte. de decimis. Sed in hoc non videtur bene dicere Goffred. quia ſecundum communem vſum loquēdi, qui attendi debet, frumentum accipitur pro grano, & ſic non eſt promiſſio omnino incerta. idem etiam eſſe iudicandum cenſet Alciat. vbi de exoneranda conſcientia agitur, res quæ declarari ex præcedenti cauſa arbitrio boni viri poſſet. tunc ſaltem de iure Canonico ſubſtinetur incerta promiſſio, cum multa ob animæ ſalutem de iure Canonico ſpecialiter inducta ſint in ſalutem animarum. Bal. in l. filio præterito. ff. de iniuſto, & rupto teſtamento. Vnde inquit ipſe Alciat. ſi aliquis procuratori ſuo ſalarium generalibus verbis promittit, clarum eſt, de iure ciuili non obligari. l. qui mutuam. §. penult. ff. mandati. tamen de iure Canonico ſecus eſt, quia alias peccaret qui mercedem ei retineret à quo fuiſſet opera ſua defenſus. & poteſt facile ea merces boni viri arbitrio conſtitui. Archid. in d. c. ſunt nonnulli. pariter generalis tritici promiſſio primitiarum nomine iure Canonico habet effectum. Cum enim di-
1 uino vt aiunt præcepto, quilibet ad eas teneatur, debet promiſſio ſubſtineri, & ſecundum regionis conſuetudinem, vel alias arbitrio boni viri declarari. Abb. in c. 1. de decimis. Hæc ſunt dicta à DD. Mihi videtur ſimpliciter dicendum, fauore eccleſiæ, incertitudinem nullo pacto vitiare promiſſionem, ſed eſſe reducendam ad certitudinem arbitrio boni viri. Pro qua facit, quia fauore refectionis viæ, legatum incertum ſubſtinetur. l. quidam in teſtamento. ff. de leg. 2. continet enim
3 inſtauratio viarum vtilitatē publicam. eccleſia autem gaudet omnibus priuilegijs reipublicæ. l. fin. C. de ſacroſan. eccl. Euerard. latè in loco à republica ad eccleſiam. quinimo ec-
4 cleſiæ fauor maior eſt quam publicus, ita quod eccleſiæ debetur maior fauor, quam publicæ vtilitati. Felin. in c. nonnulli. num. 53. de reſcript. Rota deciſ. diuerſ. 454. par. 1. nu. 8. Prætérea, refectio pontium & viarum continet etiam piam cauſam. vt tradit Tiraq. in tract. de priuil. piæ cauſæ in præfation. An autem de iure Canonico ſimpliciter incertitudo vitiet contractum, & verior videtur opinio Archid. quod non vitiat, cum fides ſit ſeruāda eo meliori modo quo poteſt ſecundum Canonicam æquitatem, quæ præfertur rigori ſcripto iuris ciuilis. cap. dilecti. de iudicijs. & infra probabimus in q. forenſi. Prædicta tamen ſunt intelligenda ſi aliquo modo poſſet incertitudo reduci ad certitudinem, ſecus ſi nullo modo vt ſi quis promitteret animal, nam dando muſcam liberaretur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro Eccleſia ſua fideiubere poteſt abſque pœna.*
2 *Clericus pro alio Clerico fideiubere poteſt.*

QVÆSTIO 325.

Clericus pro Eccleſia impune fideiubere poteſt.

Regula

1 REgula eſt, vt Clericus debet abſtinere à fideiuſſione. cap. 1. de fideiuſſ. & ibi Doctores afferunt aliquas limitationes, inter quas vna eſt, quod Clericus pro eccleſia fideiubere poteſt. Gloſ. in cap. de quidem. 12. quæſtione prima. & ibi Doctores. immo & alij in dicto capit. 1. de fideiuſſ. poſſit etiam
2 fideiubere pro alio Clerico. l. omnes. §. in hac. C. de Epiſcopis & Clericis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus Eccleſiæ, dicitur eſſe in dignitate, tanta eſt Eccleſiæ dignitas.*

QVÆSTIO 326.

Mancipium Eccleſiæ, dicitur eſſe in dignitate, ob Eccleſiæ fauorem.

1 NOn eſt omittendum, tale ac tantum eſſe eccleſiæ fauorem, quod licet alias ſeruus non poſſit habere dignitatem. l. generali. C. de Tabellionibus. lib. 10. tamen mancipium eccleſiæ ad eius ſeruitium deputatus, dicitur eſſe in dignitate. textus eſt notabilis in cap. iniuſtum. de rerum permutatione. ibi. ab eccleſiaſtica dignitate. id tamen intelligitur ſecundum Imolam, latè ſumpto vocabulo, vt poſſit dici eſſe in dignitate, pro eo quod eſt ſeruus Dei, ad cuius ſeruitium eſt deputatus, & cuius eſt dominium rerum eccleſiæ. iuxta notata in cap. cum ſuper. de cauſa poſſeſſ. & cap. cum cauſam. de verbor. ſignif. cui ſeruire regnare eſt. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia poteſt legari etiam ſi ſit Regularium incapacium.*
2 *Eccleſiæ omnes Fratrum Minorum, ſunt in proprietate & dominio S. R. E. & Summi Pontificis.*

QVAESTIO 327.

Eccleſiæ fauor operatur, vt ei poſſit legari, etiam ſi ſit Regularium incapacium, iuxta veriorem.

1 QVæritur ſingulariter, an eccleſia Fratrum Minorum de Obſeruantia poſſit hæres inſtitui, vel aliquid ei legari, non obſtante quod ſit religionis incapacis, vt ſunt Fratres Minores. capit. exiit. de verb. ſignific. in 6. & Clem. exiui. eodem tit. Bart. in tract. Minoricarum, tenet quod poteſt eccleſia hæres inſtitui, quia eccleſia eſt capax ſicut omnes eccleſiæ. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. vbi quilibet poteſt libere in eccleſias diſponere. Præterea, eccleſia Fratrum Mino-
2 rum eſt de iure & proprietate Romanæ Eccleſiæ. ergo hæreditas illi relicta, ſubſtinetur tanquam relicta capaci. Contrarium tenet Bald. in Rubr. C. de ſacroſan. eccleſijs, dicens opinionem Bart. non eſſe veram. aut enim, inquit, ſumitur eccleſia pro ædificio materiali, & non eſt ſufficiens medium ad acquirendum Romanæ Eccleſiæ, quia eſt medium inanimatum, quod nec velle, nec capere poteſt. aut ſumitur eccleſia pro Collegio Fratrum, & tunc nec acquiritur Romanæ Eccleſiæ, cum organum ſit inhabile propter incapacitatem eorum. Præterea debet attendi voluntas teſtatoris, qui noluit inſtituere Eccleſiam Romanam, ſed eccleſiam Fratrum Minorum, & proinde cum hoc intellexerit, non valet inſtitutio. argum. l. 1. §. cætero. ff. de acquirenda poſſeſſione. l. quandoque gerimus. ff. de acquirend. rerum dominio. Item de facili aperiretur via fraudibus, quod iura damnant. l. non dubium. C. de legibus. l. 1. & l. final. ff. ſi quis in fraudem. Item cum inſtitutio non valeat in perſona vera, neque valebit in ficta, ideſt in eccleſia repræſentante Fratres. l. filio quem pater. ff. de liberis & poſthumis. Opinio Bartoli videtur verior, ex quo non ſolum eccleſia Fratrum Minorum eſt Eccleſia Romana, ſed adeſt ſyndicus Apoſtolicus nomine Papæ conſtitutus, qui eſt medium habile ad acquirendum Eccleſiæ Romanæ. & ſic ceſſat argumentum de eccleſia materialiter conſiderata, vel pro Collegio Fratrum. Neque obſtat argumentum de intentione teſtatoris, cum à Summo Pontifice Fratribus Minoribus ſit pro eorum vſu commodata, & deputata. Nec etiam obſtat ratio de perſona ficta inſtituta, quia tunc irritatur inſtitutio, quando repræſentat inhabilem, ſed Summus Pontifex eſt capax. & ſic patet valere legatum annuum pro fabrica, vino, cera, oleo, & veſtimentis pro celebratione miſſarum. nam aliud eſt eccleſia, & fabrica, aliud eſt Collegium. Hanc tamen Bartoli opinionem ego cenſeo veram, dummodo euitetur fraus conſiderata à Bald. nempe ſi eccleſia non indigeret, & eſſet ex-

ceſſiua hæreditas, ſiue legatum, & ornamenta, quia eſſet contra Clement. exiui. de verborum ſignificatione.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum annuum relictum Eccleſiæ, an ſit perpetuum, & debeatur vltra centum annos.*

2 *Legatum vſusfructus relictum Eccleſiæ, finitur ſpacio centum annorum.*

Q VÆ S T I O 328.

An legatum annuum relictum Eccleſiæ, reſtringatur ad ſpatium centum annorum.

1 BArt. in l. annua. §. à Titia. dicit legatum annuum relictum Ciuitati, aut Reipublicæ, etiam in perpetuum, eſſe reſtringendum ad centum annos, quia legatum annuum & vſusfructus æquiparantur. l. in ſingulis. ff. de annuis legatis. Sed vſusfructus legatum
2 relictum Reipublicæ, durat centum annos, & non vltra. l. ſi vſusfructus municipibus. ff. de vſufruct. Eccleſia autem & Ciuitas æquiparantur. l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſijs. In contrarium facit, quod annuum legatum poteſt abſque temporis præfinitione relinqui. l. ſi cum præfinitione. ff. quando dies legati cedat. & contra Bart. nonnulla adducit Couarruuias libro ſecundo variarum reſolution. capit. 9. Verior eſt opinio, quod legatum annuum relictum Ciuitati, Eccleſiæ, Reipublicæ, durat perpetuo, ſed non legatum vſusfructus, qui finitur centum annis, ne proprietas apud hæredes ſit inutilis. quæ ratio non militat in legato annuo, cum proprietas bonorum teſtatoris omnino ſit apud hæredem vtilis & integra. Et hanc opinionem tenent Dynus in l. in ſingulos. ff. eodem titulo. Angel. Cuman. Socin. in l. 3. §. item ſi reſpublica. ff. ad l. falcidiam. & multi alij, quos allegat Couarruuias in loco citato. Idem in effectu, licet obſcure, videtur tenere Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ. priuil. 90. Riminald. Iun. conſil. a 19. libro ſecundo id late comprobat, & loquitur de legato annuo viginti ſcutorum, relicto fratribus pro anima, dicens hanc opinionem, quod annuum legatum debeatur perpetuo, eſſe magis communem & veriorem, maxime ſeruata cautela Duran. de arte teſtandi tit. 5. de legatis. cautel. 57. vbi conſuluit, vt teſtator dicat ſe velle tale legatum perpetuo, & ſine vlla temporis præfinitione durare, cum quilibet poſſit rei ſuæ legem imponere. l. ſi ita quis. §. ea l. ff. de verb. obligat. vt latiſſime Riminal. in loco citato. ad quem te remitto, quia multa ſingularia dicit in hac materia.

S V M M A R I V M.

1 *Legata relicta Eccleſiæ, an recipiant diminutionem pro rata.*

2 *Diminutio legati dotis non fit, ſi excedit vires patrimonij.*

3 *Alimentorum legatum non patitur diminutionem.*

4 *Legatum perpetuum an patiatur diminutionem.*

Q VAE S T I O 329.

Legatum relictum Eccleſiæ an patiatur diminutionem pro rata, ſi vires patrimonij non ſufficiunt ad ſoluendum omnia legata, pia & non pia.

1 REgula eſt, quod quando legata tranſcendunt vires hæreditatis, fit cuilibet legatario diminutio pro parte, & de eo quod remanet facta diminutione detrahitur falcidia. l. ſi quis teſtamento. §. apud Iulianum. ff. de legat. 1. Quæritur modo, an ſit facienda diminutio de legato relicto Eccleſiæ, quod non patitur detractionem falcidiæ. authent. ſimiliter. C. ad l. falcidiam. an etiam neque patiatur diminutionem, vt fiat reductio ad vires patrimonij. Bart. in dict. authen. ſimiliter. dicit, quod licet legata pia detrahantur vt æs alienum. per l. ſi ſeruus. ff. ad l. falcid. tamen hoc procedit quantum ad falcidiam, ſed vbi non ſuppetunt vires patrimonij, certe diminuuntur ſicut alia legata. quemadmodum dicimus in teſtamento militis, in quo bene ceſſat falcidia, tamen diminuuntur propter defectum patrimonij, per textum in l. poſt miſſionem. ff. ad l. falcidiam. Videmus etiam quod huiuſmodi legata ad pias cauſas, diminuuntur propter debitum iure naturæ. per notat. in l. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſ. & Cler. Idem tenet Iaſ. in d. §. apud Iul. dicens, quod legata ad pias cauſas patiun-

patiuntur hanc defalcationem ratione impoſſibilitatis, quia vires patrimonij non patiuntur, quamuis aliam defalcationem falcidiæ non ſubſtineant. idem Vincentius de Franchis deciſione 236. numero ſecundo. In contrarium facit, quod de legato doris non fit talis defalcatio. l. 2. & ibi Bart. ff. de priuileg. creditorum. ſed tanquam æs alienum deducitur, & validum eſt argumentum de dote ad piam cauſam. capit. 1. §. donate qualiter olim feudum poterat alienari. Bart.
2 in l. ſi ego. ff. de iure dor. Euerard. late in loco de dote ad piam cauſam. & animæ teſtatoris, pro qua cenſetur factum legatum eccleſiæ, vt ſæpius diximus, eſt præferenda cunctis alijs rebus. l. ſancimus. C. de facroſanct. eccleſ. Sed poſſet forte reſponderi, quod legatum dotis filiæ, non patitur diminutionem, quia dos ſuccedit loco legitimæ & debiti de iure naturæ. Sed replicatur, quod omnes pro peccatis noſtris efficimur debitores Deo. capit. pro obeuntibus. 12. quæſtione duodecima. & forte legatum factum eccleſiæ fit pro reſtitutione male ablatorum, quod teſtator non vult exprimere, nec tenetur, quia infamaret ſeipſum, iuxta omnes Theologos, & Canoniſtas, ſed ſufficit reſtituere, conſeruando famam, iuxta prouerbium Salomonis: Crudelis eſt qui negct famam ſuam. Et debitum deducitur etiam de legitima. & in dubio fauore animæ, & eccleſiæ, illa interpretatio facienda eſt quæ ei magis fauet. l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. Secundo facit alia ratio,
3 quod legatum alimentorum non patitur hanc diminutionem. Angel. in l. doli clauſula. ff. de verborum obligation. quem allegat Bertachin. in tractat. de Epiſcopo. libro quarto. parte quarta. numero 85. Surd. de alimentis priuilegio trigeſimooctauo. num. 3. & validum eſt argumentum de alimentis ad piam cauſam, cum eadem ratio militet, nam cauſa alimentorum eſt pia & fauorabilis. l. Mela. & ibi gloſ. & Bart. ff. de alimentis & cibarijs legatis. Euerard. late in loco ab alimentis ad piam cauſam. Et legatum factum eccleſiæ, non ſolum continet refrigerium animæ defuncti, iuxta capit. animæ defunctorum. 13. quæſtione ſecunda. ſed etiam alimenta Clericorum & pauperum, cum tres partes redditus eccleſiæ ſint diſtribuendæ in alimoniam Epiſcopi, Clericorum, & pauperum, & quarta pro cultu diuino, quinta pro fabrica eccleſiæ. capit. quatuor. 12. quæſtione ſecunda. Inſuper vt arguit Federic. de Senis conſil. 250. & ſupra etiam diximus, certum eſt, quod ſi quis legauit creditori, quod debet, non fit talis defalcatio, ſed omnes propter peccata ſumus Deo debitores, & tale legatum debet cenſeri quædam redemptio peccatorum, & conſequutio libertatis, iuxta illud: *Peccata tua eleemoſynis redime*. cap. medicina. de pœnitent. diſtinctione
4 prima. Præterea, magna eſt quæſtio inter Doctores, an fiat talis defalcatio, quando vni eſt legata ſpecies, & alteri quantitas. nam alij affirmant eſſe faciendam diminutionem, vt Angel. & Cuman. in l. quærebatur. ff. ad l. falcidiam. alij tenent contrarium. Bald. in l. ſi vero compoſita. §. primo. ff. de militar. teſtam. & alij. & Neapolitano Conſilio fuit viſa verior opinio, quod fiat detractio de leg. ſpeciei, & quantitatis, dummodo in contrarium non appareat de voluntate teſtatoris, volentis integrum legatum ſpeciei ſolui, idq. ex coniecturis, vt teſtatur Vincentius de Franchis dicta deciſione 236. Hæc autem coniectura videtur militare in legatis pro anima. nihil enim tam memoriæ retinetur quam peccata, quæ ducunt ad gehennam, vt clarum eſt. Vnde dicitur, quod nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ. cap. ſancimus. 1. quæſtione ſeptima. ſucceſſiue credendum eſt, quod teſtator tanquam conſcius peccatorum ſuorum, potuit conſiderare eorum grauitatem, & quantitatem eleemoſynæ contentæ in legato pio ſibi viſam. & hanc opinionem tenent Doctores numero plures. Feder. de Senis in dicto conſil. 250. Paul. de Caſtr. in dicto §. apud Iulian. Oldrad. conſ. 200. prout illum allegat Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuilegio ſeptuageſimoſecundo. licet poſtea relata contraria opinione Auteoli, nihil firmare videatur. Bertachinus loco citato. atque Surd. in loco ſupra allegato. & in conſil. 209. volum. 2. Bald. Nouell. in l. 1. numero 471. ff. ſoluto matrimon. & nouiſſime Andr. Molfeſ. in ſuo eleganti conſilio decimotertio, & conſilio ſequenti, quod eſt alterius Doctoris. Et hæc opinio videtur benignior, & æquior, & fauorabilior animabus defunctorum, qui forte in pœnis purgatorij maiori refrigerio quam mulier dote, & alij corporali eleemoſyna indigent. Non obſtat deciſ. Vincen. de Franch. quia vt etiam conſiderat Molfeſ. loquitur quando concurrunt plura legata pia, tunc priuilegiati vtuntur iure communi, vt notatur per Bartolum

& alios in authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſijs.

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita alienari perpetuo, an poſt quartum gradum alienari poſſint.*
2 *Bona prohibita alienari perpetuo, an poſt quartum gradum poſſint alienari in Eccleſiam.*

QVÆSTIO 330.

De prohibitione alienationis, vt bona perpetuo maneant in familia, quod poſt quartum gradum abſque dubio poſſint alienari in Eccleſiam.

1 Sanciuit Imperator in §. nos igitur. in authen. de reſtit. fidcicomm. quod prohibitio alienationis vt bona perpetuo permaneãt in familia, perpetuo extenditur vltra quartum gradum, ita quod deſcendentes conſtituti in quinto gradu poſſint alienare. Hanc autem diſpoſitionem DD. reſtringunt, niſi teſtator dixerit, quod voluit bona ſua ad ſuos deſcendentes perpetuo peruenire, quia tunc deſcendentes etiam vltra quartum gradum, & vſque in infinitum cenſentur grauati. ita ibi dicunt Iacob. de Beluiſ. Bart. Ang. ea ratione, quod licet hoc verbum, perpetuo, vtroque caſu fuerit expreſſum, tamen familiæ nomen non egreditur quartum gradum, vt in dicto §. nos igitur. ſed appellatione deſcendentium, omnes poſteri continentur vſque in infinitum. l. fin. C. de ſuis & legitimis. l. liberorum. ff. de verborum ſignific. & hæc eſt communis opinio, vt teſtatur Couarruu. lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 4. Cardin. Mantic. de coniectur. libro 8. titulo 2. num. 21. Sed huic communi opinioni obſtat, quod familiæ appellatione, veniunt omnes deſcendentes vſque in infinitum. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verborum ſignific. Ergo idem eſt dicendum. Couarruu. loco citato, impugnat communem opinionem, ſed dicit conſtitutionem Iuſtiniani eſſe ſeruandam, quoties aliquot coniecturis poſſumus percipere, teſtatorem eam prohibitionem perpetuam eſſe voluiſſe, maxime ex more regionis. & ita dicit apud ipſos Taurina lege ſancitum eſſe, prohibitiones perpetuas eſſe, nulla facta diſtinctione quartæ vel quintæ generationis. Idem tenet Grat. conſ. 133. libro 2. Pariſ. conſ. 37. & 88. volum. 2. Sed huic opinioni obſtat, quod in dicta authent. ſunt verba expreſſa, quæ præponderant coniecturis. quia teſtator voluit perpetuo bona permanere in familia, & tamen non ſit extenſio vltra quintum gradum, & multo minus ſi adeſſent coniecturæ, vt aduertit Mantic. loco citato. qui tandem ſubſiſtit & dicit, eius animum eſſe in dubio, non tamen audet à communi opinione diſcedere. quæ interpretatio vſu recepta declarat leges. l. de quibus. ff. de legibus. Sed quod hæc communis ſententia ſit vſu recepta, eſt quid facti. ergo probari debet, & Doctori non creditur, niſi de conſuetudine in patria ſua. igitur non videtur plene ſatisfactum quæſtioni. Vides igitur quam difficilis ſit iſta quæſtio, in qua viri ſapientiſſimi vario modo loquuntur. Nos etiam hanc quæſtionem, dubiam & indeciſam relinquamus, ſed quo ad eccleſiam dicimus
2 eſſe clarum, vt poſt quartum gradum poſſit abſque hæſitatione in eam fieri alienatio, ex regula illa, quod in dubijs ſemper tenenda eſt ea pars & opinio, quæ fauet eccleſiæ, vel alteri piæ cauſæ, iuxta l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Anchar. conſil. 46. Imol. & alij in cap. de præſentia. de probat. Tiraquel. qui alios congerit de priuileg. piæ cauſæ. priuil. 148.

XII. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Populus quando delinquit, an omnes ſint puniendi, vel tantum auctores, vel priores variæ ſunt ſententiæ.*
2 *Eccleſia quando populus delinquit, vel Collegium, procedit tantum contra culpabiles.*
3 *Excommunicatio poteſt fieri in Vniuerſitatem, vel Collegium, quando conſtat in proceſſu omnes deliquiſſe.*

QVAE-

QVAESTIO 331.

De Eccleſiæ benignitate, quæ contra Ciuitatem, vel Vniuerſitatem delinquentem benigne ſe habet, vt tantum delinquentes puniat, licet contrarium ab alijs quandoque fuerit ſeruatum.

1 MAGNA eſt altercatio inter DD. an populo delinquente ſint omnes de populo puniendi, vel tantum capita. & variæ ſunt opiniones. Nam quod tantum puniantur maiores, qui prohibere potuerunt, habetur in l. ſiue ex Prætoriano. C. de exactoribus, & exequutoribus. lib. 12. & in ſacra Scriptura Num. 25. legitur, quod propter peccatum fornicationis commiſſum à populo Iſrael cum Madianitis, præcepit Dominus Moyſi vt ſuſpenderet in patibulo cunctos Principes Populi. ex negligentia namque Præſidentium ſæpiſſime proueniunt exceſſus ſubditorum. 12. q. 3. præcipue 23. d. cap. 1. & 2. Alij dicunt, quod tota Vniuerſitas puniatur, pœna tamen pecuniaria. vt ſi priuatus pro tali crimine corporaliter veniret puniendus, ipſa Vniuerſitas pecunialiter puniatur. argum. l. quinque. C. de decurio. lib. 10. & quia propter multitudinem omittitur veritas diſciplinæ. cap. 2. de tempor. ordination. & ibi plurimum ſtrages iacet, detrahendum eſt ſeueritati. cap. vt conſtituerentur. in fin. diſtinct. 50. & ſolet dici, ob populum multum crimen pertranſit inultum. cap. quoties. 1. quæſt. 7. Alij dicunt, quod omnes de populo ſunt grauiter puniendi, quia ſi legio militum delinquat, ſeu deficiat, tota delenda eſt. l. 3. §. penult. ff. de re militar. Vnde Romani legionem integram, quæ exiſtens præſidio Reginenſibus cunctos occiderat, omnibus de legione ipſa virga cæſis ſcuribus percuti, & occidi fecerunt, vt tradit Oſorius ad Auguſtinum poſt principium, relatus Luc. de Penn. in dicta l. ſiue ex Prætoriano. qui nonnulla ſuper hac quæſtione dicit, diſtinguens inter grauia & leuia delicta, & quando timetur, vel non, populi ſcandalum, ad quem te remitto. tradit etiam nonnulla ſingularia Ioannes de Terra Rubea in tractatu contra rebelles. 3. tractat. artic. 10. & ibi Apoſtilla. quos videre poteris. Vnum eſt quod ad nos pertinet, quod

2 quicquid alij dicant, alma Mater Eccleſia, ob peccatum Vniuerſitatis, non procedit niſi contra delinquentes tantum, itaut prohibuerit ferri excommunicationem contra Vniuerſitatem. cap. Romani. §. in vniuerſitate. de ſententia excommunicationis in ſexto. ea ratione, quod nonnunquam contingeret innoxios huiuſmodi ſententia irretiri, vt ibi exprimit Summus Pontifex Innocentius Quartus. Et licet aliqui dicant, quod ratio vera eſt cur excommunicatio non cadit in Vniuerſitatem, aut Collegium, quia excommunicatio requirit verum corpus & animam baptizatam, ſed Vniuerſitas eſt corpus fictum, vt tradit Dominic. in dicto §. vniuerſitatem. & alij, tamen meo iudicio hæc non eſt vera ratio, ſed ſupra relata à Summo Pontifice, qui non conſiderauit Vniuerſitatem in abſtracto, vt eſt corpus fictum, ſed in concreto tanquam repræſentantem homines de Vniuerſitate. quod manifeſtum patet, dum dicit, ne fortè aliqui innocentes patiantur; ergo ipſam conſiderauit tanquam repræſentantes ciues, ſic etiam habetur in rubr. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli. nam ibi Capitulum accipitur pro Canonicis, qui faciunt Capitulum, alias fruſtra requireretur conſilium, vel conſenſus corporis ficti, ita Collegium, Capitulum, Vniuerſitas conſiderantur à Summo Pontifice in concreto, ſed prohibentur excommunicari, ne forte innocentes patiantur. Colligitur itaque matris Eccleſiæ benignitas, vt delinquente Vniuerſitate, ſolum contra culpabiles procedat ad graues pœnas, vt eſt excommunicatio, quamuis aliqui ex grauiſſimis cauſis procedat ad interdictum, quod non ita afficit. Sed hic obiter quæro, an aliquando in Vniuerſitatem ſententia excommunicationis ferri poſſit, vel in Collegium. Hoſt. in ſumm. de contumac. §. final. inquit, quod ſi con-
3 ſtat, totam Vniuerſitatem vel totum Collegium deliquiſſe, poterunt ſinguli excommunicari, dicendo, excommunico Priores, & omnes de tali Collegio, qui parere noluerunt. nam poteſt ferri in omnes, ſi ſunt culpabiles. habetur in dicto §. vniuerſit. probatur in cap. dilecti in Chriſto. de exception. vbi fuit lata excommunicatio in Abbatiſſam & Moniales eiuſdem Monaſterij. Sed non defuerunt qui dixerunt, quando conſtat omnes de Collegio deliquiſſe, poſſe excommunicari per nomen collectiuum, puta, Collegium, Capitulum, Conuentus

regularium, conſilium populi. Ioann. de Anania in cap. dilecti. de ſimonia. videtur enim ceſſare ratio. d. S. in vniuerſit. vt tradit etiam Salic. in quodam ſuo conſilio Schi. edito pro Vrbano Quinto, quem refert Felin. in d. cap. dilecti in Chriſto. cui tamen magis placet ſupradicta practica Hoſt. Dicit etiam Imol. in cap. capitulum. de reſcript. quod ſi conſtat, excommunicantem vtentem verbo collectiuo, velle excommunicare ſingulos, valet excommunicatio, ſi vero conſtat quod vult excommunicare Capitulum vt Capitulum, non valet, quia eſt perſona inanimata. in dubio autem inquir quod præſumitur excommunicare ſingulos, vt actus magis valeat quam pereat. cap. Abbas. de verb. ſignif. Felin. autem loco citato, putat dictum Imolæ procedere data capacitate, & culpa omnium de Collegio, alias excommunicatio non valeat. Ex quibus poſſumus breuiter colligere, quod in Capitulum, vel Vniuerſitatem, ſi conſtat omnes deliquiſſe, poteſt ferri excommunicatio in priores, & alios de Collegio, iuxta Hoſt. vel proprie in Collegium, vel Capitulum, ſecundum Imol. alias ſi non conſtat omnes deliquiſſe, id fieri nequiret, quia vigeret ratio textus, ne innocentes patiantur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an reuocetur per ingreſſum religionis, vt fauore Eccleſiæ bona tranſeant in eam.*

2 *Mutatio voluntatis non præſumitur, niſi aliud ex facto appareat.*

3 *Ingrediens religionem, an teneatur relinquere monaſterio aliquam portionem.*

QVAESTIO 332.

Teſtamentum factum ante ingreſſum religionis, an fauore Eccleſiæ per ingreſſum reuocetur, ita vt bona tranſeant in eam vna cum ingreſſo.

1 Ardua eſt iſta quæſtio, in qua ſunt variæ opiniones, quas Ciuiliſtæ in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. & Canoniſtæ in cap. in præſentia. de probat. recenſent. magis tamen communiter recepta eſt opinio Bart. in d. auth. ſi qua mulier. vbi teſtatur Iaſ. & Im. in l. 1. ff. de teſtam. Diſtinguit enim Bart. poſt recitatas opiniones, quod aut ille qui fecit teſtamentum cogitauit de ingreſſu, & tunc non rumpitur teſtamentum, quia lex dat illi poteſtatem diſponendi ante ingreſſum, prout vult d. auth. ſi qua mulier. & S. illud. in auth. de monachis. & fruſtra permitteret diſponere niſi valeret diſpoſitio. aut fecit teſtamentum ſimpliciter, non cogitans ingredi in monaſterium, & tunc per ingreſſum rumpitur tãquam per nouam collationem, ſeu voluntatem. cum enim cum perſona ſua tacite dicet omnia bona ſua eccleſiæ. auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. ſequitur quod cenſetur reuocare primum teſtamẽtum, quemadmodum tollitur per ſecundum. l. ſancimus. C. de teſtamentis. Quãdo vero videtur cogitare vel non, remittitur arbitrio iudicantis, an multo, vel paulo ante ingreſſum fuerit teſtatus, vt per DD. in dictis locis. Hæc itaque eſt magis communis opinio, contra quam tenet Abb. in d. cap. in præſentia. quod etiam ſi non cogitauerit de ingreſſu non reuocetur teſtamentum, quia ex ſola voluntate etiam expreſſa, non tollitur teſtamentum tractu temporis, ſed opus eſt noua diſpoſitione, ſiue teſtamento. d. l. ſancimus. C. de teſtam. Præterea non debemus præſumere opinionem mutatam. cap. maiores. de bapti. l. cum. ff. de probat. Sed his non obſtantibus ab opinione Bar. non eſt recedendum, quem ſequuntur præcipue Bald. Paul. & Iaſ. in d. auth. ſi qua mulier. Nam ſicut facta eſt mutatio voluntatis quo ad ſtatum perſonæ, ita pariter cenſetur facta reſpectu bonorum, vt probatur in d. auth. ingreſſi. & ex dedicatione perſonæ, infertur ad dedicationem bonorum. item in d. authen. ingreſſi. dicitur, quod ſe, & ſua in ipſo ingreſſu dedicat, ergo videtur ille qui ingreditur, bona alienare & in eccleſiam transferre, & ſucceſſiue per talem alienationem voluntariam, vltima voluntas reuocatur. l. fideicommiſſa. S. ſi rem. ff. de leg. 3. Neque
2 obſtat, quod non præſumitur volunt as mutari, quia de mutatione ſatis conſtat ex ipſo ingreſſu. Neque etiam obſtat, quod expreſſa diſpoſitio teſtatoris, non tollatur per tacitam voluntatem & præſumptam, quia contrarium eſt verum, quando aliquo facto voluntas declaratur, & in hoc caſu contingit, probatur in l. noſtram. C. de teſtam. in l. cancellauerat. & in l. fin. ff. de his quæ in teſtam. dele. ſecus in voluntate quæ tacite ex verbis colligitur, vt in d. l. fin. Couar. in cap. 2. de teſtam. dicit diſtinctionem Barr. eſſe magis receptam, ipſe vero vellet defendere opinionem Abbatis, nihilominus Bart. opinionem ſequitur, ad ef-
3 fectum vt teſtamentum factum ab eo, qui religionis

ligionis profeſſionem minimè cogitauerat, profeſſione ſequuta, rumpatur ſolum quo ad legitimam portionem monaſterio competentem, ſecundum opinionem Ant. de Butr. in d. cap. in præſentia. n. 31. ſequitur Gutier. nu. 2. quæſt. canonic. cap. 1. nu. 17. poſt Clarum in §. teſtamentum. quæſt. 28. Sed certe hoc dictum Domini Antonij, & Couar. nullo iure probatur. vt etiam notat Abb. in d. cap. in præſentia. nullibi enim probatur, quod monaſterium debet habere portionem, imò contrarium videtur diſpoſitum in d. §. illud. vbi dicitur, quod poteſt diſponere de ſuis bonis, vt vult, quod alijs non confert, remanet apud monaſterium. Idem probatur in d. auth. ſi qua mulier. vbi monaſterium connumeratur inter liberos, quãdo intrauit non diſponendo prius inter filios, ſecus eſt ſi prius ante ingreſſum diſpoſuit. quinimo in d. auth. ſi qua mulier. cũ omnia bona deberent eſſe monaſterij propter ingreſſum, ſpecialiter concedit vt poſſit ingreſſus diſponere inter liberos, relicta tantum portione monaſterij, ac ſi eſſet vnus ex liberis. & in hoc fauor filiorum videtur præponderare monaſterio, ad quem de iure cum perſona omnia dicata videbantur. d. auth. ingreſſi. Non eſt igitur recedendum à dict. Bart. l. 1. §. ſed & crebrior. ff. eod. poſtea reperi Molin. de primogen. lib.... c.... idem tenentem contra Ant. & Couarr.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an poſſit conſtrui, vel dotari de bonis ſubiectis fideicommiſſo.*

2 *Eccleſiæ dos, eſt fauorabilior quam mulieris.*

3 *Hæres ex trebellianica poteſt conſtruere, vel dotare Eccleſiam, imò poteſt conſtruere ſuper toto fundo, ſoluta parte pretij fideicommiſſario.*

QVÆSTIO 333.

An poſſit conſtrui Eccleſia ſuper fundo ſubiecto fideicommiſſo, vel conſtitui dos Eccleſiæ ſuper bonis quæ ſubiacent reſtitutioni.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio. habemus enim textum in auth. res quæ. C. de commun. de legat. quod bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt alienari ex cauſa dotis, vel in ſupplementum dotis, vt ibi per DD. Quæritur modo an poſſint alienari pro fundanda eccleſia, (vel dotanda, aut in ſupplementum dotis. Bart. in l. ſi locus. ff. de relig. & ſumpt. fun. dicit non poſſe conſtrui eccleſiam ſuper fundo ſubiecto fideicommiſſo. Contrarium tenet Paul. de Citradin. in tract. de iurepatr. in 3. parte in 12. quæſt. ſecundæ cauſæ. vbi tenet, quod talia bona ſubiecta fideicommiſſo, poſſint dari in ſupplementum dotis eccleſiæ, quando ipſe dotans non ſufficienter dotaſſet, & valet argumentum de dote mulieris ad dotem eccleſiæ. Goffr. in tit. de iurepat. in verb. ſequitur de ſecunda cauſa. late Euerard. in loco de dote ad piam cauſam. Lambert. de iurepatr. 8. art. 5. q. princ. 1. par. 2. lib. nu. 23. dicit Paulum de Citadinis loqui in dote, Bart. loqui in fundo, & vtriuſque dictum procedere. quia in datione fundi adhuc eccleſia non eſt deducta ad eſſe, & ſic non eſt neceſſaria fundatio illius, & ideo non debet fundari ſuper fundo ſubiecto fideicommiſſo. dos vero datur poſt eccleſiam in eſſe deductam quo ad eius ſupplementum, & ſic ex neceſſitate datur, & qui non dedit com pellitur ad dandum, & etiam ad ſupplementum perfectæ dotis. Ex hac neceſſitate igitur ne eccleſia remaneat indotata, vel minus perfecte dotata, ſicut hoc priuilegium, quod poſſit ſuppleri de bonis ſubiectis reſtitutioni, procedit pro ſupplemento dotis mulieris, ita & fortius pro ſupplemento dotis eccleſiæ, cùm
2 ſit fauorabilior dos eccleſiæ, quam mulieris. arg. l. cum perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. & c. ad audientiam. de homicid. Hæc eſt opinio Lambert. dicit tamen Lambert. in loco cit. cit. 21. art. 3. quæſt. princ. in 1. par. 1. lib. quod cum hæres habeat quartam trebellianicam ſuper bonis ſubiectis reſtitutioni, poteſt ex illa quarta fundare, vel dotare eccleſiam, ſed quod plus eſt, cum hæres habeat quartam in fundo reſtituendo fideicommiſſario, ſequitur quod fundus erit communis inter hæredem & fideicommiſſarium, & ſucceſſiue habet locum doctrina Bald. in l. 2. §. fin. & illum text. C. de communi ſeruo manumiſſo. vbi vult,
3 quod ſi dominus partis fundi, mandat ædificari eccleſiam, coguntur alij quam Domini vendere fundum, vt in illo eccleſiæ ædificetur. idem ergo erit in hoc caſu, quod hæres poſſit ædificare eccleſiam in fundo ſubiecto fideicommiſſo, ex quo habet partem dominij illius, & fideicommiſſarius tenebitur eueniente caſu fideicommiſſi recipere pretium, & non fundum fauore eccleſiæ. quod puto ſatis bene dictum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Minor, an poſſit conſtruere, vel dotare Eccleſiam ſine decreto, & mulier, non obſtante ſtatuto de conſenſu propinquorum.*
2 *Minor 25. ann. habetur pro adulto in vltima voluntate.*
3 *Dotis Eccleſiæ maior eſt fauor quã mulieris.*
4 *Mulier non iuuatur Velleiano pro pia cauſa.*
5 *Mulier contrahit ſine conſenſu propinquorum pro pia cauſa, non obſtante ſtatuto.*

QVAESTIO 334.

Minor, an poſſit conſtruere, vel dotare Eccleſiam ſine decreto, & mulier, non obſtante ſtatuto, de conſenſu propinquorum.

1 QVæritur notabiliter, an poſſit minor 25. ann. dotare, vel conſtruere eccleſiam de bonis ſuis abſque decreto non obſtante titulo. ff. de rebus eorum. & tit. de prædijs minorum. Paul. de Cittadinis in tract. de iurepatr. in 3. par. in 7. quæſt. ſecundę cauſæ dicit, forte debere interuenire decre-
2 tum iudicis in minore 25. ann. quemadmodum ſi daret dotem mulieri. l. lex quæ tuto. C. de adminiſtr. tut. vel non ſi minor in vltima voluntate diſponeret de dote danda ſiue mulieri ſiue eccleſiæ, poſſet hoc facere ſine decreto. Bald. in l. fin. C. quando decreto opus non eſt. & in l. 1. ff. de rebus eorum. quia in vltima voluntate adultus cenſetur maior. l. Aurelio. §. Caius. ff. de liberat. legat. In contrarium facit, vt nunquam requiratur decretum per textum in cap. ſi annum. de iudicijs. in 6. vbi minor habetur pro maiore in beneficialibus, & alijs cauſis ſpiritualibus, & in dependentibus ab eis. vt ibi Gl. & DD. fundare autem, vel dotare eccleſiam eſt quid ſpirituale, quia parit ſpirituale, vt eccleſiã, & ſpiritualitati annexa, vt iuſpatronatus. C. de iurepatr. c. quanto. de iudicijs. & ita argumentatur Lambert. de iurepat. in tertio, aut quinto q. princ. 1. par. lib... Præterea minor 25. annorum maior tamen 14. poteſt contrahere matrimonium, & acceſſoriè accipere dotem, & obligare pro dote reſtituenda, omnia eius bona. arg. l. mutus ſurdus. ff. de iure dotium, & eadem ratio eſt in dote danda, quæ in dote reſtituenda. Gl. in auth. res quæ. C. commu-
3 nia. de legat. maior autem eſt ratio piæ cauſæ, & dotis eccleſiæ, quam dotis mulieris, quia dos mulieris venit aliquando reſtituenda dotanti, dos vero data eccleſiæ nunquam reſtituitur dotãti, ex regula quod ſemel Deo dicatum. Præterea inquit Lambertin. minores faciunt eleemoſynam ſine decreto, & cõſtructio, & dotatio eccleſiæ eſt eleemoſyna.
4 Item mulier ſi promiſit dotem mulieri, non poteſt excuſari aliquo beneficio etiam Velleian. l. ſi dotari. col. fin. C. ad Velleianum. Et à pari procedunt reſtitutio mulieris, & minoris, nam illa beneficio Velleiani vtitur, minor vero beneficio minoris ætatis, vt notatur in c. auditis. de integr. reſtit. & ſucceſſiuè ſicut pro pia cauſa mulier non iuuatur Velleiano, ita nec minor minori ætate, nec proinde requiri-
5 tur decretum. Item facit, quod ſtante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, poterit contrahere fauore piæ cauſæ, & procuratorem conſtituere ſine conſenſu propinquorum. iuxta notata per DD. & maxime per Felin. in c. eccleſia S. Mariæ. de conſtitution. col. 19. verſ. quartus caſus eſt, & nos diximus in q. particulari. Ex quibus colligitur, minorem poſſe conſtruere vel dotare eccleſiam ſine decreto iudicis, & mulierem, non obſtante Velleiano, & ſine conſenſu propinquorum, vbi extaret ſtatutum, quæ ſunt menti tenenda.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi mandauit Eccleſiam conſtrui, vel dotari, cum iurepatronatus, de conſenſu ordinarij, non poteſt dictam voluntatem reuocare, & cogitur adimplere in vita.*
5 *Eccleſia fundator tenetur illam dotare.*

QVÆSTIO 335.

Eccleſiæ fauore quandoque voluntas teſtatoris non eſt ambulatoria vſque ad mortem, vt ſi mandauit conſtrui Eccleſiam cum iurepatronatus de conſenſu ordinarij.

1 TEſtator in teſtamento mandauit de conſenſu ordinarij conſtrui Eccleſiam, vel dotari cum iurepatronatus per hæredem, poſtea reconualuit, an poſſit in alio teſtamento reuocare hanc diſpoſitionem. & videtur quod ſic, ex illa regula quod voluntas teſtatoris eſt ambulatiua. l. 4. ff. de adimendis legatis. nec etiam videtur quod poſſit compelli

ad

ad exequutionem. In contrarium facit, quia cum teſtator in abſtracto creat beneficium in eccleſia de conſenſu ordinarij, vel mandat eccleſiam indotatam dotari, propter auctoritatem ordinarij, negocium ſiue beneficium eſt perfectum, & ideo non poterit reuocari, & poterit compelli in vita ad exequutionem, idest ad conſtruendum, & ad dotandum, quemadmodum pater non tenetur dare legitimam filiæ in vita cum viuentis nulla ſit hæreditas. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. tamen tenetur dare dotem filiæ in vita. l. qui liberos. ff. de lit. nuptial. ſic patronus tenetur
2 eccleſiam in eſſe deductam dotare, & idem quando eccleſia non eſt conſtructa, quia iam in abſtracto res eſt perfecta propter auctoritatem ordinarij, ita ſingulariter tradit Lambertin. de iurepatron. art. 8. 5. q. princ. 1. par. 1. lib. n. 45. vbi dicit liga hoc dictum digito, quia ſeruiet tibi ad plura, cum iſti teſtatores de facili viuendo reuocant eorum primam voluntatem. Idem tradit in 10. art. quartæ quæſtionis principalis. 1. par. 1. lib. vbi multa ad hoc propoſitum, ad quem te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Rogatus reſtituere quicquid ex hæreditate ſupererit, tenetur reſeruare quartam partem fideicommiſſario, niſi expendiſſet pro Eccleſia, vel alia pia cauſa.*

QVÆSTIO 336.

Rogatus reſtituere quicquid ſibi de hæreditate ſupererit, non tenetur reſeruare quartam partem fideicommiſſario ſi pro Eccleſia, vel alia pia cauſa expenderit.

1 Singularis eſt deciſio Imperatoris in auth. contra rogatos. C. ad Trebell. quod ſi quis fuerit rogatus reſtituere poſt mortẽ, Titio quicquid ſupererit ex hæreditate, tenetur quartam partem hæreditaris illi reſeruare alias ſi diminueret eã debet ſupplere de ſuo, & fideicommiſſario competit hypotheca pro recuperatione, niſi ex cauſa dotis ſeu propter nuptias donationis, ſeu captiuorum redemptionis, vel ſi non habeat vnde faciat ſibi expenſas, contigerit dictam partem diminuere, tunc ſubſtinetur diminutio. ita habetur in d. auth. quæritur an tale priuilegium competat doti eccleſiæ. Paul. de Citrad. de iurepatr. in 3. par. in 17. q. 2. cauſæ dicit, à fortiori competere doti eccleſiæ, quæ eſt magis priuilegiata. arg. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer. quod ſequitur & comprobat Lambert. de iurepatr. 8. art. 7. quæſt. princ. 1. par. 1. lib. Et id procedit in qualibet pia cauſa, cum ibi fiat mentio de alimentis, dote, & redemptione captiuorum, ergo debet fieri extenſio ad omnem piam cauſam ex identitate rationis. cap. cum dilecta. de confirm. vtili vel inutili.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum à legato pro non ſcripto dependens, fauore alimentorum debetur, licet alias remaneat apud hæredem ſine onere.*
2 *Fideicommiſſum à legato pro non ſcripto dependens, debetur Eccleſiæ, vel alia piæ cauſa.*

QVÆSTIO 337.

Fideicommiſſum à legato pro non ſcripto dependens, Eccleſiæ fauore, vel alterius piæ cauſæ, debetur.

1 Notandum eſt ſingulariter, quod licet alias legatum pro non ſcripto, regulariter remaneat apud hæredem ſubſtitutum, vel coniunctum ſine onere. l. vnica. §. in primo. C. de caduc. tollen. fideicommiſſum tamen à legato pro non ſcripto dependens, fauore alimentorum debetur ab hærede, vel ab eo ad quem remanet. Bart. Alex. & alij in l. alio per illum textum. ff. de alimentis, & cibarijs legaris. idem Bart. in l. fin. ff. de his quæ
2 pro non ſcriptis habentur, & in l. pater filiorum. §. Tuſculanus. ff. de legat. 3. vbi Alex. & Florian. Anchar. in Clem. 2. de relig. domib. Idem etiam eſſe in eccleſia, vel alia pia cauſa dicendum eſt, vt fideicommiſſum dependens à legato pro non ſcripto, debeatur ab hærede, vel ab illo apud quem remanet legatum, ſit ſubſtitutus, vel coniunctus. ita dicunt Bart. Alex. Flor. Anchar. in locis citatis, Paul. de Caſtr. in d. §. in primo. Euerard. in loco ab alimentis ad piam cauſam, quod nota. vbi multas alias ſimilitudines ponit. eſt enim vera ratio, quod ab alimentis ad piam cauſam valet argumentum, quia cauſa alimentorum in ſe eſt pia, & fauorabilis. l. Mela, ibi, pietatis intuitu. cum notatis per gloſſ. Bart. & alij. ff. de alimentis, & cibarijs legatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Res ex qua ſolui debet legatum, ſi fuerit alienata, an extinguatur legatum.*

2 *Res ex qua ſolui debet legatum Eccleſiæ, ſi alienetur nunquam cenſetur extinctum legatum.*

QVAESTIO 338.

Res ex qua ſolui debet legatum Eccleſiæ cenſetur pro legato tacito hypothecata, ita vt ſi fuerit poſtea alienata non cenſetur legatum extinctum.

1 SOlet quæri, an teſtatur alienando rem ex qua voluit ſolui legatum, videatur legatum reuocaſſe, ſeu extinxiſſe. & diſtinguitur quod, aut illa res poſita eſt in diuerſa ratione ab ipſo legato, & tunc alienando non extinguitur legatum. ratio eſt, quia teſtator ponendo rem in diuerſa ratione, cenſetur poſuiſſe vt legatum facilius ſoluatur, non præciſè ex illa re ſoluatur. l.quidam teſtator. ff.de leg.1. l. Paul. Callimacho.§.fi.ff.de leg. 3. aut illa res adijcitur in eadem ratione, & tunc ſi non apparet quod rem aliquam ſubrogauerit loco illius rei alienatæ, extinguitur legatum. ratio eſt, quia cenſetur teſtator ponendo rem in eadem ratione, poſuiſſe vt illud legatum neceſſario ſoluatur ex illa re. l. Lucius. §.ciuilibus.ff.de leg.2. l.ne legatum.§.ſi mihi quod Titius. & l.ſeruus. §. quicunque. ff. de leg. 1. aut poſuit in eadem ratione, & conſtat quod ſubrogauit aliam rem loco alienatæ, & tunc legatum non fit extinctum, ſed manet integrum. caſus eſt in l. pater. §. inter filios.ff.de adimendis legatis. Quæritur modo
2 an prædicta procedant in legatis factis eccleſiæ, vel alteri piæ cauſæ. & dicendum quod etiam ſi teſtator in eadem ratione poſuerit legatum, & rem ex qua voluerit ſolui legatum, nunquam legatum extinguitur per alienationem rei illius. Ratio eſt, quia non cenſetur poſuiſſe vt præciſè extra illa re legatum ſoluatur, ſed ſit pro legato obligata. Gl. eſt in l.Gaij.ff.de annuis legatis. vt in l.Lucius.ff.de adimendis legatis. & in l.fin. ff.de contrahen. empt. quas Gloſ. tanquam ſingulares notat Ludou. Rom. & habuit de facto vt tradit in ſing.430. incip. quæritur an teſtator viuens. ſequitur Euerar. in loco de alimentis ad piam cauſam. quod ſummæ notandum.

SVMMARIVM.

1 *Conditio adiecta legato virgini facto, an reijciatur ſi in defectum ipſius conditionis vocetur Eccleſia, vel alia pia cauſa.*

2 *Conditio adiecta legato virginitatis non reijcitur fauore libertatis.*

QVÆSTIO 339.

Conditio adiecta legato virgini facto, an reijciatur ſi in defectu ipſius conditionis, vocetur Eccleſia vel alia pia cauſa.

1 COncluſio eſt, quod conditio adiecta legato facto virgini, impeditiua matrimonij, tanquam turpis reijcitur. l. quoties. & l.cum tale. §. ſcriptum. ff. de condit. & demonſtr. quæritur modo an reijciatur ſi in eius defectu vocetur eccleſia, vel alia pia cauſa. DD. dicunt quod hoc caſu non reijcitur, ſed vocabitur ad legatum pia cauſa, quia id ſtatutum in libertate. l. Titio vſusfructus. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. quem Bart. trahit ad pia. ſequitur Rom. in auth. ſimiliter. C.ad l.falcid.num.52. Socin. in reg. 210. priuil. 25. Tiraquel. in tract. priuil. piæ cauſæ priuil. 18. Paul. de Caſtr. in d.§.fin. vbi dicit, per hæc formalia verba, ſi legatum eſt factum ſi non nupſerit etiam virgini, & nupſerit, ſi legatum eſt tranſlatum in eccleſiã, vel hoſpitale, ſi cõtingat eam nubere non habebit legatum, ſed hoſpitale. ego vero dubito de hac concluſione propter Ius Canonicum, quod improbat pœnas viduitatis. cap. penult. & fin. de ſecun-
2 dis nuptijs propter dictum Apoſtoli, ſi vult nubat in domino. & hæc cenſetur quodammodo pœna, quam maxime eccleſia, quæ vult libera eſſe matrimonia, recipere non deberet: In legato vero libertatis, vt loquitur ille tex. vel alijs pijs, poſſet forte ſuſtineri DD. concluſio. ſed relinquo cogitandum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in dote, non poteſt paciſcendo facere eius conditionem deteriorem, ſed meliorem.*

2 *Eccleſiam in dotatione, non poteſt facere ſuam conditionem deteriorem.*

3 *Patroni in fundatione Eccleſiæ, non poſſunt facere contractus Eccleſiæ praiudiciales.*

4 *Clerici, ſi propter timorem potentis fundantis*

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiam vel dotantis, imponentis onus exceſſiuum, non auſi ſunt contradicere, poteſt tale onus reijci.

QVAESTIO 340.

Pactum in dotatione Eccleſiæ appoſitum, propter quod conditio Eccleſiæ ſit deterior, non valet.

1 MVlier paciſcendo de dote reſtituenda, non poteſt conditionem ſuam facere deteriorem, licet poſſet facere meliorem, nec ex pacto ſibi poteſt præiudicare. l. de die. & l. Attilia. ff. de pactis dotalib. vbi dicit Bart. eſſe caſum notabilem, & ſe neſcire quid diceret, ſi illa lex non eſſet. Quæritur modo an in dotatione eccleſiæ, pactum per quod eius conditio efficitur deterior, improbetur. Paul. de Cittad. in tract. de iurepatron. in 3. par. in 12. quæſt. ſecundæ cauſæ, inquit, quod quamuis dos mulieris & eccleſiæ æquiparentur ita vt gaudeant eiſdem priuilegijs, tamen hoc priuilegium dotis mulieris non poteſt competere doti eccleſiæ, quia illa non venit reſtituenda. Lambert. vero in eodem tract. in 8. art. 59. q. princ. 1. par. 1. lib. n. 29. dicit eſſe aduertendum, quod ſi hoc priuilegium concerneret beneficium patris, ſeu dotantis, cui dos reſtitui ſtipulata eſſet, & nulli dubium quod non eſſet ſimile doti eccleſiæ quæ reſtituenda non eſt, ſed in quantum hoc priuilegium concurrit fauorem ipſius mulieris, ne conditionem ſuam faceret deteriorem, cum illã deberet facere meliorẽ, poteſt procedere ſimilitudo, quod ſicut mulier non poteſt pa-
2 ciſci de dote ſua, faciendo conditionem ſuam deteriorem, ita nec eccleſia, quæ repræſentatur per Prælatum cum Capitulo, ſi habet Capitulum, vel per Prælatum ſolum ſi non habet Capitulum, vt in tit. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli. Si enim paciſcerentur nomine eccleſiæ, velut repræſentantes illam, & facerent conditionem eccleſiæ in ſua dote deteriorem, ex tali pacto non præiudicarent eccleſiæ, & ſic in hoc caſu tale priuilegium poteſt competere doti eccleſiæ. hæc Lambert. Sed ego do tibi textum notabilem
3 in cap. præterea. il 2. de iurepatr. vbi habetur, quod patroni in fundatione vel dotatione eccleſiarum, contractus præiudiciales eccleſiæ facere non poſſunt. item adeſt alius textus in
4 auth. ſicut alienatio. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi habetur, quod eccleſia poſſeſſiones rerum inutilium, & ſibi præiudicialium recipere non poteſt. & ex hac concluſione infertur, quod ſi in dotatione eccleſiæ, fuerit Rectori vel Capitulo iniunctum onus Miſſarum exceſſiuum, iuxta laudabilem conſuetudinem, ſuſtineri non ſolet. forte propter timorem alicuius potentis, qui dotauit eccleſiam, Clerici non auſi ſunt contradicere, poterit tale onus moderari. & ſic de ſimilibus. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Donato prædio ad finem præſtandi alimenta donatori, ſi non præſtentur datur actio præſcriptis verbis, condictio ob cauſam, & rei vendicatio.*

2 *Legato fundo alicui vt præſtet alimenta eccleſiæ, ſeu miniſtris, ſi non præſtat poteſt eccleſia vendicare fundum.*

QVÆSTIO 341.

Legato fundo alicui vt ex eo præſtet alimenta miniſtris Eccleſiæ, ſi non præſtat, poteſt Eccleſia vendicare fundum.

1 CLara eſt iuris diſpoſitio, quod fauore alimentorum, ſi alicui donetur fundus vt ex eo præſtet alimenta donatori, ſi non præſtat, donatori datur actio præſcriptis verbis vt impleantur promiſſa, datur etiam condictio ob cauſam ad repetendum fundum ob cauſam alimentorum donatum, cauſa non ſequuta, ſed quod magnum eſt, datur rei vendicatio, ita quod poteſt vendicare fundum. l. 1. C. de donat. quæ ſub modo. qui textus eſt ſingularis. Nunc vero quæritur, an idem ſit
2 dicendum, ſi legetur fundus alicui cum onere præſtandi alimenta eccleſiæ. & videtur idem eſſe dicendum, cum validum ſit argumentum ab alimentis ad eccleſiam, & aliam piam cauſam. l. Mela. vbi gl. Bart. & DD. ff. de alimentis, & cibarijs legatis, tradit late Euerard. in loco ab alimentis ad piam cauſam, qui in quæſtione propoſita cenſet idem eſſe dicendum in pia cauſa, cui aliquid loco alimentorum relictum fuerit ex re alteri cum tali onere legata, facta per teſtatorem in piam cauſam ceſſione omnis iuris ſibi quomodolibet competentis. & ita dicit concluſiſſe, ac obtinuiſſe, licet aduerſarius noluiſſet deſiſtere, donec per tres ſententias conformes ſuccubuit.

cubuit,quod eſt notandum. Facit quod legatum pium alimentorum eccleſiæ relictum, reſpicit refrigerium animæ ipſius teſtatoris, & eius neceſſitatem. cap. Pontifices. 12.q.9. & ideo ex maioritate rationis, diſpoſitio dictæ legis primæ multo magis debet procedere in refrigerio animæ quam corporis, cum anima cunctis rebus,& perſonis præferarur. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. ex identitate rationis etiam caſus excepti extenduntur. c. cum dilecta. de confirm. vtili vel inutili. Ex quibus poſſet dici,quod abſque ceſſione poſſet eccleſia vendicare fundum.

SVMMARIVM.

1 *Dotans Eccleſiam, an & quando teneatur de euictione.*

2 *Fundans Eccleſiam, quamuis non exprimat cenſetur tacitè promittere dotem.*

QVÆSTIO 342.

Bona dotantis Eccleſiam ſunt tacitè hypothecata pro euictione, & an Eccleſia exigat pœnam dupli pro euictione.

1 HAbet mulier priuilegium, quod bona dotantis illam,ſunt tacitè hypothecata viro pro euictione, cum illa diſtinctione an dos ſit promiſſa æſtimata puta talis fundus pro mille. vt ſi fundus fuerit euictus ante dationem, poterit agere actione ex empto, quia ſi maritus recepiſſet illum æſtimatum efficeretur debitor pretij & non rei, quaſi res ſit ſibi vendita. l. quoties. ff. de iure. dot. vbi habetur quod ſi duplum conſequutus fuerit, reſultabit in vtilitatem mulieris, quando extraneus dederit, vel promiſerit dotem nam de euictione tenetur ad duplum ſi interuenit ſtipulatio. l. ſi dupla. & l. euicta re. §. duplæ.cum ibi notatis. ff. de euict. Quæritur modo, an idem ſit dicendum in dote eccleſiæ, ſeu dotantem illam. Paul. de Cittadin. in tract. de iurepatron. in 3. par. in 17. quæſt. ſecundæ cauſæ, putat idem eſſe dicendum, cum dos eccleſiæ ſit magis priuilegiata quam dos mulieris, vt pluries fuit dictum. vnde inquit ipſe,quod euinceretur; vel periret res promiſſa nomine dotis eccleſiæ antequam eccleſia ædificaretur, vel antequam cogeretur promiſſor dare dotem, tunc periculo promiſſoris, & hæredum periret, ſicut quando euincitur vel perit res nomine dotis mulieris promiſſa ante matrimonium. l. plerumque. §. ſi ante. ff. de iure dotis. Lambertin. de iurepatronatus. in 8. artic. 5. quæſt. principali. 1. par. primi libri. num. 9. conſiderat, quod ſi bene fundus aſſignarus pro dote eccleſiæ euinceretur, quamuis promiſſor de euictione teneatur, non tamen tenebitur ad duplum ſi interuenit ſtipulatio prout in dote mulieris, quia duplum venit loco pœnæ, & de iure Canonico pœna dupli, tripli, & ſimilis, non habet locum, nec procedit. vt eſt gloſ. ſingularis in cap. finito in verb. cum augmento. in fine. 12. quæſt. 2. vbi vult,in huiuſmodi non habere locum pęnam. quam deciſ. exclamat Abb. in c. ſuam. de pœnis. & Domin. in cap. commiſſa. §. fin. de elect. & eam ornat Felin. in cap. 1. de conſtitut. colum. 11. ita Lambertin. Sed parcat mihi, non videtur bene dicere: quia eccleſia iuxta veriorem opinionem, poteſt exigere pœnas legales. vt probatur in capit. exigit. de cenſibus in 6. & nos diximus in alia quæſtione. Sequitur deinde Paul. quod ſi dos ſit in re inæſtimata, ſicut ſi talis dos euincitur, & promiſſio ſeu pollicitatio præceſſit dationem, datur contra ſocerum pro dote euicta, actio ex ſtipulatu, vel pollicitatione. l. 1. C. de iure dot. eodem modo ſi dos data eccleſiæ conſiſtat in re æſtimata, præcedente promiſſione vel pollicitatione, ea euicta aget Prælatus eccleſiæ contra dotantē actione ex ſtipulatu, vel pollicitatione. ſi autem nulla præceſſit ſtipulatio vel promiſſio dotis mulieris, ſicut tunc non tenetur mulier de euictione, niſi doloſè in dotem dediſſet rem alienam, ita nec dans dotem eccleſiæ tenebitur de euictione, etiam dote data euicta, ſi non præceſſit ſtipulatio vel pollicitatio. Lambert. verò loco citato conſiderat contra Paul. & bene, quod ſi ſumus in dote data eccleſiæ perſundantem & conſtruentem
2 illam, ſemper intelligitur præceſſiſſe ſtipulatio, vel ſaltem pollicitatio, quia alias non habuiſſet licentiam fundandi eccleſiam à Diœceſano. cap. nemo. de conſecr. diſtin. 1. & cap. piæ menti. 16. quæſt. 7. & cap. placuit. 1. quæſt. 2. & per Gloſ. & DD. in dictis locis. & ſi eſſemus in caſu quo tertius dotaret habendo conſenſum Epiſcopi, quia requiritur ad effectum vt ſit patronus. vt in cap. nobis. de iurepatronatus. dicitur procedere ſaltem pollicitatio, quia imperrando aſſenſum pollicetur dotare, & ſic in dote ec-

te eccleſiæ non poterit dari caſus, quod pollicitatio non præceſſit, & proinde ſemper tenebitur de euictione. Multa alia dicunt Paul. & Lambertin. circa hanc materiam euictionis dotis mulieris & eccleſiæ, ad quos te remitto ne illorum dicta tranſcribam: ſatis ſit ſupradicta breuiter tetigiſſe pro huius materiæ ornamento.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia conſtructa ſine conſenſu Epiſcopi, an poſſit dirui per conſtruentem.*

2 *Eccleſia conſtructa ſine conſenſu Epiſcopi, poteſt dirui per Epiſcopum.*

3 *Eccleſia conſtructa in fundo alieno inuito Domino, non poteſt per Dominum propria auctoritate deſtrui.*

4 *Socius ſi mandat fieri Eccleſiam in domo communi per hæredem, poteſt cogi conſocius ad vendendam partem ſuam.*

QVAESTIO 343.

Eccleſia ſi ſit conſtructa ſine conſenſu Epiſcopi, non poteſt dirui per conſtruentem.

1 QVæritur ſi aliquis conſtruxit eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi, an poſſit illa à conſtruente dirui, vel ab Epiſcopo. Paul. de Citadin. in tractatu de iurepatron. in 3. par. colum. 1. verſ. primo quæro. dicit quod Epiſcopus ad placitum talem eccleſiam reuocare poteſt. per textum in cap. cum olim. §. inſuper. de priuil. cap. placuit. 1. quæſt. 2. §. ſi quis autem. il ſecondo. in authent. de eccle. titul. Sed dubium eſt, an ipſemet conſtruens ſine conſenſu Epiſcopi poſ-
2 ſit illam deſtrui facere, maxime contradicente Epiſcopo. & dicendum eſt quod non, ex illa regula, quod ſemel Deo dicatum amplius ad humanos vſus reuerti non debet. cap. ſemel Deo. de reg. iur. in 6. & dicit Domin. in cap. 2. de præbend. in 6. quod poſtquam eccleſia eſt ædificata, non poteſt reuocari donatio ei facta, quia facta eſt Deo. eodem modo in caſu noſtro, ex quo eccleſia ſemel fundata eſt pro cultu diuino, & ſic pro ſeruitio Dei, non poterit per ipſum ædificantem, vel offerentem dirui, & reuocari. Item facit quod
3 ſi eccleſia eſt conſtructa in fundo alieno inuito Domino, non poteſt Dominus fundi illum propria auctoritate deſtruere. Gloſ. in c. cap. Apoſt. 12. quæſt. 2. Facit etiam quod ſi
4 ſocius iuſſerit in domo comm. fieri eccleſiam per hæredem, cogitur ſocius vendere partem ſuam. ſecundum Bald. in l. 2. C. de communi ſeruo manumiſſo. & ita tenet Lambertin. de iurepatron. 17. artic. 2. quæſt. princ. 1. par. 1. lib. Et nota hunc caſum, quia ſolet occurrere, quod aliqui ædificant eccleſias, monaſteria, ſeu domos, animo donandi religioſis, & poſtea decedunt, quia non poſſunt per hæredes occupari, vel diminui.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia inſtituta ſub conditione, vt ſingulis annis celebret anniuerſarium, & ſi defecerit ſuccedat alia Eccleſia, an poſſit reſtitui in integrum.*

2 *Minor reſtituitur aduerſus ſubſtitutum.*

3 *Minor reſtituitur aduerſus negligentiam.*

4 *Modis omnibus, iſta verba intelliguntur ipſo iure.*

5 *Mora non purgatur, quando exequutio ſit à iure.*

6 *Hæres monitus à iudice vt impleat voluntatem defuncti, non poteſt moram purgare.*

7 *Hæres qui non fecit inuentarium, non poteſt moram purgare.*

8 *Mater quæ non fecit dari tutorem filio, non poteſt moram purgare.*

QVÆSTIO 344.

Eccleſia ſi fuerit inſtituta ſub conditione, vt ſingulis annis celebret anniuerſarium pro anima teſtatoris, &, ſi ſemel defecerit, hæreditas tranſeat ad aliam Eccleſiam, an poſſit in integrum reſtitui aduerſus voluntatem teſtatoris non ſeruatam in præiudicium Eccleſiæ ſubſtitutæ.

1 NOtabilis eſt iſta quæſtio, & ſæpe occurrere ſolet. & quod debeat reſtitui in integrum facit, quia eccleſia & pupillus quo ad reſtitutionem in integrum æquiparantur. c. 1. c. auditis. & ibi omnes. de reſtit. in
2 integ. ſed minor reſtituitur aduerſus ſubſtitutum. l. etſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minoribus. & l. quod ſi minor. §. Scæuolam.
3 Item minor reſtituitur aduerſus negligentiam contra mandatum teſtatoris. l. 3. §. ſed ſi hæres. eodem titulo. de minoribus. &

minor reſtituitur contra minorem. l. verum. §. penultimo eodem. & ſucceſſiuè videtur eccleſia reſtituenda aduerſus hanc negligentiam. Item minor reſtituitur aduerſus omiſſam hæreditatem l. 1. & 2. C. ſi vt omiſſ. hæred. & dicta l. etſi ſine. §. reſtitutus. Vincen. de Franch. deciſ. 282. qui dicit idem in eccleſia, & hanc opinionem tenet Ludouic. Rom. per dictum. §. ſed ſi hæres in ſingulari. In contrarium facit, quod teſtator, vel donator poteſt donare, vel legare cum pacto reſolutiuo, quod conditione, vel modo non ſeruato, res redeat ad donantem, vel in alium transferatur. textus eſt ſingularis in cap. verum. de condit. appoſ. & ibi omnes. & cum textus loquatur ſimpliciter, & ibi Doctores, non videtur concedenda reſtitutio, quia non reſolueretur donatio, vel legatum cum effectu. Præterea voluntas teſtatoris pia, non debet violari vel alterari abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ. Clement. quia contingit. de relig. domibus. ergo non poteſt à iudice inferiori per viam reſtitutionis in integrum. quæ enim à teſtatore geruntur pro diſciplina regulari non decet in irritum reuocari, l. quæ à patre. C. de reſtitut. mihi item facit textus in cap. vltima voluntas. 13. quæſt. 1. vbi Summus Pontifex mandat ſer-
4 uari voluntatem defuncti omnibus modis, quæ verba omnibus modis intelliguntur ipſo iure. gloſ. ſingularis. in authen. vt defunct. ſiue funera. §. ſancimus, in verb. omnibus modis. & ibi Angel. Rom. in ſingulari 1. & idem Canones non ſeruantibus pias voluntatis teſtantium, aufert omnem hæreditatem legatum, & commodum ex hæreditate, vel teſtamento. cap. Syluester. 31. quæſt. 1. & ibi gloſ. & in cap. ſi hæredes. vbi etiam Doctores, de teſtamento modo ſuccedit regula: cum itaque voluntas teſtatoris ſit ſeruanda omnibus modis ideſt ipſo iure, & pœna amiſſionis lucri ſit etiam impoſita à l. & à teſtatore, ſequitur alia concluſio, quod vbi ſit
5 exequutio ab ipſo iure, neque admittitur purgatio moræ. Bart. Alexan. in l. ſi inſulam. ff. de verbor. obligat. & ibi Alexan. multa cumulat. & ideo dicebat Angel. in l. etſi poſt tres. ff. ſi quis cautionibus. & in dicta. l. ſi inſulam. quod hæres monitus à iudice, vt impleat voluntatem defuncti, non poterit mo-
6 ram purgare, quia à l. ſit exequutio, & priuatio, vt in authentica hoc amplius. C. de fideicommiſſ. Et idem in hærede qui non
7 fecit inuentarium infra tempora. iuxta l. fin. C. de iur. deliber. & idem in matre. quæ non fecit dare tutorem filio. l. 2. §. confeſtim & ibi Bart. ff. ad Tertullianum. vt latius per Alexan. in loco citato. vbi notabiliter dicit non obſtare textum in cap. potuit. de locato, in quo permittitur emphyteutæ purgatio moræ celeri ſatisfactione contra pœnam caducitatis impoſitam à iure, quia in dicto capit. non imponitur pœna ipſo iure ſimpliciter, ſed locatore volente, ſeu directo domino. Cum itaque in caſu noſtro concurrant & pœna legis ipſo iure contra non adimplentem piam voluntatem defuncti, & pœna hominis transferentis hæreditatem, vel legatum ad aliam eccleſiam, tanquam contra duo vincula, quæ magis ligant. iuxta vulgatam regulam, nullo pacto debeat admittit reſtitutio in integrum, aut purgatio moræ. Inſuper conſiderandum, quod quando non adimplentur legata pia, agitur de grauiſſimo præiudicio teſtatoris, cuius anima forte retinetur in atrociſſimis pœnis Purgatorij, & quicquid ad pias cauſas relinquitur pro refrigerio animæ relinqui cenſetur. cap. Pontifices. 12. quæſt. 3. & hæc eſt cauſa finalis legatorum piorum. capit. animæ defunctorum. & cap. pro obeuntibus. 13. quæſt. 2. Doctores omnes in dicto capit. verum. de condit. appoſ. Et nullo iure reperitur quod aduerſus tam graue præiudicium, quod modico temporis momento inferri poſſet, fiat reſtitutio, vel purgatio moræ. tota enim materia reſtitutionis fundatur in æquitate Prætoris. vt in l. 1. ff. ex quibus cauſis maior. & prætor ſemper vtitur æquitate. l. quod ſi ephesi. ff. de eo quod certo loco. & iſta non eſſet æquitas, ſed magna iniquitas admittere ad reſtitutionem, cum tam graui damno animæ defuncti. Hoc dico propter exemplum aliorum, nam idem poſſent facere, & poſtea impetrare reſtitutionem, & vbi de damno animæ agitur, non eſt de apicibus iuris diſputandum. Archidiacon. in capit. ſcriptum. 3. quæſt. 6. & Canones vtuntur rigore, vbi voluntas pia defuncti non ſeruatur. capit. licet. de voto. in quo fuit priuatus regno filius, qui noluit adimplere votum paternum. & in dicto capit. Syluester. quare ſanctiſſimè Summus Pontifex ſtatuit voluntates pias teſtantium omnino eſſe ſeruandas, nec aliquo pacto mutandas vel alterandas, ſine ipſius auctoritate. Et hanc opinionem cenſeo veriorē, & ſalubriorem defunctis, vt eorum voluntas non impediatur. Ex prædictis patet reſponſio

ad

ad contraria, non omitto quod Bald. in l. pupillorum, C. de repud. hæreditate, tenet quod ſit concedenda eccleſiæ legatariæ reſtitutio, niſi fuerit in dolo, ideſt quia ſciebat, & poterat, & noluit adimplere voluntatem deſuncti. quem ſequitur Ant. conſ. 67. diligenter, & maturè. col. antepenult. verſ. quinto, & penultimo. ſequitur etiam Card. in cap. nos quidem. num. 9. de teſtamentis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ fauore, iudex procedit ex officio in eius cauſis etiam ciuilibus.*

2 *Iudex in cauſis ciuilibus miſerabilium perſonarum, procedit ex officio.*

3 *Iudex non procedit ex officio ſuper periurium ad vtilitatem priuatam, niſi in cauſa Eccleſiæ, & miſerabilium perſonarum.*

QVÆSTIO 345.

An iudex poſſit ex officio, & per inquiſitionem, procedere ſuper iuribus eccleſiæ.

1 REgula eſt, quod iudex non poteſt ex officio inquirere ſine partis inſtantia. l. re ſcripto. §. ſi quis accuſat. ff. de muneribus, & honoribus. quod fallit in multis caſibus poſitis per gloſ. in cap. vnico. vt eccleſiaſtica beneficia. & per Bart. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adult. & per alios. Eſt tamen dubium, an poſſit iudex ex officio procedere ſuper iuribus eccleſiæ. Innoc. in cap. ad noſtram. il penultimo, de iureiurando. dicit quod non, niſi ſit Papa, qui poteſt hoc ex plenitudine poteſtatis. allegat cap. cum olim, de teſtibus. idem Innoc. in cap. quoniam frequenter. §. ſunt & alij. vt lite non conteſt. dicit, quod ratione exceſſus commiſſi in rebus, ſeu iuribus eccleſiæ, poteſt iudex ex inquiſitione procedere. ita quod ſibi ipſi eſt contrarius. nihilominus hoc vltimum dictum eſt verius, quod poſſit procedere ex officio. Facit primo ratio publicæ vtilitatis. l. congruit. ff. de officio præſidis. quo caſu iudex procedit ex officio. vt ibi, ſed publica vtilitas conſiſtit in ſacris. l. 1. §. ius publicum. ff. de iuſt. & iur. Secūdo quia in iuribus Principis temporalis poteſt procedi ex officio. l. ſi vacantia. C. de bonis vacantibus, ergo multo magis in iure Principis æterni. bona enim Eccleſiæ ſunt Dei, & dicuntur patrimonium Crucifixi. cap. cum ex cap. de eccleſiaſt. in 6. Innoc. in cap. cum ſuper. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Ter-
2 tio, quia pro vtilitate miſerabilis perſonæ, poteſt iudex procedere ex officio. l. nec quicquam. §. Aduocatus. ff. de off. Proconſulis, ergo multo magis pro vtilitate ſeruitij Dei. Et hanc opinionem probat Rom. in ſingul. 519. incip. Innoc. dubitat. Alex. conſ. 121. vol. 1. Affl. poſt alios quos allegat, de conſuetudine recti feudi. §. fin. nu. 7. vbi concludit iudicem
3 non poſſe procedere ex officio ſuper periurio ad priuatam vtilitatem, niſi pro eccleſia, & miſerabilibus perſonis, & in omni earum cauſa ciuili, alias deberet procedere intentatis actionibus, iuxta omnes. in c. ad noſtram, il ſecondo, de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit ex mero officio non implorato Eccleſiam læſam in integrum reſtituere.*

2 *Iudex ex ſuo mero officio, Aduocatum & Procuratorem minori dare poteſt.*

2 *Fœmina pro pupillo in iudicio comparere poteſt.*

QVÆSTIO 346.

An iudex poſſit Eccleſiam læſam ex officio in integrum reſtituere.

1 QVæritur ſucceſſorie, & notabiliter, an eccleſia enormiter læſa, poſſit à iudice ex mero officio etiam non implorato, in integrum reſtitui, vel debeat peti reſtitutio ab Eccleſiæ Rectore, vel Procuratore. Rom. in ſingul. 456. incip. quod iudex motu proprio. refert Io. Andr. in cap. cum veniſſent. de inſtit. vbi per illum textum in illis verbis, vel ad petitionem eccleſiæ, vel nos ipſos, tenet, eccleſiam poſſe reſtitui ex iudicis officio; poſtea ſubdit Rom. hoc dictum ſibi non placere, quoniam nullo iure reperitur cautum, immo contrarium. & dicit, textum in d. cap. cum veniſſent loqui ſolum de Papa, & non de alio inferiori. Et pro hac opinione facit quod iudex ſolum imploranti officium ſuum impartiri debet. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. ſed in integrum reſtitutio officio iudicis conceditur. cap. fin. de officio iudicis. ergo peti, & implorari debet. Item facit text. in dicto cap. fin. ibi. nam in integrum reſtitutio principaliter poſtulatur. Item facit, quod habetur

in cap. 1. & 2. & in Clem. 1. de in integr. reſtit. vbi præſupponitur eccleſiam debere petere in integrum reſtitutionem infra quadriennium. item facit tex. in cap. ad noſtram. de rebus eccleſiæ non alien. ibi, vnde humiliter ſupplicarunt, & loquitur quando pro eccleſia petitur reſtitutio in integrum aduerſus contractum. Præterea, eccleſia & minor in materia reſtitutionis æquiparantur. cap. ex auditis. de in integr. reſtit. ſed minor debet docere ſe eſſe circumuentum, & læſum. l. 1. Prætor. §. non ſolum. ff. de minor. c. conſtitutus. de in integr. reſtit. cũ Gl. in verb. conſtiterit, ergo idem videtur dicendũ de eccleſia, vt ipſa reſtitutionem petere, & læſionem probare teneatur, & ſucceſſiuè reſtitutio ex mero iudicis officio non concedatur. c. coram. de in integr. reſtit. Contrariam opinionem cenſeo veriorem, quam Io. Andr. in d. c. cum veniſſem probat. Bero. q. famil. 40. incip. vtrũ eccleſia. ea ratione, quod iudex ex ſuo mero iudicis officio, non implorato poteſt ad vtilitatem publicam procedere, & inquirere. Bar. & alij in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. Vnde in criminal. in quibus vtilitas publicè verſatur, iudex procedit ex officio. c. qualiter. & quando il ſecondo. de accuſat. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. inquiſitionem, ſed eccleſiã reſtituere in integr. ob enormem læſionem, & ſuper illa probationes recipere concernit publicam vtilitatem, cum ius publicum in ſacris, & Sacerdotibus conſiſtat. l. 1. §. ius publicum. ff. de iuſt. & iur. & eccleſia, & reſpublica quo ad vtilitatem publicam æquiparantur, vt etiam apertè probatur in l. fin. C. de ſacroſan. eccl. ergo. Præterea, ob fauorem minoris &
2 pupilli iudex poteſt ex ſuo mero officio dare Aduocatum, & Procuratorẽ, in caſu quo Procuratorem, & Aduocatũ reperire minor non poſſit, vt quia illius patrocinium ſuſciſpere denegarent. l. ne quicquã. §. Aduocatus. ff. de officio proconſulis. ergo etiam videtur minori poſſe concedere reſtitutionem in integr. quod
3 tradit ipſe Rom. imò fœmina pro pupillo in iudicio comparere poteſt. l. 3. C. de neg. geſt. ſecundum Bar. contra regulam iuris. l. fœminæ. ff. de reg. iur. Quod ſi iſta procedunt in minore & pupillo, idem erit in eccleſia dicẽdum cum æquiparatur. Vltimò facit, quod iudex poteſt ad vtilitatem piæ cauſæ, procedere ex officio ſuo nobili. Bart. in §. hoc autem. & diximus vnà cum Rom. in q. præcedenti. & non eſt dubium eccleſiam dici etiam piam cauſam. iux. not. in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. Et ex his patet reſponſio ad contraria iura in quibus petitur reſtitutio, cum non probant quin iudex ex officio non poſſit illam concedere. & ex prædictis infertur, quod id quod dicitur de Papa in d. cap. cum veniſſent, procedit etiam in alijs inferioribus. iux. Bero. loco citato. qui hanc opinionem cenſet veriorem.

SVMMARIVM.

1 *Bona ingredientium religionem incapacem, debentur conſanguineis iuxta veriorem.*

2 *Bona ingredientium religionem incapacem, non debentur venientibus ab inteſtato, quando fuerunt ei relicta ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, & fuit ſubſtituta pia cauſa.*

QVAESTIO 347.

Bona ingredientium religionem incapacem etiam in communi, cui acquiratur, Eccleſiæ vel conſanguineis.

1 Quæritur cui applicentur bona ingredientis religionem non capacem acquiſitionis bonorum, vt ſunt Minores. Clem. exiui. de verb. ſignif. & magna eſt altercatio inter DD. vt eſt videre apud Inn. Io. Andr. & alios in c. in præſentia. de probat. Spec. de ſtat. monac. §. 1. verſ. 3. Bart. in tract. minor. in vlt. q. 4. lib. Bald. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. Federic. de Sen. conſ. 26. Rom. in ſingulari 454. heri conſuli refert opiniones. Prima opinio eſt, quod applicentur Eccleſiæ Rom. ſed ab ea recedit ex notatis per Ioan. Andr. in cap. fin. de pactis. Nouell. in extrauag. ad conditorem, quam refert, ibi decidit contrariũ. Alia opinio eſt, & communis, quod bona deueniant ad ſuccedentes ab inteſtat. per tex. in authen. bona damnatorum. C. de bon. proſcr. quam tenent Abb. Felin. & Dec. & alij in d. cap. in præſentia. de probat. Ipſe vero Rom. ſequendo hanc ſecundam opinionem, & communem, ponit notabilem limitationem, vt ſit vera opinio niſi bona fuerint relicta ingredienti religionem
2 ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis reſtituenda. tunc enim, inquit ipſe, debent erogari ad pias cauſas, vt dicit eſſe caſum ſingularem in authentica. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. ſed hoc præſenti, in fine, dicens, tu millies vidiſti ſed hoc non

no-

Digitized by Google

notaſti, & dicit hoc didiciſſe ab Angelo in ſua diſputatione quæ incipit, nobilis quidam genere, & quod eſt dictum aureum, & menti tenendum. Sed certè eius dictum nullo modo probatur in d. §. ſed & hoc præſenti. ſed tãtum quando ex diſpoſitione teſtatoris eſt ſubſtituta pia cauſa in caſu deficientiæ liberorum, tunc enim littera clarè loquitur. & communis eſt concluſio DD. quod etiam ſi monaſterium eſſet capax bonorum in communi, non excluderet eccleſiam, vel aliam piam cauſam ſubſtitutam. ex Gl. Abb. Dec. & communi in dict. cap. in præſentia, & credo idem intellexiſſe Rom. ſed ex errore Typographi, non fuiſſe bene expreſſum in eius ſingulari. idque ampliatur quamuis pia cauſa ſubſtituta, non eſſet æque pia cauſa ſicut monaſterium. Ant. Abb. Dec. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi poſſunt præſcribere iura Chriſtianorũ.*
2 *Iudæi non poßunt præſcribere res Eccleſiæ.*

QVAESTIO 348.

Iudæi res Eccleſiæ nullò tempore præſcribunt, quamuis rem priuati præſcribere non prohibeantur.

1 NOn eſt omittendum, quod beneficium præſcriptionis, ita eſt conceſſum Iudæis ſicut Chriſtianis, circumſcripto ſtatuto. vnde poſſunt habere propriũ ſicut Chriſtiani licet non poſſint habere officia, neque dignitates. l. fin. C. de Iudæis. viuunt iure Romanorum, & ideo poſſunt præſcribere rem alterius Chriſtiani. ita Gloſ. & Imol. in l. ſi fur. in §. 1. ff. de vſucap. Vnum tamen eſt menti tenen-
2 dum, quod res eccleſiæ præſcribere non poſſunt. ita Gl. notabilis. per illum tex. in c. porro. 16. quæſt. 3. vbi dicit eſſe eccleſiæ priuilegium, vt nullo tempore res eccleſiæ præſcribant. ſequitur Rom. in ſing. 803. quod eſt notandum. Sed ſecus hodie de iure Pontificio in Iudæis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Eccleſiæ effectæ alienabilis, facta per metum, eſt ipſo iure nulla.*
2 *Promiſſio traditio iuramenti de rebus Eccleſiæ metu facta, ſunt nulla ipſo iure.*

QVAESTIO 349.

Res Eccleſiæ effecta alienabilis, poteſt alienari, ſi alienetur per metum, alienatio eſt ipſo iure nulla, licet alij contractus metu facti veniant annullandi.

1 QVæritur, an alienatio rei eccleſiæ, quæ eſt effecta alienabilis, vt quia ſemel cũ ſolemnitate eſt alienata, vel bis ſine ſolemnitate intra ſpatium quadraginta annorum, vt diximus in alia quæſt. ſi alienatio fiat per metum, an ſit ipſo iure nulla, vel veniat annullanda. Et videtur quod non ſit ipſo iure nulla, ex regula quod metu geſta, ſunt valida, ſed ſubuenitur metum paſsis ex edicto. ff. de his quæ vi metusve cauſa. l. metũ. §. ſed quod Prætor. c. Abb. & ibi Gloſ. extra eodem. Nihilominus ſpeciale eſt in rebus eccleſiæ, vt alienatio metu facta, ſit nulla. tex. eſt notabilis in Clem. frequens in verb. Abbates. de exceſſibus Prælatorum, quam pro ſingulari notat Ludou. Rom. in ſing. 752. alienatio rei eccleſiæ, idem tradit Gl. in d. c. Abbates. ibi item in rebus eccleſiæ, quod non tenet tradi-
2 tio, vel promiſſio, vel iuramentum factum per metum de rebus eccleſiæ. ex c. 7. 16. q. 6. & c. peruenit. de iureiurando. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus erectum à Barone, an in dubio pertineat ad feudum, vel ad eius familiam.*
2 *Vaſſallus præſumitur acquirere ex induſtria ſua, non ex bonis feudalibus, licet ſecus ſit in Prælato, & Vxore.*

QVAESTIO 350.

Baro ſi erigit iuſpatronatus in Caſtro, an præſumatur illud acquirere vti perſona priuata, cuius linea poteſt de facili extingui in fauorem Eccleſiæ veluti Baro, ita quod iuſpatronatus tranſeat cum Caſtro.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, & quotidiana. ſolent enim Barones ædificare Eccleſias, & Capellas, præcipuè in Cathedralibus cum iurepatronat. Poſtea venditur Caſtrũ, nouus Baro prætẽdit iuſpatronatus venire cũ Caſtro & ad ipſum tanquã Baronẽ peruenire ius præſentãdi; Baro antiquus dicit ædificaſſe vti perſona priuata, ac de Burgenſaticis cõſtruxiſſe eccleſiã, & iuſpatron. debere remanere apud eius familiam. & quia intereſt eccleſiæ, quod

præſumatur ędificaſſe vti perſona priuata, cuius linea poteſt facilius extingui, & effici eccleſia libera, quod nō ita de facili accidit in caſtro. Propterea hanc quæſt. ſubnectere decreui & videtur dicendū, quod ædificauerat tanquam Baro, exemplo Clerici beneficiati, qui quicquid acquirit, de fructibus eccleſiæ cenſetur acquirere, & ipſi eccleſiæ acquirit. c. 1. 2. & fin. de pecul. clericorum. Præterea ſolet dici, quod quicquid eſt intra fines feudi, præſumitur de feudo, & ad feudum pertinet, vt tradit Andr. noſter de iſern. in cap. 1. de controuerſ. inter maſculum, & fœminam. In contrarium eſt veritas, quia ſecundum eundem Andr. in dict. cap. 1. in fin. & in diſcurſu, licet Prælatus in dubio præſumatur acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ. in locis citatis & in authen. licentia. C. de Epiſc. & Cler. & idem in vxore, vt præſumatur acquiſiuiſſe de bonis viri. l. quintus. ff. de donat. inter virum & vxorem. & tradit Alex. conſ. 4. vol. 3. & conſ. 23. vol. 4. ta-
5 men vaſſallus non præſumitur acquiſiuiſſe de rebus feudalibus, ſed ex ſua induſtria. & And. ſequitur Affl. vbi dicit eſſe menti tenendum propter magnam eius auctoritatem, licet nihil alleget, ſed ipſe adducit tex. in l. ſi defunctus. & ibi Bald. C. arbitr. tutel. Sed ratio Andreæ videtur colligi ex eius dictis, quod inter dominum & feudum non eſt tanta coniunctio, quemadmodū inter Prælatum & eccleſiam, & vxorem, & virum. & propterea videtur, quod iuſpatronatus cenſetur erectum tanquam à perſona priuata, non tanquam à domino feudi, vt pertineat ad feudum, niſi expreſſe Baro dicat, vel aliquæ coniecturæ in contrarium vigeant. nempe ſi capella reperiatur ædificata intra palatium Baronis, aut ex alijs coniecturis. Non obſtat, quod quicquid eſt intra fines feudi pertineat ad feudum, quia iſta regula non eſt ſimpliciter vera, vt per Afflict. late deciſ. 267. & præcipue non procedit in ſpiritualibus, nec in perſonis ſpiritualibus. non enim ſequitur, eccleſiæ ſunt in feudo; ergo pertinent ad feudum. vt per Andr. in c. 1. qualiter vaſſallus iurare debeat fidel. & per Affl. loco cit. Præterea fructus feudi non ſunt de feudo. vt per prædictos.

S V M M A R I V M.

1 *Priuari poſſeſſione ſua, ſine citatione nemo debet, etiam iniuſtus poſſeſſor.*

2 *Eccleſiam iniuſte, & notorie poſſidens, poteſt ab Epiſcopo de facto priuari abſque citatione, ſicut de facto ſe ingeſſit.*

QVÆSTIO 351.

Eccleſiam iniuſte ac notorie poſſidens, poteſt ab Epiſcopo ſpoliari de facto abſque citatione.

1 REgula eſt, quod nemo priuandus eſt poſſeſſione ſua, etiam ſi ſit prædo, niſi primo citetur, & interueniat cauſæ cognitio. l. fin. C. ſi per vim, vel alio ind. cap. licet Epiſcopus. de præbend. in 6. & ibi gl. Bald. in l. 2. C. vbi in rem actio. Rom. in l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ. eſt communis concluſio, ita quod ſi vaſſallus non petit inueſtituram tempore debito, non priuatur feudo ſine citatione. Card. conſ. 76. incipit Domin. Abb. & conſ. 77. Reuerēde Pater, inquit, quod ſi iudex expulit poſſeſſorem, eo non citato, cum eſſet intruſus, debet reuocare traditionem poſſeſſionis. & dicit Bald. in l. ſi maritus. la 2. C. de donation. inter vir. & vxor. quod licet Clericus ſit priuatus ipſo iure, non debet tamen expelli ſine cauſæ cognitione & citatione. & multa adduci poſſunt, & ſignanter quæ congerit Felin. in cap. fin. de præſumpt. in c. cum olim. de re iudicata. & in cap. 2. de ſimonia. Nihilominus ſi quis notorie tenet eccleſiam iniuſte, non eſt neceſſarium quod Epiſcopus eum vocet in iudicium, ſed debet eum ſpoliare de facto, ſicut de facto ſe ingeſſit. hæc eſt aurea doctrina Abb. in cap. quare clerici. vlt. not. de iurepatr. vbi ſubdit, quod ea quæ fiunt per partes de facto extra iudicium, poſſunt per iudicem de facto extra iudicium reuocari. per illum textum. quod dictum ſequitur, & extollit Felin. in cap. qualiter & quando. il 1. de accuſat. colum. 10. per quod dixit poſſe limitari textum. & gl. in d. c. licet Epiſcopis. de præbend. in 6. & alia iura volentia, quod etiam iniuſtus poſſeſſor non
2 ſit priuandus poſſeſſione ſua, non præcedente citatione, & iuris ordine. quia illa iura procedunt dummodo non ſit notoria intruſio, ſeu notorie iniuſta poſſeſſio. puta ſi quis propria auctoritate omni colore ceſſante, ſe ingeſſit. ſequitur & dicit eſſe perpetuum menti tenendum Marſil. ſing. 195. nemo priuandus.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæi ſi ex priuilegio non reſtituunt rem pignoratam pro mutuo, niſi reſtituta pecunia cum vſuris, id intelligi debet, dummodo ignorent rem pignoratā eſſe alienā, ſecus ſi ſciāt.*

Eccleſia

2 *Eccleſiæ rem pignoratam Iudæis pro mutuo tenentur reſtituere Iudæi, etiam ſi habeant priuilegia quod non reſtituant pignus rei alienæ, niſi ſoluta pecunia cum vſuris.*

QVAESTIO 352.

Iudæi mutuantes pecuniam ſub pignore rei alienæ, qui ex ſtatuto non tenetur reſtituere rem, niſi reſtituta pecunia, tenentur tamen reſtituere, ſi res erat Eccleſiæ.

1 SOlent adeſſe ſtatuta in aliquibus locis, quod Iudæi poſſunt mutuo dare pecuniam ſub pignore, etiam rei alienæ furto ſubtractæ, nec tenentur illam reſtituere vero domino, niſi ſoluatur pecunia vna cum vſuris. hæc autem ſtatuta, ſeu priuilegia debent intelligi, dummodo Iudæi ignorent rem illam eſſe alienam, quia ſi ſcirent, tenentur illam reſtituere vero domino ſine pecunia per eos exburſata, & ſine vſuris. l. ſeruus cuiuſdam. ff. de condit. indebiti. vbi Bald. Io. de Anania in conſ. 70. incip. viſis & ponderatis. Aret. in tract. maleficiorum. in verb. & veſtem cœleſtem. col. 5. verſ. quid ſi quis eruit ſcienter. Declaratur ſecundo, quod tale ſtatutum, ſiue priuilegium Iudæorum non procedit, quando
2 bona furto ſubtracta eſſent eccleſiæ. quia non eſt ſuppoſita iuriſdictioni ſtatuentium, vel concedentium tale priuilegium. ita ſingulariter dicit Abb. in capit. quod Clericis. de foro compet. col. 9. Barbat. in conſ. 74. incip. viſo puncto. ſequitur, & pro ſingulari notat Hippolytus de Marſil. ſing. 23. volo tibi dare auream, & ſingularem doctrinam.

SVMMARIVM.

1 *Redimens rem Eccleſiæ de manu hoſtium, & latronum, non poteſt plus accipere, quam expendit.*

2 *Redimens captiuum de manu hoſtium, non poteſt taliam imponere, & plus recipere quam expendit.*

QVAESTIO 353.

Redimens rem Eccleſiæ de manu hoſtium, vel latronum, non poteſt taliam imponere, nec plus accipere quam quod expendit.

1 NOn eſt omittendum, quod ſi aliquis rem eccleſiæ à latronibus captam redemerit, non poteſt maiorem taliam imponere, quam illud et pretium, quod ipſe redimens exburſauit realiter. ratio eſt, quia id reperitur in cauſa pia. ergo idem in eccleſia, quæ dicitur cauſa pijſſima. vt per Bar. & alios in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. ita tradit gl. notabilis. de qua exclamat Bald. in l. 1. C. de Epiſcopali audientia. per textum in c. fin. C. de captiu. & poſtlim. reuer. nempe, quod redimens aliquem captiuum ab hoſtibus, non poteſt poſtea maiorem taliam imponere, quam illudmet pretium, quod exburſauerat. Sequitur & pro ſingulari notat Franc. Cremenſ. in ſing. 166. redimens aliquem captiuum, Facit quod eccleſia continet ius publicum, quod conſi-
2 ſtit in ſacris Sacerdotibus. c. ius autem. diſt. 1. & quilibet tenetur eam fouere, & defendere. l. minime. ff. de relig. & ſumpt. funer. & videns Clericum percuti, ſi non defendit, cum poteſt, incidit in excommunicationem. c. quantæ. de ſententia excommun. quia in ſacris & ſacerdotibus conſiſtit ius publicum, & multa alia adduci poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei Eccleſiæ per nouennium facta eodem die tribus perſonis, cuilibet per triennium, eſt nulla.*

2 *Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum facta eodem die pluribus perſonis, debet inſinuari, licet quilibet donatarius non perceperit quingentum aureos.*

QVAESTIO 354.

Res Eccleſiæ ſi locetur eodem die tribus perſonis cuilibet per triennium, an contractus ſit nullus, & contrahentes incidant in pœnam extrauag. ambitioſæ. de rebus Eccleſiæ.

1 QVæſtio eſt notabilis, locatio rerum eccleſiæ non poteſt fieri vltra triennium, alias eſt nulla, & contrahentes incidunt in pœnam extrauag. ambitioſæ. de rebus eccleſiæ non alienand. pone quod rector eccleſiæ eodem die locet tribus perſonis, cuilibet per triennium, ita quod poſt finitū tempus locationis factæ vni, habeat locum conductio alterius, & ſucceſſiue, & videtur locationem eſſe validam. ex regula l. ſcire debemus.

mus. ff. de verb. obligat. quod non vnica, ſed tot cenſeantur locationes, quot ſunt perſonę. In contrarium facit, quod ſola perſona locantis debeat eſſe in conſideratione. ratio vnitatis temporis, ne per indirectum concedatur quod directo prohibetur. arg. cap. cum quid vna via. de regul. iuris. in 6. qua ratione dicit ſingulariter Io. Andr. ad Specul. de donat. §. in edi. quæ incipit. plus dicit. Simon. Vincent.
2 quod donatio facta in eodẽ inſtrumento pluribus perſonis, excedens quingentos ſolidos quo caſu intelligitur niſi iunctim. l. reos. §. cum ita. ff. de duobus reis, & videntur ne tot donationes quot perſonæ. d. l. ſcire debemus, tamẽ requiritur inſinuatio propter vnitatem temporis, ſolum conſiderata perſona donantis, ne per indirectum concedatur, quod directo prohibetur. idem tenet Ludou. Rom. in ſing. 713. pone, facta eſt donatio duobus. vbi quod debet conſiderari donatio in concreto, non in abſtracto, in perſonis donatariorum. idem etiam tradit Franc. Crem. in ſingul. 131 facta eſt donatio.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia ſi potuit concordari, & tranſigere pro minori ſumma & noluit, ſi poſtea condemnetur ad maiorem ſummam, adhuc tranſactio ſortietur effectum.*

2 *Minor litigans ſi potuit concordari cum aduerſario pro minori quantitate, & recuſauit, ſi deinde condemnetur ad maiorem ſummam, tranſactio habebitur pro perfecta.*

QVAESTIO 355.

Eccleſia an reſtituatur aduerſus ſententiam, in qua fuit condemnata ad certam quantitatem, ſi poterat concordare, & tranſigere pro minori quantitate, & recuſauit.

1 QVæritur, ſi eccleſia, à qua prætendebantur mille, poterat concordare cum aduerſario, vel tranſigere pro quingentum, deinde noluit ſtare tranſactioni, & per ſententiam fuit condemnata ad mille, an ſit reſtituenda, & tranſactio debeat ſortiri effectum, maxime ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Doctores ponunt quæſtionem in minore, qui poterat concordare cum aduerſario, puta in ducatis mille, deinde minor noluit concordiam, ſed eam recuſauit, poſtea

1 fuit condemnatus in duobus millibus, an ſibi noceat talis ſententia, etiam ſi tranſiuit in rem iudicatam: & concludunt, quod ſententia non nocebit, imo habebitur pro tranſacta, quia ex conſequenti ſententia condemnato-
2 ria apparet de euidenti læſione, & proinde reſtituetur minor in integrum aduerſus concordiam omiſſam. ita tradit gloſſ. ſingul. & ibi Bald. Bart. & Alber. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minoribus. idem tenet Bald. in l. 2. C. de reſcind. vend. col. 2. quos refert & ſequitur Franc. Crem. ſing. 28. obtinui ſemel. ergo idem dicendum eſt in eccleſia, cum minor & eccleſia æquiparentur quo ad reſtitu- 1
tionem in integrum. c. 1. c. auditis. de in integr. reſtit. & idem in ſpecie tam in minori, quam in eccleſia tradit Ludou. Rom. in ſing.
1 398. volo tibi dare cautelam, vbi quod minor & eccleſia ad euacundam ſententiam faciunt præcedere tractatum tranſactionis lite pendente, quia hoc probato, quod per partem aduerſam non ſtetit quin fieret tranſactio, ſententia deinde lata, habebitur tranſactio pro perfecta, & ſententia irritabitur ex d. §. nunc videndum. ſequitur etiam Cæpoll. in cautel. incip. quando aliquis litigat, vel litigare vult cum minore.

S V M M A R I V M.

1 *Iuſtus titulus non excuſat poſſeſſorem rei Eccleſiæ à reſtitutione fructuum, qui percipi potuerunt.*

2 *Minor recuperat fructus, qui percipi potuerunt à poſſeſſore etiam cum titulo.*

QVAESTIO 356.

Iuſtus titulus non excuſat poſſeſſorem rei Eccleſiæ à reſtitutione fructuum, qui percipi potuerunt.

1 QVæritur, an poſſeſſor rei eccleſiæ cum titulo, excuſetur à reſtitutione fructuũ
1 qui percipi potuerunt, & non ſunt percepti. regula eſt, quod iuſtus titulus excuſat à fructibus qui percipi potuerunt. l. ſi fundum. C. de rei vendic. ergo idem in eccleſia, quæ non reperitur in hoc priuilegiata, & ſucceſſiue debet attendi ius commune, l. in fraudem. vbi Bald. ff. de teſtam. milit. Contrarium eſt dicendum, quia dicta regula fallit in re minoris, vt poſſeſſor cum titulo non ex-
2 cuſetur à fructibus percipiendis. Gloſſ. & tex. in

in l.pater.§.prædium.ff.de minorib.tradit Ludou.Rom.in ſing.528.tu habes textum.idem ergo dicendum erit in eccleſia, cum de minore ad eccleſiam validum ſit argumentum, cap.1.cap.auditis. de reſtit.in integr. Fuerant hæc in loco de minore ad eccleſiam.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus percepti poſt reſtitutionem verbalem fideicommiſſi, debent reſtitui fideicommiſſario.*

2 *Eccleſia debent reſtitui omnes fructus cum re ex fideicommiſſo debita, etiam ante reſtitutionem verbalem.*

Q V Æ S T I O 357.

Eccleſiæ reſtituuntur omnes fructus cum re ex fideicommiſſo debita poſt conditionis euentum, etiam ante verbalem reſtitutionem.

1 CONcludunt DD. fructus perceptos ab hærede poſt aditam hæreditatem, & conditionis euentum, eſſe reſtituendos fideicommiſſario, quando eſt facta ſaltem verbalis reſtitutio, vel quando fideicommiſſarius ob propriam abſentiam non petijt hæreditatem reſtitui. Ripa qui teſtatur de communi in l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebell. In eccleſia autem hoc eſt ſpeciale, quod etiam ante verbalem reſtitutionem ſunt reſtituendi ei fructus percepti poſt aditam hæreditatem, & conditionis euentum, quia dominium ipſo iure tranſit in eccleſia. l.fin.C.de ſacroſ.eccleſ.
2 quo caſu fit reſtitutio fructuum etiam ante realem, vel verbalem reſtitutionem, quando dominium ipſo iure in fideicommiſſarium tranſit. iuxta Bart.Ripam, & alios in d. l.in fideicommiſſario. & ita in ſpecie in eccleſia reſpondit Capra conſ.33. quem refert, & ſequitur Menoch. de arbitrar. iudic. lib.2. caſu 256.num.28.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſco petenti tributa, non poteſt obijci compenſatio.*

2 *Eccleſia petenti decimas, non poteſt obijci compenſatio.*

Q V Æ S T I O 358.

Eccleſiæ decimas petenti, non poteſt obijci compenſatio.

1 NOn eſt ſilentio inuoluendum, quod quemadmodum fiſco petenti tributa non poteſt obijci compenſatio.l.3.C.de compenſat.l.aufertur.§.compenſationem.ff.de iure fiſci. multo magis nec in decimis, quæ Deo debentur, debet admitti compenſatio.ita ſingulariter tradit gl. notab. in cap. decimæ.15. q.1.& pro ſingulari affert Ludou.Rom. ſing. 545. an Sacerdoti petenti decimas.quod nota, faciunt notata in alia quæſtione, & fiſcus
2 & eccleſia æquiparantur quo ad priuilegia. l.fin.C.de ſacroſ.eccleſ.vbi DD.

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptio quadragenaria, vel centenaria contra Eccleſiam, an probetur ſi appareat de poſſeſſione principij præſcriptionis, & extremi temporis, non probata poſſeſſione medij temporis.*

2 *Præſumptiones iuris, ſunt probationes, niſi requiratur probatio ex aliquibus verbis prægnantibus.*

Q V Æ S T I O 359.

Quadragenaria præſcriptio ſola currit contra Eccleſiam inferiorem, & an probetur ſi probentur extrema temporis, nempe poſſeſſio in principio præſcriptionis & in fine, ita quod in medio præſumatur poſſeſsio continuata.

1 VVlgatum eſt eccleſiæ priuilegium circa præſcriptionem, vt contra Romanam Eccleſiam non currat præſcriptio, niſi centenaria, & contra eccleſias inferiores quadragenaria. auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl.cap.illud. cum alijs.de præſcript.quæ regula recipit ſuas ampliationes, & limitationes, quas congerunt DD. præcipue Felin. in d.cap.illud.ad quem te remitto. Eſt tamen dubium conſideratione dignum, an ſit probata præſcriptio quadragenaria, ſi probetur poſſeſsio priorum annorum, ſeu principij præſcriptionis, & vltimorum annorum, ſeu finis & præſentis temporis poſſeſſionis.gloſ.in cap. volumus.16. q.4. dicit ſufficere probare de poſſeſſione duorum priorum annorũ, & duorum vltimorum, & quod aliquando in medio poſſederit, quia tunc præſumitur continuatio mediorum temporum. idem tenet Bart.in

l.Cel-

probatum nemini eſt audiendus. fallit in Eccleſiâ.

1 SCIENDVM, quod quando laudum eſt homologatũ, ſeu approbatum, iſta approbatio operatur, quod nemo poteſt venire contra ipſum laudum, cum nullus ſit audiendus contra illud quod affirmauit. l. generaliter. C. de non numerata pecunia. l. ſicut. C. de actionib. & obligat. Eſt tamen menti tenendum, quod ſi Eccleſia ſentit ſe ex laudo enormiter læſam, poteſt in integrum reſtitui aduerſus laudum, etiam ſi fuerit homologatum, etiam elapſo quadriennio, etiam ſi prædeceſſor Prælati iuraſſet in compromiſſo non contrauenire laudo. ita ſingulariter tradit Rimin. in conſ. 369. incip. circa primum. ſequitur Felin. in cap. placuit.
2 col. 6. de præſcript. & pro ſingulari ponit Hippolytus de Marſil. in ſing. 161. incip. homologatio. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an ſuccedat expoſitis.*
2 *Tutor an ſuccedat pupillo decedenti ſine conſanguineis.*
3 *Nutritores an ſuccedant illis, quos eorum vxores lactauerunt.*
4 *Collegium ſuccedit collegato decedenti ab inteſtato ſine conſanguineis.*
5 *Leproſi faciunt collegium licitum.*
6 *Pauperes faciunt collegium licitum.*

QVÆSTIO 362.

Eccleſia, vel hoſpitale, an ſuccedat expoſitis.

1 SIngularis eſt iſta quæſtio, an eccleſia, ſiue hoſpitale ſuccedat expoſitis decedentibus ab inteſtato abſque filijs. affirmatiuam partem tenent Bald. in l. ſi qua illuſtris. C. ad orficianum, quod hoſpitale ſuccedat expoſi-
2 tis. ea ratione quod pupillo ab inteſtato morienti, etiam maiori effecto, deficiẽtibus agnatis & cognatis, ſuccedit tutor, excluſo fiſco. ex gl. in reg. quo tutela. ff. de reg. iuris. Eandem opinionem tenet Guliel. de Bened. in c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. nu. 818. alia ratione quam hoſpitalitatis, ſed iure collegialis ſocietatis. nam alicui de collegio decedenti ſine agnatis, & cognatis, ac filijs, ab inteſtato ſuccedit collegiũ. l. 1. & 2. C. de hæredit. decur. Contrariam opinionem videtur probare text. in l. nutritoribus. C. communia de ſucceſſionibus. vbi
3 nutritores, quorum vxores pecunia lactant pueros, non ſuccedunt illis, ſi poſtea decedant ſine conſanguineis, ſed bona deueniant ad fiſcum, & ibi Paul. de Caſtr. hoc tenet nu. 3. dicens, nota quod iſta hoſpitalia, quæ tales recipiunt, non propterea eis ſuccedunt, ſi maiores effecti decedant cum bonis, ſed potius deueniunt in fiſcum. idem tenent Petr. de Ancharan. & Card. in cap. 1. de infantibus expoſitis. dum tex. dicit ſuſcipientes expoſitos in eorum perſonis nullum ius ſibi vindicare. Præterea auctoritas Baldi videtur ſine ratione. nam illa ratio, quod tutor ſuccedat pupillo reprobatur à Bar. in d. l. nutritoribus. & in d. regula quo tutela. & opinionem Bart. eſſe communem, dicit Cagnol. ibi. Item ratio Guliel. de Bened. quod ſuccedat iure Collegij non videtur ſubſiſtere ſecundum Præſidem de Franch. deciſ. 198. vbi examinat punctum, licet non afferat deciſionem Conſilij. dicit enim hoc nomen Collegij in expoſitos cadere non poſſe, quia videmus in dies ipſos effectos maiores ab hoſpitalibus recedere, & quo volunt accedere, & artes eis melius viſas addiſcere, nec vnquam inter ſe congregantur, pro vt eſt de natura Collegiorum. dicit tamen aliquâ hoſpitalia reperiri in hac quaſi poſſeſſione ſuccedendi. Pro reſolutione huius quæſtionis animaduertendum, quod Paul. de Caſtr. in dict. l. nutritoribus. tenet quod ſi pupillus moriatur durante tutela ſuccedat tutor, alias ſecus, non obſtante dicta l. nutritoribus, quia loquitur in nudo nutritore, & qui recipit mercedem de nutrito. ſed gl. in d. reg. loquitur in tutore qui adminiſtrat bona, & ſine mercede, & cuius periculo ſunt bona. & idem videtur dicere de hoſpitalibus, quando expoſiti moriuntur antequam efficiantur maiores. Dicit enim, quod hoſpitalia non ſuccedunt, ſi maiores effecti decedant. & ſic videtur quod ex d. l. nutritoribus. non reprobetur gl. in d. reg. quo tutela. & tacite ſecundum Paulum præſuppoſita ratione de tutore ſuccedente pupillo, hoſpitale ſuccedit expoſitis decedentibus in minori ætate. Animaduertendum ſecundo, quod ratio Guliel. de Bened. videtur vera, quod ſaltem iure Collegij ſuccedat eccleſia, vel hoſpitale. cum enim expoſiti ſimul habi-
4 tent in hoſpitali, ſiue eccleſia, ex quo habent materiam licite ſe congregandi, & conue-

niendi

niendi in vnum faciunt Collegium, quemadmodũ videmus in ſimili & fortiori caſu, quod leproſi, qui ſunt infirmi, & morantur in hoſpitali vt curentur, faciunt Collegium, vt tradit Innoc. in c. 2. de eccleſijs ædifican. & ibi Abb. optime probat per illum textum in verbo, fuerint congregati. nam ſatis eſt, quod habeant materiam licitam conueniendi; vt notat Innoc. etiam in cap. cum eccleſiarum de officio ordinarij. facit etiam tex. in l. 1. ff. de Collegijs illicitis. vbi ſecũdum Abbatem plus
6 probat ille tex. quod pauperes faciunt Collegium licitum, & poſſunt ſimul conuenire pro ſuſtentatione vitæ eorum, tamen non poſſunt conuenire, niſi ſingulis menſibus. & ſi alicui collegio vnquam competijt ius ſuccedendi collegiato, multo magis id dicendum eſt in eccleſia quæ infantes in extrema neceſſitate poſitos recipit ac nutrit. & ex his videtur, quod eccleſia, ſiue hoſpitale ſuccedat. quod nota.

S V M M A R I V M.

1 *Calices, libri, & ornamenta deputata ad cultum diuinum, non veniunt ſub ſpolio, ſed remanent penes Eccleſiam.*

QVÆSTIO 363.

Calix, & ornamenta ad ſacrum vſum deſtinata, debentur Eccleſiæ, nec poteſt Clericus de illis diſponere in morte, neque veniunt ſub ſpolio.

1 HAbetur in bulla fel. mem. Pij V. quæ incipit, Cum itaque quod omnia, & ſingula ornamenta, & paramenta, ac vaſa, necnon miſſalia, & gradualia, ac cantus firmi, & muſicæ libri, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res ſacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona ad vſum & cultum diuinum, etiam in priuatis ædibus & capellis, vel oratorijs deſtinata, non poſſint à beneficiatis in morte alijs relinqui, ſed debeantur eccleſijs beneficiorum, & poſt mortem eo ipſo applicata, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur, nec veniant ſub ſpolio, vt latius in dicta bulla continetur. Quæritur modo, Presbyter emit calicem, quem in ſua domo conſeruat, nec eccleſiæ beneficij obtulit, vel donauit, licet eo vtatur in dicta eccleſia quando celebrat Miſſam, emitq. ex ſuo patrimonio, an de tali calice potuit diſponere, & ſi non diſpoſuerit tranſeat ad heredes ſuos, quemadmodum alia eius bona patrimonialia. Menoch. conſ. 382. lib. 4. dicit, quod ſi emit ex patrimonio calices & ornamenta, poteſt de illis diſponere, ſecus ſi ex fructibus beneficij. neque obſtat, inquit ipſe, quod res ſemel Deo dicatæ in caſu noſtro eſſe deſinant, capit. ſemel. de reg. iur. nam inquit ipſe, quod debet conſtare de dicatione expreſſa, vel tacita, quæ eſt quædam oblatio, ſiue donatio, quæ loco ſacro fit. ſic enim oblationem definit Marian. Socin. de oblationibus libello 1. num. 15. Et donatio in dubio non præſumitur. l. cum de indebito, ff. de probat. & tanto magis inquit ipſe, quando presbyter, vel Epiſcopus non ſolum vtebatur illis in illo Oratorio, ſed in alijs locis, ſi caſu alio ſe conferebat. Contraria opinio videtur verior, quod ſupradicta debeantur eccleſiæ, etiam ſi ſint acquiſita ex patrimonio, per bullam ſupradictam, ibi, de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis, etiam ſi non fuerint oblata eccleſijs, ſed tantum ad vſum & cultum diuinum deſtinata, vt dicitur in bulla. quæ verba deſtinata, non continent donationem factam eccleſiæ de neceſſitate, ſed ſatis eſt quod ſint deſtinata ad vſum, & cultum diuinum, ad excludendum illum beneficiatum, qui forte in nundinis, vel alibi emiſſet calices ſacros, & ornamenta pro celebrandis miſſis, non vt illis vteretur, ſed vt alijs venderet, vt optime declarat Nauar. de ſpol. §. 8. notab. 1. in fine. Præterea ſi requireretur oblatio, & donatio, fruſtra fuiſſet edita conſtitutio, prohibens teſtamenti factionem de prædictis, quia de iure communi, qui obtulit Eccleſiæ bona ſua, non poteſt de illis diſponere in morte, & teſtari. c. fin. de ſucceſſionib. ab inteſt. neque ſi fuiſſent quæſita de redditibus eccleſiæ. cap. fin. de pecul. Cler. cap. 1. de teſtam. Inſuper Summus Pontifex dicta bulla poſt mortem beneficiati ipſo facto applicat, & incorporat prædicta bona eccleſijs. ergo præſupponit non præceſſiſſe aliquam oblationem & applicationem. Non eſt igitur recedendum à verbis bullæ. l. non aliter. ff. de leg. 3. & ſufficit beneficiatum illa poſſidere pro vſu ſacro, & cultu diuino, quia non poteſt de illis teſtari, & debentur eccleſiæ, nec requiritur oblatio.

S V M M A R I V M.

1 *Licentia conceſſa Archiepiſcopo teſtandi de acquiſitis ex redditibus Eccleſiæ, ſi teſtetur de bonis*

bonis ſuis; an veniant crux & thuribulum, baculum paſtorale, reperta in camera Archiepiſcopi.

QVÆSTIO 364.

Licentia teſtandi conceſſa Archiepiſcopo de acquiſitis & redditibus Eccleſiæ, ſi teſtatus eſt de omnibus bonis ſuis, mobilibus & immobilibus, an in tali diſpoſitione veniat crux, thuribulum, & baculum paſtorale, quæ fuerunt reperta in capſa, quod non, ſed remaneant apud Eccleſiam.

1 FVit conceſſa licentia teſtandi Archiepiſcopo de acquiſitis ex redditibus eccleſiæ, qui teſtatus eſt de omnibus bonis ſuis mobilibus & immobilibus. Quæritur an hæres lucrabitur Crucem, thuribulum, ſiue incenſarium, nauiculam, & groſſam, ſeu baculum paſtorale, quæ fuerunt reperta in capſa. Bertran. conſ. 162. nu. 2. vol. 6. dicit, quod ſecundum communem vſum loquendi, qui attendendus eſt, & præfertur propriæ ſignificationi verborum. l. librorum. §. quod autem Caſſius. ff. de leg. 3. l. Labeo. ff de ſuppellectili legata. cap. in litteris. de ſponſalibus. ſupradicta propriè ſumpta, non vocantur ornamenta Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, ſed potius ornamenta, aut iocalia eccleſiæ. Vnde non eſt cenſendum, Epiſcopum vel Archiepiſcopum de illis ſenſiſſe. d. §. quod autem Caſſius. Et quamuis pallium poſſit cenſeri ornamentum Archiepiſcopi, non tamen præſumitur voluiſſe de illo diſponere, cum debeat cum illo ſepeliri, nec poſſit illud etiam commodari. c. 2. de auctoritate, & vſu pallij.

SVMMARIVM.

1 *Clerici conſpirantes in Epiſcopos, grauiter puniuntur, & ſunt infames.*
2 *Conſpiratio Clericorum in Epiſcopum, eſt licita pro vtilitate & bono Eccleſiæ.*

QVAESTIO 365.

Conſpiratio Clericorum in Epiſcopum alias prohibita, permittitur pro vtilitate Eccleſiæ.

1 SAcratiſſimi Canones magnopere deteſtantur Clericos conſpirantes in Epiſcopos, itaut eos mandent degradari. cap. ſi qui Clerici. & cap. ſi Clerici. & c. coniurationum. 11. q. 1. qui textus an intelligantur data incorrigibilitate, vel non; remitto te ad Abb. in cap. ſi Clerici. de iudic. Dec. in cap. cum non ab homine. eod. Dicitur enim conſpiratio in Epiſcopos grauiſſimum crimen. gloſ. in cap. exhibita. de iudic. & conſpirantes repelluntur à teſtimonio. cap. licet Heli. & c. per tuas. de ſimonia. nec admittitur eorum denunciatio. cap. cum oporteat. de accu. & Clericus
2 perſecutor Epiſcopi, dicitur infamis. c. ij qui. 3. q. 4. Nihilominus fauor eccleſiæ operatur vt poſſint Clerici conſpirare contra Epiſcopum pro vtilitate & bono eccleſiæ, vt ſi Prælatus dilapidaret bona eccleſiæ. ita tradit Innocent. Imol. & alij in c. cum 3. & A. de ſententia, & re iudic. idem Imola, & alij in cap. exhibita. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, cuius res fuit præſcripta negligentia Prælati, agit contra illum, aut eius hæredes ad emendationem damni.*

QVAESTIO 366.

Eccleſia agit contra Prælatum, qui paſſus eſt illius rem præſcribi.

1 QVamuis Prælatus poſſit nocere eccleſiæ patiendo rem ipſius præſcribi. c. de quarta & toto titulo. de præſcript. non eſt tamen obliuioni tradendum, quod eccleſia poteſt agere contra Prælatum, ſiue eius hæredes, ad emendationem damni, qui non debebat pati eius rem præſcribi. gl. eſt ſingularis, & communiter recepta in c. placuit. il r. 16. q. 3. Abb. & alij in c. 1. de in integr. reſtit. Corſett. in ſingul. in verbo, præſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Delictum Prælati cum Capitulo, ſecundum aliquos nocet Eccleſiæ.*
2 *Maior pars Capituli in damnum Eccleſiæ non præiudicat illi, ſi minor contradicit.*

QVAESTIO 367.

Delictum Prælati cum Capitulo, non

noceat Eccleſiæ, ſi maior pars Capituli conſentit Prælato in præiudicium Eccleſiæ, & minor contradicit.

1 MAgna eſt quæſtio inter DD. an & quando delictum Prælati noceat eccleſiæ; nempe ſi Prælatus non præſtidit ſeruicium in re feudali, & alia id genus. in qua quæſtione ſunt multæ diſtinctiones à DD. vt per Innoc. & Butr. in cap. 2. de donat. Abb. late in cap. 1. de dolo & contumacia. Ciuiliſtæ in l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. ad quos te remitto. Nihilominus vnum eſt menti tenendum, quod ſi vera eſt opinio gl. in cap. cum dilectus. de ordine cognit. & in reg. delictum. de reg. iuris, in 6. quod delictum ſolius Prælati non nocet Eccleſiæ, tamen ſi delictum ſit per Prælatum communicato conſilio cum Capitulo, præiudicat eccleſiæ. quod tenet etiam Bald. & ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. iubemus nullam. vbi dicit, quod dicta lex debet intelligi, quando Prælatus cum Capitulo delinquit, vt tunc præiudicet eccleſiæ. Alias ſecus. allegat l. quoties. §. Dominus. ff. de public. Hæc tamen concluſio recipit ſecundum Guliel. de Cunio. quē refert & ſequitur Paul. in d. l. iubemus. notabilem limitationē, quod
2 ſi maior pars Capituli conſentit in præiudicium ipſius eccleſiæ, & minor contradixit, tunc delictum Prælati cum maiori parte Capituli non faceret præiudicium eccleſiæ. nec obſtat diſpoſitio l. quod maior. ff. ad municipalē, qua cenſetur fieri à Capitulo, quicquid fit à maiori parte. quia illa lex procedit quando aliquid in vtilitatē eccleſiæ agitur, ſecus ſi in præiudicium. ita notabiliter Paul. in loco citato. cuius dictum ſequitur, & eſſe menti tenendum pro limitatione d. legis, quod maior tradit Affl. in §. & iterum ſi Clericus. n. 2. de Capitulis Corradi. & tu non obliuiſcaris. de materia vero, an & quando delictum Prælati noceat eccleſię, poſt ſupra relatos ponit diffuſe Affl. in loco citato, ad quem te remitto. Sed de quæſt. an delictum Prælati cum Capitulo noceat, vide ſupra in quæſt. de donatione facta eccleſiæ, an reuocetur per ingratitudinem Prælati & Capituli, vbi latius.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna applicanda eccleſiæ in caſu fracturæ pacis, an poſſit remitti per partes in præiudicium eccleſiæ.*

2 *Matrimonij reconciliatio an noceat extraneo cui quæſitum erat ius ad repetitionem dotis, ex diſſolutione iam facta.*

QVÆSTIO 368.

Pœna pecuniaria appoſita in caſu violatæ pacis ſoluenda Eccleſiæ, an poſſit per paciſcentes remitti in præiudicium Eccleſiæ.

1 QVæſtio eſt notabilis. duo fecerunt pacem, & promiſerunt ſe non offendere ſub certa pœna pecuniaria eccleſiæ applicanda, poſtea alter alterū offendit, & ſic pœna eſt cōmiſſa, deinde pacē iterato faciunt, & remittunt omnem pœnam, an talis remiſſio noceat eccleſię, cui fuerat quęſitū ius per fracturā pacis. Bal. Ang. Im. Paul. Alex. in l. in inſulam. §. fin. ff. ſol. matr. tenent, remiſſionem non nocere eccleſiæ, cui ius iam fuit quæſitum
2 per tex. in d. §. fin. vbi habetur, quod reconciliatio matrimonij nō nocet extraneo, cui quęſitum erat ius ad repetitionē dotis ex ſolutione iam facta. & hæc opinio eſt verior, nam ius tibi quæſitum ex meo contractu & ſtipulatione ſeu pacto, tibi auferre non poſſum. l. 1. §. 2. ff. de ſtipulatione ſeruor. vt conſiderat Paul. de Caſtr. adducens etiam, quod ſi ego mutuo tuo nomine, nō poſſum ex interuallo ſtipulari mihi, & auferre tibi ius quæſitum ex numeratione. Couar. in lib. 1. variar. reſol. cap. 14. nu. 18. Contrarium tenet, niſi velit quis dicere quod pœna fuit appoſita in pacis & concordiæ fauorē, & ideo nec remitti poſſe in præiudicium alterius, ne facilitas remiſsionis anſam diſcordiæ, ac inimicitijs præbeat. ſed non mirum, quia Couar. fuit ſequutus opinionem Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. quod ſi dono tibi cum pacto, vt poſt mortem tuam dones alteri, poſſum ante euentum mortis reuocare hoc pactum. per l. 2. ff. de ſeruis aſportandis. Sed non recedendum à priori opinione, & communi per text. in d. §. fin. l. inſulam. qui bene probat, quicquid dicat Couarruu. quod ita intelligit idē Bar. non obſtante eius doctrina in dicto §. Flauius. Præterea doctrina Bartoli in dicto §. Flauius, vt ibi inquit Paul. & in d. §. fin. l. inſulam. non eſt ſine contradictione, & contra eū tenet Paul. de Caſtr. quem nos ſequuti ſumus in alia quæſtione. Contrarium etiam notat Io. Andr. in Speculo de inſtrumentorum editione. §. nunc vero aliqua. in addit. quæ incipit per Superiora.

Non

Non obſtat tex. in l. 3. ff. de ſeruis aſportandis. quia loquitur in ſeruo, cui non erat perfectè ius quæſitum ex contractu Domini, vt latius diximus in alia quæſtione. dicit tamen Ioannes de Imola in d. §. fin. l. in inſulam. eſſe conſiderandum, an ex pacto partium poſſit quæri ius Eccleſiæ, vel Communitati, & ſe remittit ad Bart. in l. 1. ff. de iure fiſci. & in l. inter caſtellanum. ff. de arbitris. Sed in eccleſia non eſt dubium, vt quilibet ei poſſit ſtipulare, & acquirere, prout in quæſtione particulari annotauimus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna compoſitionis iniuria illata Clerico, applicatur Eccleſiæ, & quando.*
2 *Pœna iniuria illata Clerico an applicetur Eccleſiæ, ſi Clericus interfectus habebat conſanguineos.*
3 *Epiſcopus an poſſit ſibi aliquid retinere de pœna compoſitionis ob iniuriam illatam Clerico.*
4 *Epiſcopus ſuccedit Clerico non habenti Eccleſiam nec conſanguineos, & in quos vſus debeat hæreditatem erogare.*

QVÆSTIO 369.

Pœna compoſitionis Clerici offenſi, debetur Eccleſiæ.

1 Dicit tex. ſingularis in cap. 2. de pœnis. quod interficiens presbyterum, debet puniri, & ſi inde fiat compoſitio, medietas pęnæ applicabitur eccleſiæ, & alteram Epiſcopus pro anima defuncti erogabit pauperibus. & ratio eſt ſecundum Abbatem ibi, quia per iniuriam illatam Sacerdoti, infertur etiam Eccleſiæ vniuerſali. cap. parochianos. de ſent. excommun. Dicit tamen tex. in d. c. 2. eccleſiæ deberi dictam pœnam, quia nullus proximior hæres videtur Clerici interfecti, quam Eccleſia, quæ eum Domino copulauit. ex quo infert Abb. quod ſecus ſi interfectus Clericus haberet hæredem conſanguineum. quem ſequitur Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 9. num. 10. Contrarium tamen tenet Dec. in cap. in præſentia. n. 216. de probat. vbi reſpondet rationi Abbatis, qui dicebat non acquiri Eccleſiæ, quando ſunt agnati proximiores, quia verba tex. repugnant, dum comparationem facit, &
2 dicit, quod nullus hæres proximior videtur. ergo vt conueniat comparatio, præſupponitur quod extarent alij agnati, & ſanguine coniuncti, qui licet alijs bonis admittantur, tamen in tali lucro Eccleſia præponitur. quod non videtur alia ratione procedere, niſi quia iniuria facta fuit Eccleſiæ. Et hæc mihi videtur verior opin. quicquid dicat Couar. qui nititur con-
3 cordare Abb. & Dec. Sed hic quæritur an Epiſcopus ex alia medietate poſſit aliquid capere pro neceſſitatibus ſuis. Abb. refert duas lecturas. prima, vt Epiſcopus diſtribuat medietatem in eius eleemoſynam, ideſt pro neceſſitatibus ſuis, alia lectura eſt quod diſtribuat pro eleemoſyna Sacerdotis interfecti, & ſic det magis egentI. arg. c. non ſatis. 86. diſt. Abb. reducit ad concordiam diſtinguens, quod aut Epiſcopus eſt indigens, & poteſt retinere ſibi iſtam partem, aut non indiget, & debet diſtribuere inter egētes. Sed circa hoc ſeruandum eſt Conc. Trid. c. 3. ſeſſ. 25. infert etiam Abb.
4 quod bona Presbyteri decedentis ſine eccleſia, & ſine conſanguineis, debent peruenire ad Epiſcopum loci, non vt ſibi retineat, ſed vt diſtribuat ſecundum diſtinctionē præcedentem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus ſi præſtat fidem de reſtituendo hæreditatem incapaci, an hæreditas acquiratur eccleſiæ, ſi teſtator, vel hæres erat Clericus.*
2 *Præſtans fidem de reſtituendo hæreditatem incapaci, priuatur hæreditate tanquam indignus.*

QVÆSTIO 370.

Hæres inſtitutus ſi præſtat fidem de reſtituendo hæreditatem ſpurio, an & quando hæreditas acquiratur fiſco Eccleſiæ.

1 Pulchra eſt iſta quæſtio. pro cuius reſolutione eſt præmittēdum, quod ſi hæres inſtitutus ab aliquo, pręſtat ei fidē de reſtituēdo hæreditatē ſpurio, priuatur vt indignus hæreditate, & ea fiſco adiudicatur. l. non intelligitur. §. ſi quis palam. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. l. in tacitis. l. Lutius. §. fin. ff. de leg. 1. quod ſi fidem non præſtiterit, etiam ſi palam rogetur reſtituere, non priuabitur hæreditate. d. l. non intelligitur, in prin. Bart. in l. fi. ff. de his quib. vt indig. Quæritur modo, quod teſtator, vel hęres ſit Clericus, cui fiſco applicabitur hæreditas, eccleſiaſt. vel ſeculari? Bal. in l. ſi quis presbyt. C. de Epiſ. & Cler. quē ſequitur Paul. de

Caſtr. dicit, quod aut hæres erat Clericus, qui accommodauit fidē de reſtituendo ſpurio, & à quo eſt auferenda hæreditas, & applicabitur fiſco eccleſiæ; aut hæres erat laicus, & tunc applicabitur fiſco ſeculari, quia debet inſpici conditio perſonæ cui aufertur. Et hanc opinionem ſequitur Couarr. in quarto decret. 2. par. cap. 8. §. 5. num. 10. Faciunt notata per Lapum in rubr. de donat. §. 39. Felin. in cap. quia G. de iudicijs. expreſſe ſequitur diſtinctionem Bar. Et hęc eſt magis communis opinio, quamuis Vaſques de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. §. 26. num. 61. videatur dubitare, quia
2 hæreditas non tam hæredis, quam defuncti perſonam repræſentat. inſtit. de ſtipulat. ſeruorum. in princ. l. nihil aliud. ff. de verb. ſignif. vnde ſecundum ipſum, eſt inſpicienda perſona teſtatoris, an ſit Clericus, vel laicus. Sed probabilior videtur opinio Baldi, cum agatur de delicto commiſſo à laico, à quo eſt auferenda hæreditas in pœnam. cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus ſi non adimplet tranſactionem ex parte ſua, non poteſt pars venire aduerſus contractum.*

2 *Eccleſia ſi non adimplet contractum, ſiue tranſactionem ex parte ſua, non poteſt pars venire contra illum.*

QVAESTIO 371.

Eccleſia ſi fecit contractum, ſeu tranſactionem, & non adimpleuit ex parte ſua, non poteſt pars venire contra tranſactionem, ſed debet adimplere ex parte ſua, & contra Eccleſiam agere ad implementum.

1 REgula eſt antiqua, quod frangenti fidem, fides frangatur eidem, & in ſpecie in materia tranſactionis licitum eſt venire contra non ſeruantem tranſactionem, quando pars non obſeruat promiſſa. l. cum proponas. C. de pactis. l. qui fidem. ff. de tranſact. hæc tamen regula non procedit in fiſco, nam licet fiſcus non impleat cōtractum ex latere ſuo, & non obſeruat quod conuenit, non propterea pars poteſt aduerſus contractum venire, ſed debet illum adimplere, & contra fiſcum ad implementum agere, & in eo fallit regula d. l. cum proponas, & l. qui fidem. ita ſingulari-
2 ter probatur ſecundum Romanum in l. 1. C. de aduoc. fiſci. & ſucceſſiue idem dicendum eſt in Eccleſia, quæ gaudet omnibus priuilegijs fiſci. vt per DD. in l. fin. C. de tranſact. Dec. late in cap. 1. de probat. diffuſe Euerard. in loco à fiſco ad eccleſiam. & nos ſæpe in alijs quæſtionibus diximus, quinimo tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Pollicitatio an pariat obligationem de iure Canonico.*

2 *Pollicitatio producit obligationem fauore Reipublicæ.*

3 *Pollicitatio facta Eccleſiæ parit obligationem.*

QVAESTIO 372.

Ex pollicitatione in fauorem Eccleſiæ oritur actio.

1 POllicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio. l. pactum. ff. de pollicitationibus. & de iure ciuili communiter tenetur, regulariter ex ea non oriri obligationem. vt per Iaſ. Alciat. & alios in rubr. ff. de verb. obligat. an autem oriatur obligatio, & actio ex pollicitatione de iure Canonico, eſt altercatio inter DD. Ant. de Butr. in cap. ex parte. de cenſibus, tenet oriri obligationem, quia votum & pollicitatio æquiparantur. l. 2. ff. de pollicit. vt ex voto clarum eſt oriri obligationem, & poſſe vouentem compelli. vt in dict. cap. ex parte. Præterea adducitur, quod de iure Canonico confeſſio facta parte abſente, probat. iuxta gl. in c. quoties cordis. 1. q. 7. & eſſe communem opinionem tradit Felin. in cap. ſi cautio. de fide inſtrumentorum. ergo ius canonicum non conſiderat ipſam abſentiam partis, quo
1 minus oriatur actio. & hanc opinionem videtur etiam tenere Abb. in cap. qualiter. per illum textum de pactis. in verbo, promittuntur. Contraria opinio, quod de iure Canonico non oriatur obligatio ex pollicitatione, eſt communis, vt tradit Abbas in capit. cum inter vniuerſum. de electione. Alciat. & Iaſ. in dicta rubrica de verborum obligation. Ratio eſt, quia ex pollicitatione non oritur obligatio naturalis. vt dicit Bartol. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. & ibi alij. facit l. hoc amplius. §. his natura debet. ff. de regulis iuris. l. 1. §. 1. ff. de pactis, & ius canonicum non fomentat,

vbi

vbi non eſt obligatio naturalis. Neque ob-
ſtat ratio Antonij de Butr. quod votum &
pollicitatio æquiparantur. nam diuerſa eſt
ratio, quia votum fit Deo, qui ſemper eſt
præſens, & nunquam abeſſe videtur, quod
ſecus eſt in parte. Nec obſtat illud de confeſ-
ſione facta abſente parte de iure canonico,
quia illa communis opinio non procedit ſine
difficultate. & contrarium tenet Felin. in
procemio Gregoriano. Præterea, videtur di-
uerſa ratio in confeſſione abſente parte. nam
confeſſio debiti præſupponit obligationem
præcedentem, tantum erat dubium, an con-
feſſio facta abſente parte, eſſet vera probatio.
& ex diuerſis non fit illatio. In hac tamen
Doctorum controuerſia dicamus, tam de iure
ciuili quã de iure canonico, ex pollicitatione
oriri obligationem ſi fiat eccleſiæ. Primo
2 quia de iure ciuili valet, ſi ſit facta reipubli-
cæ. d. l. 1. ff. de pollicitat. ergo idem in eccle-
ſia, cum reſpublica & eccleſia æquiparentur
quo ad priuilegia. l. fin. C. de ſacroſan. eccle-
ſijs. late Euerard. in loco de republica ad ec-
3 cleſiam. Præterea, promittens Eccleſiæ, cenſe-
tur promittere Deo, qui eſt caput Eccleſiæ,
& Dominus Eccleſiarum. cap. cum ex eo. de
electión. in 6. ergo ſemper eſt præſens. item
omnes offerentes Eccleſiæ, cenſentur offerre
intuitu pietatis pro anima, & cultu diuino.
cap. Pontifices. 12. q. 3. Bart. & alij in l. 1. C.
de ſacroſanct. eccleſ. DD. in cap. verum. de
condit. appoſ. ergo abſque dubio poteſt dici
votum, quod eſt quicquid promittitur Deo,
etiam ſi fiat alicui priuato, ſed intuitu pieta-
tis, & ſucceſſiue oritur obligatio, vt ſupra fuit
dictum. & hæc nota.

SVMMARIVM.

1 *Cogitatio nuda, non meretur pœnam in foro exteriori.*

2 *Nuda cogitatio nocendi Eccleſiæ, & violandi eius immunitatem, eſt punienda, & quomodo id intelligant.*

QVAESTIO 373.

Nuda cogitatio nocendi Eccleſiæ, puniri debet.

1 REgula eſt, neminem puniri ex nuda co-
gitatione. l. cogitationes. ff. de pœnis.
Nihilominus fauore Eccleſiæ nuda tantum
cogitatio violandi eius [illegible]tatem
debet. tex. eſt notabilis in l. præſenti. C. de his
qui ad eccleſias confugiunt. ibi, nuda ſaltem
cogitatione. & ibi Bart. ſe remittit ad gloſ.
quæ tripliciter exponit. primo dicit id eſſe
2 priuilegium Eccleſiæ. ſecundo inquit id fuiſſe
ſtatutum ad errorem. tertio aſſerit requiri ali-
quod conamen, etiam ſi non ſequatur effe-
ctus. quæ ſunt notanda, quia ſingularia.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopalis dignitas liberat filium à patria poteſtate, in ſui vtilitatem, non in præiudicium.*

2 *Mortuo auo, filius Epiſcopi qui habuit vxorem, reincidit in poteſtatem patris.*

3 *Auo mortuo, nepos non reincidit in poteſtatem filij emancipati.*

QVAESTIO 374.

Eccleſiæ fauor operatur vt liberet Epi-
ſcopum à patria poteſtate, in ſui vtili-
tatem, non in præiudicium.

1 CLarum eſt, quod Epiſcopalis dignitas
liberat filium à patria poteſtate. auth.
ſed & Epiſcopalis. C. de Epiſ. & Cler. id tamẽ
intelligendum eſt, vt liberet in ſui vtilitatem,
2 non in damnum, vt per omnes ibi. & probatur
in d. auth. vbi eſt caſus notabilis, quod mor-
tuo auo, filius Epiſcopi qui habuit vxorem,
3 reincidit in poteſtatem patris, quod eſt con-
tra iuris regulas. quia mortuo auo nepos non
reincidit in poteſtatem filij emancipati. l. ſi
pater filium. ff. de adopt.

SVMMARIVM.

1 *Habens ius in Eccleſia, non poteſt ratione iuris conſeruandi, impedire magnam vtilitatem Eccleſiæ.*

2 *Eccleſia inuito patrono, poteſt [illegible] ob neceſſitatem Eccleſiæ.*

3 *Eccleſia inuito patrono poteſt permutari, ob neceſſitatem & vtilitatem Eccleſiæ.*

4 *Epiſcopus diſpenſat ſuper [illegible], quod conferatur Sacerdoti ex [illegible] Eccleſiæ.*

QVAESTIO 375.

Habens ius in Eccleſia, non poteſt impe-
dire magnam vtilitatem Eccleſiæ ra-
[illegible] ſui iuris conſeruandi, & [illegible]

or
er-
dum
ablata
teſtã, &
futurum
um tutelæ.
o. ff. de verb.
oblig.

Eccleſia poſſit effici collegiata, inuito patrono.

1 Dicit ſingulariter Abb. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. ſub n. 5. quod habens aliquod ius in eccleſia, non poteſt impedire aliquam magnam vtilitatem. ſed deueniendo ad particularia, quæritur cum patronus non præſentet in eccleſia collegiata, an poſſit eccleſia ipſo inuito effici collegiata. Gloſſ. Hoſt. & communis opinio in cap. nobis. de iurepatronatus. dicunt, quod nullo modo poteſt fieri collegiata, inuito patrono. Nihilominus D. Antonius de Butr. ibi, quem ſequitur Abbas,
2 diſtinguit, quod aut ſubeſt neceſſitas eccleſiæ, & tunc poteſt fieri inuito patrono, alias procedit communis opinio. & ratio videtur manifeſta ſecundum Abbatem, quia iuſpatronatus habet patronos ex gratia. cap. quoniam. de iurepatr. & ideo non debet ſua contradictio impedire, quo minus ſubueniatur neceſſitatibus eccleſiæ. facit cap. nullus. de iurepat. idem tenet Ioannes Nicolaus in tractatu de
3 iurepatr. num. 196. & ideo bene etiam dicebat Abb. in d. cap. cum acceſſiſſent. ex deciſione Rotæ 296. quod ſi patronus hoc facere neceſſitate vrgente ſine conſenſu patroni, quia patronus non debet impedire magnam vtilitatem eccleſiæ. & faciunt alia quæ notantur per Abb. & Felin. in d. cap. cum acceſſiſſent. & ſignanter quod Epiſcopus non poteſt
4 diſpenſare contra inſtitutionem, nempe ſi debeat auferri presbytero, tamen poſſet hoc facere ex neceſſitate eccleſiæ. & ſingulariter dicit Abb. ibi. non obſtante contradictione patroni, idq. de iure communi. ſed an procedat poſt Conc. Trid. vide in Conc. Trid.

QVÆSTIO 376.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, iuxta l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. an ſubintelligatur Eccleſia ſubſtituta.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, iuxta l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr. an ſubintelligatur Eccleſia ſubſtituta.*

2 *Eccleſia non eſt præponenda liberis circa hæredis inſtitutionem.*

3 *Pia cauſa non vtitur coniectura pietatis contra aliam piam cauſam.*

4 *Eccleſia ſubſtituta in aliqua parte hæreditatis, quando amplum eſt patrimonium non habet locum diſpoſitio l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr.*

5 *Eccleſia ſubſtituta pro exoneratione conſcientiæ, an habeat locum diſpoſitio l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr.*

1 Clara eſt diſpoſitio tex. in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. quod filio hærede inſtituto, dato ei poſt mortem ſubſtituto, ſubintelligitur conditio, ſi filius deceſſerit ſine liberis. idem habetur in l. cum acutiſsimi. C. de fideicomm. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Quæritur modo, an hæc tacita conditio ſubintelligatur quando eccleſia eſt hæres inſtituta. & diuerſæ ſunt ſententiæ, quod non intelligatur. Facit ratio text. in d. l. cum acutiſſimi. ne videatur teſtator alienas ſucceſsiones proprijs anteponere. item facit ratio dicti §. cum autem. l. generaliter. quia non eſt veriſimile patrem, ſi de nepotibus cogitaſſet, talem fe-
2 ciſſe ſubſtitutionem. item quia ſecundum conſilium Auguſtini cap. fin. 17. quæſtione quarta. non eſt præponenda eccleſia liberis. item quia qua ratione teſtator prætulit filium inſtitutum eccleſiæ, eadem ſeu pari ratione cenſetur voluiſſe præferre omnem eius poſteritatem. gloſ. in dict. l. cum acutiſsimi. & ibi Bald. Et hanc ſententiam tenent poſt Bald. ibi Paul. de Caſtr. Cuman. Socin. Sen. Marian. Socin. in d. l. cum auus. Dec. in d. l. generaliter. Felin. in cap. in præſentia. de probation. Tiraquell. in l. ſi vnquam. in verb. libertis. num. 64. C. de reuocandis donationibus. & de priuileg. piæ cauſæ. & multi alij, quos refert, & ſequitur Cardinalis Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum. libro 10. tit. 7. Pro contraria opinione facit, quod legatum relictum eccleſiæ, cenſetur relictum pro anima, quæ omnibus perſonis, & rebus eſt præferenda. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſijs. Præterea vltra legitimam lex fauorabilius prouidet eccleſiæ quam liberis. authen. ſi qua mulier. & ibi omnes. C. de ſacroſanct. eccleſ. item quia ſecundum crebriorem ſententiam, donatio facta eccleſiæ, ſuſceptis poſtea liberis non reuocatur, niſi vſque ad legitimam. gl. in c. quicumque. 17. q. 4. DD. in c. fin. de donat. & in d. auth. ſi qua mulier. Item
3 d. l. cum auus eſt fundata in coniectura pietatis. & coniectura pietatis non poteſt allegari contra aliam piam cauſam, conquaſſantur

tur enim priuilegia, vt per Doctor. in cap. in
præſentia . de probat. & habetur in §. ſed &
præſenti . in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis .
Et hanc opinionem tenent Anchar. in conſil.
46. incip. prima facie videretur dicendum .
Barbar.in d. lege cum acutiſſimi. Iaſ.in dicta
auth. ſi qua mulier.& in l. generaliter. §.cum
autem. C.de inſtit.& ſubſtitut.Alex.conſ.92.
vol.3.Dec.conſ.529.Ruin.conſ.3.vol.2.Quid
igitur dicẽdum in hac difficili quęſtione?Non
poteſt negari priorẽ opinionem eſſe frequen-
tiori DD. calculo receptam, quam ſequendo
Card. Mant. reſpondet allegatis pro opinio-
ne poſteriori.reſponſiones per te vide. præci-
puas tamen referam,dicit enim poſt alios non
obſtare , quod talis ſubſtitutio videatur facta
pro ſalute animæ, quæ omnibus rebus,& per-
ſonis præferri debet d.l.ſancimus. quia non
ideo teſtatoris anima patitur diſpendium ſa-
lutis æternæ,quod liberi ad eius ſucceſſionem
admittantur , quinimmo quicunque voluerit
eccleſiam hæredem inſtituere , & filium ex-
hæredare , alium pro conſilio quærat quam
Auguſtinum,& neminem inueniat d. cap.fin.
17.quæſt.4. Neque obſtat ſecundum ipſum ,
quod donatio non reuocatur niſi vſque ad le-
gitimam . nam donatio collata in alterum
filium,non reuocatur niſi vſque ad legitimam
l.2.& l. ſi totas.C.de inoffic.donat. & tamen
quando alter filius teſtatoris eſt ſubſtitutus
hæc tacita conditio facit deficere ſubſtitutio-
nem. vt eſt caſus in d. l. cum auus. & ideo de
donatione ad ſubſtitutionem non valet argu-
mentum , nam donatio difficilius reuocatur
quam ſubſtitutio impediatur , quia difficilius
tollitur ius quæſitum , quamuis quærendũ. l.
fin.C.de acquir.poſſeſſ. & facilius tollitur ius
quæſitum ex vltima voluntate, quam quæſi-
tum ex contractu. l.ſi ſponſus. §. ſi maritus .
ff. de donat. inter vir. & vxor. Item quando
donatio collata eſt in eccleſiam,poteſt dubi-
tari , an voluerit eccleſiam præferre filijs na-
ſcituris, per d.l.ſancimus. ſed quando teſtator
inſtituit hæredem filium, & poſt eius mortem
ſubſtituit eccleſiam, manifeſtè apparet quod
filium prætulit eccleſiæ , & ſucceſſiuè conti-
nuata affectione cenſetur voluiſſe præferre
omnem eius poſteritatem ſecundum Gl. Bal.
in d.l.cum acutiſſimi. Socin. in d.l. cum auus.
Non videtur itaque recedendum ab hac opi-
nione. quam tamen notabiliter limita ſecun-
dum Petr.de Anchar. quando agitur de mo-
a dica quantitate relicta eccleſiæ,cum totum
reſiduum & ſatis amplum patrimonium , li-
beris eſſet relictum,vt dicit notabiliter Anch.
in d.conſ.46.vbi ſic loquitur non obſtat ſi di-
catur fauorabiliorem eſſe cauſam liberorum ,
quam Dei Eccleſiæ in ſucceſſione patris , vel
aui iuxta conſilium Auguſtini , nam illud in-
telligo inquit Petr. prout iacet quando ex ta-
li relicto ſequeretur totalis priuatio, & exhæ-
redatio filiorum , non autem cum de amplo
patrimonio teſtator de certa particula pro
remedio animæ ſuæ diſpoſuit.hęc Petr.quem
etiam declarat Socin.in d.l.cum auus. & So-
cin. Iun.conſ.125.vol.1. Decian.conſ.1.vol.
2. Cardin. Mant. loco citato. Sed dubium eſt
5 ſingulare, quod ſi teſtator inſtituit eccleſiam
pro exoneratione ſuæ conſcientiæ , an ſubin-
telligatur dicta conditio ſi ſine liberis . Card.
Mant.loco citato. poſt Soc. in d.l.cum auus.
num. 46. tenet,diſpoſitionem d. l. cum auus
procedere etiam ſi ſit ſubſtituta eccleſia , vel
alia pia cauſa pro exoneratione conſcientiæ ,
quia ſicut viuo filio teſtator non curauit
ſuam conſcientiam exonerare, propter affe-
ctionem quam habuit ad ipſum filium , ita
eadem affectio præſumitur tranſire ad nepo-
tes, & conſequenter non intelligitur extanti-
bus nepotibus voluiſſe ſuam conſcientiam
per bonorum reſtitutionem exonerare.Sed in
contrarium facit , quod exoneratio conſcien-
tiæ continet æs alienũ, & innititur iure debiti
potius quã legati. Gl.in c. quãquã de vſur.in
6.Bal.in conſ. quod incipit proponenda.& in
alio quod incipit teſtamentum , quem refert
quod licet teſtamentum damnati ad mortem
non valeat. l. eius qui . ff. de teſtamentis. ta-
men valebit ſi diſponat pro male ablatis, nec
fiſcus poteſt conqueri , quia ſoluit debitum .
Item pro exoneratione conſcientiæ diminui-
tur legitima niſi appareat de fraude. Ang. in
l.1. §. ad municipium.ff.ad l.falcid. remota
tamen fraude . vt per DD. in cap. penult. de
re iud. Et hanc opinionem cenſeo veriorem .
Non obſtat conſideratio Soc.& Card. Mant.
quod teſtator non curauit ſuam conſcientiam
exonerare viuo filio propter affectionem ad
ipſum , & ſucceſſiue nec præſumitur velle
exonerare propter affectionem ad nepotes,
quia poteſt de facili reſponderi,quod teſtator
cõſiderata paupertate filij,potuit in eius per-
ſona exonerare conſcientiã, ſaltem ſecundum
præſentem ſtatũ relinquendo illi malè ablata
incerta,in quibus poſtea ſubſtituit eccleſiã, &
quia filius, & quilibet præſumitur in futurum
acquirere. l. ſi defunctus.C.arbitrium tutelæ.
Bar.& alij in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.
oblig.

Digitized by Google

oblig. non eſt mirum ſi poſt mortem filij inſtituit eccleſiam, quia videtur ceſſare cauſa exonerationis in filio. concludunt enim DD. quod qui tenetur reſtituere incerta, poteſt etiam ſibi ipſi tanquam pauperi, ſaltem de conſilio confeſſarij retinere. Nauarr. . . . . & inter pauperes, conſanguinei ſunt præferendi. cap. non ſatis. diſt. 86. Et ſic non poteſt dici, quod teſtator non curauit exonerare conſcientiam in filio, & ſemper capienda eſt illa præſumptio, quæ fauet animæ. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. Anch. d. conſ. 46. & hæc nota.

SVMMARIVM.

1. *Sacerdote hærede inſtituto ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, an Eccleſia veniat appellatione liberorum.*
2. *Clericus an poſſit adoptare.*
3. *Eccleſia dicitur proximior conſanguineus Clerici.*

QVÆSTIO 377.

Clerico in ſacris hærede inſtituto ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, an ſi obtineat Eccleſiam ipſa Eccleſia habeatur loco filij, & deficiat conditio.

1 HAec quæſtio eſt difficilis, & ſunt variæ opiniones DD. aliqui dicunt, quod conditio ſi deceſſerit ſine liberis, in Clerico conſtituto in ſacris intelligitur de ſpurijs, cum Clericus legitimos liberos habere non poſſit, l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebell. & hæc interpretatio videtur non tantum coniecturalis, quam neceſſaria. Bald. in conſ. 373. vol. 1. Sed obſtat quod hæc conditio ſic intellecta continet ignominiam, ergo habetur pro non ſcripta. l. penultima. C. quemad. teſtam. aper. vt tradit idem Bald. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Aret. in l. ſi quis poſthumos. ff. de liber. & poſth. Alij dicunt, quod conditio poteſt intelligi de ſpurijs legitimatis. Paul. de Caſtro. Alex. Imola in d. l. ſi quis poſth. ſed obſtat quod Clericus videtur quodammodo ad carnis vitium, & frangendum caſtitatis votum inuitari. iux. Bero. conſ. 73. lib. 2. & Card. Mant. de coniecturis vltimarum voluntatum. lib. 11. tit. 9. Alij dicunt quod debet intelligi de filijs legitimis, & naturalibus ſuſceptis ex matrimonio contracto ex diſpenſatione Summi Pontificis. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. num. 19. ff. ad Trebell. ſed obſtat quod id Summus Pontifex non ſolet hoc facere niſi ex magna cauſa. vt per Abbatem in d. cap. cum ad monaſterium, & verba teſtatoris non debent referri ad caſus inſolitos. l. Mela. ff. de alimentis legatis. & quia quod dependet ex voluntate Principis dicitur impoſſibile quãdo non eſt ſolitum concedi. l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de legat. 1. Alij dicunt quod intelligitur de liberis adoptiuis, quos iuſte clericus habere poteſt. ita Raphael Cuman. Paul. de Caſtro in d. l. ſi quis poſthumos. & ibi Alex. Dec. in cap. in præſentia. & ſecundum veriorem opinionem Clericus liberos adoptare poteſt Imol. in d. l. ſi quis poſthumos. Aret. ib. Hoſt. Abb. in c. 1. de cognatione legali. Et hanc opinionem ſequitur Card. Mant. loco citato. Sed huic opinioni videtur obſtare, quod raro Clerici adoptant Clericos, & ad ea quæ raro accidũt non debent verba teſtamenti referre. d. l. Mela. vltra quod eſt etiã dubium inter DD. an Cleri-
2 cus poſſit adoptare quamuis magis communis opinio ſit affirmatiua. Omiſſis alijs interpretationibus referam opinionem Bart. in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebell. vbi vult hanc conditionem ſi ſine liberis deceſſerit, in Clerico debere intelligi de eccleſia, ſeu monaſterio, quod habetur loco filij. per tex. in §. ſed & hoc præſenti. in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis. & ſequitur Abb. in d. cap. in præſentia. num. 15. de probat. & Ruin. conſ. 153. Sed Ripa in d. §. ſi quis rogatus. quem ſequitur Card. Mant. in loco citato. dicit intellectum Bar. non poſſe ſubſiſtere, quia hæc conditio debet intelligi, vt poſſit impleri, & deficere. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. alioquin non eſſet conditio, quæ non habet ſe ad eſſe, & non eſſe. l. cum ad præſens. & l. itaque. ff. ſi cert. petat. & l. ſi pupillus. §. qui ſub condit. ff. de nouationib. at eccleſia non moritur. cap. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. ergo non poteſt rationabiliter intelligi ſi deceſſerit ſine liberis hoc eſt ſine eccleſia, quia non poteſt non ſuperſtite eccleſia decedere. Sed hæc replicatio non ſatisfacit, quia conditio ſi ſine liberis admittitur à iure, & deficit ſi filius ingrediatur monaſterium d. §. ſed & hoc præſenti. & poteſt eſſe, & non eſſe, quia poteſt effici, & non effici religioſus. itaque opinio Bar. videtur rationabilior, honeſtior, & iuſtior. quã ego intelligo, vt procedat non ſolum ſi filius in-

ingrediatur monaſterium, ſed etiam ſi filius Clericus obtinear aliquam eccleſiam ſecularem.per textum ſingularem in cap. 2. de pœ-
3 nis. vbi eccleſia dicitur propinquior,& proximior Clerico, quam alij hæredes & coniuncti, ibi, quia nullus eius hæres proximior videtur quam qui ipſum Domino copulauit iuncta interpretatione Dec. in cap. in præſentia. num. 226. de probat. vbi dicit, illum textum procedere etiam ſi extarent alij hæredes, quia vt conueniat comparatio, præſupponitur quod extarent alij ſanguine coniuncti, quicquid ibi dicat Abb. Si ergo eccleſia habetur pro propinquiori, conditio ſi ſine liberis verificabitur in ea, cum nullus ſit propinquior filio. Vel etiam po. eſt forte dici, quod teſtator ſenſerit de filijs ſpurijs quo ad alimenta, quæ debet illi de neceſſitate præſtari per partem. cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrimoniũ quam polluerat. Nec obſtat quod videtur filius induci ad peccandum, quia debet attendi principalis intentio teſtatoris, quæ fuit præſtandi alimenta debita etiam de iure Canonico. quod enim principaliter fit attendi deber. l. ſi quis nec cauſam cum ibi notatis. per Iaſ. ff. ſi cert. petat. alias ſequeretur quod Canon etiam mandans præſtari alimenta ob miſerationem, induceret ad peccandum quod abſit dicere. & etiam Canon concedens Epiſcopis poteſtatem diſpenſandi ad beneficium ſimplex, & quatuor minores ordines. cap. 1. de filijs Presbyterorum in 6. induceret ad peccandum, quod nephas eſt aſſerere, cum dicti Canones principaliter moueantur ob miſerationem circa alimenta, & circa diſpenſationem ob eccleſię vtilitatem. Facit etiã quod ſi quis vouit aliquid Deo ſi non fuerit interfectus in duello, tenet votum licet duellum ſit in ſe illicitum, quia principaliter intendit liberationem ſuæ perſonæ. tenet etiam votum alicuius ſi ſuſceperit filium maſculum ex concubina, licet concubinatus ſit illicitus, quia principalis intentio fuit habere filium. vt latè per Doctorem Nauarr. in manual. confeſſar. in capite de voto.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ neceſſitas præfertur alimentis patrono præſtandis.*

2 *Patronus debet ali ab Eccleſia de ſuperfluis, & in quo conſiſtat eius priuilegium, cum Eccleſia de ſuperfluis teneatur ſubuenire omnibus pauperibus.*

QVÆSTIO 378.

Eccleſiæ neceſſitas præfertur alimentis præſtandis patrono.

1 CLarum eſt, quod eccleſia patronata debet patronum inopem alere. c. à nobis. de iurepatronat. ſed quæritur an debeat primo alere patronum egenum indiſtincte etiam ſi ipſa indigeat neceſſarijs. & breuiter dicendum quod non tenetur illum alere, niſi quando ſupereſt ipſi eccleſiæ detractis expenſis neceſſarijs. nam debet primo ſubueniri ſeruientibus, & cultui diuino, ac reparationi ipſius eccleſiæ, & de his quę ſuperſunt, patrono. ſicut in ſimili ſeruatur in liberto qui habet alere patronum egenum. l. ſi quis à liberis. §. alimenta. ff. de liber. agnoſc. tex. & Gl. in cap. 7. quicunque. 16. quæſt. 7. & ita tenet notabiliter Abb. in d. cap. nobis. Sed ſi quæ-
2 ratur, in quo conſiſtit hoc priuilegium patroni, cum eccleſia de ſuperfluis teneatur ſubuenire omnibus pauperibus. cap. quoniam. 16. quæſt. 1. reſpondet Abb. quod abundantius, & melius prouidebitur patrono quam alijs pauperibus. Præterea, pauperes non habent actionem contra eccleſiam. iux. not. in cap. ſicut. 47. diſtinct. & cap. exigunt 1. q. 17. ſed patronus habet actionum. d. c. nobis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, an veniat appellatione extranei.*

2 *Siliqua erat moneta S. Helenæ matris Conſtantini Imperatoris.*

3 *Eccleſia erat excepta à lucratiua deſcriptione.*

4 *Eccleſia poteſt concedere emphyteuſim perpetuam alteri eccleſiæ.*

5 *Statutum prohibens alienationem fieri in non ſubditos, an includat eccleſiam.*

QVAESTIO 379.

Eccleſia in diſpoſitionibus non venit nomine extranei.

1 HAbetur in l. vnica. C. de imponenda lucrat. deſcript. quod ſi curialis aliquid donabat ſuis conſanguineis aſcendentibus, non teneretur ſoluere curiæ gabellam
2 quatuor ſiliquarum ideſt ſolidorum, ſiliqua enim erat moneta S. Helenæ matris Conſtantini Imperatoris, vulgo medaglia, & iſta dicebatur lucratiua deſcriptio. vt tradit Ioan. de

3 de Platea in d.rubr. Ab hac etiam lucratiua
deſcriptione, erat excepta Eccleſia, ita quod
ſi res curiales transferebantur in eccleſiam
quocumque titulo, non ſoluebantur quatuor
ſiliquæ. l.penult.C.de ſacroſ.eccleſ. & per gl.
in d.l. vnica. in verb.immutari. Dicit tamen
ſingularirer Lucas de Penn. in d. l. vnica. nu.
72.& infert ex d. textu, quod Eccleſia non
habetur loco extranei.argum.auth. niſi roga-
ti. l.ad Trebell. §.& hoc præſenti. auth. de
ſanctiſs.Epiſc. vbi monaſterium habetur loco
filij, quando eſt factum legatum, vel inſtitu-
tio ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit.
Et ex his ſumitur argumentum, quod prohibi-
tus alienari in extraneũ, poteſt in eccleſiam.
4 Adducit etiam rationem, nam eccleſia, quæ
prohibetur in perpetuam emphyteuſim lo-
care, poteſt cum alia eccleſia talem celebrare
contractum. §.illud. in authent. vt de cætero
commutationes. Hæc ſunt notanda propter
magnam auctoritatem Lucæ de Penna, qui
fuit Doctor profundæ ſcientiæ legalis, & flori-
dus. Faciunt quæ communiter habentur in
cap.fin.de immunit.eccleſiar. in 6. vbi ſtatu-
5 tum prohibens alienationem in extraneos
non ſubditos, non includit eccleſiam. vt ibi la-
te per Dominicum & alios in cap. eccleſia
S.Mariæ.de conſtitutionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia ſi habet fundum de quo non ſoluit ſibi decimas, ſi vendit priuato, an emptor teneatur ad decimam.*

2 *Mutatione perſonæ mutatur ſtatus rei, & quomodo id procedat in fine.*

3 *Fratres duo emphyteutæ Eccleſiæ, an poſſit vnus vendere partem alteri, irrequiſita Eccleſia.*

4 *Prælatus qui iurauit non alienare, an poſſit alienare in Capitulum.*

5 *Fæmina filia vaſſalli, quæ non ſuccedit in feudo, an ſi nubat alteri vaſſallo ſuccedat.*

6 *Mutatione perſonæ, quando mutetur ſtatus rei.*

QVÆSTIO 380.

Emptor fundi Eccleſiaſtici, an ex eo teneatur ad decimàm.

1 QVæſtio eſt pulchra. Eccleſia habet fun-
dum de quo ſibi non ſoluit decimam,
illum vendidit alicui priuato, an emptor te-
neatur ad decimæ præſtationem? & videtur,
quod nõ, quia ſuccedens in loco alicuius, fun-
gitur eius vice. l.1.pen. ff. de aqua quotid. &
æſtiua. l.licitatio. §.fin. ff.de publicanis. Con-
trarium eſt dicendum, quia ex mutatione per-
ſonæ ſequitur mutatio ſtatus rei. l. vnica. C.
de impo.lucrat.deſcript. vbi pulchre Lucas de
Penna.& Io. de Platea l.ſi. C.de inoff. teſtam.
cap.1.de iurepatr.in 6. & ita in quæſt. propo-
ſita de decima tenet idem Luc. de Penna l.
ſordidorum. C. de excuſat. munerum lib.10.
Et è contra, quando conditio perſonæ non
mutatur, nec etiã ſtatus rei cõuenit immutari.
d.l.vnica.de imponenda lucrat. ex quo infert
ibi Io.de Plat. quod ſi ſunt duo fratres emphy
3 teutæ eiuſdẽ rei ab eccleſia, vnus poterit ven-
dere partẽ ſuã alteri fratri, irrequiſita eccleſia
cum perſona emptoris non varietur, quia eſt
obligata eccleſiæ ſicut primus. l.volũtas.C.de
fideiuſſorib. De hoc vide per Bart. in l.cum ij.
§. ſi vni. ff. de tranſact. & magis communiter
tenetur in Clem.fin.de reb. eccleſ.non alien.
4 quod Prælatus, qui iurauit bona eccleſiæ non
alienare, poteſt Capitulo ſuo donare, ex quo
non tranſeant extra perſonam illius eccleſiæ,
& in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſi-
tus. l.vnica.C.ne liceat habitatoribus metro-
comiæ loca ſua ad extraneum transferre. l. ſi
vnus. §.pactus ff.de pactis. Infert ſecundo Io.
de Platea, quod ſi filia, mater, vel auia vaſ-
5 ſalli nubat alteri vaſſallo eiuſdem domini,
quod ipſa ſuccedat in feudum, ex quo condi-
tio perſonæ vaſſalli non mutatur. vt in d.l.vni-
ca. & l.2.§.ad filiorum.colum. 3.§.adhuc. C.
quando & quib. quarta pars debeatur.lib.10.
Et hæc ſunt notãda. Sed ſi vis ad plenũ videre
an & quando ex mutatione perſonæ mutetur
ſtatus rei vide Luc.de Penn.in d.l.vnica. de
impon.lucrat.deſcript. vbi diſtinguit, quod ex
leui mutatione perſonæ, non mutatur ſtatus
rei, ſecus ſi eſt magna, niſi reſultaret detri-
6 mentum Reipublicæ, tunc neque ex magna
mutatione perſonæ mutaretur conditio rei. l.
fin.C.de exactoribus tributorum lib.10.& ad
Lucam te remitto, vbi quæ dicatur magna, &
1 quæ leuis mutatio, & ibi tractat ſi feudum, in
quo viuitur iure Longobardorum perueniat
ad viuentes iure Francorum, an viuet in eo
iure Francorum.

S V M M A R I V M.

2 *Eccleſia, res male alienatas poteſt propria auctoritate recuperare.*

Dire-

2 *Directus dominus, an poſſit propria auctoritate expellere emptorem rei emphyteuticæ alienatæ ipſo irrequiſito, & quid in eccleſia.*

QVÆSTIO 381.

Eccleſia res male alienatas, poteſt propria auctoritate recuperare.

1 HAbet eccleſia aliud ſingulare, quod res eius male alienatas, poteſt propria auctoritate recuperare tex. eſt notabilis in §. de cætero in auth. vt de cætero commutationes. & ibi Ang. Bertach. de Epiſcopo. lib. 4. par. 4. quæſt. 2. ex quo facile ſequitur ſolutio illius quæſtionis tam frequenter à DD. ventilatæ
2 an poſſit dominus directus propria auctoritate recuperare rem emphyteuticam male alienatam ſine eius aſſenſu, & expellere emptorem, vel debeat prius procedere ad ſententiam. Aff. enim in deciſ. 93. tenet id non poſſe fieri ſine citatione & ſententia, ex cap. licet Epiſcopus. de conceſſ. præben. in 6. vbi poſſeſſor eſt audiendus. & c. cum ſecundum. de hæreticis in 6. In contrarium eſt communis opinio. vt tradit Vrſill. in d. deciſ. vbi alios allegat. Bald. conſ. 117. vol. 3. Crauett. conſ. 6. num. 72. Dec. conſ. 146. Gozad. conſ. 39. Soc. Iun. conſ. 111. in 2. par. vbi tradit non ſolum Dominum id facere poſſe auctoritate propria, ſed etiam poſſe alijs concedere rem deuolutam irrequiſito emphyteuta. & tanto magis quod in inſtrumentis emphyteuticalibus ſemper ſolet apponi, quod liceat Domino capere iure proprio, conſtituendo ſe in caſu contrauentionis bona tenere iure conſtituti ſiue precarij. dicit tamen Vrſill. de æquitate ad euitanda ſcandala id fieri non debere. iuxta textum in l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Eſt igitur iſta quæſtio intricata, ſed in eccleſia videtur res expedita propter ſupradictũ priuilegium, & proprie tex. in d. §. de cætero. loquitur de rebus, quæ erant eccleſiæ, & fuerunt alijs conceſſæ, qui in alios eas transferre non poterant, vt ibi erat princeps. nã ſi transferantur recuperar auctoritate propria. idem in caſu noſtro de alienantibus irrequiſita eccleſia. c. cum dilecta. de confirmatione vtili, vel inutili. Conſulo tamen quod quantum poteſt euitetur ſcandalum. cap. nihil cum ſcandalo. de præſcript. cap. cum teneamur. de præbendis.

SVMMARIVM.

1 *Alienare tentans res eccleſiæ, etiam non ſequuto effectu incidit in cenſuras.*
2 *Eccleſia pro alienis debitis, obligari non poteſt.*
3 *Affectus quando punitur ſine effectu, refertur notabilis diſtinctio Ioannis Andreæ.*

QVÆSTIO 382.

Res Eccleſiæ alienare tentans, incidit in cenſuras etiam non ſequuto effectu.

1 PVlchrum eſt dubium, an tentans alienare res eccleſiæ, non ſequuto effectu incidat in cenſuras latas contra alienantes res eccleſiæ. vt in extrauag. ambitioſè. de rebus eccleſiæ. & videtur negatiuè reſpondendum,
2 quia non debet puniri affectus niſi ſequatur effectus. l. 1. ff. de extraordinarijs criminibus. vbi DD. & in materia cenſurarum id omnes tenent quod tentãs percutere Clericum non incidit in cenſuras niſi ſequatur effectus, & realis percuſſio. vt per omnes in cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſt. 4. In contrarium facit tex. notabilis in cap. 2. de ſolut. vbi habetur quod ſi Prælatus pro debitis alienis obligat eccleſiam, ſuſpenſus eſt ad adminiſtratione temporalium & ſpiritualium, idem
3 ſi tradidit ſigillum aut litteras. & ibi tenet Io. Andr. quod etiam ſi non ſequatur effectus, ex ſola traditione ſigilli vel litterarum, incidit Prælatus in cenſuras iuxta notata per eum in regula in pœnis. de reg. iur. in 6. in mercurialibus. vbi concludit quod ponderanda ſunt verba iuris inducentis pœnam. nam ſi ius non conſiderat effectum facti, ſed ſolum affectum, & tunc habet locum pœna, etiam ſi non ſequatur effectus. vt patet in d. cap. 2. in quo ponderatur traditio litterarum vel ſigilli, ex quibus poſſet eccleſia obligari, ſecus vbi lex non ſolum conſiderat affectum, ſed etiam effectũ, quia tunc non habet locum pœna niſi ſequatur effectus. ad not. in l. generaliter. §. 1. ff. de calumniatoribus. & l. 1. §. beſtias. ff. de poſtulãdo. tenet tamen quod in dubio, quando imponitur pœna ipſo iure, videtur eſſe mens diſponentis ſi aliud non apparet quod requiratur actum eſſe conſummatum, & ſic quod ſequatur effectus, vt pœna locum habeat, per id quod habetur in cap. perpetuo. de elect. in 6. ſecus ſi aliud appareret de mente diſponentis. vt in d. cap. 2. & Io. Andr. ibi ſequitur Imol. Nunc ad propoſitum cum in d.
cap.

Digitized by Google

cap. 2. Epiſcopus tentans obligare res Eccle-
ſiæ, incidat in cenſuras, multo magis in ten-
tante alienare ſimpliciter, fauore enim Eccle-
ſiæ fit extenſio etiam in cenſuris, vt dixi-
mus in alia quæſtione. Præterea vt etiam
ſupra annotauimus, ſolum nuda cogitatio vio-
landi iura Eccleſiæ punitur, l. præſenti. C. de
his qui ad eccleſiam confugiunt. vbi glo. re-
quirit ſaltem aliquem conatum exteriorem,
etiam non ſequuto effectu, vt diximus in alia
quæſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Quarta Epiſcopalis, non detrahitur de dote Eccleſiæ.*
2 *Quarta Epiſcopalis non detrahitur de fabrica Eccleſiæ, vel dote, etiamſi legatum ſit factum ad pias cauſas, prout Titius elegerit, & Titius eligat Eccleſiam fieri, vel dotari.*
3 *Fundans Eccleſiam, ſi donat ei ſtabilia, cenſetur donare pro dote.*
4 *Donans ſtabilia Eccleſiæ pauperi & indotatæ, cenſetur donare pro dote.*

Q V Æ S T I O 383.

Quarta Epiſcopalis non debetur de dote Eccleſiæ.

1 QVæritur an de dote eccleſiæ poſſit de-
falcari portio canonica Epiſcopalis. &
videtur affirmatiue reſpondendum,
cum non videatur excepta, prout quidam alij
caſus in c. fin. de teſtamentis. In contrarium
eſt veritas, quod non poſſit detrahi de bonis
aſſignatis pro dote eccleſiæ. Ratio eſt, quia
cenſetur aſſignata ad perpetuum cultum di-
uinum, quo caſu non detrahitur. d. cap. fin. de
teſtamentis. & ita tenet Abb. in cap. 1. de
cenſibus. Petrus de Peruſ. in tract. Canonicæ
Epiſcopalis in 7. cap. idq; eſt adeo verum,
2 quod procedit etiam ſi relictum ſit factum ad
piam cauſam prout Titius elegerit, & Titius
eligat fabricam eccleſiæ, vel dotem. Bart. in
l. vnum ex familia. §. 1. ff. de legat. 2. quia vi-
detur ſatisfactum textui in d. cap. fin. de te-
ſtament. pro poteſtate eligendi conceſſa Ti-
tio &c. Item dicebat Petr. vbi ſupra. quod ſi
à principio in fundatione eccleſiæ, vel poteſt
ipſe fundans donare aliqua ſtabilia eccleſiæ;
3 ſicut non dixerit, quod pro dote eccleſiæ do-
naret, vel legaret, præſumitur in dubio, quod
pro dote hoc fecerit, vt ſic non poſſit detrahi
quarta Epiſcopalis, ex quo fundator ad hoc
tenebatur, poterat compelli. cap. cum ſit. de
conſecrat. eccleſ. vel altaris. argum. l. 2. C. de
acquir. poſſeſſ. & l. quædam mulier. ff. de rei
vendicatione. & quia ex primordio tituli po-
4 ſterior fundatur euentus. l. vnica. C. de im-
ponenda lucrat. deſcript. libro 10. ſequitur
Bald. Nouell. de dote part. 1. cap. 1. num. 7.
vbi addit, quod etiam quod fundans ad hoc
non teneatur, puta quia alia perſona quam
fundans eccleſiam, legaret aliqua ſtabilia ipſi
Eccleſiæ, præſumitur quod ex cauſa dotis
conſtituendæ hoc fecerit, quando tamen
eccleſia erat pauper & indotata, quia ita ſua-
det ſubiecta materia, per id quod habetur in
l. quod autem. ff. de iure dotium. Sed circa
hoc dictum vide Lambertinum de iurepatro-
natus libro primo, parte prima. qui ex-
plicat.

S V M M A R I V M.

1 *Dos Eccleſiæ an poſſit præſcribi.*
2 *Decima Papalis, an ſoluenda de dote Eccleſiæ.*
3 *Eccleſiæ maior fauor debetur quam Reipublicæ.*

Q V Æ S T I O 384.

Dos Eccleſiæ præſcribi non poteſt.

1 QVæritur notabiliter, an dos eccleſiæ
poſſit præſcribi? & quod non poſſit fa-
cit, quia dos data pro matrimonio
carnali, eſt impræſcriptibilis, quia eſt inaliena-
bilis. inſtitut. quibus alienare non licet, poſt
principium. vt toto titulo. ff. de fundo dotali.
& l. ſi fundum. eodem. & l. vbi lex. ff. de vſu-
cap. & l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot.
ergo idem videtur dicendum in dote data à
principio pro ſubſtentatione eccleſiæ funda-
tæ. & magis videtur fauendum matrimonio
ſpirituali, quod eſt magis fauorabile, & ma-
ioris potentiæ quam carnale, quia tollit & ex-
tinguit vinculum matrimoniale ante conſu-
mationem, vt patet in ingreſſu religionis. cap.
ex parte. cap. ex publico, de conuerſ. coniu-
gatorum. Et ſic videtur, quod licet alia bona
eccleſiæ poſſint alienari, ſeruata tamen for-
ma, de qua in cap. ſine exceptione. 12. quæ-
ſtione ſecunda. & ſic etiam poſſint præſcribi
res eccleſiæ. cap. 1. cap. ſanctorum. & cap. de
quarta, de præſcription. tamen ſecus videtur

in

in bonis aſſignatis pro dote eccleſiæ. facit gl. in cap. nouum genus. de decimis. quæ vult, quod de fructibus bonorum ab initio conceſſorum pro dote eccleſiæ, non debeantur decimæ prædiales. Contrarium tenet Bald. Nouell. de dote par. 1. cap. 1. num. 8. vbi dicit, ita fuiſſe conſultum per Collegium Peruſium in fauorem cuiuſdam communitatis, quod potuiſſet præſcribere quoſdam redditus aſſignatos eccleſiæ pro dote. & affert rationem diuerſitatis in dote mulieris, cum mulier conſtante matrimonio nullum ius habeat dominij vel quaſi, nec ipſa poteſt interim agere, ideo contra eam præſcribi non poteſt. vt habetur in dicto §. omnis. quæ ratio ceſſat in eccleſia, quæ poteſt agere, quemadmodum curreret præſcriptio contra mulierem ſoluto matrimonio, quia poſſet agere, vel etiam conſtante marrimonio, quando poreſt agere, vt ſi vir vergat ad inopiam. iuxta l. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimonio. & l. vbi adhuc. Cod. de iure dotium. & tradit idem Bald. in dicto tract. parte 7. capitulo 1. numero 5. quod ſi. vbi etiam dicit ſecus eſſe in eccleſia. addit etiam quod non reperitur in iure cautum, quod bona aſſignata eccleſiæ pro dote, non poſſint præſcribi, nec alienari cum ſolemnitate requiſita. nec dicit obſtare, Gloſ. in dicto capit. nouum genus. quod non ſoluuntur decimæ de bonis dotalibus eccleſiæ, quia non ſequitur, non ſoluuntur decimæ, ergo non poſſunt alienari, vel præſcribi. Contrarium mihi videtur dicendum, quod dos eccleſiæ ſit impræſcriptibilis, quemadmodum dos mulieris, immo etiam maiori à fauore digna, quia maior vtilitas publica verſatur in ſacris, quam in dote mulieris, quæ propter bonum publicum habet multa priuilegia. capit. ius autem. diſtinct. 1. Et maior fauor
3 debetur eccleſiæ, quam reipublicæ. Felin. in capit. nonnulli. numero 23. de reſcript. Rota diuerſ. deciſ. 454. parte 1. & validiſſimum eſt argumentum de dote ad eccleſiam, vel ad aliam piam cauſam. capit. 1. §. donare. qualiter olim feudum alienari poterat. Bald. in l. ſicut. C. de actoribus, & actionibus. & l. mandatum. Cod. mandati. Euerardus late in loco de dote ad piam cauſam. Paulus de Cittadinis in tractatu de iurepatronatus. in 3. parte 12. quæſt. 2. Secundæ cauſæ. Lambertin. in eodem tractatu 8. artic. 5. quæſt. prine. 1. par. 1. lib. vbi ponunt multa priuilegia competentia doti mulieris extendenda ad dotem eccleſiæ. immo dicunt, quod dos eccleſiæ eſt magis priuilegiata. Non obſtat ratio differentiæ aſſignata à Bald. Nouell. quod mulier viuente viro non poteſt agere, & ideo contra eam non currit præſcriptio, ſed dotem adminiſtrat maritus, quia idem dicendum eſt in eccleſia conſiderata de per ſe tanquam vxor, quia Prælatus eius ſponſus adminiſtrat, & ideo nec contra eam debeat currere præſcriptio. Prælatus enim dicitur ſponſus. capit. 2. de tranſlat. Prælatorum cum alijs. quare dicendum eſt dotem eccleſiæ eſſe impræſcriptibilem exemplo doris mulieris. facit, quia eccleſia eſt illa quæ eſt vera domina dotis, ſed Prælatus exemplo mariti adminiſtrat, & recipit fructus, & multa videtur differentia conſtituenda.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia miſſa in poſſeſſionem ratione legata ſibi dotis ſeruanda, lucratur fructus.*
2 *Mulier promittens dotem Eccleſiæ non iuuatur Velleiano.*
3 *Dos Eccleſia ob impenſas retineri non poteſt.*

Q V Æ S T I O 385.

Eccleſia miſſa in poſſeſſionem ratione legatæ ſibi dotis ſeruandæ, lucratur fructus.

1 HAbet mulier priuilegium, quod ſi ſit miſſa in poſſeſſionem cauſa legatæ dotis ſeruandæ, lucratur fructus. l. penultima. ff. vt legat. nom. caue. eodem modo ſi eccleſia, vel eius Rector, ſit miſſa vel miſſus in poſſeſſionem ratione legatę ſibi dotis ſeruandæ, lucratur fructus. eſt enim validum argumentum de dote vxoris ad dotem eccleſiæ, vt fuit dictum in quæſtione præcedenti, & ita concludunt Lambert. in tract. de iurepatr. 8. art. 5. quæſt. princ. 1. par. 1. lib. Paul. de Cittad. in eodem tract. in 3. par. in 12. quæſt. ſecundæ cauſæ, vbi enumerant multa alia priuilegia doris mulieris, competentia doti eccleſiæ ad quem te remitto. referam tamen quod quemadmodum mulier intercedens dotem non iuuatur Velleiano. l. generaliter. C. ad Vel-
2 leian. eodem modo ſi permittat dotem eccleſiæ. Item & multa alia quæ apertè vide quia eſt tranſcribere aliorum dicta. vnum vltra eorum dicta non eſt omittendum,

quod res dotalis propter impenſas retineri non poteſt. l. vnica. §. ſed & hoc. C. de rei vxor. act. ſic ob impenſas retineri non poteſt res dotalis eccleſiæ.

S V M M A R I V M.

1. *Legatum relictum puellis pauperibus pro dote, an debeatur nuptis ſine dote, vel cum modica dote.*

2 *Legatum certæ quantitatis pro puella maritanda, an debeatur ſi nupſerit viuente teſtatore, & quid ſi teſtator ſciuerit, & non mutauerit teſtamentum.*

QVAESTIO 386.

Legatum relictum puellis degentibus in conſeruatorio Eccleſiæ, an debeatur puellis nuptis ſine dote, vel cum modica dote.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, & frequenter occurrens, an legatum pro dote puellarum pauperum, quæ conſeruantur in eccleſia, debeatur puellis nuptis ſine dote, vel cum modica dote. & videtur quod non debeatur, cum enim ceſſet fauor nubendi, & cauſa finalis legati, debet ceſſare effectus. cap. cum ceſſante. de appellat. & debet mulieri imputari, & viro ex quo ſine dote contraxerunt matrimonium. ad notata per Bart. in l. obligamur. §. 1. ff. de actionib. & obligat. Bald. Nouell. in tract. de dote par. 5. in principio. num. 12. diſtinguit, quod aut vir qui accepit puellam indotatam, erat potens in facultatibus & poſſet onera matrimonij ſopportare, & tūc non poſſit eccleſia, ſiue exequutores dotare puellam nuptam, vel dotem augere, quia non cenſetur puella pauper quo ad iſtū effectum ex quo ſibi non poſſunt deficere alimenta, cum vir teneatur illam alere, & de neceſſarijs prouidere licet ſit indotata, quia ſibi debet imputare quod indotatam acceperit. vt notatur in l. quod ſi nulla. ff. de relig. & ſumptibus funer. & in l. ſi cum dote. §. ſi autem ſolur. matrim. ſi autem vir eſſet egenus, & impotens ad ſupportanda onera matrimonij, & tunc ſunt ponderanda verba teſtamenti, an dicatur pro dotandis puellis, & tunc poteſt puellæ nuptæ dos aſſignari ſi videatur neceſſe pro ſupportandis oneribus matrimonij, quia adhuc ſubeſt cauſa pia, & neceſſitas matrimonij. aut dicunt pro puellis maritandis, & tunc ſecus, quia non videtur ſatisfactum intentioni, nec etiam verbis teſtamenti. & maxime ſi diceretur pro virginibus maritandis. faciunt notata per Bart. in l. ſocius. ff. de legat. 2. & per DD. in l. filia legatorum. C. de leg. hæc Bald. Nouell. Ex quo colligitur quod ſi legatum eſt factum pro dote, & maritus non eſt potens ad ſupportanda onera matrimonij, poteſt puella dotari, vel augeri dos. Pro quo facit, quod dos poteſt pro matrimonio præterito conſtitui. l. obligamur. §. 1. ff. de actionibus, & obligation. & dos poteſt etiam mulieri nuptæ, & dotatæ legari, quia conſtante etiam matrimonio poteſt dos conſtitui, & augeri. §. eſt aliud genus. in fine. inſtitut. de donat. Alexander in l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de legat. 1. & ſucceſſiue cum teſtator reliquerit pro dotandis puellis, ſi vir eſt impotens merito poſſunt dotari, vel augeri dos. Et ſupradicta procedunt in legato facto puellis pauperibus in genere, quia cauſa pietatis adhuc durat, & pia voluntas teſtatoris omni meliori modo. capit. nos quidem de teſtamentis. Sed
2 pone quod teſtator legauerit certam quantitatem pro puella maritanda, & ea nupſerit viuo adhuc teſtatore, nec ſumus in caſu paupertatis, an legatum extinguatur. Bart. l. Lutius. la prima. ff. de leg. 2. tenet legatum extingui, ſed ſi teſtator ſciuerit eam eſſe nuptam, & potuerit mutare teſtamentum, nec mutauerit, intelligitur voluiſſe decedere cum eadem voluntate, & perinde legatum debetur ac ſi nupta non fuiſſet. iuxta gloſ. in l. athletæ. §. dat remiſſionem. ff. de excuſation. tutor. quæ vult, quod ſi teſtator potuit mutare teſtamentum & non mutauit, videtur remiſiſſe iniuriam, quæ fuit ei facta poſt teſtamentum. quem ſequitur Paul. de Caſtr. conſil. 254. in fine. volum. 1. conſil. 148. in fine. volum. 2. Tiraquel. in l. ſi vnquam. C. de reuocandis donation. in verb. ſuſceperit liberos. numero 178. ſequitur Cardinalis Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum. libro 17. titulo 1. numero 13. quæ ſunt notanda quia occurrunt. ſed vide in ſequenti quæſtione.

S V M M A R I V M.

1. *Legatum pro maritandis, vel dotandis mulieribus, an debeatur viduis, vel virginibus.*

2 *Legatum pro dote puellæ pauperis, an debeatur ſi illa poteſt viuere ex labore ſuo.*
3 *Exequutores dati ad virginem maritandam an poſſint dare dotem virginibus volentibus ingredi monaſterium,*
4 *Legatum relictum puella pro dote, an debeatur ſi puella moriatur antequam nubat.*

QVÆSTIO 387.

De legato facto pro mulieribus, vel virginibus dotandis alia in praxi occurrente.

1 QVæritur ſi teſtator iuſſit bona ſua diſtribui maritandis, & dotandis mulieribus pauperibus, an de viduis ſenſiſſe cenſeatur, & videtur affirmatiue reſpondendum, quia mulieris appellatione mulier corrupta tantum comprehenditur. l. quæritur. §. mulierem. ff. de ædilicio edicto. l. ex empto. §. ſi quis virginem. ff. de actionibus empti. quemadmodum etiam continetur virgo viri potens. l. mulieris appellatione. ff. de verbor. ſignificat. Contrarium tenet Bald. in procœmio decretalium. n. 25. vt teſtator cenſeatur intellexiſſe de primis nuptijs, per regulam. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif. idem Iaſ. in l. duobus. §. ſi ei qui. ff. de iureiurando. ſequitur Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. nu. 21. vbi conſiderat non obſtare, quod viduę etiam dicantur mulieres, ſed quia veriſimiliter teſtator de primis nuptijs ſenſiſſe videtur, cum dixerit pro maritandis mulieribus. quod ſi legatum ſit ſimpliciter relictū mulieribus pauperibus, dubium non eſt quin viduæ etiam comprehendantur. & etiam in hoc caſu debetur etiam virginibus pauperibus, quia verbi ſignificatio ei deſeruit. mulieres enim omnes dici poſſunt quęcunque ſexus fœminei ſunt. l. argento. §. muliebri veſte legata. ff. de auro, & argento legato. & legatum ad pias cauſas eſt fauorabile, & lariſſimam recipit interpretationem. l. Titia. §. Seio. & ibi Bart. ff. de auro, & argento legato. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. num. 80. Item quæritur ſi teſtator iuſſit maritari pauperes puellas, an poſſit dici
2 pauper illa puella, quæ victum quærit ſibi ex labore ſuo. dicendum quod ſic ſi non habet alimenta. ita Bald. per illum textum cum Gloſ. in l. paupertas. ff. de excuſat. tutorum. Iaſ. in l. niſi conſtante. num. 151. ff. ſolut. matrimon. Quæritur etiam, an exequutores
3 dati ad virgines maritandas, poſſint dare aliquam quantitatem virginibus ingredientibus monaſterium. & videtur quod non poſſit, quia hoc non habetur in mandatis, & fines mandati non ſunt tranſgrediendi. l. diligenter. ff. mandati. Præterea maritare pauperes virgines eſt pia cauſa, quæ non poteſt excludi per alium pium vſum. Clement. 1. contingit. de relig domib. & ita tenet Bald. in auth. niſi rogati. num. 11. verſic. quæro nunquid monaſterio. C. ad Trebellian. ſequitur Felin. in cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. num. 93. de conſtitutionibus. Natta conſil. 296. num. 1. & 3. Cardin. Mant. loco citato. num. 23. vbi declarat vna cum Natta, quando teſtator voluerit aliquid erogari in ſubſidium maritandi filias hæredum, tunc legatum intelligitur ei quoque relictum, quæ velit ingredi monaſterium. Mihi vero videtur ſimpliciter dicendum contrarium, vt exequutores ad diſtribuendum dotem pro pauperibus puellis dotandis, poſſint diſtribuere ingredientibus monaſterium. eſt enim validum argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale. cap. 2. de tranſlat. Prælat. cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lite non conteſtata. cap. cum inter canonicos. de electione. Item faciunt multæ deciſiones. nam ſtatutum diſponens filiam contrahentem matrimonium carnale debere dotari, habet locum in filia ingrediẽte, & profitente religionem approbatam. vt tradit ſingulariter Petr. de Anchar. in conſil. 180. in cap. paucis verbis. Item bona ſubiecta reſtitutioni, poſſunt alienari pro dote filiæ contrahentis matrimonium carnale. authent. res quæ. C. communia de legatis. ita etiam poterunt alienari pro filia ingrediente monaſterium. vt ibi tradunt Bart. & Bald. & alij communiter. Item quæcunque relicta ſub conditione nuptiarum, vel donationis ante nuptias, debentur ingredienti religionem. §. ſed & hoc præſenti. in authentica de ſanctiſſimis Epiſcopis. Et multa poſſent adduci cumulata per Euetard. in loco cit. à matrimonio carnali ad ſpirituale. Præterea in teſtamentis, voluntas teſtatoris & intẽtio principaliter ſpectanda eſt. vulgata l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demonſtr. ſed finalis intentio teſtatoris legandi puellis pauperibus, fuit prout ſolet eſſe apud omnes, vt puellarum honeſtas in tuto ponatur, & liberetur à periculo meretricandi cum perditione animarum ſuarum, & aliorum, quę in-

intentio melius ſeruatur ſi puellæ ingrediantur religionem, & ſtante identitate rationis, imo maioritate, diſpoſita in matrimonio carnali procedant in ſpirituali, vt ſupra fuit dictum. Non obſtat, quod exequutores ſunt commiſſarij, & non debent excedere fines mandati, quia ſi conſideretur intentio teſtatoris, vt honeſtas puellarum ponatur in tuto non exceduntur, immo magis ſeruantur. & quando agitur de exceſſu mandati, intentio eſt attendenda, iuxta famoſam legem ſi hominem. ff. mandati. Et ex his patet reſponſio ad alia quæ adduci poſſunt. ſed vide in alia quæſtione. Non eſt omittendum, quod lega-
4 tum factum puellæ pauperi pro anima teſtatoris, ſi illa moriatur antequam nubat non extinguitur, ſed debetur alteri puellæ pauperi. ſecus ſi non pro anima, quia tunc remaneret apud hæredem. ita Bart. in l. pater. §. Tuſculanus. ff. de leg. 3. Iudex autem arbitrabitur nunquid teſtator reſpexerit ad ſalutem, vel potius ob fauorem illius puellæ, quam nominauit, vel ad merita ipſius, puta ſi ei longo tempore inſeruiuit, quia præſumitur remunerandi cauſa reliquiſſe, & extinguitur legatum. argum. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. & cum ante implementum conditionis deceſſerit, legatum intercidit. ff. de condit. & demonſtr. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollen. pulchre tradit Card. Mant. d. lib. 8. tit. 5. nu. 24. vide alias quæſtiones concernentes dotes puellarum in hoc libro ſparſas.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam ſi mandauit teſtator conſtrui, & mille expendi, an ſi Epiſcopus plus expenderit, poſſit ab hærede exigere.*

2 *Exequutor cui ſepulchri cura demandata eſt, an poſſit plus expendere quam teſtator mandauit.*

QVÆSTIO 388.

Epiſcopus ſi in ædificatione Eccleſię expendit pluſquam reliquit teſtator, poteſt illud exigere ab hæredibus, & quando.

1 QVæſtio eſt notabilis. teſtator mandauit conſtrui eccleſiam, & pro conſtructione expendi mille, Epiſcopus expendit plus, an poſſit illud exigere ab hærede. & videtur quod ſic per tex. in l. cum teſtamentum. ff. de verb. ſignif. vbi habetur quod ſi teſtator mandat in funere certam ſummam erogari, poteſt plus etiam expendi. In contrarium facit textus in l. qui aliena. §. 1. ff. de negocijs geſtis. vbi exequutor cui ſepulchri
2 cura mandata eſt, ſi præter iuſſum plus expenderit, nulla actione ab hærede conſequi poteſt. Hoſt. in capit. nos quidem. de teſtamentis. dicit, quod ex qualitate & dignitate defuncti, & conſuetudine, & affectu, & facultate eius quod remanſit, poteſt iudicis arbitrio conſiderari, an Epiſcopus bene illud plus expenderit. argumento tex. in l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus. ff. de donat. inter vir. vxor. & in l. quæro. ff. de vſuris. & in l. qui ſemiſſes. ff. de legat. 3. ſed ex benignitate canonica dicit ſtandum eſſe diſpoſitioni d. l. qui aliena. vt nihil exigat. Cardin. in d. cap. nos quidem. dicit, hoc etiam eſſe de iure verius, vt ſtandum ſit voluntati teſtatoris, qui noluit plus expendi d. l. qui aliena. Nec Epiſcopus in hoc poteſt præiudicare hæredibus. Imola in dicto cap. nos quidem. num. 21. idem tenet dicens, quod lex cum teſtamento procedit vbi onus imponitur hæredi, vt certam quantitatem expendat in conſtructione eccleſiæ, tunc hæres non poterit expendere minus, ſed plus ſi voluerit, quia in hoc ſibi ipſi præiudicaret. ſi vero alteri hæredi iniungatur onus, vt certam quantitatem expendat in conſtructione eccleſiæ, & illa ſibi relinquitur ab hærede, tunc talis non poterit in præiudicium hæredis plus expendere. & ita procedit d. l. qui aliena. §. 1. Anton. de Burr. in dicto cap. nns quidem. ſequitur opinionem Hoſt. quod poſſit ex qualitate perſonæ defuncti, & hæredum & quantitate patrimonij plus expendere. dicit tamen, quod ſecundum Ioan. Andr. de æquitate Canonica non debet exigi vltra id quod eſt relictum. Ang. not. in cap. filius de teſtamentis. cap. ex parte de cenſibus. Mihi videtur ſimpliciter tenenda opinio Hoſt. quod conſiderata qualitate perſonæ, & facultate, poſſit Epiſcopus plus expendere, & exigere ab hærede ex illa regula, quæ multum valet in teſtamentis, quod ſi teſtator fuiſſet interrogatus an plus vellet expendi, idem reſpondiſſet. l. tale pactum. §. 1. ff. de pact. & non eſt credendum, quod teſtator diues ſi fuiſſet interrogatus, quod plus debebat expendi in ædificatione, id non mandaſſet. tanto magis

gis

Digitized by Google

gis, quod in diſpenſationibus ad pias cauſas ſit extenſio de caſu ad caſum. l. 2. ff. de manumiſſ. teſtament. & late diximus in alia quæſtione. Item facit, quod ſi teſtator viuens fundaſſet eccleſiam, & nihil dixiſſet de dotatione, ex tacita eius voluntate perficiendi opus, cenſetur etiam voluiſſe illam dotare, & poteſt compelli ad dotandum. cap. cum ſicut. de conſecrat. Idque operatur eius tacita voluntas perficiendi opus, multo magis idem debemus præſumere poſt eius mortem ob refrigerium animæ, quæ forte in atrociſſimis pœnis Purgatorij torquetur. quinimmo in hoc æquitas canonica videtur potius conſiſtere, quam quo ad hæredem nihil exigat, & ſemper ea eſt ſequenda opinio, quæ animæ fauet. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer. Inſuper facit, quod mutuās pecuniam ad refectionem ædificiorum ciuitatis, habet prælationem in actione perſonali. l. creditor. ff. ſi cert. pet. quod procedit etiam ſi amplior ſumma mutuata eſt, quā quæ ædificio reſtituēdo neceſſaria eſſet, eaq. omnis impenſa ſit ædificiumq. idque ex benigniori interpretatione. vt tradit ſingulariter Alciat. in d. l. creditor, ad quem te remitto. eaq. interpretatio ſit fauore publico, cum reip. interſit ornatas domos eſſe in Ciuitate, multo magis fauore animæ, & eccleſiæ propter ædificium id arbitrari debemus. eccleſiarum etiam ædificatio pertinet ad ornatum Ciuitatis. l. Ciuitatibus. ff. de leg. 1. hoc tamen eſt cum grano ſalis intelligendum, vt non ſit immoderatus exceſſus in expenſis, ſed boni viri arbitrio.

SVMMARIVM.

1 *Decennalis præſtatio cenſus, an obliget Eccleſiam in futurum.*

2 *L. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. an procedat contra Eccleſiam.*

QVÆSTIO 389.

Præſtatio decennalis cum allegatione tituli, an obliget Eccleſiam ad præſtandum in futurum donec probauerit contrarium.

1 Communis eſt concluſio DD. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & l. ſi certis annis. C. de pactis. quod præſtatio cenſus, vel alterius rei, decennalis, cum allegatione tituli obligat ad præſtandum in futurum. poteſt tamen contrarium probari. ita Bart. Bald. Iaſ. Alciat. & alij in d. l. ſi certis annis. & in l. cum
2 de in rem verſo. Quęritur modo, an talis præſumptiua probatio, & diſpoſitio d. l. cum de in rem verſo, procedat contra eccleſiam, vt per ſolutionem decennalem cum allegatione tituli compellatur in futurum. Et quod etiam procedat contra eccleſiam tradunt Salic. Iaſ. Alciat. in d. l. ſi certis annis. quia eccleſia vtitur iure communi niſi appareat priuilegiata. Gloſ. in cap. peruenit. de cenſibus. Et quia non tractatur hic de materia peccati, & eccleſia quantum ad res temporales vtitur iure ciuili. c. 1. & 2. de oper. nou. nunc. Mihi vero videtur contrarium dicendum, quia contra eccleſiam debet probari præſcriptio quadraginta annorum ſine aliqua interruptione, vt dicit tex. in cap. illud. de præſcript. vbi habetur quod prætendens aliquod ius ab eccleſia debet probare ſe poſſediſſe per quadraginta annos inconcuſſe, & ibi exponit gloſ. 1. pacifice, & ſine aliqua interruptione. Et licet præſũptio iuris veniat appellatione probationis, tamen non venit quando lex requirens probationem ponit aliqua verba prægnantia, vt late probat Dec. in rubr. de probat. & diximus clarius in alia quæſtione. & tale videtur illud verbum inconcuſſe idest non concuſſe non interrupte. hoc autem præſumptiue probari non poteſt, quia quod præſumitur poteſt eſſe & non eſſe, etiã ſi ſit pręſumptio iuris, & de iure, cum contra eam admittatur probatio in contrarium per confeſſionem partis iuxta omnes. ergo quod præſumitur poteſt non eſſe. Et cum habeamus diſpoſitionem claram iuris Canonici, quod requiritur præſcriptio quadraginta annorum contra eccleſiam, non eſt curandum de diſpoſitione iuris ciuilis. iuxta omnes in cap. 1. de oper. nou. nunciat.

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ ſi fuerunt celebratæ in altari ſemel, vel bis in hebdomada per decennium, nec appareat de onere, an Capellanus teneatur celebrare in futuro.*

2 *Seruitij decennalis præſtatio cum allegatione tituli, an obliget in futurum.*

3 *Miſſarum celebratio poteſt fieri per alios.*

QVÆSTIO 390.

Decennalis celebratio Miſſarum in altari

tari, an obliget Capellanum in futurum ſi non conſtat de onere, ſed tantum allegatur onus ab Eccleſia.

1 EPiſcopus viſitat altaria ſiue Capellanias, reperit per decennium fuiſſe ſemel, vel bis in hebdomada, à Capellano ſeu beneficiario celebratas Miſſas. eccleſia, ſiue fiſcus allegat miſſas fuiſſe celebratas ratione oneris impoſiti à fundatore, ſed non probat onus quia non conſtar in bullis Capellaniæ de aliquo onere particulari, ſed ſolet in genere fieri collario cum oneribus, & honoribus. Capellanus negat onus, & propterea dicit non teneri. quæritur modo, an propter celebrationem per decennium compellat in futurũ. & videtur affirmatiuè reſpondendum. ex l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. & communi concluſione DD. ibi. & in l. ſi certis annis. C. de pactis. quod per præſtarionem decennalem, cum allegarione rituli inducitur obligatio in furutum donec cõtrarium probetur. In contrarium facir, quod dicta concluſio non
2 procedit, vbi agitur de obligando aliquem ad ſeruitium perſonale, puta ad ius vaſſallagij, vel ſubiectionis, quia tunc requiruntur triginta anni ſecundum Bart. in d. l. cum de in rem verſo. Bald. Iaſ. Alciat. & omnes in d. l. ſi certis annis. dominus Ant. in cap. peruenit de cenſibus. & talis videtur eſſe obligatio præſtandi ſeruitium in altari, & celebrandi Miſſas. Quid dicendum? verior eſt opinio, quod Capellanus poſſit compelli in futurum propter celebrationem decennalem. non obſtat, quod dicta concluſio non procedit vbi agitur de ſeruitio, quia DD. in locis citatis id intelligunt quando agirur de ſeruitute cum graui præiudicio, & ſubiectione perſonæ, vt ſi prætendatur ſeruitus, aut dedit ſit conditio, ſed celebratio Miſſarum non inducit aliquam ſeruitutem, ſed continet quoddam
3 onus. idque eſt adeo verum, quod poteſt fieri per alium. iuxta allegationem Lap. 117. communiter receptam. quinimmo etiam quando agitur de ſeruitute, ſed præiudicium eſt modicum, procedit diſpoſitio dictæ l. cum de in rem verſo, vt in ſeruitutibus prædialibus non continuis. iuxta gl. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitutibus. & magis communem opinionem de qua teſtarur Alciat. in d. l. ſi certis annis, & ralis eſt celebratio Miſſæ aliquibus diebus hebdomadæ. Item facit quod fauore eccleſiæ & piæ cauſæ, laudabilis conſuetudo decennalis obligat in futurum. cap. ad Apoſtolicam de ſimonia. ex quo ſumunt DD. concluſionem, quod fauore piæ cauſæ tempus eſt modus inducendi obligationem. Item facit tex. in c. ſeruitium. 18. quæſt. 2. vbi mandatur conſueta ſeruitia præſtari Epiſcopis à monaſterijs, prout fuerunt præſtita à tempore Gregorij Septimi vſque ad Vrbanum Secundum, & tamen vt ibi notat gloſſ. non effluxerant triginta anni, & loquitur textus de ſeruitio. & præcipuè multò magis procedit in Capellanijs, quæ ex conſuetudine vniuerſali fundantur pro celebrandis Miſſis, & ſucceſſiue concurrunt plures præſumptiones. Verior eſt igitur opinio, quod Capellanus compellatur ad celebrandum in futurum. facit etiam quæſtio ſequens.

XIV. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Eccleſiæ in teſtamento inualido, ſi præſtetur per triennium, debetur in futurum.*
2 *Legatum alimentorum in teſtamento inualido, debetur in futurum ſi fuerit ſolutum per triennium.*
3 *Solutio triennalis facta eccleſiæ ex contractu inualido, an obliget in futurum.*
4 *Alimenta ſi relinquantur diuiti, an gaudeant priuilegijs alimentorum.*
5 *Alimenta poſſunt legari deportato.*
6 *Extenſio debet fieri in fauorabilibus, etiam ſi non ſubſit tanta ratio fauoris.*
7 *Dotis legatum ſolutum per triennium ex teſtamento imperfecto, an debeatur in futurũ.*

QVAESTIO 391.

Legatum factum in teſtamento imperfecto, per triennium ſolutum Eccleſiæ, obligat in futurum.

1 TEXTVS eſt ſingularis in l. 1. Cod. de fideicommiſſ. vbi habetur, quod ſi in teſtamento imperfecto, ratione ſolemnitatis legentur alimenta alicui, & hæres ſciens inualiditatem teſtamenti.

menti ea præſtiterit per triennium, cogi-
2 tur etiam præſtare in futurum. qui tex. certe eſt ſingularis, & ſecundum omnes id operatur fauor alimentorum, concurrente etiam fauore vltimæ voluntatis, cum præſtatione triennali. quem textum extendunt DD. ad aliam cauſam fauorabilem, vt ſi fiat legatum eccleſiæ, vel in redemptionem captiuorum, vel ad quamcunque piam cauſam aliquid relinquatur in teſtamento imperfecto. ita Ang. in l. ſi certis annis. C. de pactis. & ante illum ibi Bart. & in l. cum de in tem verſo. ff. de vſuris. Ant. in cap. peruenit. de cenſibus. Imola in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in d. l. 1. C. de fideicomm. & alij, quos refert, & ſequitur Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ. priuil.
6. Item facit, quia de alimentis ad piam cauſam validum eſt argumentum. l. Mela. vbi Bart. ff. de alimentis legatis. Euerard. in loco ab alimentis ad piam cauſam. Sed dubium eſt, an ille tex. in l. 1. C. de fideicomm. proce-
3 dat in contractu inutili ex defectu ſolemnitatis, vt ſequuta præſtatione triennali facta eccleſiæ vel piæ cauſæ, naſcatur obligatio in futurum. & videtur quod non. quia in d. l. præſtatio triennalis concurrit cum duplici fauore, alimentorum, & vltimæ voluntatis, vt ibi notat Iaſ. nu. 2. & ſic aliud videtur dicendum in contractu inutili. In contrarium facit vt non validum eſt argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, & è contra. l. pactum inter hæredē. & ibi Bart. ff. de pactis. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonſt. l. fin. C. de leg. late Euerard. in loco à contractibus ad vltimas voluntates. & è contra. vbi dicit id procedere data identitate rationis. ſed identitas rationis videtur principaliter conſiſtere in legato rei fauorabilis, non in vltima voluntate, cum illa imperfecta nihil operaretur. l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. & in hoc conſiſtit principaliter priuilegium alimentorum, quod non obſtante voluntate imperfecta eorum fauore, concurrente ſolutione triennali cum ſcientia hæredis, oritur obligatio in futurum. quia videtur hæres voluiſſe approbare dictam voluntatem inutilem per ſolutionem triennalem. & ſic idem videtur in contractu, imò fortius quia in eo eccleſia eſt priuilegiata. quod ſi ſit nullus ratione ſolemnitatis, ſed vtilis eccleſiæ, ſui fauore cōtractus claudicat, & poteſt illum approbare, etiam ſi non interuenerit triennalis ſolutio, iuxta omnes in l. cum ij. ff. de tranſact. & nos diximus in alia quæſtione. Et certè poteſt ſumi generaliter argumentum ex d. l. 1. C. de fideicommiſſis. quod quicumque, ſiue hæres ſiue alius, ſciat ex aliqua cauſa non deberi aliquid eccleſiæ, vel alteri piæ cauſæ, & ſoluat per triennium, non ſolum non repetat quod ſolutum eſt, de quo non eſſet dubium, data ſcientia. l. 1. ff. de condit. indeb. ſed quod teneatur ſoluere in futurum. quia lex præſumit, quod ſoluens ſciuerit principium eſſe inutile, ſed conſiderans cauſam fauorabilem voluit ſe obligare in futurum ad ſoluendum. & hoc credo veriſſimum, & multo magis ſi approbauerit expreſſe, tunc momento temporis obligatur in futurum. l. 2. vbi Bart. C. de dotis promiſſ. Iaſ. in d. l. 1. limit. 7. Non eſt omittendum, quod d. l. 1. procedit data inualiditate teſtamenti ex defectu ſolemnitatis, ſecus ſi ex defectu voluntatis, quia tunc non habetur pro vltima voluntate. l. ſi ij qui. ff. de teſtamentis. Idem ſi teſtamentum eſſet falſum, vt late per Iaſ. & alios in d. l. 1. Eſt etiam animaduertendum,
4 an dicta lex prima procedat in legato alimentorum relicto diuiti, vel in relicto tantum pauperi. & aliqui dixerunt non procedere, quia ceſſat fauor, & cauſa pietatis, in quo fundatur illa lex. & legatum alimentorum factum diuiti non cenſetur pium, iuxta Bart. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. Contrarium tenet Salic. ibi. Iaſ. Alex. in l. ſi certis annis. adducit Salic. text. in l. cum ij. §. nihil. ff. de tranſactionibus. vbi nihil refert, an legatum fiat diuiti, vel pauperi, dummodo in ſe ſit cauſa fauorabilis. & ratio eſt, quia potuit teſtator cogitare, quod iſte diues poteſt deuenire ad pauperratem, vel ſi publicentur bona à fiſco, nam
5 etiam deportato debentur alimenta. l. penul. ff. de capitis diminutione. Et hæc eſt magis communis opinio, vt tradit Alciat. in dict. l. ſi certis annis. ſed in eccleſia ceſſat omne dubium, ſiue ſit pauper, ſiue diues, cum omnia quæ illi offeruntur, Deo dedicentur, & quæcunque habet eccleſia diſpenſantur in neceſſaria ad cultum diuinum, alimenta pauperum ſacerdotum, atque in alios pios vſus, & propterea multo magis procedit ille tex. in Eccleſia quam in ſimplici legato alimentorum, in quo non ita exuberat fauor. Quinimò dixit
6 vnum notabile verbum Alciat. in d. l. ſi certis annis. nu. 20. quod tex. in d. l. 1. C. de fideic.
7 procedit etiam in legato dotis, quamuis maior ſit fauor alimentorum. quia in fauoribus extendendis debemus eſſe procliuiores, etiam ſi non adeo tanta ratio ſubſiſtat. cap. fin. de ſimonia. Prædicta vero de teſtamento inualido

do reſpectu eccleſiæ, intellige quando neque adeſt numerus duorum teſtium, quia cum duobus teſtibus eſſet validum tam de iure canonico quam ciuili. cap. relatum. de teſtamentis. omnes in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. Tiraq. late de priuil. piæ cauſæ. priuil. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus an tranſeat in fiſcum cum publicatione bonorum.*
2 *Eccleſia remanet libera in quibuſcumque caſibus iuſpatronatus tranſit in fiſcum.*

QVÆSTIO 392.

Eccleſia remanet libera, quando iuſpatronatus tranſit in fiſcum, cum publicatione bonorum patroni delinquentis.

1 Magna eſt altercatio inter ſcribentes, an iuſpatronatus tranſeat in fiſcum, confiſcatis bonis patroni delinquentis. Quidam enim exiſtimauerunt confiſcatis vniuerſis bonis, ſeu vniuerſa hæreditate, iuſpatronatus tranſire in fiſcum. gl. in cap. filijs, vel nepotibus. 17. q. 1. Roch. de Curte de iurepatr. in verbo, ipſe, vel ij. q. 29. n. 69. Paul. de Cittadinis in eodem tract. q. 20. num. 28. Abb. Dec. in cap. quanto. de iudicijs. Ferret. conſ. 179. Aufrer. de poteſtate ſeculari. reg. 4. fallen. 21. Clar. lib. 5. ſententiarum. §. fin. quæſt. 78. verſ. quæro modo. Alij dicunt hanc opinionem eſſe proculdubio veram & communem, quando confiſcatio fit à iudice eccleſiaſtico. ſecus quando confiſcatio fit à iudice laico. Multi tenent contrarium. & verius eſſe cenſent Barbat. in d. cap. quanto, num. 17. Gigas in tract. de crimine læſæ maieſtatis. tit. de pœnis committ. quæſt. 45. Emanuel à Coſta in cap. ſi pater. de teſtam. in 6. 2. part. verſ. Trebellianicæ. idq. ea ratione, quod iudex ſecularis non poteſt confiſcare iuſpatronatus, cum ſit ſpirituale, vel ſaltem ſpiritualitati annexum. Alij dicunt veriorem opinionem eſſe, iuſpatronatus tranſire in fiſcum, confiſcato caſtro, ne diminuantur iura caſtri, & villæ, & tranſibit iuſpatronatus cum caſtro ad Regem; quia à principio erat ſic, & ceſſat ratio præiudicij eccleſiæ, cum ita eſſet à principio, & nunc reuerſum eſt ad eius dominum. ergo cum eadem natura. argum. cap. cum exordio. diſt. 36. ita Lambert. de iurepat. lib. 3. q. 8. art. 8. n. 20. qui loquitur in Vniuerſitate villæ, vel Caſtri, ſed in vniuerſitate hæreditatis tenet contrarium de quo per Molinam de primogenijs lib. 1. cap. 24. num. 26. Vnum tamen eſt, quod facit ad materiam noſtram, quod in omnibus caſibus, in quibus iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum confiſcatorum, exercitium iuriſpatronatus non tranſit in fiſcum, nec in hæredes delinquentis, ſed eccleſia ipſa remanet libera ſub Epiſcopi poteſtate. Pro qua opinione facit tex. in c. cum quibuſdam. de pœnis. & cap. felicis. eod. in 6. quæ iura quamuis loquantur quando iniuria facta eſt eccleſiæ, tamen generaliter poſſunt intelligi quomodocunque bona patroni confiſcantur. arg. illius cap. felicis. Item ſi fieret confiſcatio ageretur de præiudicio eccleſiæ, quia non eſſet ſpes quod aliquando reuerteretur ad eccleſiam, ſicut quando eſt apud patronum. ita Card. in Clem. 2. de iurepatr. quæſt. 8. & ideo Card. arg. ſupradictorum iurium dicit
2 hanc opinionem tanquam Eccleſiæ fauorabilem ſubſtineri poſſe, & eam generaliter eſſe tenendam, vt in quibuſcunque caſibus iuſpatronatus tranſit in fiſcum, Eccleſia remaneat libera, tenent Butr. Imola in Clem. paſtoralis. de re iudic. quos refert, & ſequitur Lambertinus d. art. 8. num. 22. Roch. vbi ſupra nu. 68. Simanca de catholicis inſtitutionibus. tit. 9. de bonis hæreticorum. num. 96. Molina loco citato num. 27. idem Lambertin. artic. 9. dictæ quæſtionis 8. Et hæc nota quia practicabilia.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurus inuentus in loco Eccleſiæ, an acquiratur Rectori, vel remaneat penes Eccleſiam.*
2 *Theſaurus inuentus in re emphyteutica, vel feudali, pertinet ad emphyteutam, vel vaſſallum.*
3 *Maioratum poſſidens, acquirit theſaurum in fundo maioratus inuento.*
4 *Theſaurus non pertinet ad vſufructuarium.*
5 *Theſaurus inuentus in fundo dotali, erit vxoris, & conſtante matrimonio erit apud virū.*
6 *Vxor eſt vera domina dotis, maritus verò dicitur ficte dominus, & ex quadam ſubtilitate iuris.*
7 *Dotis fauore tolerantur duo domini inſolidum & quomodo.*
8 *Chriſtus eſt verus ſponſus, & maritus Eccleſia, & dominus rerum ipſius.*

Re-

9 *Rector Eccleſiæ, conſtruens vel dotans Eccleſiam de redditibus Eccleſiæ, acquirit iuſpatronatus Eccleſiæ, non ſibi.*

QVÆSTIO 393.

Theſaurus inuentus in loco Eccleſiæ remanet apud Eccleſiam, & non acquiritur Rectori.

1 SEquitur videre, an theſautus inuentus in
eccleſia, vel eius loco, pro ea parte quæ
ei debetur, vt diximus in alia quæſtione, ac-
quiratur in totum Rectori eccleſiæ, vt ad li-
bitum de theſauro diſponat, vel remaneat pe-
nes eccleſiam in perpetuum. & quod acquira-
2 tut Rectori facit quod theſaurus in re emphy
teutica vel feudali inuentus, pertinet ad em-
phyteutam, ſeu vaſſallum, vt dicit gl. in §. the-
ſauros. inſtit. de rer. diuiſ. & ibi Faber Ange-
lus, & communis. Ioannes de Platea in l. vni-
ca. C. de theſauris. lib. 10. Præterea, theſautus
dicitut donum Dei, vt probatur in d l. vnica.
& non eſt pars, neque portio aliqualis fundi
eccleſiæ, ſed res prorſus ſeparata. l. 3. §. Ne-
ratius. ff. de acquir. poſſeſſ. & omnes oblatio-
nes, quæ fiunt eccleſiæ, debentur Rectori. c.
paſtoralis. de his quæ fiunt à Prælatis ſine
3 conſenſu Capituli. Inſupet, theſaurus debetur
poſſidēti maioratum, licet poſt mortem ſuam
maioratus in ſucceſſorem transferri debeat,
vt late probat Molina de primogen. lib. 1. c.
23. Contrarium mihi videtur dicendum. pri-
4 mo. nam theſaurus non pertinet ad vſufru-
ctuarium. l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolut.
matrim. & ibi Bart. & communis. Boer. deciſ.
51. Ergo neque ad Rectorem eccleſiæ ſpecta-
bit, quia vſufructuarius dicitur in vita, &
vſuarius in morte. gl. in cap. præſenti. de offic.
ordin. in 6. & ibi DD. & aliqui dicunr, quod
habet minus quam vſufructuarius, vt late pet
5 Abb. in cap. cum eſſes. de teſtam. Præterea, in
dict. §. ſi fundum habetur, quod ſi theſaurus
conſtante matrimonio inueniatur in fundo
dotali, dimidia pars quæ domino ſoli compe-
tit, debet eſſe apud virum conſtante matri-
monio, ſed eo diſſoluto vxori reſtituēda erit.
& validum eſt argumentum de matrimonio
carnali ad ſpirituale. cap. 2. de tranſlat. Præ-
lat. & de dote ad eccleſiam, vel aliam piam
cauſam. cap. 1. §. donare quibus modis feud.
olim alienari poterat. & tradit late Euerard.
in loco de matrimonio carnali ad ſpirituale,
& de dote ad eccleſiam, vel ad aliam piam
cauſam. Et ratio eſt, quia quamuis maritus
6 largo modo conſtante matrimonio, dicatur
dominus rei dotalis, vxor tamen etiã conſtan-
te matrimonio eſt domina rerum dotalium,
toleraturq. dominium apud duos diuerſis re-
ſpectibus, vt tradit Bal. in l. in rebus. C. de iu-
re dotium. & in l. a dote. l. illum. C. de rei
vendic. Et aliqui voluerunt dominium rerum
dotalium magis dici vxoris quam viri, vt tra-
dit Pinell. in l. 1. C. de bonis maternis parte 3.
7 num. 13. Et alij dicunt, quod licet duo non
poſſunt eſſe domini in ſolidum eiuſdem rei. l.
ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commo-
dati. l. hæreditate. §. pater. ff. de caſtrenſi pe-
culio. tamen in dote duo ſunt domini inſoli-
dum, vnus quo ad fictionem, & iuris ſubtili-
tatem. l. maritus. §. per traditionem. inſtit. de
rerum diuiſ. & eſt text. inſtit. quibus alienare
licet vel non, alius eſt dominus quo ad veri-
tatem, ſed eſt ipſa mulier. l. in rebus. C. de iu-
re dotium, ibi, per hypothecam vendicare,
cum eadem res ab initio vxoris fuerit, & na-
turaliter in eius permanſerit dominio. eodem
modo fundi eccleſiæ plures ſunt domini inſo-
lidum, & multo fortius quàm maritus, qui ex
8 ſubtilitate iuris ficte dicitur dominus, ſed do-
minium dotis eccleſiæ eſt etiam apud Do-
minum Ieſum Chriſtum, qui eſt directus Do-
minus rerum eccleſiarum, ita quod bona ec-
cleſiarum dicuntur eſſe de patrimonio Ieſu
Chriſti Crucifixi ſuo ſanguine acquiſita. cap.
cum ſecundum. & ibi Abb. de præbend. cap.
cum ex eo. de elect. in 6. & Chriſtus dicitur
verus maritus Eccleſiæ, & ipſa eius ſponſa.
cap. ſicut. 21. q. 2. Clem. 1. de ſumm. Trinit.
Rector vero licet dicatur ſponſus, non eſt ita
verus ſicut Dominus Ieſus Chriſtus & Eccle-
ſia, ſed potius adminiſtrator. gloſſ. & DD. in
cap. ex litteris. de pignorib. Abb. in dict. cap.
cum ſecundum. & ita æquiparat dotem mu-
lieris, & dotem eccleſiæ Lambertinus de iu-
repatronat. 8. art. 5. quæſt. princ. 1. parte 1. lib.
num. 51. quinimò quicquid acquirit Prælatus
ex pecunia eccleſiæ, licet nomine proprio, ef-
ficitur ipſius eccleſiæ. cap. 1. de peculio Cle-
9 ricorum. & ibi Abb. & Rector eccleſiæ con-
ſtruens, vel dotans eccleſiam de redditibus
ſuæ eccleſiæ, non erit ipſe patronus, neque
eius hæredes, ſed eccleſia de cuius redditibus
fuit conſtructa, vel dotata alia eccleſia. cap. 3.
de eccleſijs ædificandis. & ibi Abb. Lambert.
in d. tract. in 3. art. 8. quæſt. princip. 1. parte
primi lib. Ex prædictis omnibus liquet, quod
theſaurus debet remanere penes eccleſiam

pro

pro ea parte, quæ Domino ſoli competit, & non penes Prælatum, cum neque marito, neque vſufructuario acquiratur, ſed adminiſtrabit Prælatus res inuentas, ſicut cætera bona eccleſiæ. Non obſtat illud de emphyteuta & vaſſallo, quia iſti habēt vtile dominium, quod nō habet Rector eccleſiæ, ſed vere dominium eſt apud Eccleſiam & Dominum Ieſum Chriſtum. Non obſtat aliud de oblationibus, quia in theſauro habemus legem expreſſam, quod debeatur pars vero domino fundi, oblationes vero aliquando acquiruntur Rectori, quia cenſentur oblatæ pro eius victu, & ſeruientium eccleſiæ, vt tradit D.Thom.2. 2. q....... habetur in c. 1. de decimis & oblationib. aliquando neque acquiruntur Rectori, ſed eccleſiæ, vt ſi offerantur bona immobilia, vel mobilia pretioſa, quæ ſine conſenſu Summi Pontificis alienari non poſſunt, & dicuntur eſſe eccleſiæ. toto tit. de reb. eccleſ. in 6. & in extrauag. ambitioſæ. Neque obſtat illud de poſſidente maioratum, quia vt tradit Molina loco citato, poſſidens maioratum, dicitur habere dominium vtile & directum, & dicitur verus & plenus dominus, vt late per ipſum.

SVMMARIVM.

1 *Res quæ ſubiacent reſtitutioni faciendæ Eccleſiæ, an poſſint alienari ex cauſa dotis.*

2 *Authen. res quæ. C. communia de legatis, an procedat in fideicommiſſo relicto Eccleſiæ.*

3 *Res quæ ſubiacent reſtitutioni, poſſunt alienari pro redemptione captiuorum, pro neceſſitate Eccleſiæ, & ratione alimentorum.*

QVÆSTIO 394.

Diſpoſitio Authen. res quæ. C. communia. de legatis. an procedat in fideicommiſſo Eccleſiæ relicto.

1 HAbetur in Authen. res quæ. C. communia. de legatis. quod bona ſubiecta fideicommiſſo, non poſſunt alienari niſi ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, quia vtilitas publica debet præferri vtilitati priuatæ. Quæritur modo, quod ſi fideicommiſſum relictum ſit eccleſiæ, an procedat diſpoſitio d. Auth. ita vt poſſit fieri alienatio ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias. Bald. in d. auth. & ibi Iaſ. Roman. conſ. 297. incip. circa id de quo quæritur. tenent quod diſpoſitio d. auth. procedat etiā ſi fideicommiſſum ſit relictum eccleſiæ. In contrarium facit, quia auth. loquitur quando fideicommiſſum in vtilitatem priuatæ perſonæ, non autem Reipublicæ relictum eſt, & propterea ſubdit rationem, quod vtilitas publica præferenda ſit vtilitati priuatæ. in eccleſijs verò verſatur ius publicum. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. ergo non procedit auth. in fideicommiſſo relicto eccleſiæ. Et hanc opinionem credo veram propter expreſſa verba text. & eam tenet Molin. de primog. lib. 4. cap. 6. num. 22. qui tamen diſtinguit vt ſupradictorum opinio procedat, quando fideicommiſſum factum eccleſiæ, vel piæ cauſæ, potius priuatam cauſam quam pu-
2 blicam continet. veluti cum factum fuit pro ſepulchro, vel capella priuata conſtruenda, vel pro anniuerſario particulari quotannis dicendo, vel ex alia ſimili cauſa, in quibus cauſis non tam de iure publico, quam de priuato commodo agitur. ſecus autem ſi fideicommiſſum factum fuiſſet pro conſtruenda eccleſia parochiali, vbi eccleſia non erat, vel pro eadem amplianda, vbi adeo anguſta erat vt populus nullo pacto in illa diuina officia audire poſſet, vel aliud ſimile, quod publicam vtilitatem contineret. tunc nullo pacto in tali fideicommiſſo diſpoſitio d. auth. poſſet procedere, cum in concurſu publicæ vtilitatis cum priuata fundetur ex verbis claris d. auth. Tenet etiam Molina diſpoſitionem d. auth. non procedere in maioratibus, cum in illis non fauor priuatus, ſed publicus verſetur. & è contra, quando fideicommiſſum eſt relictum perſonæ priuatæ, quemadmodum poteſt res ſubiecta reſtitutioni alienari ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias propter publicam vtilitatem, eodem modo poteſt alienari pro
3 redemptione captiuorum, vel alia ſimili cauſa, & etiam pro cauſa alimentorum, iuxta communem contra gloſſ. in d. auth. res quæ. de qua teſtatur ibi Iaſ. & ſucceſſiue pro neceſſitate eccleſiæ, cum contineat cauſam publicam, & cauſam piam, iuxta omnes in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta cum eccleſia, vt ſit valida debet res remanere apud eccleſiam.*

2 *Eccleſia ſi non poſſidet non poteſt tranſigere, niſi aduerſarius rem apud ipſam dimittat.*

QVÆSTIO 395.

Eccleſiæ prærogatiua circa tranſactionem

nens vs non valeat tranſactio, niſi res apud Eccleſiam remaneat.

1 HAbet eccleſia aliud ſingulare circa tranſactionem, vt tranſactio facta cum illa ſit inualida, niſi res de qua agitur, apud eam remaneat. ita Abb. in cap. contingit. de tranſ. quod ampliat Bart. in l. nulli. ff. de tranſact. vt procedat nedum quando eccleſia poſsidet, ſed etiam quando poſsidet aduerſarius, quia nec eccleſia, nec minor poterunt tranſigere, niſi prius ſibi tradatur fundus, & apud eam dimittatur, aſſignata aliqua pecunia ei qui dimiſit, quod inquit Bart. eſſe notandum. ſe-
2 quitur Iaſ. in d. l. nulli. Curtius de feudis. 4. p. quæſt. 7. num. 98. Caccialup. de tranſact. q. 7. nu. 8. Pinell. in l. 1. 3. par. num. 46. cap. de bonis maternis. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. Molina de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 27.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia ſubſtituta in caſu deficientia liberorum legitimorum & naturalium, an excludatur per legitimationem factam in articulo mortis per ſubſequens matrimonium.*

2 *Matrimonium contractum in articulo mortis, eſt validum.*

3 *Fraus, & dolus non præſumuntur, maxime in conſtituto in articulo mortis.*

4 *Filij nati in figura matrimonij, ſunt legitimi & ſuccedunt.*

Q V Æ S T I O 396.

Eccleſia ſubſtituta in caſu deficientiæ liberorum legitimorum, & naturalium, an excludatur per legitimationem factam in articulo mortis per ſubſequens matrimonium.

1 ISta quæſtio ſolet ſæpe occurrere, vt teſtatores in defectu liberorum ſubſtituant eccleſiam. quę vt in alia quæſtione diximus, non excluditur a filijs naturalibus tantum. Quæritur modo an excludatur per legitimationem factam in articulo mortis per ſubſequens matrimonium. & Ang. in l. ſed & quæſitum. ff. de liber. & poſthum. fuit primus in opinione, quod licet conſtitutus in articulo mortis poſſit contrahere matrimonium, hoc tamen non habet locum quando fieret in fraudem ſubſtituti, quem plures ſequuntur, vt infra annotauimus. Alij tenent, quod etiam ſi teſtator expreſſerit, quod matrimonium contrahebat ad finem fraudandi ſubſtitutum, adhuc ſubſtitutus excluditur, ex regula illa, quod nemini iniuriam facit qui iure ſuo vtitur. l. qui autem. §. 1. ff. de ijs qui in fraudem. vbi quis poteſt in fraudem creditorum hæreditatem ſibi delatam repudiare, idq. etiam in liberto in fraudem patroni repudiante, conſtitutum eſt. l. 1. §. vtrum. ff. ſi quid in fraudem patroni. & quod fit lege permittente iuſtum reputatur, etiam ſi in mortem alterius conuertatur. l. Gracchus. C. de adulteris. & cum matrimonium ſit principale, debet attendi id quod principaliter fit, vt ea quæ ex illo ſequuntur valida ſint. l. ſi quis nec cauſam. cum nonnullis annotatis per Iaſ. ff. ſi cert. petat. & re ſua cuilibet licet nedum vti, ſed etiam abuti. l. ſed ſi lege. §. conſului. ff. de petit. hæreditatis. Breuiter in hac quæſtione dicendum, quod filij legitimati ex matrimonio cõtracto in articulo mortis, excludunt ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit. quia quamuis matrimonium quod tempore mortis contrahitur, quodammodo cenſeatur in fraudem ſubſtituti contractum, non tamen dicitur ſubſtitutum fraudare, is qui ſuo iure vtitur, & eſt ei à iure permiſſum. ita tenet Alex. in l. ſi quis poſthumos. ff. de liberis, & poſthum. Iaſ. in d. l. ſed & eſt quæſitum. Felin. in cap. in præſentia. de probat. nu. 36. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. Couarr. de ſponſal. §. 2. 2. par. cap. 8. num. 10. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 2. num. 26. Card. Mant. de coniect. vlt.
2 volunt. lib. 11. tit. 13. Clarum eſt autẽ matrimonium contractum in articulo mortis eſſe validum, & ex ea filios antea natos effici legitimos, vt tradunt Io. Andr. in reg. ſine culpa. de reg. iur. in 6. Ioann. Andr. Ant. Card. Alex. in c. tanta. qui filij ſint legitimi. Alex. & Co-
3 uar. in locis citatis. Et fraus in dubio non præſumitur. cap. 2. de reg. iuris. cap. fin. de renunciationib. & maxime in conſtituto in articulo mortis, in quo agitur de damno irreparabili ſalutis æternæ, cuius moribundus non præſumitur eſſe immemor. cap. ſancimus. 1. q. 3. l. fin. C. ad l. Iuliam. repet. & dicit Ripa in d. §. ſi quis rogatus. quod moriens non creditur aliquid doloſum cogitare. per l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. & ibi Ang. ff. ad Syllanianum. quinimo magis præſumi debet, quod pater voluerit filijs ſuis principaliter prodeſſe, eos efficiendo legitimos, vt opprobrium naturalitatis euitent. Hæc tamen concluſio

cluſio limitatur, niſi aliunde conſtet matrimonium contractum fuiſſe in fraudem ſubſtituti, vt ſi is qui matrimonium in articulo mortis contraxit id expreſſe dixerit, vel minatus fuerit ſubſtitutum, qui contrahere vellet in eius fraudem, tunc filij ſubſtitutum non excludent, licet matrimonium ſit validum. ita Alex.in d.l.ſi quis poſthumos. vbi teſtatur id communiter teneri. ſequitur Iaſ.in d.l. ſed eſt quæſitum. Dec. Bellam. Bero. in d.cap. in præſentia. Ripa. Molina. Card. Mant. in locis citatis. Gabriel.in lib.comm.opin. de legitimatione concluſ. 2. nu. 53. & 54. Pro qua opinione facit, quia actus, qui iure permittente fieri poteſt, & omnes effectus operari, quando abeſt fraus, & dolus, illis tamen interuenientibus in alterius iniuriam viribus non ſubſtitit. l. filiæ quæ meæ emancipatæ & egrę. ff.ſolut.matrim. vbi diuortium, quod iure permittente fieri poterat, non admittitur in præiudicium illius cui in caſu mortis dos reſtituenda erit, ex eo quod in fraudem illius diuortium factū fuiſſe conſtabat. Facit etiam tex.in cap.1. de renunciationibus in 6. vbi renunciatio beneficij, quam quis libere facere poterat, non præiudicat expectanti, quando in eius fraudem facta fuit. ius enim fraudibus obuiandum eſſe dicit.l.in fundo.ff.de rei vendic. Facit etiam l. ſi quæ mulier. ff. ſi rerum amotarum. l.Sulpitius.C.de donationib.inter virum & vxor. l. cum ratio. §. fraudis autem. ff.de iure fiſci. Non obſtant adducta in contrarium, quod nemini facit iniuriam qui ſuo iure vtitur, quia debet intelligi niſi ex profeſſo, vt alium fraudaret iure ſuo quis vtatur. Non obſtat l.qui autem.l.1. §. vtrum quia non dicitur fraus fieri patrono, nec creditoribus ex eo quod quis non acquirit. l.non fraudantur. ff.de reg.iur. Non eſt igitur recedendum à communi opinione, niſi euidenter appareat de fraude. Me autem facit dubitare, quædam æquitas & ratio naturalis. quæ lex eſt l.cum ratio.ff.de bonis damnatorum, quod cum filij fauore matrimonij reperiantur legitimati, non debent tanquam naturales tractari, & reputari, & haberi, & hæreditate ſine eorum culpa priuari, ac ſi adhuc eſſent naturales. Præterea nos videmus, quod etiam ex matrimonio nulla interueniente ſcientia, vel
4 fraude alicuius coniugis, filij nati in figura talis matrimonij reputantur legitimi, & ſuccedunt. c.ex tenore.qui filij ſint legitimi, & canones fauore matrimonij, fraudem adhibitam in contrahendo remittunt in fauorē filiorum, & multa dici poſſent, quæ in tali caſu, maxime quando eccleſia eſt ſubſtituta, ſumma vtitur æquitate.c.fin.17.q.4.cum gl.in verb.iure poli.cap.ſuam.de pœnis.cum ſimilibus. quare negocium concordare, tribuendo aliquid filijs; & portionem aliquam eccleſiæ, conſideratis facultatibus, & qualitatibus perſonarum arbitrio boni viri. facit l.qui autem. ff. de his quæ in fraudem. & hanc opinionem tenet Bald.in l.... C.de priuil.dotis.nu.2. & deinde reperi idem tenere Sanchez, qui alios allegat de matrimonio. lib.7.diſput.105.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum eccleſijs Ciuitatis, an debeatur eccleſijs poſtea conſtructis.*
2 *Legatum relictum filiabus, non debetur futuris.*
3 *Littera ſuper beneficio vacaturo, non extenduntur ad beneficium de nouo creatum.*
4 *Legatum relictum cognatis, comprehendit cognatos tempore mortis.*
5 *Priuilegium conceſſum eccleſijs, comprehendit futuras.*

QVAESTIO 397.

Legatum ſi fiat Eccleſijs Ciuitatis, an intelligatur relictum Eccleſijs poſtea conſtructis.

1 IN hac quæſtione magis communis opinio eſt, quod legatum non includat eccleſias futuras, ita tenent Bald. Imola. Alex.
2 Cuman.in l.quod filiabus.in prin.ff.de leg. 1. per illum tex.Card.Mant. de coniect. vlt. volunt.lib.8.tit.6. nu.9. & ſeq. adducunt etiam
3 Clem.litteras.de reſcript. vbi litteræ Apoſtolicæ ſuper beneficio vacaturo, non extenduntur ad beneficium creatum poſt datam litterarum. adducunt etiam notata per gloſſ. & DD.in cap.cum capella.de priuil.quod priuilegium conceſſum monaſterio, & capellis, non extenditur ad capellas poſtea quæſitas ſegregatas, non acceſſorias ad illas. quinimo Alex.in d.l.qui filiabus, ampliat, ſeu reſtringit legatum vt comprehendat tantum capellas conſtructas tempore teſtamenti, non autem alias conſtructas poſt teſtamentum, viuente adhuc teſtatore, quia in legatis inſpicitur tempus teſtamenti. l.ſi ita. & ibi Bart. ff.de auro, & argento legato. & quia teſtator non potuit cogitare quot eccleſiæ poſſunt ædificari.

ſeari. Neque obſtat d. l. qui filiabus. & l. ſi co-
4 gnatis. ff. de rebus dubijs. vbi legatum relictum cognatis, intelligitur etiam de ijs qui ſunt cognati tempore mortis, quamuis non fuerint tempore teſtamenti. nam dicit Alex. hoc eſſe ſpeciale in perſonis coniunctis vt ſufficiat aliquem tempore teſtamenti, vel mortis cognatum eſſe, iuxta Bart. in d. l. ſi cognatis. Contrariam opinionem tenet Iaſ. in d. l. qui filiabus. quod legatum relictum eccleſijs, intelligatur etiam de conſtructis poſtea. per text. in cap. quare circa. de priuil. vbi priuilegium
5 conceſſum vni eccleſiæ ſuper Epiſcopalibus decimis non ſoluendis, extenditur etiam ad poſſeſſiones, vel prædia poſtea acquiſita. & quia per illum textum concludunt Cyn. Ray. Raphael. Fulgoſ. in l. placet. C. de ſacroſ. eccl. priuilegium immunitatis conceſſum eccleſijs alicuius ciuitatis, intelligi etiam conceſſum eccleſijs poſt priuilegij conceſſionem conſtructis, ſi hoc eſt verum in priuilegijs, in quibus fit ſtricta interpretatio. cap. olim. de verbor. ſignif. l. fin. cum gloſſ. ff. de conſtit. Principum. multo magis procedit in legatis, & vltimis voluntatibus, in quibus fit benigna interpretatio. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. cap. cum dilecti. de donar. Præterea adducit Iaſ. text. in cap. ex par. iuncto cap. penul. de decimis. vbi priuilegium exemptionis conceſſum certis religioſis ſuper collectis, vel decimis non ſoluendis, etiam in præiudicium parochialis eccleſiæ, & ſic tertij, comprehendebat futuras niſi fuiſſet poſtea facta prouiſio. per d. c. pen. Card. Mant. defendit priorem opinionem, dicens, quod ſi plures eccleſiæ etiam poſt mortem teſtatoris ædificarentur, quibus omnibus deberet præſtari legatum, eſſet magnum incommodum hæredis, quem teſtator præſumitur voluiſſe minus grauare quam fieri poteſt. l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2. l. nummis. ff. de leg. 3. redundaret etiam in detrimentum aliarum eccleſiarum, ſi quantitas relicta præſentibus, eſſet diuidenda inter futuras, etiam ſi fieret præiudicium eccleſijs, quibus fuit ius quæſitum tempore teſtamenti. Præterea inquit Mantica, legatum relictum filiabus poſthumis, non intelligitur eſſe relictum, niſi ex verbis teſtamenti appareat teſtatorem de poſthuma cogitaſſe, quia in aliqua parte teſtamenti de poſthumo fecerit mentionem. vt habetur in dicta l. ſi filiabus. multo minus futuris eccleſijs legatum præſtandum eſt, niſi de his etiam fecerit mentionem, reſpondit deinde Mantica ad textum in c. quia circa. de priuil. Primo quia loquitur de priuilegio, quod reſpicit ſolum præiudicium concedentis, nam quatenus attinet ad eius præiudicium, lata debet fieri interpretatio. cap. cauſam quæ. de reſcriptis. cap. olim. de verbor. ſignif. l. beneficium. ff. de conſtitution. Principum. Secundo reſpondet, quod eadem eſt ratio in poſſeſſionibus futuri temporis, quæ eſt in poſſeſſionibus illius temporis, quo fuerat conceſſum priuilegium, & decimis Epiſcopalibus non ſoluendis, & ideo qui conceſſit priuilegium, nec ſpecialiter excepit poſſeſſionem futuri temporis, de ijs etiam intellexiſſe videtur, quoniam vt ille tex. etiam dicit, vna & eadem ſubſtantia non debet diuerſo iure cenſeri, ſed in propoſito caſu diuerſa eſt ratio, cum teſtator de futuris eccleſijs non videatur cogitaſſe, & agatur de præiudicio hæredis, vel de læſione aliarum eccleſiarum, quibus ius tempore mortis teſtatoris fuit perfecte acquiſitum, neque etiam in teſtamentis tam lata fit interpretatio, vt hæres, vel quiuis alius contra veriſimilem teſtatoris voluntatem lædi poſſit, vt patet ex prædictis. Concludit tamen, quod ſi ex coniecturis appareat teſtatorem de futuris etiam eccleſijs ſenſiſſe, vtique legatum præſtari debet. nam & monaſterio conſtruendo legari poteſt, licet donari non poſſit, iuxta Abb. in cap. nos quidem. de teſtamentis. vt habetur in cap. Abbatem ſane. de priuil. in 6. Mihi vero videtur verior opinio Iaſ. quod legatum cōprehendat etiam eccleſias futuras, dummodo non multum grauetur hæres, arbitrio iudicantis. per text. in cap. quanto. de cenſibus. cum ibi notatis per Abb. & alios. vbi patet, quod poteſt teſtator grauare hęredem ad præſtandum ſingulis annis alimenta, ſiue procurationes religioſis alicuius eccleſiæ, & comprehendantur etiam alij religioſi futuri, & aucti vltra numerum tunc exiſtentem, dummodo non grauetur nimium hæres. cum ibi notatis per DD. qui extendunt ad alia. hæc opinio eſt etiam in dubio pro eccleſia ſequenda. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. vt ſæpe diximus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum eccleſiæ parochiali, an debeatur parochiæ in qua teſtator habitabat tempore teſtamenti, vel tempore mortis.*

2 *Canonica portio debet diuidi inter parochias, ſi in vna defunctus audiebat diuina, & in altera recipiebat ſacramenta eccleſiaſtica.*

QVÆSTIO 398.

Legatum factum Eccleſiæ parochiali, ſi teſtator tempore teſtamenti habitabat in vna parochia, & tempore mortis in alia, cui debeatur.

1 OCcaſione præcedentis quæſtionis non incongrue quæritur, ſi teſtator legauit centũ eccleſię parochiali, & tẽpore teſtamenti habitabat in vna parochia, & tẽpore mortis in altera, cui eccleſiæ debeatur legatum. Duæ ſunt opiniones. prima, quod cẽſeatur legatum relictũ eccleſiæ in qua erat tempore teſtamenti, quia in legatis tẽpus teſtamenti inſpicitur. l. ſi ita. ff. de auro & arg. leg. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. & l. peto. §. frater. ff. de leg. 2. vbi relictum cognatis, ſeu familię, intelligitur de his qui erant tempore teſtamẽti, non autẽ de his qui tẽpore mortis. & ita tenet Rom. in auth. ſimiliter. n. 91. C. ad l. falcid. quæ ſententia videtur rationabilis. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 18. niſi legatum eſſet modicæ quantitatis. nam tunc cum conueniat oneri ſepulturæ, debet intelligi relictum parochiæ in qua teſtator fuerit ſepultus, & conſequenter in qua habitauit tempore mortis, ſi non alibi ſepulturam ſibi elegit. poteſt enim tale legatum remunerationis cuiuſdam gratia relictum videri. arg. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. & teſtator ſe transferendo ad aliam parochiam, videtur ad eam tranſtuliſſe onus ſepulturæ, & ſucceſſiue commodum legati. argum. l. alumnæ. §. Seia. ff. de adimen. legat. & ita tenent Io. Andr. & Dominicus in cap. cum quis. de ſepulturis. in 6. Contrariam opinionem, quod legatum licet ſit magnæ quantitatis, & tranſcendat onus ſepulturæ, ſi teſtator in totum mutauit domicilium, & legauit ſimpliciter, Sancti nomine non expreſſo, debeatur illi parochiæ in qua tempore mortis habitauit, tenet Petr. de Anchar. in d. c. cum quis, quoniam tempus mortis ſpectãdum eſt. arg. l. placet. cum ſeq. ff. de liber. & poſth. Et hanc opinionem æquiorem, & iuri conſentaneam cenſet Boer. deciſ. 176. niſi aliud appareat ex mente teſtatoris. eandem ſententiam ſequitur Card. Mant. loco citato, qui reſpondet ad l. ſi ita, quod non ſemper tempus teſtamenti inſpicitur, ſed ex veriſimili voluntate tempus etiam mortis ſit ſpectandum. l. pen. ff. de fundo inſtructo. & probatur in dict. l. ſi cognatis. nam licet in legato cognatis relicto includantur qui fuerunt cognati tempore teſtamenti facti, non tamen excluduntur ij qui ſunt cognati tempore mortis. & ſic ille text. retorquetur ſecundum Mant. Mihi vero in hac dubia quæſtione videtur dicendum, quod legatum cenſeatur relictum illi eccleſiæ quæ maius onus ſubſtinuit in habendo curam parochiani qui fecit legatum. arg. text. in d. cap. cum quis. in prin. de ſepultur. in 6. vbi habetur, quod canonica portio debet ſolui illi eccleſiæ parochiali, in qua parochianus audit diuina, & percipit eccleſiaſtica ſacramenta. debet enim attendi onus, iuxta illud, ſocij poſſeſſionum erunt diſſocij conſolationum. 1. de ſepulturis. qui loquitur de quarta. & quia cenſetur cauſa remunerationis. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. & quarta parochiæ eſt pars diſpoſitionis defuncti. vnde dicunt DD. Io. Andr. &
2 Gemin. in d. c. cum quis. in princ. quod ſi quis percipit ſacramenta in vna eccleſia, & in alia audit diuina, portio debet diuidi inter eas. Nunc ad propoſitum videtur conſiderandum tempus oneris ſuſcepti in qualibet parochia. arg. d. canon. qui mandant de legatis detrahi quartam à parochia quæ onus ſubſtinuit, & teſtator cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris in legatis, & ſemper ſumitur velle illud quod lex ordinat. Bart. & alij in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & cenſeatur cogitare illud quod ius diſpoſuit. Bal. in l. precibus. C. de impub. Iaſ. in l. 3. n. 20. ff. de leg. 1. Pone enim quod quis habitauit per decẽ, vel viginti annos in parochia in qua fecit teſtamentum, & poſtea per aliquot dies, vel modicum tempus habitauerit in parochia in qua mortuus eſt, non videtur rationabile, quod attendatur tempus mortis. & hæc opinio videtur etiam probari ratione naturali, & ideo tenenda. c. 2. repens. de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Canonicis, an cenſeatur factum Eccleſiæ.*
2 *Legatũ relictũ ciuibus, cenſetur factũ ciuitati.*
3 *Eccleſia repræſentatur per Epiſcopum, non per Canonicos.*

QVAESTIO 399.

Legatum factum Canonicis, an cenſeatur factum Eccleſiæ.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, an legatũ factum Canonicis, cenſeatur eccleſiæ intuitu relictum, ita quod debeatur ipſi eccleſiæ, & non Canonicis, diuerſæ ſunt ſententiæ. Quidam ſen-

ſentiunt cenſeri relictum eccleſiæ, per text. in l. annua. §. à Titia. ff. de annuis legatis. vbi legatum relictum libertis templi, cenſetur relictum templo in perpetuum. item facit text. in l. ciuibus. ff. de reb. dub. Vbi legatum relictum Ciuibus, cenſetur relictum Ciuitati, & ita tenent Bart. Cuman. Paul. de Caſtr. in d. l. ciuib. Io. And. Cald. Im. in cap. requiſiſti. de teſtam. Contrariam opin. quod præſumatur factum intuitu Canonicorum tantum, tenet gloſſ. in d. c. requiſiſti. quam ſequitur Card. Abb. Couar. & alij communiter. Bart. Soc. in d. l. ciuib. de reb. dub. Card. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 6. n. 21. idem tenet gl. in c. Pontifices. 12. q. 3. pro qua facit tex. in l. pater filium. §. Tuſculanus. ff. de leg. 3. vbi legatum relictum Collegio templi, cenſetur relictum in dubio contemplatione perſonarum, ſi cauſa non fuit expreſſa. Prętereà facit, quod aliud eſt eccleſia, aliud Canonici. c. per exemptionem. de priuil. in 6. vbi exceptis Canonicis, non intelligitur excepta eccleſia, & appellatione eccleſiæ venit Epiſcopus. c. ſcire. 7. q. 1. ſed non appellatione Canonicorum. Et tenentes hanc opinionem reſpondent ad textum in d. l. ciuibus. quia per ciues ſignificatur & repræſentatur congregatio ciuium, quæ eſt ipſa ciuitas, iuxta notata in cap. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6. ſed per Canonicos non repræſentatur eccleſia. & ita reſpondet Soc. in d. l. ciuibus. Secũdo reſpondet ad textum in d. l. annua. §. à Titia. ff. de annuis legatis. quod ibi legatum non fuit relictum ſimpliciter libertis, qui eſſent in templo, ſed ijs dumtaxat qui in illo templo futuri erant tempore nundinarum, ad quos teſtator non potuit habere aliquam affectionem. arg. l. quibus filiabus. cum ibi notatis. ff. de leg. 1. & ideo relictum miniſtris eccleſiæ, cenſetur relictum ipſi eccleſiæ. Secundo reſpondet Card. Mant. quod ibi legatum fuit relictum Sacerdoti qui habebat adminiſtrationem, & in miniſtris eccleſiæ, non quando legatum relictum eſt ſimpliciter Canonicis qui non babent adminiſtrationem, tunc intuitu perſonarum, non eccleſiæ relictum videtur. d. cap. requiſiſti. in fine. & d. l. pater. §. Tuſculanus. Dicunt tamen Socin. & Mant. contrariam ſententiam eſſe admittendam in duobus caſibus. Primus eſt quando legatum eſt omnibus clericis, inter quos ſint adminiſtratores. per d. §. à Titia. Secundus caſus eſt, quando exprimitur cauſa quæ reſpiciat eccleſiam, & non Canonicos. vt videtur ſentire Bart. in d. §. Tuſculanus. Abb. etiam in d. c. requiſiſti, tenet per coniecturas poſſe probari contrarium ex illo textu, vt relictum Canonicis videatur factum intuitu eccleſiæ. Mihi vero videtur verior prima opinio, quod legatum factum Canonicis, cenſeatur factum eccleſiæ, per text. in d. §. à Titia. cui meo iudicio, non video bene reſponſum à DD. ibi enim legatum fuit factum libertis miniſtris eccleſiæ, tamen dicitur factum templo. & tales ſunt Canonici. Præterea voluntas teſtatoris principaliter inſpicienda eſt. vulg. l. in conditionibus. primũ locum. ff. de cond. & demonſtr. & ſecundũ communẽ vſum loquendi, qui attẽdi debet. l. librorũ. §. quod autẽ Caſſius. ff. de leg. 2. Eccleſia repræſentatur per Canonicos, & licet verius ſecundũ iuris ſubtilitatẽ repręſentetur per Epiſcopum. d. c. ſcire debes, tamẽ id communiter à populo ignoratur. & quamuis etiã adſint alij clerici & beneficiati, fit denominatio à dignioribus, ſcilicet à Canonicis. Vnde ſecundũ communẽ vſum loquendi, & ſenſum populi, eccleſia repręſentatur per Canonicos, tãto magis quod legatum fuit factũ miniſtris conſiderato ſeruitio, & miniſterio Canonicorũ, exhibendo eccleſiæ. ergo cenſetur factũ ipſi eccleſiæ. vt in d. §. à Titia. quemadmodũ à maiori quæcunque offeruntur eccleſię, videntur offerri Deo, qui eſt Dominus eccleſiarum. c. 1. de decim. & delegatio facta contẽplatione officij & dignitatis, cenſetur facta dignitati. c. quoniam Abbas. de off. deleg. & ſic ex d. §. à Titia. iuncto cõmuni ſenſu, ac interpretatione populi, legatum factum Canonicis, verius videtur relictum eccleſiæ, ita tamẽ vt diſtribuat iuxta voluntatem teſtatoris. Reſponſio Soc. ad d. §. à Titia. quod teſtator non poterat babere affectionem ad libertos futuros tempore nundinarum, non ſatis facit, quia ſecundũ eundem Soc. & alios eiuſdem opinionis, nõ conſideratur affectio, quando relinquitur Canonicis in genere, ſed quando vni vel duobus, vel adeſt alia coniectura affectionis conſanguinitatis, vel ſimilis. nam ſi adſit coniectura affectionis, quia forte Canonici præſentes liberarunt teſtatorem ab aliquo graui periculo, vtique eorum opinio procederet, & cenſeretur legatum factum Canonicis, ſed nos loquimur nulla data coniectura affectionis. nec ſatisfacit reſponſio Card. Mant. quod in d. §. à Titia legatum fuit relictum Sacerdoti, qui babebat adminiſtrationem & miniſtris eccleſiæ. quia ſi liberti non repræſentabant eccleſiam, debebat dici d. legatum inter templum repræſentatum per Sacerdotem & libertos, quem-

admodum ſi legaretur eccleſiæ, & Franciſco. Sed ratio verior eſt quę ponitur in d.tex.quia teſtator deſignauit miniſterium, & ſeruitium perſonarum quod fiebat templo,& ideo cēſet relictum templo ibi miniſterium quidem nominatorum deſignatum, cæterum datū templo. Ex his mihi videtur verior opinio, quod relictū Canonicis in genere, videtur relictum eccleſiæ. Limitarem tamen quādo tale legatum fieret à Prælato,ſciente Capitulum habere corpus ſeparatum ab alijs redditibus eccleſiæ. & hæc noto. quid autem ſi in ſpecie fiat legatum Capitulo Canonicorum, ita quod non acquiratur eccleſiæ, an ſit diuidendum inter Canonicos,vel perpetuo conſeruandum Capitulo, vide infra in quæſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum relictum Canonicis,an cenſeatur relictum ſingulis de Capitulo,vel Capitulo.*

2 *Legatum relictum Capitulo Canonicorum,debet diſtribui eo modo,quo reliqua bona Capituli diſtribuuntur, vt plus vni quam alteri tribuatur, ſecundum ſtatutum & conſuetudinem Eccleſiæ.*

3 *Legatum ducentorum aureorum pro miſſis celebrandis poſt mortem diuitis defuncti relictum Canonicis, an ſit diſtribuendum inter Canonicos, vel poſſit conuerti in redditus perpetuos Capituli.*

QVÆSTIO 400.

Legatum ducentorum aureorum relictum Canonicis Eccleſiæ, an intelligatur relictum ſingulis Canonicis, vel toti Capitulo,ſiue Eccleſiæ.

1 SEquitur alia quæſtio, an legatū relictum Canonicis,intelligatur relictum ſingulis perſonis, vel Capitulo, etſi relinquātur 200. aurei. & loquimur quando legatū ſit Canonicis,ita vt nihil acquiratur eccleſiæ, iuxta notata in præced.q.& eſt vtilis hæc quęſtio.quia ſi ſingulis intelligatur relictū, inter Canoni-
2 cos æqualiter diuidi debet, & ſi Capitulo relinqui cenſetur,eo modo diuiditur quo reliqua bona ipſius Capituli diſtribuūtur, vt plus vni Canonico quā alteri tribuatur, ſecūdum ſtatuta,& conſuetudinem eccleſiæ.Card.in c. requiſiſti de teſtam.tenet cenſeri relictum Capitulo.idem Imol.ibi. Couar.etiam ſub n.10. Card.Mant.vlt.volun.lib.8.tit.6.n.124. Soc. vero in l.ciuibus.n.13.ff.de reb.dub.idem tenet.diſtinguit tamen ex mente Henr. Boic. in c.nos quidem.de teſtam. quod ſi præceſſerunt merita Collegij, & tunc præſumitur relictum Collegio.l.nec adiecit.ff.pro ſoc. aut merita ſingulorum,vel erāt conſanguinei, ſeu amici, & tunc præſumitur eis ſingulis relictum eſſe: adducit etiam tex.in l.pater.§.Tuſculanus. ff. de leg.3.Card.vero Mant.dicit eſſe aduertendum,quia Henric. non loquitur de Collegio Canonicorum, ſed de Collegio reprobato. & mouetur ea ratione, quia in dubio debemus hic interpretari,vt legatū potius valeat quam pereat,iuxta c.Abbate ſane.de verb.ſign.ipſe vero Mant.in eam inclinat ſentētiam, vt ſimpliciter Collegio relictum cenſeatur, niſi ex coniecturis aliud percipi poſſit. nam verbum, Canonici, prolatum indefinite, idem ſignificat quod Capitulum. c.cum omnes, & c.cum acceſſiſſent. de conſtit. cum alijs concordantijs adductis per Ripam in cap. cum M. num. 11. eodem tit.Et hæc opinio Card. Mant.videtur amplectenda. poſſet eſſe coniectura in contrarium, ſi diues moriatur, qui ſecundum cōſuetudinem regionis ſolet legare redditus perpetuos pro anniuerſarijs, & notabi-
3 lem pecuniæ quantitatem,centum vel ducentum aureorum pro miſſis celebrandis ſtatim poſt eius mortem, talis enim quantitas inter Canonicos celebrantes diuidi debet, nec in redditus perpetuos Capituli conuerti. quæ ſunt notanda.

S V M M A R I V M.

1 *Falcidia non detrahitur de legatis pijs iure C. ſed iure ff.detrahitur.& quæ ſit ratio.*

2 *Falcidia,quæ non detrahitur de legato facto Eccleſiæ,an detrahatur tota de legato nō pio.*

3 *Decem annua ſi legentur Eccleſiæ, quomodo ſit facienda computatio pro falcidia, detrahenda pro legato non pio defalcabili.*

4 *Vſuræ trientes,ſemiſſes, beſſes, centeſimæ, ſecundum ius ciuile quæ erant.*

QVÆSTIO 401.

Falcidia, quæ non detrahitur de legato facto Eccleſiæ, an detrahatur tota de legato defalcabili facto alteri, etiam pro parte Eccleſiæ, à qua non detrahitur, & alia.

1 CLarum eſt eccleſiæ priuilegium, quod hodie de iure nouiſſimo Codicis de legato

gato facto eccleſiæ, vel ad alias pias cauſas, non detrahitur falcidia. auth.ſimiliter. C. ad l.falcid. licet olim de iure ff. detraheretur. l. 1.§.ad municipium.ff.eodem. rationem adducit Bart.in d.auth.quia olim Rom. Imperium non erat Chriſtianum, & non cogitabat de merito futuræ gloriæ in alio ſeculo, credens quod nullus adiret hæreditatem ſine aliquo lucro, & ideo mandauit etiam de legatis pijs detrahi falcidiam, Iuſtinianus vero Imperator fuit Chriſtianus, & cogitauit quod potuit quis induci ob pietatem, & meritum vitæ æternæ ad adeundum hæreditatem defuncti, & ideo mandauit de legatis pijs non detrahi falcidiam. Quæritur modo ſi ſunt legata pia, & non pia, an falcidia tota ſit detrahenda de legatis non pijs, etiam pro parte, quæ detraheretur de legatis factis eccleſiæ, vel alijs pijs. Speculat. de teſtamentis. §.in primis.verſ.quod ſi vnum. & ibi Ioan. Andr. tractant hunc paſſum.gloſ.in d.authen.ſimiliter.& in l.ex aſſe. ff.ad l.falcid.ſunt contrariæ.

2 Rom.vero in d.authen.ſimiliter. ſingulariter diſtinguit, faciens tres concluſiones. Prima, quod vbi legatum defalcabile, & nõ defalcabile ſit vni eidemq. perſonæ,tunc de defalcabili deducitur duplex falcidia: pro vtroque caſus eſt notabilis in l.plane.& l. ſed ſi non ſocius.§. ſi ſolus. ff.ad l.falcid. Secunda concluſio, vbi legatum defalcabile & non defalcabile ſit duabus perſonis, quæ ambæ reputantur pro vna, tunc de legato defalcabili detrahitur falcidia pro vtroque. l. cum quo. de peculio. §. Stichum. ff. eod. Tertia concluſio, quod vbi legatum defalcabile, & non defalcabile,ſit diuerſis perſonis omnino, tunc de legato defalcabili non detrahitur niſi vna falcidia, non autem alia. quæ dicta Romani ſunt ſingulariter notãda. Sed hic obiter quæro cum Barth.Soc.in l.5.§.item ſi reipublicæ.

3 ff. ad l.falcidiam. ſi legantur eccleſiæ decem, ſoluenda ſingulis annis, quomodo ſit detrahenda falcidia de legatis non pijs,concurrentibus cum pijs.nam ipſe Barth.ibi dicit ex intellectu illius text. poſſe fieri computationem annui legati ad cognoſcendum an de relictis non pijs ſit detrahenda falcidia. ille text.eſt valde difficilis, vt omnes ibi fatentur.& Paul. de Caſtro dicit aliquem fructum ex illo textu non colligere, excepto iſto, quod fatetur illum non intelligere.& magis communiter interpretantur, quod quando ſit legatum annuum Reipublicæ, puta decem ſingulis annis, tale legatum cenſetur aſcendere ad talem quantitatem, quæ vno anno decem meretetur pro vſuris trientibus, & ſic triginta legata cenſentur, cuius quantitatis vſuræ trientes ſunt decem, quæ in tribus annis æquantur ſorti. l.eos. C.de vſuris. & ita tale legatum æſtimandum eſt, ſi de falcidia detrahenda quæratur. & idem eſt ſecundum gloſſ. ibi legare decem annua Reipublicæ, vel triginta pure. Socin.vero in dict. textu refert hos, & alios intellectus,omneſq. reprobat,vt per te videre poteris. & dicit errorem DD. non intelligentium proceſſiſſe,ex quo non intellexerunt quid eſſent vſuræ trientes, quid

4 ſemiſſes,quid beſſes. & poſt multa ab ipſo relata concludit, & ex multis probat, quod ſemiſſes vſuræ ſunt dimidia vſuræ centeſimæ, trientes tertia pars,& beſſes duę partes ex tribus centeſimæ. & clarius vſuræ ſemiſſes ſunt ad rationem ſex pro centenario, trientes ad rationem quatuor pro centenario,& beſſes ad rationem octo, vſura centeſima ad rationem duodecim pro centenario. & nomen aſſumpſit, quia ſingulis menſibus centeſima pro parte ſoluebatur, & in capite anni erant duodecim. quibus ſic præmiſſis, ſi legantur decem eccleſiæ annua, habeantur pro vſuris trientibus,ac ſi fuiſſent legata ducentum quin quaginta pro capitali, & ſuper dicto capitali ſit conſideratio detractionis quartæ de legato defalcabili, & non detractionis pro non defalcabili, vt optime conſiderat Socin. ad quem te remitto. Et licet hic caſus ſit perplexus, nolui omittere, quia de facili occurrere poteſt, & quia notatur ad hunc effectum à Doctore tam celebri Barthol. Socino.Et hæc dicta ſint, non quod vſuræ ſint licitæ, ſed quod ſi relinquantur decem annua eccleſiæ,

5 non pro vſura quod fieri poteſt, ſit computatio capitalis cenſus legitimè impoſiti decem annorum. arg. ſupradictorum. nam neque teſtator poſſet mandare ſolui vſuras, vt clarum eſt, & verius.

SVMMARIVM.

1 *Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo de bonis quaſitis intuitu eccleſiæ, an validet teſtamẽtum antea factum in præiudiciũ eccleſiæ.*

2 *Conditio ſi extat tempore teſtamenti,ignorante teſtatore, debetur legatum.*

QVAESTIO 402.

Epiſcopus ſi fuit teſtatus de bonis Eccle-

ſiæ intuitu quæſitis, & poſtea obtineat licentiam teſtandi à Papa, an dicta licentia conualidet teſtamentum antea factum in præiudicium Eccleſiæ, vel ſit intelligenda de teſtamento condendo poſtea in futurum.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, quam tractat Paul. de Caſtr. in l. ſi cauſa facta. ff. de cond. & demonſt. occaſione illius tex. vbi deciditur, quod conditio habetur pro impleta, ſi extiterit tempore teſtamenti, ignorante teſtatore. vnde ipſe Paul. diſtinguit, aut Papa ignorabat teſtamentum factum, & conualidatur: aut ſciebat, & ſecus. poſtea concludit contrarium, per tex. in l. ſi quis filio. §. irri-
2 tum. in fin. ff. de iniuſto teſtamento. vbi teſtamentum illius qui perdidit Ciuitatem, vel libertatem, non irritatur ſi ei per ſententiam à iudice reſeruetur ius teſtandi, & ratione adducit Paul. quia licet teſtamentum ab Epiſcopo eſſet factum, non tamen habebat vires, ſed recepit per mortem. l. omnium. C. de teſtamentis. & cenſetur factum tempore mortis. & ſic verba futuri temporis ad iam factum teſtamentum trahi videntur. arg. l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1. ſecus in his quæ non habeant dependentiã. Nihilominus verior videtur prima diſtinctio, iuxta textum in d. l. ſi iam factum. nec videtur obſtare tex. in dict. §. irritum. quia vt optime conſiderat Bart. Socin. in d. l. ſi iam factum. ille tex. non facit ad propoſitum. nam ibi teſtamentum fuit factum ab habente poteſtatem teſtandi, quam nunquam amiſit, quia à ſententia, per quam illam amittere debebat fuit reſeruata; ſed in caſu propoſito, teſtamentum fuit factum ab Epiſcopo non habente poteſtatem. & ibi tractatur de teſtamento valido conſeruando, hic autem de inualido confirmando; quæ ſunt valde diuerſa, arg. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Præterea adducit Paul. quod teſtamentum licite factum, non habet vires niſi tempore mortis, quo tempore dicitur perfecte factum, & ideo verba conceſſionis ad iam factum videntur trahi. arg. l. talis ſcriptura. Sed iſta ratio redditur dubia, quia capacitas teſtatoris inſpicitur tempore conditi teſtamenti, quia etiam ſi teſtamentum à principio eſt validum, & auferatur poteſtas teſtandi, demum iterum conſequatur poteſtatem teſtandi ante mortem, non valet illud teſtamentum ſine noua voluntate. l. qui liberis. §. teſtamento. ff. de bon. poſſeſſ. Et hanc opinionem tenet Soc. in loco citato. quam cenſeo veriorem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debiti Eccleſiæ vel piæ cauſæ, ex diſpoſitione legis, vel hominis, intelliguntur non deductis expenſis.*
2 *Expenſæ non deducuntur in decimis prædialibus, ſed in perſonalibus, & quæ ſit ratio.*
3 *Fructus debiti ex diſpoſitione hominis, intelliguntur deductis expenſis regulariter.*

QVAESTIO 403.

Fructus, ſi ex diſpoſitione legis vel hominis debentur Eccleſiæ, intelliguntur non deductis expenſis.

1 CLara eſt iuris diſpoſitio, quod fructus intelliguntur deductis expenſis, quando de eis fit mentio à lege. l. fructus. ff. ſolut. matrim. & ibi DD. hoc autem limitatur in decimis. vt probatur in cap. tua nobis. & in cap. paſtoralis. de decimis. Ratio eſt ſecundum Imol. & Iaſ. in d. l. fructus. quia præſtatio decimarum, eſt tributum indigentium animarum. vnde Imola infert generaliter, quod ſi ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, deberentur fructus alicuius vel eccleſiæ, vel piæ cauſæ, intelligeretur non deductis expenſis. infertur etiam, quod ſi deberentur ex diſpoſitione hominis eccleſiæ & piæ cauſæ, deberentur non deductis expenſis. Sed contra illationes Imolæ videtur facere quod habetur in d. cap. paſtoralis. quia ſi eſſet fauor animæ, idem diceremus
2 in decimis perſonalibus quod in prædialibus. cuius contrarium probat tex. in d. c. paſtoralis. vbi debentur decimæ perſonales deductis expenſis. Sed poteſt reſponderi, quod perſonales debentur de lucris perſonæ, & induſtriæ perſonalis, lucrum autem non dicitur niſi deductis expenſis. l. Mutius. ff. pro ſocio. Vel ſecundo ſecundum Socin. poteſt reſponderi ex mente gl. in d. cap. paſtoralis. quod in prædialibus impenſa non eſt cauſa immediata perceptionis fructuum, ſed terra, ideo ſoluitur non deductis impenſis, ſecus in perſonalibus, in quibus induſtria & impenſa eſt cauſa
3 immediata. Et prædicta procedunt non ſolum ſi debeantur eccleſiæ fructus ex diſpoſitione legis, ſed etiã ex diſpoſitione hominis, quod probatur in d. cap. tua nobis. & cap. paſtoralis.

lis. qui tex. potius loquuntur in diſpoſitione hominis quam legis. quod patet ex duobus. primo, quia Summus Pontifex arguit à diſpoſitione hominis, vnde vt bona ſit argumẽtatio, potius dicendum eſt loqui in diſpoſitione hominis quam legis, vt conſiderat Socin. Secundo quia Papa arguit à conceſſione domini temporalis, & ſic à diſpoſitione hominis ad conceſſionem domini ſpiritualis & lex interpretatur, quod cõceſſio Dei ſub onere decimarum, intelligatur eſſe facta non deductis expenſis. vnde datur intelligi, quod talis conceſſio Dei interpretata à lege potius eſt ſimilis diſpoſitioni hominis, quam legis, vt ſimpliciter tradit Socin. in d. l. fructus. ex quibus concludit, in eccleſia limitandam eſſe concluſionem Bart. ibi quod quando diſpoſitio hominis refertur ad fructus, tunc intelliguntur fructus deductis expenſis. per d. l. fructus. & l. fundi Trebatiani. ff. de vſufr. cum alijs. vt non procedat in decimis. & in alijs cum quibus eſt eadem ratio. quod nota quia quotidie occurrit. & hæc Soc. conſideratio non videtur reijcienda. Tu vero cogita.

SVMMARIVM.

1 *Minor mulier opponunt exceptionem dilatoriam poſt litem conteſtatam.*

2 *Eccleſia opponit exceptiones dilatorias poſt litem conteſtatam.*

QVAESTIO 404.

Eccleſia poteſt opponere exceptiones dilatorias poſt litem conteſtatam.

1 Regula eſt, quod mulier, & minor poſſunt opponere exceptiones dilatorias poſt litem conteſtatam. l. de die. §. ſi ſeruus. vbi id colligunt DD. Bald. Paul. Iaſ. Socin. ff. qui ſatiſd. cog. idque abſque alia reſtitutio-
2 ne. quare idem dicendum eſt in eccleſia, quæ gaudet priuilegijs minorum. cap. 1. cap. auditis. de reſtit. in integr. vbi omnes Euerard. in loco à minore ad eccleſiam, & ſupra dicimus.

SVMMARIVM.

1 *Occultans debitorem alicuius ſi vi non eximat non tenetur de ſuo niſi in tribus caſibus.*

2 *Occultans libertum tenetur ad operas ad quas ille tenebatur.*

3 *Occultans debitorem fiſci, vel receptans, tenetur de ſuo ſoluere fiſco.*

4 *Occultans debitorem Eccleſiæ, vel receptans tenetur de ſuo Eccleſiæ.*

QVAESTIO 405.

Occultans debitorem Eccleſię ne capiatur, & receptans eum fugientem, propter quod eccleſia non poteſt conſequi ius ſuum, tenetur ſoluere eccleſiæ de ſuo.

1 Quidam non eximit de manu familiæ per vim debitorem eccleſiæ, ſed tantum illum occultauit in eius domo ne caperetur, vel receptauit eum fugientem propter quod eccleſia non poteſt conſequi ius ſuum, an teneatur ſoluere eccleſiæ de ſuo quod debebat debitor. & videtur negatiue reſpondendum, quod requiratur exemptio per vim. per textum in l. quoties. C. de exactoribus tributorum. lib. 10. In contrarium facit tex. in l. fin. C. de operis libertorum. vbi occultans libertum alterius, tenetur ad operas quas ille debebat. In hac quæſtione dicendum ſecundum Bal. in d. l. fin. eſſe ſpeciale in tribus caſibus, vt occultans, vel fugere faciens debitorem alicuius, teneatur ſoluere
2 quod ille debebat. Primus, in occultãte libertum alterius d. l. fin. Secundus, in occultante officialem tempore ſyndicatus, vt eius familiares, & aſſeſſores qui tenentur in quadru-
3 plum fiſco, & in duplum priuato. l. 3. ff. de aſſeſſoribus. Tertius in occultante debitorem fiſci. vt in d. l. quoties. alias dicit Bald. non puniri in debito occultantem debitorem alterius, niſi cum per vim eximat. vt l. penult. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius vocatus. idem tenet Io. de Platea in d. l. quoties. Bart. Socin. in rubr. ff. ne quis eum qui in ius vocatus. idem Bald. in conſ. quod incipit in quæſtionem Milani, quod refert Socin. Et quia eccle-
4 ſia gaudet priuilegijs fiſci. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. vbi DD. Dec. latè in cap. 1. de probat. Euerard. in loco à fiſco ad eccleſiam. ſequitur idem eſſe dicendum in occultante debitorem eccleſiæ. & cum talis occultans teneatur ſoluere debitum eccleſiæ, quæ ob eius factum non potuit conſequi ius ſuum à creditore, poterit ferri excommunicatio in genere contra occultantes, qui fuerunt cauſa vt eccleſia non conſequeretur ius ſuum, vt ſatisfaciant eccle-

eccleſiæ, quemadmodum contra alios qui tenentur reſtituere. cap. ad noſtram. il 2. de teſtibus. cum alijs. & poteſt etiam peti intereſſe in foro exteriori.

S V M M A R I V M.

1 *Actio reſciſſoria, & iudicium reſcindens, non ſolent ſimul concurrere.*
2 *Actio reſciſſoria poſt obtentam reſtitutionem in integrum, debet intentari infra annum.*
3 *Eccleſia poteſt intentare actionem reſciſſoriam vltra annum poſt reſtitutionem obtentam.*

QVÆSTIO 406.

Actio reſciſſoria poſt obtentam reſtitutionem in integrum, durat anno, ſed in Eccleſia vltra.

1 VErior eſt DD. Concluſio, quod iudicium reſcindens, & actio. reſciſſoria ſimul non concurrant, ſed poſt obtentum iudicium reſcindens, ideſt reſtitutionem in integrum, debet intentari actio reſciſſoria, ideſt illa prima actio, quæ cōpetebat ante obſtaculū, puta ſententiam cōtra me latā, vel præſcriptionē completā, contra quā fuit petita reſtitutio. ita tenet Bart. in l. fi. per illum tex. C. ex quib. cauſis maiores. gl. & Bar. in l. necnon. §. exemplo. ff. eodem. late probat Abb. in cap. tum ex litteris. de reſtitut. in integr. Hæc autem iudicia, reſcindens, & reſciſſorium, quan-
2 to tempore durent, dicendum quod officium reſcindens, per quod poſtulatur reſtitutio, clauditur quadriennio tam reſpectu minoris, quam reſpectu maioris. l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. Sed actio reſciſſoria non durat niſi per annum à tempore indultæ reſtitutionis, quia illa actio eſt inſtituta à Prætore contra ius ciuile. l. in honorarijs. in fin. ff. de action. & obligat. & d. l. fin. C. quibus cauſis maiores.
3 Bart. in dicta l. in honorarijs. Sed dubium eſt vtrum in eccleſia habeat locum hæc diſpoſitio Prætoris, vt poſt indultam reſtitutionem neceſſe habeat intentare actionem reſciſſoriam intra annum, & poſt annum ei non competat. Abb. in d. cap. tum ex litteris. inclinat, quod non habeat locum in eccleſia. adducit rationem, quia eccleſia reſtituitur non beneficio Prætoris, ſed beneficio iuris canonici, vt probatur in toto tit. de reſtitut. in integr. ergo cum iſta actio non reſtituatur à Prætore, ſed à Principe, & iure canonico, ceſſat ratio ſub qua fundatur d. l. in honorarijs. Poterit igitur eccleſia vltra annum actionem reſciſſoriam intentare. quod eſt ſingulariter notandum.

S V M M A R I V M.

1 *Can. reintegranda. 3. q. 1. beneficium principaliter eccleſiæ fauore inſtitutum eſt.*
2 *Can. reintegranda. 3. q. 1. remedium an procedat in cauſis prophanis inter laicos, ſunt opiniones.*
3 *Perſonæ Eccleſiaſticæ maiori fauore ſunt dignæ.*

QVÆSTIO 407.

Can. reintegranda. 3. q. 1. beneficium principaliter fauore Eccleſiæ inſtitutum eſt.

1 REmedium Canonis reintegranda. 3. q. 1. quod probata antiquiori poſſeſſione, facienda ſit reſtitutio, pinguiſſimum eſt, de quo tractant diffuſe DD. in cap. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. & in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ. qui textus principaliter loquitur quando agitur pro rebus eccleſiæ, vel proprijs eccleſiaſticorum. Vnde orta fuit altercatio inter DD. an procedat in
2 laicis. Et prima opinio eſt, quod tantum habeat locum in perſonis eccleſiaſticis pro bonis eccleſiæ, vel proprijs, ita gloſ. Io. Cald, Imol. Abb. in d. cap. cum ad ſedem. Anchar. conſ. 31. incipiente tres Domini. Rota Bellamer. deciſ. 36. quia diſpoſitio illius Can. eſt exorbitans, & loquitur in perſonis eccleſiaſticis, quando agunt pro rebus eccleſiæ, vel proprijs. ergo nō debet extendi ad laicos pro rebus prophanis. regula, quæ à iure, de regul.
3 iur. in 6. & maxime quia perſonæ eccleſiaſticæ maiori fauore ſunt dignæ. cap. 2. de dolo. & contum. §. 1. de cler. coniug. in 6. & quia videtur inconueniens, quod ille qui bona fide poſſedit, ſuccumbat ex ſola probatione poſſeſſionis agentis, quia in pari cauſa potior debet eſſe conditio poſſidentis, vt in l. ſiue autem. §. ſi dubbus. ff. de publi. Contrariam opinionem tenet Ant. de Butr. in d. cap. cum ad ſedem. quod habeat locum inter laicos pro rebus prophanis. hac ratione, quia illa littera emanauit ad finem corrigendi peccatum, ne quis cum aliena iactura locupletetur.

tur. Igitur etiam inter laicos ſeruari debet, quia militat ratio.cap.tranſlato.de conſtit. & quia ex quo reſpicit animam debet etiam laicos ligare.iuxta notata per gloſſam communiter approbatam in regula poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Nec eſt exorbitans ſecundum eum, ſed noui remedij inductiua. & hanc opinionem tenent Rom. Aret..in d.cap.res quæ nobis. Socin. ibi licet in fine dicat eſſe cogitandum, quia vtrinque ſunt DD. magnæ auctoritatis. ſed Abb. loc. cit. reſpondet rationi Ant.de Butr.fundatæ in correctione peccati, quia quando conuenitur actor bonæ fidei, videtur ceſſare ratio peccati. Socin. vero replicat, quod licet à principio conuentus potuerit eſſe bonæ fidei, tamen poſtquam fuit conuentus maxime poſt litem conteſtarã, & poſtquam ſibi conſtitit de iure actoris, efficitur malæ fidei. vt habetur in l.motæ litis.C.de rei vend.Sed adhuc poteſt replicari quod non tenetur poſſeſſor ſtatim credere, & conſtituere ſe in mala fide, quia fuit conuentus.Eſt igitur quæſtio valde intricata quo ad laicos, ſed in eccleſia, & eccleſiaſticis perſonis nullam habet difficultatem. loquitur enim can. expreſſe de illis, quamuis opinio Ant. de Butr. videtur etiam in praxi recepta. vt per Alex.in d.l.rem quæ nobis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ fabrica,pertinet ad ornatum,& vtilitatem Ciuitatis.*

2 *Ciuitas poteſt petere quicquid relinquitur pro fabrica eccleſiæ, etiam ſi ſit religioſorum incapacium.*

3 *Ciuitas poteſt petere relictum pauperibus pro alimentis,quia continet eius vtilitatem.*

4 *Mutuans pecuniam ad refectionem ædificiorum,habet priuilegium prælationis in actione perſonali vltra hypothecam tacitam.*

QVAESTIO 408.

Eccleſiæ fabrica pertinet ad vtilitatem, honorem, & ornatum Ciuitatis, & ibi infertur ad aliqua.

1 HAbetur in l. Ciuitatibus. ff. de leg. 1. quod Ciuitas poteſt petere, quod relinquitur in honorem,vel ornatum Ciuitatis. ex quo textu infert notabiliter Bart. quod licet fratres minores, ſint penitus incapaces hæreditatis,tamen ſi hæreditas relinquitur in

2 fabricam eccleſię ipſorum,ipſa Ciuitas poteſt petere,& etiam quilibet de populo, quia videtur relictum ad ornatum, & vtilitatem Ciuitatis, & magis ipſi Ciuitati quã fratribus. infert etiam quod ſi relinquatur aliquid pau-
3 peribus pro alimentis,poteſt Ciuitas illud petere, quia pertinet ad honorem,& vtilitatem Ciuitatis.§.ſi autẽ in auth.de eccl.tit.Formã autem petendi relictum pro eccleſia ornanda, vel fulcienda,ponit Bart. quia debet concludere,quod ipſe hæres cogatur hoc facere. l. fideicommiſſa. in fin. de leg.3. & quod faciat per ſe vel per alium. l.de pollicitationib. ff.de pollicit. & putat quod iudex poterit aliquos præponere illi operi, & ad hoc eius auxilium implorare. l.3.ff.de alimentis,& cibar. leg. Si vero petit Ciuitas, quod pauperibus eſt relictum, debet concludere quod detur diſtributori ad hoc deputato per teſtatorem, vel per Epiſcopum. l.nulli. & l. ſi quis ad declinandam. C.de Epiſc.& Cler. quæ omnia tradit Bart.in d. l. Ciuitatibus. & ſunt ſingulariter notanda. Poteſt ſecundo inferri quod
4 mutuans pecuniam ad refectionem domorũ, & aliorum ædificiorum Ciuitatis,habet priuilegium prælationis in actione perſonali.l.creditor. ff. ſi cert.petat. vltra tacitam hypothecam de qua in l.1. ff.in quibus cauſis pignus. & l. interdum. ff. qui potiores in pignor. Ratio eſt quam ponunt DD. præſertim Alciar. in d. l. creditor, quia reipublicæ intereſt, vt plurimæ ornatæq.domus in Ciuitate ſint.quę quidem multo magis debent præcedere in fabrica, & refectione eccleſiæ, in qua duplex publica vtilitas verſatur, humana ſcilicet, & diuina quæ concernit ſalutem animarum, & cultum diuinum.quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, an ſint præſtanda filijs ſpurijs iuxta neceſſitatem naturæ tantum,vel iuxta qualitatem perſonæ,vel familiæ.*

2 *Alimenta debita miſerationis cauſa,ſecundum dignitatem ſunt ſpectanda.*

3 *Alimenta, an ſint præſtanda filio ſpurio ſi habet artem honeſtam ex qua victum percipere poſſit.*

4 *Alimentorum præſtatio ſi eſt difficilis propter lites inter hæredem & legatarium, debet aſſignari fundus legatario, ex quo percipiat alimenta.*

5 *Alimenta,an ſint præſtanda filio ſpurio probata tantum quaſi poſſeſſione filiationis.*

QVAE-

QVÆSTIO 409.

Eccleſiæ pietas, vt præſtet alimenta ſpurijs à iure ciuili excluſis, vbi agitur de materia. cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimonium quam polluerat per adult.

1 HAbet mater eccleſia vbera dulcedine referta, extrauag. vnica. de ſenten. excomm. & inter quam plurima pietatis opera ſingulare eſt illud, quod filios ſpurios à iure ciuili excluſos, ad ius naturale reducat quo ad alimenta, quæ illis præſtari mandat. cap. cum haberet de eo. qui duxit in matrimoniū. & ibi gl. circa cuius tex. diſpoſitionem varia à DD. in varijs locis traduntur, nos vero vtilitati, & breuitati intendentes, vtiliores & frequētiores quæſtiones ſubnectemus. Et primo quæritur, an alimenta ſint præſtāda filijs ſpurijs iuxta neceſſitatem tātum, vel iuxta qualitatem, & nobilitatem familiæ, & perſonæ. Secundo quæritur, an ſint præſtanda alimenta ſpurio ab hæredibus patris, ſi ille habeat artē ex qua viuere poſſit. Tertio, an ſint præſtanda alimēta, probata tantum quaſi poſſeſſione filiationis. alias quæſtiones ponemus in ſequēti quęſtione. Circa primam aliqui dixerunt filio ſpurio eſſe præſtanda alimenta ſolum ſecundum vitæ neceſſitatem, non ſecundum dignitatem. Palat. in repetit. cap. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 24. num. 3. Caſſan. conſ. 89. num. 55. & alij pro quibus facit doctrina Bal. in l. ſi maritus. ff. ſolut. matrim. vbi inquit, quod quando alimenta debentur miſerationis cauſa, non ſunt præſtanda ſecundum dignitatem perſonæ, ſed ſolum ſecundum neceſſitatem viuentis. Contraria opinio eſt verior, quod debeat attendi
2 qualitas, & dignitas perſonarum, quia etiam quando alimenta debentur alicui miſerationis cauſa, ſecundum dignitatem perſonæ ſunt præſtanda. l. ſed ſi quid. §. ſufficienter. ff. de vſufructu. gloſ. in l. nepos proculo. ff. de verb. ſignif. Alex. in d. l. ſi maritus. ff. ſolut. matrim. tradit late Decian. reſponſo 29. vbi dignitatem perſonæ, familię, modum quo ſpurius fuit educatus, complexionem, & alia conſideranda eſſe tradit. Crauett. conſ. 193. Molina de primogen. lib. 2. cap. 25. num. 55. vbi conſiderat nec æquitati Canonicæ quæ parentes ad alendos ſpurios adſtringit, ſatisfieri ſi filio ſpurio illuſtri, ſeu nobili, vel in aliqua magna dignitate conſtituto, ſolum illud pro alimentis præſtaretur quo natura contenta eſt, ſed alimenta attenta etiam qualitate, ac dignitate ſpurij præſtanda erūt, non tamen ita ampla vt filio legitimo eiuſdem dignitatis, atque qualitatis præſtanda forent, circa quod iudicis arbitrium verſabitur. vt etiam tradit Couar. de ſponſal. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 7. Circa ſecundam quæſtionem, an ſpurio debeantur alimenta ab hæredibus patris ſi habet artem honeſtam ſuæ qualitati conuenientem, vel
3 exerceat aliquod officium ex quo victū percipere poſſit, vel debeant ei aſſignari pro alimentis redditus perpetui, vel aliquis fundus ex cuius fructibus ſe alat. Affirmatiuam opinionem, vt aſſignandi ſint redditus perpetui tenent Crauett. d. conſ. 199. poſt Bald. quem allegat conſ. 30. vol. 2. Soc. conſ. 64. vol. 4. in fin. & in l. diuortio. col. fin. ff. ſoluto matrimonio. Decian. diffuſè d. reſponſo 29. vol. 3. vbi poſt Crauett. conſiderat euenire poſſe, quod filius non ſemper operari poſſit propter infirmitatem, & ſic licet hodie viuere poſſi, non ſequitur quod ſemper poſſit, maxime ſi ſit debilis corpore. nec ſemper debet cogi ſpurius iudicium ſubire, quādo ob infirmitatem operari non poteſt, quare iudex debet illi certos redditus aſſignare. vnde Decian. loco citato. vt ſupra diximus, conſiderat multas circumſtantias in alimentis præſtandis ſpurijs. Contrariam opinionem tenet Rimin. Iun. conſil. 583. vol. 5. vt ſpurio exercenti ſe in aliquo honeſto officio ex quo viuere poſſit, non ſint præſtanda alimēta. per tex. in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de libet. agnoſ. vbi etiam filio legitimo opifici non debentur alimenta quandò poteſt operari, ſecus ſi non poſſit, vt à contrario ſenſu conſiderat ibi gl. Item quia ius Canonicum in d. cap. cum haberet, mandat prouideri neceſſitatibus, quare ceſſante neceſſitate non debentur. nec conſideratio, quod filius cogeretur iudicium mouere, aliquid facit, cum etiam alimenta ei debeantur lite pendente. Affl. deciſ. 10. dicit etiam Decian. & Crauett. loqui in ſpurijs nobiliſſimæ familiæ, quibus alimenta præſtari debent, vt poſt legitimos etiam in honore habeantur quamuis in eorum caſu contrarium conſuluerit Natt. concludit igitur Rimin. quod ſi ſpurius hodie non poteſt operari, habebit alimenta, quādo vero poteſt non habebit. Cardin. Paleot. de notis cap. 45. num. 8. tenet id remitti iudicis arbitrio. poſt Bald. in l. eam quam. num. 41. C. de fideicommiſſ. Menoch.

Idem

Digitized by Google

idem tradit de arbitr.lib.2. cap.169.Sed hæc tertia opinio non videtur procedere ſine difficultate, nam iudicis arbitrium videtur habere locum vbi deberentur, cum non entis nullæ ſint partes. l.eius qui in prouincia. ff.ſi cert. pet. Quid igitur dicendum in hac quæſtione? Pro prima opinione, quod ſint præſtanda alimenta, etiam quod ex honeſto officio, vel arte poſſit ſpurius ſibi victum quærere niſi iam fuerit effectus diues ex illo exercitio, facit quod Clericus poteſt ex honeſto artificio ſibi victum quærere. c. Clericus victum. diſtinct.91.& tamen non poteſt ſacris initiari niſi habeat titulum perpetuum beneficij, vel patrimonij ex quo poſſit alimenta percipere. cap. Epiſcopus. c. cum ſecundum de præben. idque propter varios caſus qui occurrere poſſunt, infirmitatem, & alios, vt non poſſit viuere. Præterea, illud dicitur fieri non poſſe quod commode fieri nequit d.l.nepos proculo, & multa occurrere poſſunt, quæ reddant difficilem perceptionem alimentorum, vt infra, vt infirmitas,debilitas continua,lis, an filius poſſit vel non poſſit operari, an lucrum ſit ſufficiens vel non,maxime quod hęres patris coactus illa præſtat. Nec videtur obſtare reſponſio Rimin. vt lite pendente debeantur alimenta, quia ſi euenerit infirmitas quo pacto litigabit infirmus. Pro contraria opinione quod non ſint præſtanda dum filius exercet artem honeſtam vrget fortiter. tex.in d.S.ſed ſi filius.Item quia ſpurijs daretur materia vacandi otio non ſine damno reipublicæ,cum ſoleant eſſe imitatores vitiorum paternorum. c.1. de filijs Presbyterorum. & contra mentem ſacrorum Canonum, qui peccata maxime deteſtantur, & mandauerunt tantum ex pietate illorum neceſſitatibus ſubueniri. Et hęc opinio mihi verior videtur.verum ſi orietur ſæpe lis circa pręſtationem alimentorum, vel inimicitia, quæ ſolet eſſe inter filios legi-
4 timos, & ſpurios, & ſæpe altercarentur de lucro ſufficienti, vel non ſufficienti ad fructum, tunc iudex poterit aſſignare aliquem fundum ex quo abſque lite ſpurius ſibi victum parare poſſit,conſiderato lucro, perſonæ qualitate, debilitate, & alijs qualitatibus. iuxta doctr. DD. in materia alimentorum, quando ſæpe oritur altercatio inter hæredes & legatarios, nam quandoque hæredes fingunt debita,non colunt poſſeſſiones hæreditarias. ita tradit Bald. in l.2. C. ſi quis in fraudem patroni. & ibi Paul.de Caſtr. Alex. & Paul.in l. Imperator. ff.ad Trebell.Iaſ.late in l.ſi conſtante num.198. ff. ſol.matrim. Non obſtat illud de titulo Subdiaconi, qui debet eſſe perpetuus etiam ſi poſſet ſibi victum ex artificio quærere,ſiquidem diuerſa eſt ratio. Nam ſi caſu ob infirmitatem non poſſet victum quærere, id tenderet in dedecus totius ordinis Clericalis, vt in locis ſupra citatis, & habetur in Conc. Trid. cap. cum non decet. ſeſſ.21. cui dedecori voluerunt Canones obuiare, quæ ratio ceſſat in ſpurio. Circa tertiam quæſtionem, an ſpurius poſſit conſequi alimenta ab hæredibus patris, probata tantum quaſi poſ-
5 ſeſſione filiationis, quia mater habebatur pro concubina,& aderat fama in vicinia. argum. notatorum in c. illud. de præſumpt. reſolutio pendet ab illa quæſtione, an filius legitimus ex ſola quaſi poſſeſſione filiationis poſſit petere hæreditatem non aliter plene probato matrimonio, ſic etiam ſpurius poſſit petere alimenta non probato concubinatu. & quo ad filium legitimum magis communis reſolutio eſt non ſufficere quaſi poſſeſſionē ad petendam hæreditatem. Bald. in c. per tuas. de probat. Alciat.late de præſumpt. reg.3. præſumpt. 38. vbi teſtatur de magis communi. Couar.de ſponſal.2.par.c.8.S.3.num.9.Grat. reſponſ.158.vol.2. Dec.conſ.321.Iaſ.conſil. 102. vol.4. Cephal. conſ.82. num.48. Bero. conſ.158. Rimin. Iun. conſ.339. num. 65. & conſ.733. nu.14. vbi teſtatur de magis communi,quamuis non deſint qui dicant contrariam opinionem eſſe communem. Dec. conſ. 54. Butr.Card. Alex.in cap.tranſmiſſę.qui filij ſint legitimi. & aliqui diſtinguunt inter actorem & reum, vt quando filius eſt actor non ſufficiat probatio quaſi poſſeſſionis, ſecus quando eſt reus, quæ diſtinctio videtur probabilis. arg. notatorum per Bart. in l. de die. ff. qui ſatiſd. cog. per Dec.in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Quicquid tamen ſit reſpondendo ad propoſitam quæſtionem, quo ad alimenta pręſtanda ſpurio,videtur ſufficere probatio quaſi poſſeſſionis. vt notabiliter tradit Bero.in filio legitimo d. conſ. 158. dicens quod quando tractatur de acquirenda hæreditate,agitur de probanda filiatione quo ad eius ſubſtantiam merito probatio per nominationem & tractatum non ſufficit, ſecus vero quando tractatur de conſetuanda tantum quaſi poſſeſſione filiationis, vt debeantur ea quæ iure naturæ, vel ciuili filijs deberi ſolent, vt alimenta. ſic etiam poteſt dici in filio ſpurio cui alimenta à iure naturæ à Canone approbata debentur, & non agitur de

tam

Digitized by Google

tam graui præiudicio prout de obtinenda hæreditate. Præterea præſtatio alimentorum continet cauſam piam. l.Mela. vbi Bart. ff.de alimentis. & ea opinio ſequenda eſt in dubio, quæ piæ cauſæ magis fauorabilis eſt.iux. l.ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt.fun.cap. fin. de re iud. cum ſimilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Dos data filiæ ſpuriæ, an ea mortua relictis liberis, reuertatur ad hæredes dotantis.*

2 *Dos exceſſiua data à patre filiæ ſpuriæ, an poſſit quo ad exceſſum reuocari ab hæredibus patris conſtante matrimonio in præiudicium viri.*

3 *Cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium quam polluerat per adulterium, an procedat in tranſuerſalibus.*

QVÆSTIO 410.

De eadem materia cap. cum haberet de eo qui duxit in matrimonium, quam polluerat.

1 SEquuntur aliæ quæſtiones magis practicabiles circa textum in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium quam polluerat. Prima quæſtio, an dos data filiæ ſpuriæ tanquam ſuccedens loco alimentorum poſt mortem filiæ reuertatur ad hæredes patris, etiam ſi ipſa reliquerit filios. Secunda, an dos data filiæ ſpuriæ excedens ſummam alimentorum, poſſit quo ad exceſſum reuocari viuente viro, qui ipſam cum minori dote non duxiſſet. Tertia, an procedat in tranſuerſalibus. Circa primã quæſtionem ſunt opiniones negatiuam partem. quod dos morte filiæ reuertatur ad dotantem, vel eius hæredes tenẽt nonnulli DD. ea ratione, quod dos ſuccedit loco alimentorum, quæ debentur ex æquitate Canonica ſpurijs, & morte finiuntur. l.cum hi. §.modus. ff. de tranſact. & ſubrogatum ſapit naturam ſubrogati. l. filiæ. §. Titia. ff. de cond. & demonſt. & facit deciſ. Bal. in l.eam quam. C. de fideicommiſſ. à ſimili, loquitur enim quando filio ſpurio relictus eſt fundus ad alimenta, quod poſt eius mortem reſtituatur hæredibus. Et hanc opinionem negatiuam tenent Abb.conſ.115.vol.2. & conſ.50. Ripa in l.1. num.35. ff.ſolut.matrim. Lup.in cap. per veſtras. §.24. de donat. inter vir. & vxor. Bald. Nouell. de dote in 6.par.princip. priuil.16. Rota Bononien. deciſ.22. & multi alij. Affirmatiua opinio eſt verior. Pro qua facit, quod tex.in d.cap. cum haberet, mandat prouideri neceſſitatibus filiorum ſpuriorum, & ibi dicunt DD. quod quemadmodum alimenta ſunt præſtanda filio ſpurio, ita & dos filiæ, ne in opprobrium patris & familiæ forte inducatur ad meretricandum, ſed ſi dos reuerteretur ad dotantes hæredes relictis filijs, nemo reperiretur qui filiam ſpuriam in vxorem duceret, & ſic non eſſet prouiſum neceſſitati ipſius, & menti ſacrorum Canonum. arg. legis nepos proculo. ff. de verb. ſignific. & vt experientia docet nemo ducit filiam ſpuriam niſi auro oneratam. Præterea, vt omnes concludunt debetur dos filiæ ſpuriæ, de natura autem dotis eſt, vt tranſeat ad hæredes, eſt enim proprium patrimonium vxoris. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciſc. ergo non redibit ad hæredes dotantis. Item facit, quod dos datur pro oneribus matrimonij, quæ onera non concernunt tantum ſubſtentationem viri, & vxoris, ſed etiã filiorum. & hanc opinionẽ tenent grauiſſimi DD. Bermond. de publicis concubinarijs in verb. qui etiam filios. n.59. Card. Paleot. de not. cap.49. Marc. Ant. Peregr. de iure fiſci.lib.3. tit.18. num.8. Royas in epit. ſucceſſ. ampliat. 17. fol.130. & nouiſſime poſt alios quos allegat peritiſſimus Vinc. de Franch. in deciſ. 298. vbi quæſtionem ex arte diſcutit, & tradit ita fuiſſe deciſum in Conſillo Neapolitano. Non obſtat ratio allegata, quod dos ſit ſubrogata loco alimentorum, quia hæc ſubrogatio de iure non probatur, ſed DD. dicũt in d. cap. cum haberet, quod filijs ſint præſtanda alimenta, & filiabus dos, & videtur apertè probari in d. textu cuius verba ſunt, liberis ſuis ſecundum quod eis ſuppetunt facultates, neceſſaria subminiſtrent. neceſſitas autem principaliter reſpiciens fęminas eſt ipſa dos, ergo non probatur quod ſuccedat loco alimentorum. nec doctrina Baldi videtur refragari in d. l. eam quam, dum loquitur de prædio relicto ad alimenta, cum maxima ſit differentia inter dotem & alimenta, dos enim tranſit ad hæredes, alimenta non, & differunt in alijs de quibus per Alex. in l.1. ff. ſol. matr. Præterea non eſt verum quod alimenta morte filij ſpurij finiantur, quia deſcendentibus ex ſpurio etiam alimenta præſtari debentur ab auo, per tex. in d. cap. cum haberet. in fin. dum loquitur per verb. liberis, & tradit Ruin. conſ.224. vol. 1. & late de Franch. in deciſ.

alle-

allegata. Eſt igitur poſterior hæc opinio verior, vt dos data filiæ ſpuriæ, ea mortua relictis filijs nõ reuertatur ad hæredes dotantes. Circa ſecundam quæſtionem, an dos exceſſiua data filiæ ſpuriæ, poſſit quo ad exceſſum reuocari ab hæredibus patris dotantis conſtante matrimonio. In hac quæſtione breuiter dicendũ, quod licet donatio exceſſiua ex cauſa dotis ſit facta in fraudem legis, tamẽ ſi fuerit conſtituta dos filiæ ſpuriæ, & conſignata marito, conſtante matrimonio non poteſt ab ea auferri. quia licet dos mulieri acquiratur ex titulo lucratiuo, tamen maritus habet eam ex titulo oneroſo. iux. c. ſalubriter. de vſuris. ita Bar. & Ang. in l. fin. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraudem creditorũ. idem tradit Bart. in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. Bal. in auth. ex cõplexu. C. de inceſt. nupt. Alex. conſ. 54. lib. 3. & poſt alios Card. Mant. de tac. & amb. conu. lib. 3. tit. 37. n. 29. Placet tamen mihi quędam limitatio quod ſi maritus ſciebat mulierẽ eſſe ſpuriam tenetur ſuperflua præter ſufficiẽtiam reſtituere, quia debebat cautius negotiare. arg. cap. per tuas. de donat. inter vir. & vxor. ſi vero ignorabat eſſe legitimam ſecus, vt tradit Rimin. conſ. 380. n. 68. poſt Lup. in d. cap. per veſtras. cap. 24. ſub num. 30. & Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. quos allegat. Sed circa hoc puto animaduertendum quod iſte exceſſus non ſit conſiderandus reſpectu alimentorum quæ ſufficerent filiæ, ſed reſpectu dotis quæ eſſet multum exceſſiua, ex dictis in præcedenti quæſtione. ſi vero dos eſſet ad filiam reuerſa, tunc poſſet reuocari quo ad exceſſum niſi quatenus ei ſufficeret pro alimentis ſuis, & filiorum. iuxta dictum c. cum haberet. iux. Bar. in d. §. à ſocero. Ruin. conſ. 124. lib. 1. Circa tertiam quæſtionem, an tex. in d. cap. cum
3 haberet procedat in tranſuerſalibus, vt frater teneatur alere fratrem ſpurium, vel ſororem ſpuriam de bonis ſuis. & Molina de primog. lib. 2. c. 25. n. 66. cenſet non teneri, cum æquitas tex. in cap. cum haberet ſolum in patre de quo tantum loquitur verſetur, ideoq; ad fratrem non videtur extendendus in quo longe minor ratio quam in patre militat. ſuper quo cogitandum, & alibi dicemus.

S V M M A R I V M.

1 *Monaſterium, an excludat ſubſtitutum ſi non eſt appoſita expreſſe conditio ſi ſine liberis deceſſerit à teſtatore, ſed tacite à iure ſubintelligitur iuxta l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr.*

2 *Extenſio in exorbitantibus, & correctorijs fit fauore eccleſiarum, & piæ cauſæ.*

3 *Fictiones duæ concurrunt, quando vna venit in conſequentiam alterius.*

4 *Fictiones plures concurrunt fauore eccleſiæ.*

5 *Filius ſi eſt rogatus reſtituere pure, vel in diem certum, liberi eius non excludunt ſubſtitutum nec etiam monaſterium.*

QVÆSTIO 411.

Conditio ſi ſine liberis, quando non eſt appoſita expreſſe à teſtatore grauato reſtituere poſt mortem, ſed à iure ſubintelligitur, an ſi grauatus intret monaſterium ſubſtitutus excludatur.

1 ARdua eſt iſta quæſtio, & quod monaſterium non excludat ſubſtitutum ſubintellecta tantum à lege conditione ſi ſine liberis deceſſerit, tenent Bald. in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. Dec. in cap. in præſentia. de probat. num. 191. Emanuel Coſta in cap. ſi pater in verbo ſi abſque liberis. num. 70. & 71. de teſtament. in 6. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 83. num. 75. Peregr. de fideicommiſſis art. 28. num. 65. Craſſ. in §. fideicommiſſ. quæſt. 40. num. 2. Pro qua opinione facit, quod diſpoſitio legis qua monaſterium habetur loco filij ad excludendum ſubſtitutum, quando eſt expreſſe appoſita conditio ſi ſine liberis deceſſerit. vt in d. cap. in præſentia. & in §. ſed & hoc præſenti. in authent. de ſanctiſſimis Epiſcopis. eſt exorbitans à iure communi. iux. gloſ. fin. in dicto cap. in præſentia. Ioan. Andr. ad Specul. de monach. §. 1. quæſt. 14. in verbo in præſentia, & ideo non debet extendi ad tacitam, & ſubintellectam conditionem à lege. Præterea concurſus duarum fictionum à iure improbatur. l. 1. C. de dot. promiſſ. quod eſſet in hoc caſu, quia fingitur à lege conditio ſi ſine liberis. l. cũ auus. ff. de condit. & demonſtr. & concurreret alia fictio quod monaſterium haberetur loco filij. & hanc opinionem ſequuta eſt Rota Rom. cuius duas deciſ. per extenſum refert Dominus Stephan. Gratian. in diſcept. forenſ. cap. 306. tom. 2. Contrariam opinionem quod monaſterium excludat ſubſtitutum, quia cum con-
1 ditio ſi ſine liberis ſuppleatur per legem, idem eſt ac ſi fuiſſet expreſſa à teſtatore, & ſucceſſiue excludit ſubſtitutum, & ita tenet gl. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm. quam ſequuti ſunt Iacob. Butrig. Salicet. Corn. &

Digitized by Google

Barbat. in addit. ad Bald. ibi Bald. in d. cap.
in præſentia. nu. 18. Gomeſ.tom. 1.var. reſol.
cap. 5. de ſubſtit.fideicomm.n. 39. Greg.Lo-
pez ſuper leg. 10.tit.4. partita 6.gloſ.9.verſ.
Item quod ſit grauat. Lancell. Galiaul. in l.
Gallus.§.& qui ſi tantum.n.19. ff.de liber.&
poſth. Stephan. Grat.d.tom.2.cap.34.& 35.
Pro qua opinione facit idẽtitas rationis,quia
teſtator præſumitur monaſterium dilexiſſe
non minus quam liberos hæredis inſtituti, &
ideo ſicut liberos prætulit ſubſtituto,ita item
deficientibus vel non extantibus liberis, ip-
ſum monaſterium prætuliſſet ſi cogitaſſet
quod hæres inſtitutus fieret monachus, vnde
merito lex ſupplet talem cogitationem, ergo
idem ius. Hanc opinionem alijs comprobant
ſupradicti DD. ſed rationes ſupra relatæ ſunt
præcipuę.& ab hac vltima opinione ſine con-
ſcientiæ remorſu non recederem tanquam
fauorabiliori cultui diuino,vitæ contemplati-
uæ,eccleſiæ,& non repugnante menti teſtato-
ris.quæ ita fuit declarata à lege ab Imperato-
re Iuſtiniano in §.ſed & hoc præſenti.Et idem
cenſeo abſque dubio fuiſſe determinaturum
conditorem l. cum auus, ſi eo tempore le-
gem Chriſti coluiſſet. Non obſtant allegata
in contrarium, quod diſpoſitio.§.ſed & hoc
præſenti eſt exorbitans à iure communi, &
ideo non amplianda, quia id non procedit
quando ſumus in materia pia, & fauorabili,
2 prout eſt iſta,quæ fauet eccleſijs. tunc enim
fit extenſio ad caſum omiſſum ex ſimilitudi-
ne rationis,etiam ſi eſſet materia correctoria,
& exorbitans.gloſ.in l. 1. C. de his qui ante
apertas tabulas.Ludou. Rom. in auth. ſimili-
ter.C.ad l.falcid.in 20.ſpeciali piæ cauſæ cir-
ca vltimas voluntates. Abb.in cap.fin.de re-
ſcript.colligitur ex dictis Bart.in l.ſi conſtan-
te. ff. ſolut.matrimon. notat etiam Dominus
Steph.Gratian.d.cap.305.poſt Mant.de tac.
& ambig. tit.46. lib.13.n.15. Non obſtat ſe-
cunda ratio de concurſu duarum fictionum,
3 quia bene concurrunt quando vna fictio ve-
nit in conſequentiam alterius. Alex.conſ.117.
Viſo proceſſu. lib.5.n.4. qui dicit hoc verum
etiam quando duo fictiones non tendunt ad
eundem finem. Ripa in l.ſi rem aliquam. ff.de
acquir. poſſeſſ. & præſuppoſita fictione ſubin-
tellectæ conditionis ſi ſine liberis, ſtatim con-
ſequitur alia fictio, quod monaſterium ha-
4 beatur loco filij. Præterea duæ fictiones fauo-
re eccleſiæ poſſunt concurrere, vt tradit ſin-
gulariter Bald. in cap. 2. de conſuetudine per
illum textum, & nos diximus in alia quæſtio-
ne. Et hæc opinio videtur mihi tutior. & qua-
tenus videretur dubia, pro eccleſia iudican-
dum eſt. cap.fin. de re iud. Maxima enim eſt
ratio,quæ pro religione facit. l. ſunt perſonæ.
ff.de relig. & ſumpt. funer. Limitanda eſt ta-
men hæc concluſio,quando filius eſt pure ro-
5 gatus,vel poſt diem certum rogatus reſtitue-
re,non adiecta conditione ſi ſine liberis. tunc
liberi grauati non excludunt ſubſtitutum,ſed
concluſio procedit quando fuit grauatus re-
ſtituere poſt mortem ſuã. ratio eſt,quia quan-
do grauatur poſt mortem, quemadmodum
teſtator prædilexit filium, & præpoſuit ſub-
ſtituto, ſic etiam præſumendum eſt prædile-
xiſſe deſcendentes ex eo,& illos præferre vo-
luiſſe ſubſtituto. ſed quando grauauit pure
rogando, vel in diem certum, tunc manifeſte
patet quod magis dilexit ſubſtitutum quam
filium, cum filio ſuo viuenti illum prætu-
lerit, vnde etiam ſoboli videtur prætuliſſe. &
ita loquitur Bal.in d.auth. niſi rogati in pure
grauato, vel poſt diem certum. quem ſequuti
ſunt Menoch. & Peregr. vbi ſupra. & dictam
rationem diuerſitatis ponit Guliel. de Bened.
in cap. Raynutius in verbo,ſi abſque liberis.
verſ.4. limitabis in primo. num.11. & 12. de
teſtamentis & alij.

SVMMARIVM.

1 *Quartas duas detrahit filius ex declaratio-
ne Eccleſiæ.*
2 *Capitulum Raynutius de teſtamentis circa
duas quartas detrahendas à filio, an proce-
dat in aſcendentibus.*
3 *Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. pro-
cedit etiam in aſcendentibus.*
4 *Capitulum Raynutius de teſtamentis, an
procedat in nepotibus, & an in Falcidia,
& alia circa eius declarationem.*

QVÆSTIO 412.

Eccleſiæ pietas circa filios legitimos & naturales fideicommiſſo grauatos, vt detrahant duas quartas, legitimam & Trebellianicam.

1 NOn ſolum mater eccleſia prouidit filijs
ſpurijs à iure ciuili excluſis, mandans
illis præſtari alimenta, cap. cum haberet de
eo qui duxit in matrimoniũ quam polluerat,
& diximus in alia quæſtione præcedenti, ſed
etiam

etiam eius pietas ſeſe extẽdit ad filios legitimos & naturales, onere fideicommiſſi granatos, vt detrahant duas quartas, legitimam & Trebellianicam. vt habetur in cap. Raynutius, de teſtam. licet de iure ciuili res eſſet valde dubia. quæ diſpoſitio iuris Canonici in vtroque foro recepta eſt. ea ratione quod quando aliquid eſt dubium de iure ciuili, ſtandum eſt determinationi iuris Canonici. iuxta notata in cap. 1. & 2. de oper. nou. nunciat. Sed dubium eſt, an hæc diſpoſitio eccleſiæ non ſolum procedat in deſcendentibus, ſed etiam in
2 aſcendentibus. & ſunt opiniones. Bal. in l. ſi à milite. §. fin. ff. de milit. teſtam. dicit, per iura quæ expreſsè de filijs loquũtur, nihil eſſe mutatum in aſcendentibus, & ideo vnã tantum quartam detrahi poſſe. Iaſ. in l. filium quem. C. ad Trebell. & in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. Soc. in l. cum auus. col. 7. ff. de condit. & demonſt. Bertrand. conſ. 19. lib. 1. & nouiſſimè poſt alios quos allegat Peregrin. de fideicommiſſ. art. 3. num. 53. dicens hanc opinionem ſibi magis placere tanquam minus correctoriam iuris ciuilis. Contrariam opinionem pro aſcendentibus tenent Ang. & Cuman. in d. l. ſi à milite. §. fin. Barbat. in d. cap. Raynutius Crauett. conſ. 101. Couar. & alij quos allegat Molina de primog. cap. ... nu. 5. eſt enim vniformis ratio, ergo idem iudicandum. quare idem Peregrin. poſtea dicit cogitandum quamuis priorem opinionẽ fuerit paulo ante ſequutus. & hæc opinio tanquam benignior eſt amplectenda. Faciũt no-
3 tata per DD. in d. auth. ſi qua mulier, cuius diſpoſitio licet loquatur in filijs, ex identitate rationis extenditur ad aſcendentes, & nos alibi diximus. Ampliatur hæc diſpoſitio eccleſiæ, vt vltra filios extendatur ad nepotes. cum hac tamen differentia, quod liberi primi gradus non computant fructus in Trebellianica. l. vlt. C. ad Trebell. nepos vero, & alij deſcendentes detrahunt vtranque partem compenſatis fructibus in Trebellianica. ita Bart. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. Falcid. quem ſequuntur DD. Iaſ. conſil. 108. vol. 4. Roland. conſ. 30. lib. 1. Peregrin. loco citato. num. 54. Neque obſtat diſpoſitio tex. in l. iubemus. vbi liberi primi gradus non compu-
4 tant fructus non ſic nepotes, quia expreſſe per illam l. prohibita fuit extenſio ad alias perſonas. Amplia ſecundo vt diſpoſitio eccleſiæ de duabus quartis, procedat non ſolum in Trebellianica, ſed etiam in Falcidia. ita Bald. in l. quamquam. C. de fideicommiſſ. & ibi Corneus. Fulgoſ. conſ. 26. Præterquam in legatis ad pias cauſas. Alex. conſil. 139. vol. 1. Aret. conſ. 18. Pariſ. conſ. 43. num. 71. vol. 3. Gabriel pulchre conſ. 16. num. 28. 29. Molina de primogenijs. lib. 1. cap. 17. num. 6. vbi alios adducit. num. 7. nam de legitima ad Trebellianicã facile deſumitur argumentum. Bart. in l. 1. §. interdum. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. Eadem enim videtur intentio iuris Canonici dum vltra legitimam vult poſſe detrahi Trebellianicam. Contrariam opinionem, quod non procedat in Falcidia tenet Fulgoſ. in d. l. quamquam, quia iura correctoria iuris ciuilis, non ſunt extendenda, & quia non reperitur quod appellatione Trebellianicæ de qua iura illa loquuntur ſine Canones, contineatur Falcidia. idem tenet Socin. Iun. conſil. 136. num. 12. volum. 1. Alciat. conſil. 154. lib. 9. Cephal. conſil. 154. nu. 61. Surd. deciſ. 252. Couar. de teſtamentis. §. 13. num. 7. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 2. num. 12. vbi adducit rationem in filijs primi gradus in Falcidia computari fructus non in Trebellianica, & ideo vltra legitimam non videntur poſſe detrahere Falcidiam. Sed poteſt reſponderi huic rationi, antecedens non eſſe tutum. quamuis gloſ. in l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. Falcid. id dicat, & conſequens non eſſe verum omnino, cum nepotes vt ſupra fuit dictum, vltra legitimam deducunt trebellianicam in quam computant fructus.

5 Limita hanc diſpoſitionem eccleſiæ de duabus quartis detrahendis, locum non habet cum ob numerũ filiorum per legitimam deducitur ſemis, nã ne plus ſit in detractione quam in fideicommiſſo, Trebellianica nõ deduceretur vltra legitimam. ita Bald. conſ. 94. punctus quæſtionis. l. 2. Crauet. conſ. 50. Padell. in auth. res quæ. n. 4. l. communia. de legatis. Pancir. conſ. 69. n. 14. & 124. n. 11. quos allegat Peregr. loc. cit. n. 56. Contraria opinio verior videtur, cum iura Canonica de duabus quartis indiſtincte loquantur, & eam teneant DD. num. plures. Bar. conſ. 22. Bal. conſ. 101. Alex. 68. in 4. & conſ. 3. vol. 7. Rimin. Iun. cõſ. 227. & nu. 19. Molin. loc. cit. num. 7. Craſſ. de Trebell. q. 4. Peregr. loc. cit. qui multos alios adducit. Rota Auinion. deciſ. 147. Theſaur. deciſ. 252. Et hæc opinio eſt verior. pro qua facit, quia cum ſtatim debeatur filio legitima poſt mortem patris, quaſi abſtracta à corpore patrimonij nihil commune habere debet cum Trebell. quæ adueniente conditione poſtea

detrahetur. Ampliant etiam aliqui quod ſi ex ſtatuto aucta fuit legitima, adhuc vltra eã deducetur Trebell. vt ſentit Soc. conſ. 93. vol. 1.

Limita ſecundo, quando teſtator iuberet Trebellianicam in legitimam imputari. Bald. in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. quia ſicut teſtator poteſt Trebellianicã confundere cum vero hæredis credito. l. ſi debitor. ff. ad l. falcid. & l. quod de bonis. §. cum fideicommiſſum eodem l. Lutius. §. Marcus. ff. ad Trebell. ſic à fortiori cum quaſi debito. & ita tenet Alberic. Imola Cuman. in d. §. maritus. Alex. in l. ſi debitor & in l. Marcell. ff. ad Trebell. Gabriel lib. 4. concl. 1. nu. 10. & hæc ſuccinɕte pro hac noua eccleſiæ diſpoſitione attexuiſſe ſufficiat.

S V M M A R I V M.

1. *Publiciana, an competat Eccleſia abſque traditione poſſeſſionis.*
2. *Publiciana competit fideicommiſſario poſt verbalem reſtitutionem, ante traditionem poſſeſſionis.*
3. *Publiciana vt competat, an ſemper requiratur traditio poſſeſſionis, & ibi affertur diſtinɕtio Bart.*
4. *Publiciana an competat pro re legata, vel donata cauſa mortis, ante traditionem poſſeſſionis.*

Q V AE S T I O 413.

Publiciana an competat Eccleſiæ, ante traditionem poſſeſſionis.

1 NOtum eſt eccleſiæ priuilegium, quod in eam transfertur dominium abſque traditione. l. fin. C. de ſacroſ. eccl. ſed quæſtio eſt notabilis nunquid publiciana cõpetat eccleſiæ abſq; traditione poſſeſſionis ex ſolo titulo habili ad tranſlationẽ dominij, eſt enim actio publiciana, quæ competit ei qui rem habuit à non domino bona fide iuſto titulo, eique tradita fuit, & poſtea poſſeſſione cecidit. l. 1. & ſequenti. ff. de publiciana. Negatiuam partẽ tenent multi DD. pro qua facit, quia vt cõpetat publiciana requiritur contractus habilis ad translationem dominij, & quod fuerit tradita poſſeſſio. l. eum qui. ff. de publiciana. ſed in eccleſiam licet transferatur dominium non tamen transfertur poſſeſſio. vt per omnes in d. l. fin. & in c. 2. de conſuetud. ergo non competit publiciana. Secundo, quia publiciana fundatur in quadã æquitate ne cadens à poſſeſſione recepta bona fide, omni remedio fruſtraretur. vt in §. aliæ inſtit. de action. quæ ratio ceſſat in eccleſia eo caſu quo nõ fuit adopta poſſeſſione. Præterea publicianam comitatur vſucapio, quæ ſine poſſeſſione non procedit, regula ſine poſſeſſ. de reg. iur. in 6. Item facit quod priuilegiũ eccleſiæ, quod ex ſolo titulo transferatur dominium, non debet extendi ad publicianam niſi ſequuta traditione, quia hoc non reperitur de iure cautum, & quia in exorbitantibus à iure communi non eſt facienda extenſio. & hanc opinionem tenent Spec. de locato. §. nunc aliqua. verſ. 58. Card. Zabar. Ant. Io. Andr. Abb. ſtãte in c. 2. de conſuetudine Bald. in l. quoties. C. de rei vend. Alex. conſ. 98. vol. 2. Iaſ. & Ludou. Gomeſ. in §. ſed iſte. inſtit. de actionib. & de magis communi Dominus Scipio Rendina in Promptuario receptarum ſententiarum. tit. 34. de eccleſia. Contrariam opinionem tenet Gl. in l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publiciana. & ibi Ang. & in §. ſi ſeruus eiuſdem legis. Innoc. in cap. in præſentia, de probat. Pro qua opinione facit textus in l. cum ſponſus in §. 1. ff. eod. tit. de publiciana. vbi publiciana trans-
2 fertur in fideicommiſſarium poſt verbalem reſtitutionem, etiam non apprehenſa poſſeſſione, & tamen fideicommiſſarius habet tantum actionem poſt verbalem reſtitutionem. vt per omnes in l. fin. C. de edicto diui Adriani. ſed in eccleſiam transfertur dominium, ergo non eſt omnino verum quod ſemper ſit neceſſaria poſſeſſio. Item facit doctrina Bar. in l. 1. §. 1. ff. eod. vbi quærit verũ pro re legata, vel donata cauſa mortis competat publiciana abſq; tra-
3 ditione, & diſtinguit quod quædam ſunt iura quæ tranſeunt ad legatarium ex perſona teſtatoris, & in iſtis traditio nõ requiritur ſi teſtator erat Dominus, vel quaſi Dominus, quædam ſunt iura quæ à teſtatore non trans-
4 feruntur, ſed incipiunt in perſona ipſius legatarij. exemplum legatarius habet titulũ à defuncto, & ſic vult incipere vſucapionẽ, & vendicare, hoc non poteſt facere niſi tradita fuiſſet poſſeſſio. & propterea hæc opinio videtur verior cũ hac declaratione, quod eccleſia ex perſona ſua non poteſt habere publicianam ſine traditione ſibi factam, ſed ex traditione auctoris ſui ſic, dummodo auctor bona fide, & iuſto titulo poſſideat. & ita tenent Bald. in l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Antonius de Butr. & clarius Imola, qui eius mentem percipit in dicto capit. 2. de conſuetudine. Iaſ. Gomeſ. in d. §. ſed iſte. Bald. Nouell. de dote parte 8. priuil.

priuil.6.n.9.Dominus Scipio Rendina in loco citato qui alios allegat. Et ex his patet reſponſio ad contraria, cum non requiratur corporalis apprehenſio, quando publiciana fundatur in perſona auctoris,& hæc nota.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in fauorem Eccleſiæ cum procuratore illegitime conſtituto, eſt valida iuxta veriorem.*

2 *Priuilegiatus quando vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

QVAESTIO 414.

De ſententia lata in fauorem Eccleſiæ cum procuratore illegitimo.

1 NOtabilis eſt iſta quæſtio, & poteſt conſiderari non ſolum ſi deficiat procurator legitimus, ſed etiam ſi non interuenit conſenſus Prælati. Ant.de Butr. in c. cauſam quæ.il primo.de iudicijs,tenet quod talis ſententia non ſit valida, quia quod requiratur perſona legitima,eſt inductum ad rigorē iuris conſeruādum,ideo indiſtinctè non valet. arg. à ſimili not.per Bart. in l.ea quæ. C.quomodo,& quando iudex.Prętere a,inquit Ant.habetur in d.cap.cauſam quæ. Cum auctoritate Prælati ingrediantur iudicium, ergo ſi actus fiat abſque auctoritate requiſita erit nullus.l. cum hi. §. ſi Prætor. ff.de tranſact. & Ant. ſequitur Barbat.in d.cap. cauſam quæ. In contrarium facit, nam ſententia lata in fauorem minoris cum procuratore illegitimo, eſt valida. l.non eo minus.C. de procuratoribus. ergo idem dicendum eſt in eccleſia, quæ æquiparatur minori. cap.1. de reſtit. in integr. Et hanc opinionem tenent Io. Andr. Abb.Imol. Dec. qui teſtatur de communi in d.cap. cauſam quæ.Idem Imol.in l.quæ ſitū. ff.de re iud. vbi Alex.& in d. l. non eo minus. & ibi Iaſ. Vant. de nullitate in rubrica qualiter ſententia,& proceſſus. n.81. & nouiſſimè Dominus Scipio Rendina in promptuario receptarum ſententiarum. tit.34. de eccleſia.num.10. Et pro hac opinione facit, quod contractus initus cum eccleſia ſine ſolemnitate,non eſt nullus ſi eccleſia velit illi ſtare. Iaſ.in d.l.cum hi. §. ſin autem.ff.de tranſact.Dec.& alij in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. Puc. deciſ. 313. lib.1. Mandoſ. de minori quæſt.29. non obſtat ratio Ant. de Butr. quod iudicium ſit nullum ſine legitima perſona non fauore eccleſiæ, vel Collegij,ſed ad rigorem iuris conſeruandum, ſed in minore eſt nullum eius fauore, quia vt reſpondet Imola, neque minor dicitur habere regulariter legitimam perſonam ſtandi in iudicio. l. minor. ff. de procuratoribus. & C.qui legitimam perſonam. per totum. & per conſequens eadem eſt ratio in vtroque, cum eccleſia comparetur minori d.cap.1.Nec etiam videtur obſtare,quod non valet ſententia pro non contumace, ſicut nec contra eum. ad notata per Bart. in l. ea quæ. C. quomodo, & quando iudex, quia vt reſpondet Imola id non habet locum in perſonis priuilegiatis, ſed in alijs.Aret. in d. cap. cauſam quæ. facit quandam diſtinctionem pro concordia opinionum, quod aut bona ſunt diuiſa inter Prælatum, & Capitulum, & tunc conſenſus Prælati videtur requiſitus in fauorem eccleſiæ, & idem ſit in eccleſia quod in minore, cum diſpoſitio facta in minore habeat locum in ſimilibus perſonis. ſecundum gloſſ. in l. neque. C. de curatore furioſi. ſi vero bona non ſunt diuiſa ſed communia, tunc Capitulum agere non poteſt ſine Prælato, quia cauſa communis eſt. & iſto caſu procedit opinio Ant. de Butr. Sed certe vt conſiderat Dec. iſta diſtinctio non ſatisfacit, quia etiam in hoc ſecundo membro, quando bona ſunt communia, videtur militare fauor eccleſiæ. & in effectu concludendum eſt, quod textus in d. l. non eo minus, habet locum in eccleſia, & hāc eſſe communem opinionem inquit Dec. limitat tamen Bal. in dicto cap. cauſam quæ. quem refert,& ſequitur Dec. quod tex. in d. l. non eo minus, procedit quando minor litigat cum maiore, & idem tenet in eccleſia, quando litigaret cum alio non priuilegiato, ſecus ſi vna eccleſia litigaret cum altera.atg. l.ſed & milites. in princ. ff. de excuſat. tutor. Nihilominus etiam in hoc caſu non eſt recedendum à communi opinione, quia priuilegiatus in ſpecie reſpectu cauſæ de qua agitur, 2
vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum in genere, ideſt contra alium qui ſi in eodem eſſet caſu haberet idem priuilegium. vt notat Bart.in auth.quas actiones. C. de ſacroſ.eccl. Abb.in cap.audiuis. de reſtit.in integr.in c.ad aures. de præſcription. Dec. loco citato.Concluditur igitur, ſententiam latam in fauorem 1
eccleſiæ cum procuratore non legitime conſtituto, eſſe validam. quod nota, quia poteſt quotidie occurrere.

Ff 3 SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum nobili, debet ſolui in loco legatarij ſi ibi adeſt patrimonium ſufficiens licet maior pars hæreditatis ſit alibi.*

2 *Legatum relictum Eccleſiæ, debet ſolui de patrimonio exiſtenti in loco Eccleſiæ, licet alibi ſit maior pars hæreditatis.*

3 *Legatum factum Doctori Excellentiſſimo, debet ſolui de patrimonio exiſtenti in patria Doctoris.*

4 *Doctor eximius nobiliſſimus eſt.*

QVÆSTIO 415.

Legatum relictum Eccleſiæ, debet ſolui de patrimonio exiſtenti in loco Eccleſiæ, non de alijs bonis hæreditarijs ſitis in Prouincia, vel alibi.

1 TExtus eſt notabilis in l. ſi etſi ſuſceperit. §. ſi libertis. ff. de iudic. vbi habetur, quod ex qualitate rei relictæ, vel perſonæ vt ſi ſit nobilis, præſumitur teſtator voluiſſe ſolui in loco rei legatæ, vel legatarij, & ibi hæres debet ſe defendere, dummodo ibi adſit patrimonium ſufficiens ad ſoluendum, nec poteſt allegare hæres, quod maior pars patrimonij ſit in prouincia. ex quo textu infert no-
2 tabiliter Ang. quod ſi alicui eccleſiæ nempe Paduanæ, relinquitur legatum annuũ, Paduæ debet ſolui ſi patrimonium exiſtens Paduç eſt ſufficiens, quemadmodum legatum relictum nobilibus. Ratio eſt, quia Deus nobiliſſimus eſt immo auctor, & largitor omniũ bonorum, & dignitatum, & quicquid eccleſiæ relinquitur Deo offertur, vt clarum eſt, idem dicit Ang. ſi fuit relictum Doctori Excellentiſſi-
3 mo, nam omnis Doctor Excellentiſſimus nobiliſſimus eſt. vnde Papinianus appellatur nobiliſſimus, vt etiam tradit Paul. in d. §. ſi liber-
4 tis. vbi concludit, quod quando iſta duo concurrunt, nobilitas legatarij exiſtentis in certo loco, & quod ibi ſit patrimonium ſufficiens, licet ibi non ſit maior pars hæreditatis, eſt tamen ibi ſoluendum legatum, vt eſt caſus notabilis in d. §. ſi libertas.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus defendens iura Eccleſiæ cum Aduocato iuueni & imperito, ſi ſuccumbat tenetur ad damna.*

2 *Medico nouo, & Aduocato nouello, non eſt confidendum, nec Aduocato groſſi ingenij.*

QVAESTIO 416.

Prælatus defendens iura Eccleſiæ cum Aduocato iuueni & imperito, tenetur reſarcire damna.

1 SÆpius diximus, quod Prælatus negligens in adminiſtratione, tenetur ad omnia damna quæ eccleſiæ obuenerunt. iuxta gloſ. ſingularem & communem in cap. præſentium. de pignoribus. & alia iura per nos ſæpe allegata. Modo quæritur, quid ſi Prælatus defendit iura eccleſiæ, ſed cum Aduocato iuueni, vel imperito? Dicendum Prælatum eſſe in culpa. ex gloſ. notabili in l. 1. §. pueritiam. ff. de poſtulando. vbi dicit, quod eſt in culpa, qui eligit Aduocatum iuuenem. & ibi notabiliter infert Ang. contra tutores, & curatores, & reliquos adminiſtratores, eccleſiaſticos & ſeculares, qui cauſas Dominorum defendunt per iuuenes Aduocatos, & ſuccumbunt propter imperitiam Aduocatorum. poteſt tamen eccleſia, & alij ſupradicti pete-
2 re reſtitutionem, & ideo dicit Ang. nunquam confidas in Medico nouo, qui eſt homicida parentum, nec in Aduocato nouello, qui eſt confuſor litium. faciunt notata per gloſ. in l. cum ea. C. de tranſ. vbi ponit de ſcholari glorioſo, & inanis gloriæ cupido, & ignoranti. Idem poteſt dici in Aduocato groſſi ingenij. per notata à Bal. in l. fin. C. de hæredib. inſtit. defendenda ſunt igitur iura eccleſiç cum Aduocatis peritis.

SVMMARIVM.

1 *Minor læſus, an per reſtitutionem reſcindat contractum, vel reſtituatur aduerſus deceptionem pretij.*

2 *Eccleſia læſa in pretio, per reſtitutionem non reſcindit in totum contractum, ſed debet ſuppleri ei iuſtum pretium.*

QVAESTIO 417.

Eccleſia quando eſt læſa in contractu circa pretium, per reſtitutionem in integrum non reſcindit totum contractum, ſed reſtituitur ad ſupplementum pretij.

1 QVæſtio eſt notabilis, an eccleſia decepta in contractu, per reſtitutionem in integrum reſcindat totum contractum, vel reſtituatur ad id in quo decepta fuit

fuit, nempe ad ſupplementum iuſti pretij inuito emptore. Bart. loquens in minore in l. ſi quidem. ff. de prædijs minorum. diſtinguit his verbis: Quæro ad quid dabitur reſtitutio? & reſpondet reſtitutio illud reddit quod abſtulit læſio. l. 1. ff. de minoribus. & l. quod ſi minor. §. reſtitutio. eod. tit. Nunc ad propoſitum, quando minor eſt deceptus in eo quod vendidit, quia non expediebat ſibi vendere, tunc reſtituitur aduerſus venditionem, vt reſcindatur venditio, & ipſe habeat rem ac ſi non eſſet facta venditio. per tit. ſi aduerſus venditionem, quandoque eſt læſus in eo quod male vendidit, quia bene expediebat ſibi bene vendere, ſed debebat vendere cariori pretio, tunc reſtituitur in integrũ, vt pretium ſuppleatur, non vt venditio reſcindatur. ita poteſt probari in d. l. ſi quidem. & in l. ſi qui res. §. t. ff. de iure dot. quandoque mi-
2 nor eſt læſus, non in eo quod vendidit, nec in eo quod male vendidit, ſed in eo quod pecuniam acceptam conſumpſit, tunc reſtituitur aduerſus ſolutionem per tit. ſi aduerſus venditionem. hæc ſunt verba Bartoli, quæ refert Abb. in cap. reſtitutus. de reſtit. in integr. & applicat tam minori quam eccleſiæ, licet ipſe Abb. addat, quod quando deceptio eſt in pretio, datur etiam optio emptori, an hoc caſu velit ſupplere iuſtum pretium, vel reſcindere contractum in toto, quia forte non emiſſet maiori pretio. & dicit ita dicere gloſſ. & Bar. Sed certe hæc verba de optione à Bart. non dicuntur, quia deſtruerent concluſionem, & propterea non eſt recedendum à diſtinctione Bart. vt reſtitutio fiat tantum quo ad ſupplementum pretij. Quæ dicta Bart. conuenienter eccleſiæ applicantur, cum minor & eccleſia æquiparentur. c. t. & c. auditis. de reſtit. in integr. Sed contra ſupradicta videtur vrgere text. in cap. 1. eod. tit. de reſtitut. in integr. vbi læſio ponderatur ſolum reſpectu pretij, & reſcinditur contractus in totum, ſed Abb. in d. cap. reſtitutus. reſpondet dupliciter. verior tamen reſponſio eſt conformis doctrinæ Bart. quod ille tex. intelligitur quando eccleſia fuit decepta reſpectu pretij, & etiam reſpectu contractus, vt quia credebat illam alienationem, ſeu locationem cædere in vtilitatem ipſius eccleſiæ, ſed poſtea apparuit contrarium. & hoc nota, quia ſingulare, & quotidie occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo, appoſitum in venditione facta Eccleſiæ ſine aſſenſu Summi Pontificis, an ſit validum ſi apponatur incontinenti in eodem contractu.*

2 *L. 1. §. fin. ff. de rebus eorum. plures intellectus referuntur.*

3 *Aſſenſus præſtitus ſuper venditione fundi, an extendatur ad obligationem ipſius pro reſiduo pretij, vel ad pactum de retrouendendo.*

4 *Cap. verum. de condit. appoſ. quomodo procedat.*

QVAESTIO 418.

Si vendatur res Eccleſiæ cum pacto de retrouendendo, an tale pactum ſit nullum, ſi deficiat conſenſus Summi Pontificis.

1 SIngularis eſt iſta quæſtio. in cuius deciſione viri ſapientiſſimi inter ſe diſcrepãt, negatiuam partem tenent Paul. de Caſt. conſ. 112. viſo tenore. vol. 1. Alber. in l. ſi ad reſoluendum. per illum text. C. de prædijs minor. Io. Andr. ad Specul. in tit. de pactis. in princ. Franciſcus Curt. in quadam ſua diſputatione, incipiente Titius vendidit. Gozad. conſil. 15. & alij, quos refert Dominus Scipio Rendina in Promptuario receptarum ſententiarum de venditione ad emptionem. Pro qua opin. facit text. notabilis in l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum. vbi ſi minor emit rem cum pacto, quod donec ſoluatur pretium, eadem res remaneat loco pignoris, tale pactum reijcitur, & emptio remanet valida, tanto magis ſi apponatur pactum de retrouendendo. Ratio eſt, quia cum ſit effecta res minoris per venditionem non poteſt obligari, & alienari ſine ſolemnitate. ergo idem videtur dicendum in eccleſia, cum minor & eccleſia æquiparentur. cap. 1. & cap. auditis. de reſtit. in integr. Pro hac opinione etiam facit doctrina Innoc. in cap. verum. de condit. appoſ. vbi inquit, quod conceſſo feudo eccleſiæ, cum pacto quod ſi onera feudi eccleſia non ſubierit, liceat concedenti propria auctoritate occupare feudum, ſi eccleſia non ſeruauerit pactum, non poterit concedens propria auctoritate occupare, quia cum ſemel ſit quæſitum dominium eccleſiæ, feudum eſt effectum Sanctum Sanctorum Domino. Contrariam opinionem, quod pactum de retrouendendo in contractu eccleſiæ, vel minoris appoſitum ſit validum, tenent DD. numero plures. idem Paul. de Caſtr. conſ. 218. conſiderandum eſt. vol. 1. Bald. in l. contra iuris. §. ſi ſi-

ſi filiusfamilias.ff.de pactis. Boer. deciſ. 182.
Curt.Iun.conſ.146.nu.6.& conſ.ſeq. Neguſ.
de pignorib.4.par.princ.num.37.Pinell. late,
qui teſtatur de magis communi in l. 1. p.3.
num.53.C.de bonis mater. Tiraq. de legibus
connubial.gl.8.nu.90.Dominus Scipio Ren-
dina, qui alios alleget loco citato.idem tenet
Dominus meus Stephanus Gratianus in ſuis
doctiſſimis,& vtiliſſimis Diſceptationibus fo-
renſ.diſcept.26.& 242.& pro hac parte facit
communis opinio DD. contra Innoc.in dicto
c. verum. & videtur aperte probari ibi, dum
admittit donationem factam eccleſiæ, ſub
conditione quod res reuertatur ad donan-
tem. Præterea facit, quod dum pactum ap-
ponitur incontinenti, cenſetur idem contra-
ctus. quæ enim incontinenti fiunt, cenſentur
ineſſe. l.lecta. ff.ſi cert.petat. Item facit,quod
eccleſia pro obſeruantia contractus poteſt
obligare alias res ſuas. Abb.& omnes in cap.
nulli.de rebus eccleſiæ non alien. Quid igitur
dicendum in hac ardua & ambigua quæſtio-
ne. Prima opinio mihi videtur verior.per tex.
in d.l.1.§.fin.ff.de rebus eorum, cui ſi vera
littera conſideretur, non videtur ab aliquo
Doctore ſufficienter reſponſum, quorum re-
2 ſponſiones recenſendas putaui. Tiraq. de
vtroque retractu.in fin.num.13. cenſuit illum
textum eſſe mendoſum,ſed talis reſponſio re-
ijcitur. etenim contrarium apparet in pande-
ctis Florentinis. Aliqui dixerūt illum textum
procedere, quando obligatio fuit facta per
minorem, non in limine contractus venditio-
nis, ſed poſt ex interuallo. Neguſ. in loco
citato. Cuman.in d.§.fin. ſed verba tex. ſunt
in contrarium. cum ibi dicitur ab initio obli-
gationis. Vincent.de Franch.deciſ. 369. dicit
illum textum habere varios intellectus. &
propterea non poſſe allegari ad deciſionem
cauſarum. Alij dixerunt deciſionem illius le-
gis eſſe irrationabilem, duram,& rigoroſam,
& non extendendam ad donationem pactum
de retrouendendo ad ſimiles caſus. Pinell.lo-
co citato. Dominus Stephanus Gratianus in
d. diſcept. 242. qui eleganter diſcurrit ſuper
intellectu illius tex.multos allegans.ad quem
te remitto. Ex quibus reſponſionibus notatur
ſapientiſſimus Vlpianus de impietate & ri-
goroſitate, cuius deciſio, ſi recte conſidere-
tur,eſt rationabilis.quamuis enim contractus
ſit indiuiduus, & pro parte ſcindi non poſſit.
d.ſi quis aliam.ff.de ſolut. & alter contrahen-
tium aliter non fuiſſet contracturus. l. cum
eiuſdem. ff.de ædilit. edicto. id tamen intelli-
gitur,quando contractus eſt de iure commu-
ni permiſſus, quia debet vel in totum repro-
bari, vel in totum approbari, cum omnibus
qualitatibus ſuis. l.cum quæritur. ff.de admi-
niſtrat. tutorum. ſed quando alter contra-
hentium non poteſt de re ſua libere diſpone-
re ſine ſpeciali gratia aut licentia, contractus
valebit tantum in eo in quo poteſt de iure, in
alio non, & in hoc claudicabit. quod non eſt
inconueniens ratione perſonæ vel rei, in mi-
nori, vel eccleſia. l. Iulianus. §. ſi quis collu-
dente. ff.de actionib.empti.l.cum hi. §.fin.ff.
de tranſact. nam quando repugnat illi quali-
tati,non poteſt rata haberi, quia lex appoſuit
decretum annullatiuum, & pars non tenetur
approbare quod de iure reputatur impoſſibi-
le. & debet ſibi imputare pars, quæ ſciebat,
vel ſcire debebat conditionem perſonæ cum
qua contraxit. l.qui cum alio. ff.de reg.iur. &
hæc videtur vera ratio illius textus ſecūdum
Marinum Frecciam in tract.de ſubfeudis. lib.
2.queſt.41. vbi cōcludit, aſſenſum præſtitum
ſuper venditione feudi, non comprehendere
3 obligationem ipſius, quam emptor fecit ven-
ditori pro reſiduo pretio. & in quæſt. 16. te-
net, aſſenſum impetratum ſuper venditione
feudi non extendi ad pactum de retrouēden-
do ex deciſ. Conſ. Neap. quamuis ipſe pro-
pter bonam fidem neutrum valere, nec con-
tractum, nec pactum. ſed eius opinio poteſt
procedere de honeſtate & æquitate, ſed non
de iure propter diſpoſitionem d. §.fin. Præte-
rea potuit conſiderare Vlpian. quod ſub hoc
prætextu,quod pretium non eſſet ſolum, poſ-
ſent de facili diſtrahi res minorum, & ideo
voluit eorum indemnitati conſulere. Videtur
igitur mihi verior hæc opinio,quod pactum
de retrouendendo, vel obligatio non poſſit
apponi in venditione facta eccleſiæ ſine aſſen
ſu Summi Pontificis. Reſtat reſpondere ad d.
textum in d. cap. verum. vbi valet donatio
4 cum pacto reſolutiuo in caſu conditionis non
ſeruatæ. ſed facilis videtur reſponſio,quod il-
le tex. procedat in donatione, & ſic in cauſa
lucratiua.quæ ſi fiat ad tempus, vel in perpe-
tuum eccleſiæ, non poteſt damnum pati,imò
ſi eccleſia recipiat poſſeſſiones damnoſas, po-
teſt illas repudiare etiam poſt adeptam poſ-
ſeſſionem,nulla reſtitutione in integrum peti-
ta, vt diximus in alia quæſt. per text.in auth.
quod ſi ſine. C.de ſacroſ.eccleſ.ſed in d.§.fin.
agitur de emptione,& cauſa oneroſa,quæ in-
ter ſe valde differunt. Bar.in auth.quas actio-
nes. C.de ſacroſ.eccleſ.Dec.in cap.in præſen-
tia.

tia.de probat. & DD. in mille locis. Non obſtat, quod videatur eſſe eadem ratio in donatione & in venditione, quo ad tranſlationem dominij incontinenti, iuxta d. §. fin. quia vrget alia ratio lucri & damni, quæ potuit mouere iuriſconſultos ad decidendum diuerſo modo, & hæc nota, quia ſunt vtilia in praxi.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia ſi emit rem, non poteſt in eodem contractu apponi pactum ſpecialis hypothecæ rei emptæ pro pretio non ſoluto.*

2 *Minor emens rem à fiſco, poteſt apponere pactum ſpecialis hypothecæ ſuper re empta pro pretio non ſoluto, ſecus ſi emat à priuato.*

3 *Eccleſia ſi vendit minori, poteſt apponere pactum ſpecialis hypothecæ ſuper re vendita pro ſolutione pretij.*

Q V Æ S T I O 419.

Eccleſia quando emit, an ſit validum pactum obligationis, ſiue ſpecialis hypothecæ rei venditæ, donec ſoluatur pretium.

1 EX notatis in præcedenti quæſtione habes quod in venditione facta minori, habita fide de pretio, non poteſt apponi pactum ſpecialis hypothecæ in eodem contractu, quod res remaneat obligata, ſiue loco pignoris pro pretio non ſoluto, per tex. ſingularem in l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum. vbi tex. addit rationem, quia ex venditione facta eſt res pupilli, & ideo non poteſt ſine ſolennitatibus obligari. hoc autem procedit etiam in eccleſia, quæ gaudet omnibus priuilegijs minorum. cap. 1. cap. auditis. de reſtit. in integr. & iuxta late tradita per Euerard. in loco de minore ad eccleſiam. & id in ſpecie, vt text. in d. §. fin. extendatur de minori ad eccleſiam. nouiſſime aduertit Ioann. Andr. Georg. alleg. 31. num. 29. etiam fuit dictum in præcedenti
2 quæſtione. Nihilominus quo ad eccleſiam vnum eſt aduertendum, quod ſi minor emat ab eccleſia, tunc poteſt apponi pactum ſpecialis hypothecæ pro pretio, quia ille tex. limitatur in fiſco, cuius fauore res eſt hypothecata fiſco, vt habetur in d. §. fin. tradit eleganter Iaſ. in l. ſi conſtante. num. 213. ff. ſolut. matrim. & in l. item quia. ff. de pactis. Palat. in cap. per veſtras. §. 26. de donat. inter virum & vxorem. Menoch. de adipiſcenda. remedio 3. num. 75. Dominus Stephan. Gratianus diſcept. 242. n. 15. ex quo ſequitur, quod ſi eccleſia
3 vendit minori, valida eſt obligatio pro pretio non ſoluto, cum Eccleſia gaudeat omnibus priuilegijs fiſci, vt per DD. in l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. probat late Dec. in cap. 1. de probat. Euerard. in loco à fiſco ad eccleſiam. & nos alibi diximus.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia ſi petit reſtitutionem in integrum, an impediat exequutionem trium ſententiarum conformium.*

2 *Clem. 1. de re iudic. vt nullitas non impediat exequutionem trium ſententiarum conformium, an procedat in reſtitutione in integrum.*

3 *Lex limitatiua, facilius extenditur quam correctoria.*

Q V Æ S T I O 420.

Eccleſia ſi petit reſtitutionem in integrum aduerſus tres ſententias conformes, an impediatur exequutio eius fauore.

1 SIngularis eſt iſta quæſtio, an eccleſia petens reſtitutionem in integrum aduerſus tres ſententias conformes, impediat exequutionem ſententiarum. & videtur negatiue reſpondendum per textum in Clem. 1. de ſententia, & re iudic. vbi nullitas propoſita aduerſus tres ſententias conformes, non impedit earum exequutionem. & in ſpecie in eccleſia, vel minore petente reſtitutionem in integrum, per illum tex. vt non impediant exequutionem, tenent Bal. in l. 1. C. ne liceat tertio prouocare. Contrariam opinionem tenet Salic. in d. l. 1. quia tex. in d. Clem. 1. loquitur in petitione nullitatis, non reſtitutionis in integrum. & ideo in petitione reſtitutionis non debemus recedere à regulis iuris communis. Alex. in l. 4. §. condemnatum. nu. 27. ff. de re iudic. dicit, opinionem Baldi poſſe ſubſti-
2 neri. nam ſi per diſpoſitionem dictæ Clementinæ tollitur beneficium nullitatis, quod erat de iure communi, multo magis debet tolli beneficium reſtitutionis in integrum, quod eſſet extraordinarium, & ſic contra regulas iuris communis. & facilius tollitur quod eſt contra ius ſpeciale, quàm quod eſt contra ius commune. l. eius militis. §. militia miſſus. ff.

de

Digitized by Google

de teſtament. milit. §. quod veriſimile. in authent. de non alienandis. & quia diſpoſitio illius Clem. non eſt correctoria, ſed limitatiua. vnde facilius debet fieri extenſio legis limitatiuæ, quam legis correctoriæ, ad notata
3 per Bart. in l. ſi conſtante. quæſt. 9. primæ parti. ff. ſolut. matrim. Ang. in l. 1. §. ſi his qui. ff. ad Trebell. cap. cum dilecta. de confirm. vtili, vel inutili. vbi Abb. & præſertim quia in d. Clem. 1. de elect. & per Bald. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. & l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. Pro eccleſia facit & opinione Saliceti, quod dicta Clem. eſt fundata in calumnijs reijciendis, ab Eccleſia autem cenſetur abeſſe fraus & calumnia. cap. per tuas. de donat. ergo diſpoſitio dictæ Clement. non habebit locum in eccleſia ceſſante ratione legis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatron. eandem opinionem tenent Miles in repertorio. in verbo. exequutio trium ſententiarum. Myſing. in obſeruat. 84. iudicis Imperialis cameræ, centuria 3. dicit in camera Imperiali aliquando fuiſſe deciſum ſecundum opinionem Baldi & Alex. & aliquando ſecundum opinionem Saliceti, quando iuxta caſuum varietatem præſumptio malitiæ ceſſabat, & tunc frequentius concluſum fuit, Saliceti opinionem intrepide ſeruandam eſſe, quando ex nouis, aut antiquis aliquid appareat, quod præſumptionem calumniæ faciat ſilere.

XV. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Conductor prædiorum fiſcalium, finito tempore non poteſt expelli, ſi tantum offerat quantum alius.*

2 *Scholares non poſſunt expelli à domo conducta finito tempore, ſi ſunt parati ſoluere quod alius offert.*

3 *Eccleſia non poteſt expelli à domo conducta finito tempore, ſi ſit parata ſoluere quod alius offert.*

4 *Eccleſia an teneatur relocare prædium primo conductori, quemadmodum fiſcus.*

QVAESTIO 421.

Eccleſia ſi conducit domum pro eius commoditate, finito tempore locationis non poteſt expelli, ſi velit ſoluere quantum alius offert.

1 REGVLA eſt, quod finito tempore locationis, poteſt conductor expelli, etiamſi offerat ſoluere tantam mercedem, quantam alius offert. l. ne cui. C. locati. quæ regula limitatur in conductore prædiorum fiſcalium, quia non poteſt expelli, ſi velit ſoluere quod tertius offert. Caſus eſt notabilis in l. congruit. C. de locatione prædiorum ciuilium & fiſcalium. lib. 11. vbi ita limitauit d. l. ne cui. Goffred. Luc. de Penn. & Ioan. de Plat. Secundo limitatur d. reg. ne cui. in ſcholaribus, qui vacant ſtudio in Republi-
2 cæ vtilitatem, quia nõ poſſunt expelli, ſi idem offerunt quod tertius, ita ſupradicti DD. per tex. in cap. 1. extra de locato. Eccleſia autem cum gaudeat omnibus priuilegijs Reipublicæ, l. fin. vbi Bart. & alij. C. de ſacroſ. eccleſ. & ius publicum conſiſtit in ſacris Sacerdotibus. c. ius autem. diſt. 1. imò maior eſt fauor Eccleſiæ, quàm Reipublicæ, vt ſæpe diximus. ſequitur quod neque ipſa expelli poſſit à fundo,
vel domo conducta, ſi offerat ſoluere quan- 1
tum tertius offert. intellige conſiderata vtilitate, vel neceſſitate eccleſiæ. Sed quæſtio eſt
3 notabilis, an quemadmodum fiſcus teneatur relocare primo conductori, ſic etiam Eccleſia. & quod teneatur, facit quod text. in l. congruit, fundatur in æquitate, quam adminiſtratores præ oculis habere debent. & ita tenet Rebuff. de alienat. rerum eccleſiæ. n. 62. in fine. Barboſa. in l. filiumfamilias. §. fin. nu. 41. ff. ſolut. matrim. quos refert & ſequitur in quæſtionibus practicis comm. contra comm. quæſt. 156. nu. 69. adducit textum in cap. ad aures. de rebus eccleſ. non alien. vbi antiquus conductor pro eodem pretio præfertur ſecundo. ſequitur D. Stephanus Gratian. in diſce-
4 ptat. forenſib. cap. 357. nu. 42. tomo 2. Nihilominus contraria opinio eſt verior, vt eccleſia non teneatur relocare de rigore, quia l. congruit. imponit onus relocandi, & leges odioſæ eccleſijs non ligant eas. auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſ. eccleſ. eſſet enim onus eccleſiæ vt non poſſet locare cui vellet. & hanc opinionem tenet Dominus Præſes de Franch. deciſ. 406. Non obſtat text. in cap. ad aures. quia loquitur in re ſterili locata, & redacta ad culturam. & ſecundum aliquos, quando

fuit

fuit facta promiſsio concedẽdi in perpetuum, ſi fuerit opera conductoris effecta fertilis dico tamen quod eccleſia non debet ſine cauſa remouere antiquum conductorem, qui diu laborauit in cultura agri, vt latius dixi in quæſtione, ſecus ſi parum aut nihil laboraſſet, & per modicum tempus rem tenuerit.

SVMMARIVM.

1 *Parentes ſpirituales, ſunt magis honorandi quam carnales.*
2 *Clericus non reuelans delictum committendum in Epiſcopum, vel Sacerdotem parochialem, puniri debet, etiam ſi particeps non fuerit.*
3 *Filius tenetur denunciare parentes hæreticos.*
4 *Alimenta nemo debet ſibi ſubtrahere vt ſubueniat alterius extremæ neceſſitati, niſi ille ſit perſona inſignis, per quam ſuſtentaretur Eccleſia, vel Reſpublica.*

QVÆSTIO 422.

Eccleſiæ maiorem debemus reuerentiam quam parentibus carnalibus.

1 INquit ſingulariter tex. in cap. Pitatium. 30. q. 3. iuxta gloſ. quod ſi debemus reuereri parentes carnales, multo magis ſpirituales, qui ſunt Epiſcopi, & Sacerdotes. & ideo dicebat Abb. in cap. 1. de reſtitut. ſpoliat. poſt Bart. in l. vtrum. ff. ad l. Pompeiam. de parricidijs. quod licet regulariter ex ſola ſcientia quis non teneatur de iure ciuili, ex quo non reuelauit maleficium committẽdum in alium, iuxta gl. in l. culpa caret. ff. de regul. iur. tamen fallit quando delictum erat committendum aduerſus eum, cui iſte conſcius erat ſubiectus, vt ſi filius ſciat delictum committendum aduerſus patrem, & non reuelet, vel vaſſallus aduerſus dominum coniurationem non reuelet. l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſtatis. idem putat Abb. dicendum in Cle-
2 rico non reuelante delictum contra Epiſcopum, vel Sacerdotem parochialem, cum iſti ſint parentes ſpirituales ipſius. cap. omnes. 3. q. 3. Clem. 1. de pœnis. facit cap. quare abſtulerit. 12. q. 2. parentes ſpirituales ſunt habendi in maiori reuerentia quam carnales. d. cap. Pitatium. ſequitur Iacobin. de S. Georgio in l. fin. C. de his quib. vt indignis. Ex prædictis etiam infertur, quod filius tenetur denunciare parentes hæreticos, nam ſi licet pro defenſione Reipublicæ occidere parentes. l. minime. ff. de relig & ſumpt. fun. ſi inficiat eccleſiam, & Rempublicam, vt tradunt Alphonſ. de Caſtro de iuſta hæreticorum punitione. lib. 2. cap. fin. Palat. in cap. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. nu. 7. Royas in ſingulari 3. fidei quamuis Toſtatus relatus à Simanca
3 intelligat id procedere, quando hæreſis patris tendit in perniciem Reipublicæ, vt ſi dogmatizaret, vel quando iuridice interrogatur. poteſt etiam inferri, quod licet nemo teneatur ſubtrahere ſibi alimenta cum periculo vitæ, &
4 alijs præſtare, cum prima charitas incipiat à ſe ipſo. cap. qui vult ordinare. de pœnit. diſt. 6. tamen licita eſſet ſubtractio alimentorum ſibi, vt dentur alicui viro inſigni, per quam Eccleſia, vel Reſpublica ſuſtentaretur. ſiquidem commune bonum, & publica vtilitas eſt præferenda priuatæ, quemadmodum pars naturalis corporis exponit ſe periculo pro incolumitate totius naturalis, ita etiam pars politica pro toto politico, ſeu Republica. Conſtat autem vtilitatem publicam principaliter in Eccleſiam conſiſtere. ita S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 3. & art. 6. Card. Alexandr. diſt. 86. & nouiſſime poſt alios, quos allegat Dominus Stephanus Gratian. in diſceptationib. forenſibus. cap. 176. qui diffuſe ſuper hoc caſu diſcurrit. quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an teneatur reſtituere pretium emptori ſine ſolemnitate, rectore non exiſtente ſoluendo.*
2 *Pœna contra emptores rerum eccleſiæ ſine ſolemnitate, Donatarios, & Creditores recipientes pignori, & emphyteutas.*
3 *Eccleſiæ magis ſubueniendum quam minori.*

QVAESTIO 423.

Alienatione rei Eccleſiæ nulla ob defectum ſolemnitatum, an Prælato non exiſtente ſoluendo, Eccleſia tenetur reſtituere pretium.

1 SIngularis eſt conſtitutio Imperatoris in fauorem Eccleſiæ in authent. qui res. C. de ſacroſ. eccleſ. quæ eſt canonizata in §. hoc ius. 10. quæſt. 2. in qua habetur, quod emptor rei Eccleſiæ ſine ſolemnitate, perdit rem & pretium, ita quod rem cum omni incremento reſtituat, & pro pretio recuperando nullam actio-

actionem habet contra Eccleſiam, ſed contra Prælatum, vel œconomum, qui alienauit. item ſtatuit, quod donatarius rei eccleſiæ tenetur reſtituere rem cum augmento & fructibus, & tantundem de ſuo. Item quod creditor, qui rem eccleſiæ pignori indebite recipit, rem reſtituit, & cadit à debito, emphyteuta vero cadit ab emphyteuſi, nec repetit debitum & ſoluet canonem quem ſoluturus eſſet ſi iure contraxiſſent. Dicunt tamen Salicet. Paul. de Caſtro in d. authent. qui res. quod in omnibus ſupradictis caſibus, qui recepit rem eccleſiæ, pro pretio & damno quod paſſus eſt, habet actionem aduerſus Rectorem, ſiue œconomum. Sed dubium eſt, an in caſibus ſupradictis, quando œconomus, vel Rector non eſſet ſoluendo, recuperabit ab eccleſia, ne eccleſia locupletetur cum aliena iactura, & hoc ſi ſoluit, alias poſſet retinere aduerſus eccleſiam. & licet hoc non exprimatur in d. auth. tamen gloſ. ita determinat de æquitate, quod eccleſia, quæ eſt auctrix iuſtitiæ, non debet pati aliquid impium à ſe, vel à ſuis fieri. c. 1. de alienat. feudi. idem dicit Cynus ibi. & videtur ſequi Paul. dum refert opinionem gloſ. Abb. in cap. ſi quis presbyterorum. de rebus eccleſ. non alien. Felin. in c. cum cauſa. de re iud. col. antepenult. Surd. conſ. 183. vbi quod in duobus caſibus tenetur eccleſia, quando Rector non eſt ſoluendo & quando eccleſia eſt effecta locupletior. idem quando Prælatus non eſt ſoluendo tenet Præſes de Franch. deciſ. 296. Et pro hac opinione facit, quod idem determinatum eſt in minore. l. ſi prædium. C. de prædijs minorum. Contrariam opinionem tenet Iacobus de Arena in d. auth. qui res. ea ratione, quod in pœnam contrahentis inductum eſt, vt eccleſia non teneatur, nec contra eam poſſit agi, vt in d. auth. qui res. ergo nunquam tenetur. quia non eſſet pœna, ſi œconomo non exiſtente ſoluendo, eccleſia teneretur. Neque obſtat illud de minore, quia re-

3 ſpondet Iacobus de Arena, quod eccleſia poſſet magis ſubiacere fraudi quam minor, quaſi dicat, poteſt facilius decipi quam minor propter varias mutationes Rectorum, & Sedem frequenter vacantem, & quia minor efficitur maior, ſed eccleſia ſemper regitur ab alijs. Et hanc opinionem credo veriorem, dum enim textus generaliter denegat actionẽ aduerſus eccleſiam, Rectore exiſtente ſoluendo, an non, id generaliter eſt intelligendum. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. Reſtat reſpondere ad rationem gloſſæ, quæ nititur æquitate ne eccleſia locupletetur cum aliena iactura, ſed ſalua regula gloſſ. eius. dictum non procedit in pœnis legalibus, quia eccleſia licet non poſſit recipere pœnas conuentionales vltra intereſſe, ne locupletetur cum aliena iactura, iuxta tradita per DD. in cap. ſuam. de pœnis. & in cap. dilectis. de arbitris. & nos alibi diximus. tamen pœnas legales poteſt recipere. cap. procurationes. de cenſib. cap. audiuimus. de ſimonia. eſt communis opinio, vt probauimus in quæſtione . . . . .

SVMMARIVM.

1 *Iudicium eſt vniuerſale quando petitur eccleſia, & veniunt omnia pertinentia ad eam.*

2 *Libellus generalis ſuſtinetur, quando petitur eccleſia, & cum pertinentijs ſuis, nec eſt neceſſe exprimere res ſingulares.*

3 *In iudicio eccleſia poteſt ferri ſententia generalis ſuper rebus pertinentibus ad eam abſque probationibus rerum ſingularium ante ſententiam.*

QVÆSTIO 424.

Iudicium vniuerſale dicitur quando petitur Eccleſia, & ibi infertur ad alia.

1 SCiendum, quod quando petitur eccleſia, dicitur iudicium vniuerſale, vt tradit ſingulariter gloſſ. in cap. cum ad ſedem. de reſtir. ſpoliat. ex quo ſequitur, quod licet libellus nimis generalis non ſit recipiendus, niſi de-

2 clarentur res petitæ. cap. 2. de libell. oblat. l. ſi in rem. ff. de rei vendic. tamen quando petitur eccleſia cum poſſeſſionibus & pertinentijs ſuis, non eſt neceſſe exprimere res particulares, quia iudicium eſt vniuerſale, quo caſu ſuſtinetur talis libellus, iuxta gloſſ. ſupradictam. ex qua infert ibi notabiliter Abb. quod veniunt omnia pertinentia ad eccleſiã, quando petitur eccleſia, licet non exprimatur, ſicut cum petitur hæreditas veniunt omnia quæ ſunt in hæreditate. ad notata per Innoc. in cap. eam te. de reſcript. Reſultat etiam alius effectus ſecundum gloſſ. vt non ſolum ſub iſta generalitate veniat id quod erat apud reum tempore petitionis, ſed etiam tempore ſententiæ. l. ſi quo tempore. ff. de petit. hæred. idem dicit Abb. ſi non poſſidebat aliqua tempore ſententiæ, ſed ſi poſtea reperitur poſſidere, ex quo declaratur rem principaliter peti-

tam

tam, ad actorem pertinetepoterit exequntio peti ſuper illis rebus nouiter poſſeſſis, ex quo nunc probantur pertinere ad illam rem. & fiet hæc petitio ſine litis conteſtatione ſecundum Innoc.in d.c.cum ad ſedem. & in c.conquerente.faciunt not.in l.4. ff.de pet. hæred. & in l.ſi à te.ff.de except. rei iud. Habes igitur hoc ſingulare in eccleſia, quod in libello non ſunt exprimendæ res ſingulares eccleſiæ, ſed ſufficit libellus generalis, quia quãdo petitur Eccleſia, iudicium eſt vniuerſale, tenet Alex.in conſ.181.in hac cauſa & lite vertente inter Archiepiſcopum Rauennaten. lib. 2. vbi ſingulariter dicit, quod in hoc iudicio vniuerſali, vtile eſt probationes facere ſuper rebus particularibus, vt certior,& ſpecialiter
3 ſententia ferri poſſit, tamen ſi tales probationes factæ non ſint, poterit ferri ſententia generalis, quemadmodũ generaliter ſe habuit libellus, & poſtea erit opus in exequutione ſententiæ certificare,ſicut etiam fit in iudicijs vniuerſalibus, iuxta doctrinam Bart. in l. 2. C. de ſententijs quæ ſine certa quantitate. Bald. Ang. in l.1. ff. de edendo. & in l. edita. C.eodem. quæ ſunt notanda, quia quotidie occurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari quis poteſt Subdiaconus, conſtituto ſibi titulo ſuper redditibus eccleſiæ parochialis alterius.*
2 *Beneficium poteſt conſtitui pro Clerico ſeruiente ſuper fructibus Eccleſiæ, quando abundat, & indiget ſeruitio.*
3 *Curatus an teneatur habere Clericum titulatum.*

QVÆSTIO 425.

Eccleſiæ neceſſitas ſi adſit, poteſt quis ordinari Subdiaconus ad titulum beneficij alterius.

1 CLericus non habet beneficium, nec patrimonium vt poſſit promoueri ad Subdiaconatum, Archipresbyter præſentat illum Epiſcopo, aſſerens eccleſiam indigere illius ſeruitio, & vult cõſtituere partem redditũm Archipresbyteratus pro titulo. Quæritur an id fieri poſſit,& an ſucceſſor teneatur ſtare aſſignationi factæ per prædeceſſorem. Breuiter dicendum,quod ſi eccleſia indiget ſeruitio,& habet redditus ſufficiẽtes pro vtroque,id fieri poteſt.tex.eſt notab.in cap.per tuas.il 3.de ſimonia.& ibi hoc notant omnes & debet ordinatus in eccleſia parochiali habere portionẽ, & ſubſtentationem vitæ, non tamen tantam partem vt videatur facta diuiſio beneficij contra c.maioribus.de præben. ſed debet ſuſtentari tanquam clericus.arg.cap.propoſuiſti.de tempore ordinat. Debebit tamen ordinatus reſidere,& deſeruire in diuinis,alias non poſſet petere portionem, nec etiam ſucceſſor teneretur,quando facultates eccleſiæ non ſufficerent vtrique.ita Ioan.Andr.in d.c.per tuas. quem ſequuntur Abb.Fel. Aduertat proinde Epiſcopus, quia teneretur de ſuo, ſi redditus vtrique non ſufficerent,iuxta cap.cum ſecundum.de præben. Capiat igitur diligentem informationem antequam ordinet. & hæc de iure communi. Sed hic obiter quæritur, po-
2 ne,quod eccleſia abundat redditibus,& caret ſuffragio miniſtri, an poſſit auctoritate Epiſcopi fieri ſtatutum, vt ibi ſit vnũ beneficium pro Clerico, & pro redditibus aſſignari portio, puta viginti aureorum ſuper redditibus dictæ eccleſiæ. dicendum quod ſic, dummodo ceſſet fraus. tex. eſt ſingularis ſecundum Abb. in cap.conquerente. de cler. non reſid. & ſic habet duplicem modum conſtituendi titulum in eccleſia alterius pro Clericis pauperibus, maxime virtuoſis. nota bene quod fuit dictum ſi eccleſia abundat, nam quando presbyter multum indiget, non cogitur habere clericum, iuxta cap. vt quiſque. de vita & honeſtate clericorum. Et ad prædictorum confirmationem facit quod Curatus te-
3 netur habere Clericum titulatum, nec excuſatur tenendo ſeruitorem, niſi quando redditus non ſufficiunt. Abb.in cap.fin.num.10. de præſumption. Abb.in d.cap.vt quiſque.niſi redditus ad alium pertinerent. Rota Rom. diuerſ.parte 2.deciſ.26.

SVMMARIVM.

1 *Falcidiam an detrahat Eccleſia ab alia Eccleſia legataria.*
2 *Priuilegiatus in genere, non vtitur priuilegio contra priuilegiatum.*
3 *Iuſtinianus Imperator quando mandauit non detrahi falcidiam de legatis pijs.*
4 *Imperator rogatus reſtituere hæreditatem, non ſolet detrahere Trebellianicam.*
5 *Falcidia non detrahitur de legatis factis Eccleſiæ, nec immediate, nec mediate.*

QVÆSTIO 426.

Falcidia an poſſit detrahi ab Eccleſia hærede inſtituta, de legato facto alteri Eccleſiæ.

1 SIngularis eſt iſta quæſtio, & valde intricata, ſunt enim hincinde DD. magnæ auctoritatis, & rationes vrgentes. Prima opinio eſt affirmatiua, quod cum ex priuilegio eccleſiæ, & piæ cauſæ falcidia de legatis ſibi factis non detrahatur. auth. ſimiliter. C. ad l. falcid. non debet priuilegiatus vti priuilegio contra pariter priuilegiatum. auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. Et hãc opinionem tenent Ang. in d. auth. ſimiliter. Salicet. in auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ. Alberic. in l. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſc. & Cleric. Panorm. in cap. cum cauſam. de præben. per illum text. Felin. in cap. in præſentia. de probat. Alex. in addit. ad Bart. in d. auth. ſimiliter. Bertachin. in tractatu de Epiſcopo in 4. parte. quæſt. 31. Imola in l. 1. §. ad municipium. ff. ad l. falcid. & ibi Cuman. Philipp. Franch. in cap. ſi pater. de teſtam in 6. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 26. qui videtur huic opinioni adhærere, & multi alij, quos refert Dominus Scipio Rendina in promptuario receptarum ſententiarum. tit. 118. de trebell. & falcid. Contrariam opinionem tenent nonnulli DD. ea ra-
2 tione, quod priuilegiatum non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, quando paritas priuilegiorum eſt hinc inde. l. ſed & milites. ff. de excuſat. tutor. ſecus vbi priuilegiatus vnus eſſet in ſpecie, alter in genere. nam qui eſt in ſpecie priuilegiatus vtitur priuilegio aduerſus alium. per text. in l. fin. ff. ex quib. cauſis maiores. vbi minor reſtituitur contra minorem. Nunc ad propoſitum, eccleſia hæres quæ vult deducere falcidiam, eſt priuilegiata in genere, & eccleſia eſt priuilegiata in ſpecie vt de legato ſibi facto non detrahatur falcidia, ergo non detrahetur. & hanc opinionem tenent Roman. in d. authen. ſimiliter. idem Rom. Alexand. Iaſ. in d. l. Marcellus. ff. ad Trebell. Felin. in d. cap. in præſentia. Barbat. in repet. cap. Rainaldus. col. 15. de teſtam. & nonnulli alij, quos refert Rendina loco citato, vbi poſt Decium hanc opinionem communem, & receptiorem affirmat. Decius vero aliquibus argumentis conatur deſtruere hanc rationem huius ſecũdæ opinionis, quod priuilegiatus in genere non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum in ſpecie, cuius rationibus occurrit Lancellottus in l. filium, quem habentem. C. famil. erciſcun. quas refert Tiraq. in loco citato, ad quos te remitto, ne aliorum dicta tranſcribam. Sed deueniendo ad reſolutionem quęſtionis verior mihi videtur, atque honeſtior poſterior opinio, quod eccleſia hæres inſtituta non detrahat falcidiam. Moueor primo, quia vt dicit Bart. in d. authen. ſimiliter, olim de iure. ff. detrahebatur falcidia etiam de legatis pijs. d. §. ad municipium, quia Populus Romanus nõ erant Chriſtiani, & non cogitabant de futuro ſeculo, tantum conſiderahant quod nemo eſſet qui vellet hæreditatem adire contra publicam vtilitatem, vt voluntas teſtatorum ſeruaretur. l. vel negare. ff. quemadm. teſtamen. aperiantur. & ideo mandauerũt falcidiam deduci etiam de legatis pijs. ſuperuenit poſtea Iuſtinianus Imperator, qui fuit Chriſtianus, & omnes Romani erant Chriſtiani, & conſiderauit aliud ſeculum, & ſalutem & merita animæ. vnde cogitauit, quod licet hæres non lucraretur aliquid commodi pecuniarij, tamen ex eo ſolo
3 quia facit iſtum pium actum, quod adimplet piam volũtatem defuncti, habet meritũ apud Deum, & propter lucrum huius meriti cogitauit quod non amitteret aditionem hæreditatis. hæc ſunt verba Bar. quibus poteſt addi, quod etiam Imperator fecit exequutorem Epiſcopum legatorum piorum. l. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſ. & cler. Nunc ad rem redeũdo, videtur quod ſi priuatus ob dictum actum pium non detrahit falcidiam, multo magis id ſeruari debet ab Eccleſia, quæ eſt mater fidelium honeſtatis, quam decet ſanctitas, modeſtia, & honeſtas. c. decet. de immun. eccleſ. in 6. tanto magis quod ipſa præcipit omnibus modis voluntatem defuncti ſeruari. c. vltima voluntas. 13. q. 2. & contra non adimplentes legata pia, imponit grauiſſimas pœnas, etiam priuationis hęreditatis. c. Silueſter. Præterea Imperator dicitur filius & diſcipulus Eccleſiæ. c. quis dubitet. diſt. 96. ibi, quis dubitet ſacerdotes Chriſti, Regũ & Principũ, omniumq; fideliũ patres, & magiſtrós cenſeri? & in cap. ſeq. ſi Imperator, habetur, quod Imperator filius eſt Eccleſiæ, ſed Imperator propter honeſtatem, quando eſt rogatus reſtitue-
4 re hæreditatem, ſolet remittere, & donare quartam Trebellianicam. l. legatus. ff. ad Trebellianum. refert etiam Ioannes de Platea, in l. 1. C. de grege Dominico. libro duodecimo. vbi ex illo textu & alijs nonnulla tradit de benignitate Principis, multo magis ſeruari

ſeruari debet ab Eccleſia, quæ eſt magiſtra Principum, quos decet omnem honeſtatem, & modeſtiam. Nec valet conſideratio, quod ſi detrahatur falcidia, pariter ſeruabitur voluntas teſtatoris, cum deſeruiat eccleſiæ, quia nō ſeruatur voluntas defuncti, qui voluit relinquere legatum illi eccleſiæ, & nō alteri, quod ſacri Canones diligenter obſeruãtur. Clem. 2. de relig. domib. Hæc igitur opinio, quod non ſit detrahenda quarta ab eccleſia, videtur mihi verior, benignior, & honeſtior. Quæ ampliatur vt non detrahat, neque mediate neque immediate. nempe ſi Sempronius inſtitutus hæres debeat ſoluere legatum Titio, & Titius eccleſiæ, quam Sempronius non detrahit à Titio. nam illi detrahendo detrahe-
5 ret eccleſiæ: id enim procedit in priuato hærede inſtituto, multo magis debet procedere in eccleſia, vt ſupra diximus. ita tradunt Rom. in auth. ſimiliter. & in dict. l. Marcellus. vbi Alex. Tiraquel. in d. priuileg. 26. qui alios adducit. Dicit tamen id procedere quando certum eſt, legatum eſſe peruenturum ad piam cauſam, ſecus ſi incertum, vt quia hæres eſt grauatus reſtituere piæ cauſæ ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, quia id incertum eſt. Roman. conſ. 206. Alex. Tiraq. in locis citatis. Socin. conſ. 115. lib. 4. Paul. de Caſtro conſ. 321. viſis & ponderatis. lib. 2. Et hæc breuiter tetigiſſe ſufficiat tanquam magis pertinentia ad eccleſiam. nonnulla alia ſingularia circa detractionem falcidiæ de legatis pijs, an & quando fieri poſſit, vel non, ponit Tiraq. in d. priuileg. 36. loco citato. ad quem te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſuppletorium in cauſa beneficiali non defertur, quia poſſet continere præiudicium Eccleſiæ.*

2 *Iuramentum ſuppletorium defertur in cauſa matrimoniali, & quando.*

QVÆSTIO 427.

Fauore Eccleſiæ, ne illi fiat præiudicium in cauſa beneficiali, non defertur iuramentum ſuppletorium.

1 DIcit notabiliter Bald. in l. in bonæ fidei. 1 C. de iureiuran. quod in cauſa beneficiali non defertur iuramentum ſuppletorium. quem ſequuntur DD. in l. admonendi. ff. de iureiur. quod ſecus eſt in cauſa matrimoniali,
2 concurrentibus tamen circumſtantijs arbitrio iudicis, & vbi non ſit præiudicium alteri matrimonio. Abb. Imola, & alij in c. mulieri. de iureiur. Aufrer. q. 171. Dec. conſ. 133. & 310. Alex. conſ. 152. vol. 2. Nec videtur obſtare, quod validum eſt arg. de matrimonio carnali ad ſpirituale. cap. inter corporalia. de tranſlatione Prælat. nam ratio diuerſitatis eſt, vt inquit Bald. quia in cauſa beneficiali tractatur de præiudicio tertij; ideſt eccleſiæ, quæ forte regeretur per intruſum ſi poſſet eſſe locus delationi iuramenti, ſecus in matrimonio carnali, quia conſentiens delationi iuramenti, videtur de nouo conſentire. ſequitur Rebuff. reſp. 121. Quod vltimum, an procedat poſt Conc. Trident. recurrendum eſt ad ſacram Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium interpretum Sacri Conc. Eccleſiæ igitur præiudicium quod timeri poſſet, eſt in cauſa quod non deferatur iuramentum in cauſis beneficialibus, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Redditus Epiſcopatus non admittunt compenſationem, ne eccleſiæ fiat præiudicium.*

2 *Compenſatio non ſit de debito & credito diuerſarum perſonarum.*

QVÆSTIO 428.

Redditus Epiſcopatus percepti ab aliquo, non admittunt compenſationem, ne Eccleſiæ inferatur præiudicium.

1 CAſus eſt pulcher, Pater adminiſtrauit redditus Epiſcopatus filij, nec vnquam reddidit rationem, deinde in teſtamento reliquit filio Epiſcopo nonnulla, ita quod contentus eſſet pro quibuſcunque quantitatibus ſibi debitis ratione adminiſtrationis. Quæritur modo an admittatur compenſatio cum fructibus perceptis à patre. Opinio eſt negatiua aliquorum DD. ea ratione, quod debitum contractum in perceptione fructuum Epiſcopatus, non fuit contractum cum ipſo Epiſcopo, ſed cum eccleſia, ex quo redditus eccleſiæ debent diuidi in quatuor partes, vna applicabitur Prælato pro alimentis, altera Clero, tertia pauperibus, quarta reparationi eccleſiæ. cap. conceſſo. c. quatuor. c. de redditibus. 12. quæſt. 2. Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 7. 2

vnde Epiſcopus portionem ſibi cõtingentem,
2 poterit compenſare, ſed non alias tres partes, etenim compenſatio non fit de debito, & credito diuerſarum perſonarum. Oldrad. in terminis conſ. 297. nu. 2. Menoch. conſ. 195. vol. 2. vbi excipit coniecturas in contrarium. Nihilominus hæc ratio videtur vera, quando Epiſcopus tenetur ad reſtitutionem partium iam diuiſarum pro fabrica pauperibus, & clericis, vt loquitur D. Thom. Sed quando redditus Epiſcopatus ſunt tenues, vt in pluribus locis Italiæ, & non reperitur facta iſta diuiſio, nec fieri poteſt, ſed tantum Epiſcopus id quod ei ſuperet vltra neceſſaria diſtribuere pauperibus ex charitate abſque obligatione reſtitutionis, iuxta D. Thom. tunc res videtur valde dubia.

S V M M A R I V M.

1 *Prædia exigua Eccleſiæ, an & quando poſſint alienari ſine ſolemnitate.*
2 *Cap. Terrulas. 12. quæſt. 2. quomodo intelligatur.*

Q V Æ S T I O 429.

Eccleſiæ prædia exigua, an indiſtincte poſſint alienari ſine ſolemnitate.

1 QVotidie alienantur prędia eccleſię modici valoris ſine ſolemnitate, iuxta c.
2 Terrulas. 12. q. 2. Quæritur an id indiſtincte poſſit ſeruari. dicendum iuxta Card. de Turrecrem. ibi quod ille tex. intelligitur quando prædia exigua ſunt diſtantia ab eccleſia, ſecus ſi ſunt cohærentia eccleſiæ, quia tunc non poſſunt alienari ſine ſolemnitate. ſequitur Menoch. conſ. 114. vol. 2. & videtur ratio vltra litteram text. quia quando ſunt cohærentia, tanquam neceſſaria ſequuntur naturam principalis: regula acceſſorium. de reg. iur. in 6. facit c. 2. de paroch.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus quadriennij ad petendam reſtitutionem in integ. datur eccleſiæ indiſtincte, etiam ſi læſio ſit in minori tempore quadriennij, quod ſecus eſt in priuato.*
2 *Quadriennium ad petendam reſtitutionem in integrum, currit priuato à die ſcientiæ, ſed non currit eccleſiæ, quæ patitur crebras mutationes Prælatorum, etiam data ſcientia.*

Q V AE S T I O 430.

Differentia eſt inter Eccleſiam & priuatum, circa tempus quadriennij ad petendum reſtitutionem in integrum.

1 DIcit notabiliter Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſis maiores. quod ſi priuatus petit reſtitutionem in integr. aduerſus læſionem contingentẽ ex minori tempore quadriennio, tunc reſtitutio debet peti intra tantum tempus, quantum eſt illud in quo eſt læſus, terminari autem debet intra quadriennium. ſed in eccleſia aliud eſt, quia currit ei quadriennium à die læſionis, ſiue petatur reſtitutio aduerſus tempus maius quadriennio, ſiue minus. per tex. notab. in c. 1. de in integr. reſtitut. in 6. quem ita intelligit Bart. in loco citato. & hæc eſt communis opinio, vt per Iaſ. in l. fin. C. de temporib. in integ. reſtitut. & ſic datur indifferenter Eccleſiæ continuum quadriennium. tradit etiam Sfortia de in integr. reſtit. quæſt. 19. nu. 43. Datur etiam alia differentia circa quadriennium inter priuatum & eccleſiam, quia priuato conceditur quadriennium à die ſcientiæ. d. l. fin. C. de temporib. in integ. Bald. in l. falſam. C. ſi ex falſis alleg. Card. in Clem. 1. de reſtit. in integ. Tiraq. de retractu §. 34. gl. 4. n. 45.
2 etiam ſi ſcientia daretur poſt centum annos ſi quis ignoraret præſcriptionem decurſam iuxta Balbum de præſcription. in 4. par. princ. q. 19. nu. 10. Rota Rom. deciſ. 39. lib. 2. par. 3. poſt vero ſcientiam non daretur vltra quadriennium. ſed in eccleſia etiamſi eſſet elapſum quadriennium à die ſcientiæ ſuſtineretur. nec extingueretur ius eccleſiæ per pręſcriptionem, quando eccleſia patitur continuas mutationes Prælatorum, vt ſi quolibet triennio vel quadriennio mutentur, iuxta glo. not. in d. c. 1. de reſtitut. in integr. in 6. quam DD. ſequuntur, quos refert Sfortia in d. quæſt. 19. §. materia iſta. num. 71. & nouiſſime Surd. qui multa notabilia ingerit conſil. 520. ad quem te remitto. & hæc nota, quia quotidie occurrunt.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator ſi committit heredi in ſecreto diſtributionem bonorum, faciendam perſonæ ei nominatæ, an poſſit compelli heres ad manifeſtandam perſonam.*

2 *Commiſſa diſpenſatione bonorum alicui ſecundum conſcientiam, an poſſit illi refricari quæſtio, quod male diſpenſauerit.*

3 *Epiſcopus an poſſit petere rationem diſtributionis bonorum commiſſa conſciẽtiæ hæredis.*

QVÆSTIO 431.

An propter aliquod prætenſum intereſſe Eccleſiæ, poſſit exequutor, cui teſtator commiſit certam quantitatem diſtribuendam perſonæ eidem nominatæ, compelli ad declarandam perſonam.

1 TEſtator commiſit ſecretè diſtributionem bonorum ſuorum hæredi, vel exequutori, vt diſtribuat perſonis per eum hæredi vel exequutori in ſecreto nominatis. Quæritur modo, an poſſit dictus Cõmiſſarius compelli ad declarandas perſonas nominatas ſibi à teſtatore. idq. petit Eccleſia pro aliquo intereſſe, quia forte ſunt diſtribuenda pauperibus, & ipſa connumeratur inter pauperes, vt late per Io. Andr. in reg... de reg. iur. in merc. & nos diximus in alia q. vel poſſunt relinqui ipſi eccleſiæ pro male ablatis, vt fieri ſolet, & in ſecreto ne infametur defunctus. Et videtur dicendum nullo modo poſſe compelli ad declarandas perſonas, ex notatis per Anchar. in conſ. 346. in his dubijs, in verbo, Propterea probabiliter, vbi in caſu propoſito negat poſſe compelli ad declarationem perſonarum, quia teſtator commiſit in ſecreto, & ideo non videtur poſſe ei moueri quæſtio, quemadmodũ nec poſſet ſi teſtator cõmitteret dicto, vel conſcientiæ alicuius. per not. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcr. in 6. & l. Theopompus. ff. de dot. præleg. Præterea potuit teſtator committere diſtributionem faciẽdam perſonis verecundis, quæ ex quadã ratione naturali non videtur alijs propalãdæ. Ratio enim naturalis lex eſt. c. ſecũdo requiris. de appell. & ita iuuicauit cõſ. Neap. ex dicto conſ. Anch. vt tradit Præſes de Franch. deciſ. 484. In contrarium facit, quod idem eſt committere in ſecreto diſpenſationem, vel ſecundum conſcientiam, vt inquit Anch. loco citato. ſed quando committitur conſcientiæ, licet gl. in d. §. aſſeſſorẽ. neget poſſe aliquid opponi, tamen alia glo. in Clem. 1. in verb. oneramus. tenet contrarium, quod poſſit ſaltem ex officio iudicis implorato ſuccurri ei qui prætendit ſe grauatum, quæ
2 eſt magis communiter recepta, vt per Anton. de Butr. & Felin. in cap. ſignificaſti. de homicid & in ſpecie idem tenet Dominicus in d. §. aſſeſſorem, cuius gloſ. auctoritate non poterat compellere exequutorem teſtamenti, cui teſtator impoſuerat vt diſtribueret bona ſecundum ſuam conſcientiam, ad reddendum rationem diſtributionis. ſed ipſe allegat gloſ. in d. Clement. 1. quod imo poterat videre rationes an fecerit, vel non, vel etiam an male fecerit, excedendo veriſimiliter voluntatem teſtatoris, vel conſcientiam boni viri, ratione ſaltem naturali bene informatum, & ſic pluries ſeruauit. idem in ſpecie tenet Oldrad. conſil. 61. cum Regi Franciæ, quia licet ſit
3 commiſſum conſcientiæ, ſi erraret poſſet corrigi. argum. ff. pro ſocio. l. ſocietatem. idem tenet Natta conſ. 115. concludens, quod ſi teſtator mandat amico diſtributionem ſuorum bonorum ſecundum ſuam conſcientiam poteſt Epiſcopus petere rationem ſibi oſtendi diſtributionis. Cum igitur idem ſit committi in ſecreto, quod ſecundum ſuam conſcientiam, ſecundum magis receptam opinionem, poteſt Commiſſarius compelli ad declarandum. Præterea ego adduco text. in dict. l. Theopompus. vbi ſi teſtator dixit, ſtandum eſſe dicto alicuius de eo quod ipſe teſtator ſibi dixit, tunc debet deponere per iuramentum, quia vt inquit ibi Bart. dictum illius eſt quodammodo teſtimonium veritatis defuncti, ſed teſtis tenetur dicere veritatem, etiam ſi iurauit tenere ſecretum. cap. intimauit. de teſtibus. ergo poteſt Commiſſarius compelli ad declarandam perſonam. & hæc opinio videtur æquior & tutior ad euitandas nonnullas fraudes, quia poſſet Commiſſarius ſibi ipſi retinere bona, & doloſe procedere. argum. de liberatione legata, vt quis non teneatur reddere rationes adminiſtrationis, quia cenſetur remiſſa ſcrupuloſa redditio, non doloſa, iuxta l. Aurelius. cum ibi notatis. ff. de lib. legat. Prædicta autem vera intelligo, niſi teſtator expreſſe prohibuerit manifeſtari perſonam, tunc enim cum ſimus in certis, nil aliud eſt quærendũ. l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. obligat. potuit enim teſtator mandare aliquid reſtitui pro exoneratione conſcientiæ, & non vult ſe infamare. itẽ potuit aliquid relinquere alicui mulieri ob merita, quod ſi ſciretur poſſet oriri ſiniſtra ſuſpicio cum detrimẽto honoris d. mulieris, vel alia id genus potuiſſent mouere teſtatorẽ, & volũtas eius ſeruãda eſſet. c. vlt. volũtas. 13. q. 2. nam cũ potuiſſet in mare

proijcere bona ſua, tanto magis relinquere, itaut non manifeſtetur perſona, & cõtrarium videtur irrationabile, & ideo attendi non debet. c. Corepiſcopi. diſt. 89. & etiam hoc caſu poſſet in foro conſcientiæ poni excommunicatio, niſi fiat realis diſtributio, iuxta mentem teſtatoris.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia ſi vendit rem ſibi obligatam pro debito, minori pretio quam valeat, an teneatur illam recuperare.*

2 *Fiſcus ſi vendit rem ſibi hypothecatam in damnum debitoris, an teneatur illam recuperare, & reſtituere debitori offerenti pretium & moram purgantem.*

QVAESTIO 432.

De Eccleſia vendente rem ſibi pignoratam à debitore minori pretio quam valeat, an teneatur rem illam vendicare, & reſtituere debitori offerenti quod ſoluere tenebatur.

1 ISta quæſtio eſt pulchra, & videtur negatiue reſpondendum, ex quo rei vendicatione agitur contra poſſeſſorem. l. fin. ff. de rei vendic. & in hoc caſu eccleſia non poſſidet. Contrarium determinatur in fiſco in l. ſi minori. C. de iure fiſci. lib. 10. vbi habetur, quod debitor, cuius res erat fiſco tacite obligata propter annuam præſtationem, vel propter alium ſpecialem contractum, ſi fiſcus illam vendat alteri minori pretio, dolo, vel gratia propter ceſſationem, vel moram debitoris, poteſt debitor agere contra fiſcum, vt rem reſtituat, ſi ipſe vult ſoluere quod tenebatur, vel poterit agere rei vendicatione contra emptorem, qui cogetur reſtituere rem debitori ſoluenti quod fiſco debetur. ita habetur in d. l. ſi minori. quæ lex cum innitatur maxima æquitate, videtur ſpecialiter ab eccleſia ſeruanda, quæ præcipue complectitur æquitatem. cap. 1. de dolo & contumacia. cap. ſuam. de pœnis. cap. fin. 17. q. 4. cum ſimilib. & quia ſtante identitatis ratione validum eſt argumentum de fiſco ad eccleſiam. l. fin. C. de ſacroſ. eccl. Dec. late in cap. 1. de probat. & alibi diximus. Sed certe in hoc caſu non habet locum argumentum de iuris rigore, quia grauaret Eccleſiam, & leges ciuiles quatenus grauant Eccleſiam, non ſunt attendendæ, auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſ. eccl. vnde verius dicendum eſt & honeſtius, vt ſuadente æquitate ſupradicta, eccleſia id faciat. quod abſque dubio poteſt facere exemplo fiſci, dum vult vti eius fauore in vendicando rem ab emptore. nec eſt mirum, quod non poſſeſſor in hoc caſu conueniatur ad reſtitutionem rei, quia id procedit propter facultatem conceſſam fiſco recuperãdi rem indebite alienatam. & ille tex. procedit etiam ſi res fuerit vendita minori pretio, & non vltra dimidiam, ſed citra, vt ibi tradit gl. & Io. de Platea. Sed quæritur per quantum tempus debeat expectare eccleſia debitorem nõ ſoluentem, antequam vendicet rem ſibi obligatam. gl. in d. l. ſi minori. diſtinguit in fiſco, quod ſi vendit propter publicas penſitationes, & annuam præ- 3
ſtationem propter tributa, debeat expectare per annum. l. 1. C. ſi propter publicas penſitationes. aut propter aliud, & tunc idem quod in priuato. l. fin. C. de iure dominij impetran-
2 do. gl. in d. l. 1. dicit, quod cum hoc non ſit determinatum, reſidet in arbitrio iudicis. Salicet. tenet, quod idem ſit in fiſco, quod in Eccleſia, vt teneatur expectare per biennium, vt in auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi per non ſolutionem canonis per biennium, inducitur caducitas. ſed certe ille caſus videtur diuerſus propter dominium directum quod habet Eccleſia in re emphyteotica. videtur ſequi Salicet. Io. de Platea in loco citato. Sed intellige vt per ipſum. in eccleſia autem videtur verior opinio, quod ſemper debeat expectare, ſi eius conditio non ſit facta deterior, quo caſu de iure canonico ſemper mora purgatur. Alex. & alij in l. ſi inſulam. ff. de verb. oblig. & alibi diximus.

S V M M A R I V M.

1 *Canonici obedientes Prælato male viuenti, & perperam bona eccleſiæ adminiſtranti, præſumuntur etiam male viuere, & remoto Prælato non ſuccedit Capitulum.*

QVÆSTIO 433.

Eccleſiæ adminiſtratio denegatur alicui ob ſolam præſumptionem malæ vitæ, & damni Eccleſiæ illati.

1 DIcit Abb. ſingulariter in cap. inquiſitionem. in 4. notabili. de elect. per text. in cap. ſi quando, de reſcript. quod Canonici

qui

qui obediunt, & non reſiſtunt Prælato male viuenti, & perperam adminiſtranti bona eccleſiæ, præſumuntur etiam ipſi male viuere, & ideo propter eorum culpam Capitulum non ſuccederet, vacante ſede per remotionem Prælati à prælatura. colligitur enim ex dicto cap. ſi quando. quod ſubditus non debet ſtatim parere mandato Superioris iniuſto, ſed debet reſcribere, & expectare reſponſum. & ibi Doctor. præcipue Felin. idem de Canonicis tenet Ripa in d. cap. ſi quando. n. 11.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata in præiudicium libertatis, cuius exceptio propoſita fuerat, non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas.*

2 *Sententia lata in præiudicium eccleſiæ, cuius exceptio propoſita fuerat, non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas.*

QVÆSTIO 434.

Sententja lata in præiudicium Eccleſiæ, cuius exceptio propoſita fuerat, non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, etiam inter eaſdem perſonas.

1 Dicit text. in l. 1. & ibi glo. & omnes. C. de ordine iudiciorum. quod ſententia lata in præiudicium ingenuitatis, ſeu libertatis, cuius exceptio propoſita fuerat, non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio,
2 etiam inter eaſdem perſonas. an autem id procedat in Eccleſia. Ripa reſponſo 6. de diuerſis reſcriptis. nu. 21. tenet, idem eſſe iudicandum fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ, vt in ſui præiudicium neque pariat exceptionem rei iudicatæ, cum pia cauſa æquiparetur cauſæ ſtatus, vel libertatis, vt tradit Bart. in l. proxime. §. nomen. ff. de his quæ in teſtamento delentur, & clarum eſt valere argumentum de libertate ad piam cauſam, vt late per Euerard. in loco de libertate ad piam cauſam.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus licitationem in lucro, ſi poſt venditionem perfectam aliquis plus offerat.*

2 *Fiſcus an reſtituatur aduerſus licitationem in lucro, ſi poſt venditionem aliquis compareat, & plus offerat.*

QVAESTIO 435.

An Eccleſia reſtituatur aduerſus licitationem in lucro, vt quia poſt aliquot dies alienationis, aliquis plus offerat.

1 Eccleſiã reſtitui aduerſus licitationẽ etiã in lucro credit Guidop. q. 536. verſ. item crederem in rebus Eccleſiæ. Contrarium tenet Rouitus ſuper pragmat. 1. de minorib. nu. 10. Pro quo videntur facere ea quæ dicit Afflict. in deciſ. 340. vbi Vrſill. qui loquuntur in
2 fiſco. federis tamen diſtincti vtitur Alberic. in l. & ſi ſine. §. quæſitum. ff. de minoribus, poſt Iacob. de Rauenna, quod ſi Eccleſia, minor, Ciuitas, vel Fiſcus in credendo res ſuas, ſeruauit ſolemnitates debitas, & fecit ſicut quilibet maior, quia vendidit tempore opportuno, & iuſto pretio, licet poſtea appareat plus offerens, non admittitur licitatio, niſi de ſorde, vel gratia doceretur. ſi vero ſolemnitas debita non eſt ſeruata, tunc ipſo iure non valet venditio, nec opus eſt reſtitutione. quæ recenſet, & ſequitur Gregor. Lopez. parte 6. tit. 29. l. 5. in verbo. mas della. Quid dicendum in hac queſtione. Diſtinctió Alberic. non videtur attendenda, quia ſi alienatio eſt facta ſine ſolemnitatibus, eſt nulla, ſi vult eccleſia, & dubitatio eſſet nullius momenti. verior & æquior videtur opinio Guidop. dummodo res ſit integra, & non fiat deterius ius primi emptoris. Facit à ſimili, quod de æquitate canonica aduerſus eccleſiam quo ad lectum, quilibet poteſt moram purgare, dummodo ius Eccleſiæ non ſit effectum deterius. cap. ſuam. de pœnis. c. apud miſericordem. 32. q. 1. & ibi gl. Ant. Im. in cap. potuit. de locato. Bald. in l. ſi qui crimen. ff. qui accuſ. non poſſ. Idem etiam à ſimili videtur dicendum in eccleſia, quod fiat de nouo licitatio, dummodo non ſit effectũ deterius ius alterius. Præterea facit quod fauore eccleſiæ compellitur quis vẽdere rem propriam. l. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſumptib. fun. & alibi late diximus. multo minus erit diſcedere ab emptione propter notabilem Eccleſiæ vtilitatem ſine eius damno, & hæc ratio videtur concludere. Et quamuis procedat quando agitur de conſtruendo, vel amplianda eccleſia ob publicum fauorem idem videtur dicendum pro conſeruanda eccleſia, ex eadem ratione fauoris publici. cap.

cum

86. diſt. Calder. conſ. 33. de teſtam. tenet cenſeri relictum pro peccatorum remiſſione, & non pro male ablatis, & reſtitutione facienda, & hanc coniecturam fauore liberorum accipiẽdum eſſe, vt eorum legitima detrahatur priuſquam huiuſmodi legata ſoluantur. iuxta l. quoniam in prioribus. & l. ſancimus. C. de inoff. teſtam. & hanc opinionem ſequitur Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 34. Mihi vero non videtur omnino tuta. nam ſequeretur, quod teſtatores tenerentur ſe infamare, exprimendo eos legare pro reſtitutione male ablatorum, quod non eſt dicendum, nec tenetur aliquis ſe infamare, & prodere. c. ſi quis aliquando. de pœnit. diſt. 5. imò ſecundum Gaiet. Nauarr. & cæteros Summiſtas, non eſt facienda reſtitutio bonorum cum iactura famæ, quę eſt altioris gradus, nec confeſſarius prudens conſulet infirmo vt exprimat ſe relinquere pro male ablatis cum detrimento famæ, & propterea in dubio videtur potius indicare legatum pro reſtitutione, vt tutior via fauore animæ eligatur. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. quare verius videtur quod ſit recurrẽdum ad coniecturas, nempe ſi teſtator exercuerit aliquod officium, vel negociationem, in quibus ſolent committi fraudes, & multo magis ſi teſtator habuerit malam famam vſurarij, aliud videtur dicendum in homine bonæ famæ, non ſolito ſe immiſcere in huiuſmodi negocijs, tunc poteſt ſupradicta opinio procedere.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Capuccinis, aut alijs incapacibus, an ſit inualidum, vel debeat commutari in alios vſus.*

2 *Legatum relictum deportatis incapacibus, an conuertatur in legatum alimentorum, cuius ſunt capaces.*

3 *Legari an poſſit altari eccleſia religioſorum incapacium.*

4 *Conditio qua non poteſt adimpleri de iure, debet adimpleri de facto, & quando.*

5 *Res immobilis ſi legetur Fratribus Minoribus, debet extimari.*

6 *Papa debetur quicquid Eccleſijs debetur.*

QVÆSTIO 439.

De legato facto Capuccinis, vel alijs incapacibus, an ſit commutandum in alios pios vſus.

1 QVæritur, ſi fiat legatum Capuccinis, aut alijs religioſis incapacibus, an debeat conuerti in alios pios vſus. & videtur quod ſit facienda conuerſio in alios pios vſus, ex regula illa, quod relicta ad pium vſum, ſunt in alios vſus conuertenda quando non poſſunt deſeruire pro vſu deſtinato. cap. nos quidem. & ibi omnes. de teſtam. l. legatum. ff. de vſufructu legato. l. legatum. ff. de adminiſtratione rerum ad Ciuitatem pertinentium. l. 1. C. de expenſis ludorum. lib. 11. Contrarium tenet Ang. conſil. 224. Iacob. de Vberſill. vbi dicit tale relictum non eſſe in aliquem vſum, quamuis licitum, & approbatum, conuertendum, ſed funditus iuribus euacuari, & pro non ſcripto eſſe. l. 1. & l. ſi metallum. ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur. vbi licet deportati ſint capaces legati alimentorum, tamen ſi illis fieret aliud legatum, non conuerteretur in ipſorum alimenta. nec mirum, quia vbi diſpoſitio legis reſiſtit, nullum ſortitur effectum. l. non dubium. C. de legibus. Non obſtat ſecundum Ang. reg. ſupra allegata, quod ſit conuerſio in alium vſum pium quando non poteſt adimpleri vſus deſtinatos, quia procedit quando legatarius eſt capax. & ſic legatum non eſt iure prohibitum, ſed ſolus vſus in quem debet fieri conuerſio, eſt interdictus, vel non eſt interdictus ſed impleri non poteſt, ſed quando relictum eſt reprobatum, nõ habet locum dicta conuerſio. & ſubdit Ang. Caueant Mendicantes ne anhelent ad relicta bonorum immobilium, & aliarum rerum, quarum ſunt incapaces, & ſub colore eleemoſynæ retineant quouſque vendiderint, & ex pretio in victum quotidianum conuertant, nam id fieri non poteſt, niſi teſtator ſignanter bona immobilia relinquiſſet vt venderentur, & pretium conuerteretur in victum. Secundo declarat Ang. quando relictum eſt factum altari conſtruẽdo in eccleſia religioſorum incapacium,

3 non autem religioſis, aut eccleſiæ, quia poſſunt in altari deſeruire Sacerdotes ſeculares de religioſorum aſſenſu, & de talibus ſeruientibus ſecularibus videtur ſenſiſſe teſtator, nõ enim videtur elegiſſe viam ad impugnandum iudicium. l. ſi miles. ff. de teſtam. milit. quod ſi recuſent religioſi conſentire, tunc dicit legatum deberi Eccleſiæ Romanæ, aut eſſe inter pauperes diſtribuendum, iuxta l. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſ. & Cler. ea ratione, quod tale relictum cenſetur factum Deo immortali qui capax eſt, etenim quæcunque templo,

templo altari, aut ſanctorum imagini relinquuntur Dei ſunt, & Deo immortali donata, & relicta intelliguntur.l.ſi mundum. C. de furtis.l.4. ff.ad l.Iuliam pecu. l.ſtatuæ. ff.de vſufr.& ibi gl. Papa ergo Vicarius Ieſu Chriſti habebit legatum, vel ſaltem per Diœceſanum inter pauperes diſtribuetur de mandato ſpeciali Papæ. alias ſecus cap.vnico. de relig. domib.in 6.in gl.& ita concludit Ang.de Perufio in d.conſ.Ego valde dubito de hac opinione Ang. primo quia relictum factum eccleſiæ cenſetur factum pro anima. Bar.& omnes in l.1.C.de ſacroſan.eccl. quæ non eſt defraudanda refrigerio ſi legatum incapacibus adimpleri non poteſt. facit quod ſi etiam imponatur modus in legato facto eccleſiæ,quādo eſſet cauſa finalis in alio non eſſet cauſa finalis fauore animæ, ſed refrigerium animæ. cap. verum. & ibi omnes DD. de condit. appoſ. ergo eius fauore debet fieri conuerſio in alium vſum.Secundo facit,quod ſi teſtator inſtituerit hæredem ſub conditione ſi minoribus, vel eccleſiæ incapaci fundum dederit, debetur legatum etſi fundus eccleſiæ accipientis non erit. nam conditio quæ de iure
4 nullum effectū eſt habitura, debet adimpleri de facto.l.mæuius. ff.de condit.& demonſtr.l. mulier.ff.de condit.& inſtit.& ibi Bal. Neque obſtat quod impoſſibilis conditio reijcitur à legatis & vltimis voluntatibus, ac legata pro non ſcriptis habētur. §. impoſſibilis inſtit. de hæred. inſtit. & impoſſibilis dicitur cui lex reſiſtit, aut ſi ex Principis voluntate dependeat. nam vt tradit Bal.in rubr. C.de inſtit.& ſubſtit.id procedit cum conditio continet aliquid turpe tunc habetur pro non ſcripta, ſecus ſi nihil turpe contineat, tunc ſi de iure adimpleri non poteſt, de facto adimpleri debet & ſatis eſt.l. quidam cum filium.de verb. oblig. & ita tenet Guliel. de Bened. in cap. Raynutius in verbo reliquit.num.16.verſ.tertia fallit. de teſtam. Cum igitur legatum factum incapacibus religioſis, non contineat aliquid turpe, ſed debet adimpleri eo modo quo poteſt,ſatis dicitur adimpleri ſi fiat conuerſio in alium vſum pro ſalute animæ teſtatoris, & dicit Paul. de Caſtr. in l. apud Iulianum. §.conſtat. ff. de leg.1. quod quando le-
5 gatur res immobilis fratribus ordinis minorum,debetur extimatio. refert & ſequitur Io. Ant. Lanar. conſ.80. Inſuper quicquid debe-
6 tur Eccleſijs debetur Papæ. Bal.in cap.quanto. de iureiur. num.6. arg. l.fin.in princ. ff. ad municip. l. fin. §. ſi quis proceſſus. ff. de pub. l.1.C.de quatr.præſcript.facit Clem.exiui de verb. ſignif. vbi Papa ſe dicit Dominum omnium eccleſiarum fratrum minorum. ergo relictum non cenſetur factum incapaci, omnes enim eccleſiæ pertinent ad Eccleſiā Romanā.

SVMMARIVM.

1 *Vniones facta pro neceſſaria dote Eccleſiæ non comprehenduntur ſub regula Cancellariæ reuocatoria vnionum.*
2 *Vniones facta pro augmento cultus diuini non comprehenduntur in regula reuocatoria vnionum.*
3 *Pia cauſa, & omnia facta in augmentum cultus diuini, non veniunt in generali ſermone.*

QVÆSTIO 440.

Eccleſiæ fauore regula Cancellariæ reuocatoria vnionum, non reuocat vniones factas ex neceſſaria cauſa dotis Eccleſiæ.

1 Regula eſt Cancellariæ 12. quæ reuocat omnes vniones, quæ non fuerunt ſortitæ effectum, hæc autem regula recipit plures limitationes, & inter alias quando vnio fit ex cauſa dotis, & neceſſaria eccleſiæ. nempe ſi eccleſia parochialis indigeret Clerico ad ſeruiendum eccleſiæ. iuxta notata in cap. vt quiſque de vita & honeſt.Cler.nec etiam in-
2 telligitur reuocata vnio facta ad augmentum cultus diuini, quia non eſt veriſimile quod Papa voluerit reuocare vnionem factam pro tali augmento cultus diuini. iux. notata in cap.ex parte. de conſtit. cap. fin. de reſcript. in 6. Rom. in auth. ſimiliter. C.ad l. falcid.in ſpeciali ad regulam in generali. de reg. iur.in 6. nam in generali ſermone non comprehenditur pia cauſa. Innoc. in cap. telatum il primo.de teſtamen.Felin.in cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ.de conſtit.col. 30.& videtur alia ratio, quia regula prædicta fuit inuēta ne per vniones diminuatur cultus diuinus. Creſcent. deciſ.1.in fine de parochijs. ergo non habet locum quando augetur. & ita fuit deciſum in Rota deciſ.1143. par.3. diuerſ. Achill.deciſ. vnica de vnionibus. Creſcent. vbi ſupra.Caputaq.deciſ.42.par.3. Put.331.& 337.lib.1. quas deciſ. adducens alias refert Gonzal.ſuper reg.8. Cancellariæ. gloſ.5. §. 7. num.48. & 49. qui etiam ponit alios caſus in quibus

non

non habet locum dicta regula ad quem te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ non cadit in commiſſum ob non ſolutionem collectarum, quando Eccleſia emit rem cum tali onere collectarum.*

QVAESTIO 441.

Res Eccleſiæ non cadit in commiſſum ob non ſolutionem collectarum, quando Eccleſia venit cũ tali onere.

1 ECcleſia emit rem cum onere collectarum, poſtea non ſoluit collectas, an res empta cadat in commiſſum ſicut eſſet in laico. Affl.in tit. quæ ſint regalia,in verb. extraordinaria. nu.36. poſt Andr. tenet quod non vt ſit differentia in hoc caſu inter Eccleſiam, & laicum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Eccleſiæ, ſeu Capituli Canonicorum, qui non exegit à debitoribus tenetur de ſuo.*

2 *Exactores militaris Annonæ ſi intra annum non exegerint tenentur de ſuo.*

3 *Aerarius Baronis, qui non exegit, an teneatur de ſuo.*

QVAESTIO 442.

Procurator Eccleſiæ, ſeu Capituli Canonicorum, qui non exegit à debitoribus, an teneatur de ſuo.

1 PRocurator Eccleſiæ,ſeu Capituli Canonicorum, qui non exegit à debitoribus, an teneatur de ſuo. dicendum quod de iure exactores militaris annonæ ſi vltra annum protraxerint exactionẽ teneãtur de ſuo,& hoc fauore publico. ius tamen exigendi ab his qui non ſoluerunt ipſis reſeruatur, ita habetur in l.miſſi opinatores. C.de exactoribus tributorum.lib.10. & ibi Luc.de Penn. & Io.de Platea.& de milite ad eccleſiam,& eccleſiaſticas
2 perſonas validum eſt arg. iuxta gl. & omnes ff.in l.miles.ff.de re iudic.verſatur enim fauor publicus cultus diuini. cap. ius autem.diſt.1. Canonici autem quotidie non deſinunt orationibus pugnare pro populo, ſed vbi non adeſſet fauor publicus aliud eſt dicendum. hinc concludit Io.Ant.Lanar.conſ.99. Aera-
3 rium Baronis non teneri de ſuo, pro eo quod non exegit,quia non ſolet vrgens aliquod periculum imminere Baroni.

SVMMARIVM.

1 *Quarta Epiſcopalis, vel parochialis, an detrahatur de relictis pro fabrica Eccleſiæ ſi Eccleſia non indiget refectione.*

2 *Capellæ dotatæ ſi aliquid relinquatur pro cultu diuino, & in ea congrue officietur, an detrahatur quarta Canonica.*

3 *Legatum pro anima non expreſſa ſumma,debetur.*

4 *Legatum ſi fiat pro male ablatis, & non appareant tot male ablata, ſuperfluum debet conuerti in alias pias cauſas.*

QVÆSTIO 443.

De quarta Canonica, an debeatur Epiſcopo, vel Parocho de relictis pro fabrica Eccleſiæ, ſi Eccleſia ædificatione, vel reparatione non indiget.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, at affirmatiuam quod debeatur quarta, quando Eccleſia non indiget fabrica, nec fiat fraus Eccleſiæ parochiali, vel Epiſcopo,tenent Io.Andr. Anchar. in cap.fin. de teſtamentis. & ibi Couar. aſſerit eſſe magis cõmunem ne fiat fraus Eccleſiæ parochiali. cap. ex parte il terzo. de verb.ſignif. & hanc opinionem dicit eſſe magis communem Couar. in d.cap.fin. Contrariam opinionem tenet Goffred. Card. & Barbat. in d. cap. fin. cui opinioni videtur adhærere Couar. per textum in cap. nobis. 12. quæſt. 2. vbi ſi eccleſia non indigeat,pars deputata fabricæ debet conſeruari in futuram parietum eccleſiæ refectionem quandoque neceſſariam. Cardin. Seraph. in deciſ. Rotæ Rom. 726. in hoc DD. conflictu dicit attendendam eſſe formam legati. ſi enim teſtator vult ſtatim, vel in ſingulos annos ſolui aliquid pro reſtauratione eccleſiæ, quæ ea non indiget, tunc ſeruari poterit communis opinio, vt debeatur quarta. ſi vero legat pro reſtauratione eccleſiæ quoties ea indigebit, tunc contraria ſententia erit ſequenda. Sed hæc diſtinctio non videtur remouere argument. ex dicto capit. nobis ſumptum

vbi

vbi debet conſeruari pars deputata fabri-
cæ, quamuis Epiſcopus teneatur ſingulis
annis facere partem pro fabrica, licet ea
non indigeat. Mihi vero aliter videtur, nem-
pe quod remota fraude, quæ ex coniecturis
colligitur, nullo modo quarta debeatur. cum
enim legatum ſit relictum pro fabrica, quar-
ta non debetur. ex reg. d. cap. fin. ex eo autem
quod eccleſia modo non indigeat, neque de-
betur. quandoquidem etiam habemus regu-
lam in legato facto eccleſiæ, quod ſi adimple-
ri non poteſt, tunc eſt conuertendum in aliam
cauſam ſimilem, & proximiorem voluntati
teſtatoris. cap. nos quidem. cum ibi notatis.
de teſtam. Conc. Trid. ſeſſ...... l. legatum. ff. de
adminiſtr. rerum ad Ciuit. pertinent. l. lega-
tum. l. quidam. ff. de ſuppellect. legata. & ſic
erit facienda conuerſio in aliam cauſam per-
tinentem ad cultum diuinum, vel ornamen-
ta, quæ eſt priuilegiata. d. cap. fin. & ſucceſſiue
ſiue ſit conſeruanda, ſiue non, ſed conuer-
tenda in ſimilem cauſam, non detrahetur
quarta. & ita ſingulariter dicit Ant. de Butr.
in conſ. 26. dummodo excludatur fraus, vt
2 diximus. Facit à ſimili, quod ſi teſtator pro
male ablatis legauit centum ſecundum diſpo-
ſitionem alicuius, & poſtea non apparent tot
male ablata, debet ſuperfluum conuerti in
aliam piam cauſam. & non remanebit apud
hæredem, quia teſtator debuit eſſe certus de
facto ſuo. cap. ab excommunicato. de reſcript.
vt ſingulariter tradit Card. Zabar. in Clem.
vnica. de teſtam. num. 26. Quinimmo ſi teſta-
tor dixit, lego pro anima mea, & non expreſ-
3 ſit ſummam, religionis fauore, & animæ, de-
bet fieri diſtributio vſque ad quantitatem
conuenientem, iuxta dignitatem perſonæ, fa-
cultatem, & numerum liberorum hæredum
defuncti. arg. ff. de leg. 2. l. pater. & l. ſi quis.
§. 3. ff. de relig. & ſumptib. funer. l. cum poſt. §.
gener. ff. de iure dot. facit cap. cum tibi. de te-
ſtam. Card. Zab. loco citato. Pone enim quod
capellæ dotatæ, in qua congrue officiatur,
ſeu diuina officia perſoluuntur, aliquid relin-
quatur pro cultu diuino, fraus colligitur, &
detrahetur quarta, ſecundum Benedictum
Capram conſ. 155. poſt Petrum, quem allegat
de Canonica Epiſcopali. cap. 6. ex quo enim
4 non eget pro cultu diuino, videtur in frau-
dem relictum. & circa hoc etiam verſabitur
arbitrium iudicis, an capella indigeat alijs
pertinentibus ad cultum diuinum, vt in illa
debeat fieri conuerſio.

SVMMARIVM.

1 *Deſtinatio ſolutionis facta in vno loco, facit quod res dicatur eſſe illius loci, ad quem eſt deſtinata, & an id procedat in damnum Eccleſiæ.*

2 *Eccleſiæ cauſa eſt fauorabilior quam cauſa fiſci.*

3 *Fiſcus eſt vltimus priuilegiatorum.*

QVAESTIO 444.

Deſtinatio ſolutionis, non facit vt res Eccleſiæ in eius damnum cenſeatur eſſe in loco deſtinatæ ſolutionis.

1 REgula eſt, quod deſtinatio ſolutionis
facta in vno loco, operatur quod res
dicatur eſſe eius loci ad quem eſt deſtinata.
l. quæro. ff. de ſolut. l. contraxiſſe. ff. de iudicijs.
l. 3. ff. de bonis auctoritate iudicis poſſidendis.
cum ſimilibus. ita quod bona loci deſtinata
capiuntur à fiſco illius loci, vt per Tiraq. de
iure primogen. q. 49. Quæritur modo, an id
procedat in damnum Eccleſiæ, quæ eſt Domi-
na rei, nempe vt ſit conuenienda in loco de-
ſtinatæ ſolutionis, vel in eius loco originario.
& videtur nullum reperiri in hoc caſu priui-
1 legium Eccleſiæ. ergo attendi debet ius com-
mune. l. penult. ff. de teſtam. milit. & ibi Bald.
In contrarium eſt veritas, quia cum Eccleſia
habeat dominium, non poteſt Rector, qui di-
citur procurator Eccleſiæ, in re particulari ad
Eccleſiam pertinente, illi præiudicare ex cau-
ſa deſtinatæ ſolutionis, ita quod ſi Eccleſia
nolit vti deſtinatione, non teneatur reg. deli-
ctum. de reg. iur. in 6. tantum poſſet Rector
ſibi præiudicare in rebus pertinentibus ad
menſam ſuam. tenetur enim Eccleſiæ vtilia
agere, & inutilia prætermittere. c. quicum-
que. 14. q. 2. gl. in cap. ex præſentia. de pigno-
ribus. & ita fuit deciſum in ſimili caſu in Rota
Rom. Card. Seraph. deciſ. 594. in caſu ſpolij
ob deſtinatam ſolutionem fructuum beneficij
ad Vrbem, quorum fructuum dominium erat
Eccleſiæ poſt mortem beneficiati, talis deſti-
natio diceretur facta, non vt fructus cenſe-
rentur inter bona Vrbis, ſed pro maiori com-
moditate exactoris. & quemadmodum in
fraudem Cameræ non operaretur deſtinatio
ſolutionis in locis in quibus non adſunt col-
2 lectores, non debet quoque hæc deſtinatio
operari quicquam in fraudem Eccleſiæ, cuius
cauſa eſt fauorabilior quam cauſa fiſci, quia
eſt

eſt vltimus priuilegiatorum, & contra quem in dubio fit interpretatio. l. non puto. ff. de iure fiſci. & ita fuit ſingulariter deciſum in caſu ſpolij prætenſi à Camera Apoſtolica, ob deſtinatam ſolutionem fructuum in Vrbe. cum beneficiatus in vita æquiparetur vſufructuario, & in morte vſuario. gloſ. & DD. in cap. cum in officij. & cap. ad hæc. de teſtam. cap. expedit. & ibi gl. 17. quæſt. 1. & ideo poſt mortem beneficiati, fructus non conſumpti remaneant in dominio Eccleſiæ. gloſ. in cap. præſenti. de officio ordinarij in 6. vt latius in dicta deciſ. ex qua clare colligitur, quod quando dominium eſt eccleſiæ, vt in quæſtione propoſita de re pertinenti ad menſam eccleſiæ, non poteſt Rector ex deſtinata ſolutione illi præiudicare. & hæc nota pro ſimilibus caſibus, qui occurrere poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *L. defuncta. ff. de vſufruct. non procedit in præiudicium Eccleſiæ, quæ ſuccedit beneficiato.*

2 *Beneficiarius comparatur in vita vſufructuario, in morte vſuario, & in hoc vltimo omnes conſentiunt.*

3 *Beneficiarius de bonis quæſitis ex redditibus ſimplicium beneficiorum, teſtari non poteſt, iuxta communem opinionem contra gl. cap. præſenti. de offic. ordin. in 6.*

QVÆSTIO 445.

L. defuncta. ff. de vſufruct. de penſionibus iuxta tempus perceptionis fructuum regulandis, & ad hæredes tranſmittendis, non habet locum in Eccleſia ſacerdote beneficiato.

1 Habetur in l. defuncta. ff. de vſufruct. quod penſio, ſiue affictus debitus vſufructuario ex cauſa fructuum iam perceptorum, quamuis non venerit dies ſoluendi affictum, tranſmittitur ad hæredem, non ad proprietarium, quia attendi debet tempus perceptionis fructuum. Quæritur modo, an d. l. procedat in præiudicium eccleſiæ, quæ ſuccedit beneficiato, vel ad eam tranſeant pẽſiones & affictus, non autem ad hæredes beneficiarij defuncti. Et habere locum d. l. in Commẽdatario tradit Io. Baptiſta Ferret. conſ. 156. lib. 2. Caſus eſt Reuerendiſſ. Epiſcopus. In contrarium facit, quod ille text. loquitur in prophanis, in quibus datur ſucceſſio, ſed in beneficialibus non datur. ſed fructus reſeruatur, eccleſiæ & ſucceſſori, cap. relatum. cap. cum eſſes. de teſtam. & hæc opinio eſt verior. Pro qua animaduertendum, quod fructus beneficiatorum ſunt ipſius eccleſiæ, non autem beneficiatorum, niſi pro ea parte quam in vſus proprios conſumunt, exceptis diſtributionibus quotidianis, quæ etiam ad hæredes beneficiatorum tranſmittuntur, iuxta Abb. Imol. & alios communiter in cap. cum in officij. de teſtamen. & ibi Couarruu. Ibi etiam communiter tenetur, quod beneficiati æquiparentur vſufructuarijs in vita, & in morte vſuarijs, quamuis Couarruu. dicat ſibi non probari hanc diſtinctionem, ſed communiter ita tenetur, iuxta gloſſam notabilem in cap. præſenti. de officio ordinarij in 6. licet aliqui

2 etiam tenuerint ſemper æquiparari vſuarijs. gloſſ. in capit. quia nos. de teſtamen. & in cap. fin. de peculio Clericorum omnes tamen conſentiunt, quod in morte æquiparantur vſuarijs, ex quo ſequitur quod fructus non conſumpti remaneant in dominio Eccleſiæ, & de illis beneficiati diſponere non poſſunt, iuxta gloſſam in dicto cap. præſenti, quia etiam bona acquiſita ex redditibus eccleſiæ regulariter non ſunt ipſorum beneficiatorum, ſed ad eccleſiam pertinent. dicto cap. cum in officijs. idque ampliatur vt procedat

3 etiam in bonis quæſitis ex redditibus beneficiorum ſimplicium, quicquid dicat gloſſ. in dicto capit. præſenti, quod beneficiatus poteſt libere teſtari de bonis ex ſimplici beneficio acquiſitis, cum iura prohibentia Clericum teſtari loquantur indiſtincte. Facit etiam tex. in cap. Epiſcopus. 14. quæſtione prima. vbi habetur, Canonicos qui ſimplex beneficium obtinent, non habere bona Eccleſiæ vti propria, ſed ad diſpenſandum. & gloſſ. in dicto capit. præſenti. improbant Archidiac. in capit. ſtatutum. S. aſſeſſorem. de reſcript. in 6. Abb. in cap. cum eſſes. de teſtamen. num. 23. & in cap. fin. de pecul. Clericorum. vbi Imol. dicit hanc opinionem eſſe veriorem. Domin. Franch. in d. cap. præſenti. Barbat. de præſtantia Cardinalium. pat. 1. quæſt. 3. num. 80. & in cap. requiſiſti. de teſtam. Bertrand. conſil. 258. vol. 2. Iaſ. qui teſtatur de communi conſ. 55. volum. 3. Couarr. qui alios allegat in d. cap. cum in officijs. num. 6. limitans tantum in penſionario, vt poſſit diſponere de redditibus ex penſione eccleſiaſtica perceptis, & ſi inteſtatus decedat, ad hæredes tranſmittat. ex

Gigante de penſ.q.52. & quamuis gl. in cap. expedit. 12. quæſt. 1. & aliqui dicant, dominium eſſe penes Chriſtum, nihilominus tale dominium non impedit dominium particulare eccleſiarum. ad not. in cap. cum ſuper. de cauſa poſſeſſion. & propriet. & tradit Gard. Seraphin. deciſ. Rotæ Romanæ 594. nu. 9. Ex quibus ſic conſtitutis fuit deciſum in Rota, vt habetur in d. deciſ. in cauſa defuncti Commendatarij, quod cum beneficiarius in morte æquiparetur vſuario, non vſufructuario, non habet locum in eo textus in dicta l. defuncta. quæ procedit in vſufructuario, ſed ſeruandæ ſunt leges de vſuario loquentes, quæ facultatem alteri locandi non concedunt. nec quicquam quod compendium tribuat. l. plenum. §. primo. & §. operas. ff. de vſu, & habitatione. & ex his apparet dictam l. defuncta. non procedere in damnum eccleſiæ quæ ſuccedit beneficiato. quicquid dicat Ioannes Baptiſta Ferrett. qui contrarium conſuluerat, vt l. defuncta haberet locum in Commendatario, ſequutus opinionem gloſſæ in dicto cap. præſenti. quam communiter improbari ſupra diximus. & hæc ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum diuiti pro anima, an dicatur pium.*

2 *Legatum factum diuiti pro anima, debet intelligi vt diues diſtribuat in pios vſus.*

3 *Legatum alimentorum factum diuiti, dicitur pium, ſecundum veriorem opinionem.*

4 *Legatum alimentorum non tranſit in fiſcum cum publicatione bonorum.*

5 *Alimenta legata, debentur etiam deportato.*

6 *Dos eſt fauorabilis, etiam ſi ſit mulierum diuitum.*

7 *Legatum cenſetur pium, ſi teſtator dixit, pono animam meam, & bona mea in manibus Titij.*

8 *Legatum pro anima factum pauperi, quem teſtator ignorabat eſſe diuitem, debet auferri à diuite, & dari pauperibus.*

QVAESTIO 446.

De legato relicto diuiti pro anima, an dicatur legatum pium, ita quod gaudeat omnibus priuilegijs piæ cauſæ.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, quæ proponitur à Rom. in authen. ſimiliter. C. ad l. falcid. num. 2. & quod ſit legatum pium, facit text. in auth. vt cum de appellatione cognoſcitur. §. ſed hoc quidem. quantum ad perſonas. dum inquit, & ipſorum quoque ex hac piſſima cauſæ animæ ſubleuentur. Rom. diſtinguit, quod aut legatum, quod fit pro anima, relinquitur vere pauperi, & tunc dicitur legatum ad pias cauſas, quia donatio facta pauperi, ad pias cauſas facta dicitur. l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. & legatum dicitur donatio. l. legatum. la picciola. ff. de legat. ſecundo. aut relinquitur diuiti, & tunc quantumcumque teſtator dixerit ſe relinquere pro anima, non dicitur legatum ad pias cauſas. quod probat Roman. quia quæ relinquuntur pro anima, ſunt quædam eleemoſynæ, quæ diuitibus fieri non debent. l. prima. C. de mendicantibus validis. libro vndecimo. & quia veritatem ſpectamus, non quod quis finxit, apponendo cauſam non veram. l. forte. & l. caſtrenſe. ff. de caſtrenſi pecul. Sed cauſa, videlicet pro anima appoſita in legato diuitis non eſt vera, quoniam diuitiæ ſibi repugnant. igitur veritatem, non ſcripturam attendere debemus. Præterea vbi quis prohibetur contrahere, vel diſponere, niſi reſpectu vnius tantum cauſæ, debet probare cauſam eſſe veram, niſi ex ſuimet facie appareret, nec tunc ſtandum eſt ſcripturæ, quia tunc præſumitur ſimulata. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3. l. qui teſtimonium. ff. de probation. ſed relictum pro anima, eſſet relictum ad pias cauſas, non poteſt facere niſi vnica cauſa, ſcilicet eleemoſyna, quæ pro anima teſtatoris fit. ergo cum fiat diuiti, non dicitur legatum pium. ampliat Roman. etiam ſi legatum fieret conſanguineo pauperi. quod ſi fiat ſimpliciter abſque mentione animæ, non cenſeatur factum ad pias cauſas, quia in dubio præſumitur relictum contemplatione conſanguinitatis, non autem alia contemplatione paupertatis, & animæ teſtatoris, etiamſi conſanguineus præſit loco pio. l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excuſation. tutorum. capit. requiſiſti. de teſtament. vbi relictum factum Epiſcopo conſanguineo, intelligitur factum ratione conſanguinitatis, non eccleſiæ. cap. Pontifices. 12. q. 3. aut ipſi conſanguineo pauperi eſt relictum pro anima hoc expreſſe dicto, & tunc cenſetur relictum ad pias cauſas, cum id verba teſtatoris expreſſe decla-

declarent, & adſit in legatario qualitas pietatem concludens, nempe paupertas. & ita intelligit gloſ. cap. 2. de ſepult. ceſſat enim in tali caſu, propter verba à teſtatore expreſſa, præſumptio ſurgens ex conſanguinitate. in incertis enim, non in certis locus eſt coniecturis. l.continuus. §.cum ita. ff.de verbor. obligat. l.pediculis. ff.de auro & argen.legato. Ampliat ſecundo Romanus etiam in legato alimentorum, quod ſi relinquantur diuiti,non cenſeantur relicta ad pias cauſas, & poſſit falcidia detrahi. l.Diuus. ff. ad l.falcid. ſecus ſi relinquantur pauperi. de qua te nos egimus quæſtionem particularem. Nihilominus quo ad primam concluſionem Romani, de legato facto diuiti pro anima, quod non dicatur pium, mihi videtur contrarium dicendum, quod ſit omnino pium, & ſit facienda interpretatio vt anima teſtatoris ſub-
2 leuetur, quam ſacri Canones facere conſueuerunt, & etiam in alia materia, vt effectus diſpoſitionis eo modo, quo poteſt obtineatur. & videtur quod tale legatum relictum diuiti pro anima, ſit intelligendum vt ipſe
3 diues vel oret pro anima teſtatoris, vel diſtribuat legatum in pios vſus. quod probo: Primo, quia legatum alimentorum factum diuiti, ſecundum veriorem opinionem Doctorum, & magis communem, cenſetur pium, & gaudet priuilegijs alimentorum. per textum in l.cum hi. §. nihil. ff. de tranſaction. vbi nihil refert, an fiat diuiti,vel pauperi. & quia potuit teſtator cogitare, quod
4 diues poteſt effici pauper, ſiue quia publicatis bonis, ad fiſcum alimenta non tranſeant,
5 cum adhuc deportato debeantur. l. penult.ff. de capitis diminutione. ita tenent Alexand. Alciat. in l.ſi certis annis. C. de pactis. Salicet. Iaſon in l.1. C. de fideicommiſſ. eodem
6 modo potuit teſtator cogitare, quod iſte diues vel orabit pro anima ſua, vel orari faciet, aut in pios vſus legatum erogabit. idem fauor debetur dotibus tam mulierum pauperum quam diuitum, cum in ſe ipſa, cauſa ſit fauorabilis. Bald. Nouel. de dote parte 5.in princip.num.2. Secundo, quando ſumus in dubio an teſtator intellexerit, quod diues diſpenſet in vſus pios, illa interpretatio capienda eſt quæ magis fauet animæ teſtatoris. facit text.in cap. cum tibi. de teſtamen. vbi communiter concluditur ex illo textu, quod ſi alicui fiat legatum bonorum diſtribuendorum, debet intelligi vt diſtribuat pro anima teſtatoris. item ſi legatum pium non

poteſt adimpleri pro vſu deſtinato, debet fieri conuerſio in alium pium vſum auctoritate Epiſcopi. cap. nos quidem. de teſtam. idem videtur dicendum in legato pro anima facto diuiti, vt Epiſcopus compellat ad diſtribuendum pro anima teſtatoris. Item facit ſingularis doctrina Baldi in l.1. C. de ſacroſanct.eccleſ. quem ſequuntur Anchar. & Imol. in dicto cap. cum tibi. quod ſi teſtator dixerit,
7 pono bona mea, & animam meam in manibus Titij, fiet interpretatio, vt teſtator intelligatur dixiſſe, inſtituo Titium hæredem, vt diſpenſet bona mea pauperibus. & videtur facta nominatio Titij non contemplatione ipſius hæredis, ſed animæ teſtatoris. ita etiam poteſt dici in caſu noſtro. Item facit text.in cap.verum. de condit. appoſ. vbi concluditur communiter, quod ſi fiat legatum pro anima ſub modo, qui eſſet cauſa finalis, quo non ſeruato, legatum non pium non deberetur,tamen fauore animę modus non cenſetur cauſa finalis, ſed Deus, remiſſio peccatorum, ac refrigerium animæ, & ideo etiam non ſeruato modo debetur. iſte tamen non eſt caſus noſter, ſed colligitur eam eſſe faciendam interpretationem, quæ animæ teſtatoris magis proficit, etiam ſi modus expreſſus non ſeruetur. Præterea ſequeretur, quod relictum eccleſiæ diuiti pro anima non eſſet pium, quod non eſt verum. quia etiam ſi eccleſia non indigeat, poteſt tamen orare, vel orare facere pro anima teſtatoris. quin etiam ſecundum communem vſum loquendi, qui attendi debet.l.librorum.§.quod autem Caſſius.ff.de leg.2. ſolent teſtatores,cōmittendo maxime, ſeu relinquendo filio, aut alij conſanguineo, centum vel ducentum pro anima, intelligere vt fiat diſtributio pro illius anima, Item facit à ſimili æquitas Canonica, quæ etiam in materia non pia hanc interpretationem facit. etenim de iure ciuili promiſſio facti alieni non valet. l. ſtipulario iſta habere licere. ff. de verb. obligat. nihilominus Canones interpretantur hãc promiſſionem, quæ non poteſt adimpleri à promittente,vt intelligatur promiſiſſe ſe facturum,& curaturum, vt per D.Ant.de Butr.in c. litteris. de ſponſalib. & nos diximus in alia quæſt. Et prædicta multo magis mihi videntur procedere, quando legatum fit pro anima,ei quem teſtator igno-
8 rabat eſſe diuitem. argum. à ſimili. l.cum alienam. dicit etiam Bald. in dict. l. 1. C. de ſacroſ.eccl. vt ſi legatum fiat pauperi, quem teſtator ignorabat eſſe diuitem, debet legatum

auferri à diuite, & dari pauperibus. & ſic concludo, legatum pro anima factum diuiti, cenſeri pium, teneri tamen diuitem diſtribuere in pios vſus pro anima teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos adiecta legato pro anima, vel pro electione ſepulturæ, an reuocetur reuocato legato.*

2 *Stipulatio adiecta legato, non reuocatur reuocato legato.*

QVÆSTIO 447.

Teſtator ſi leget mille Eccleſiæ in qua elegit ſepulturam, vel pro anima, adiecto quod inter viuos donat, an reuocetur donatio, reuocata electione, vel legato.

1 Singularis eſt iſta quæſtio, & videtur donationem eſſe inter viuos, cum clare id exprimatur, & per conſequens reuocari non poſſe, maxime ſi fuit acceptata à Rectore eccleſiæ. l. perfectam. C. de donat. quæ ſub modo. item quia vbi ſimpliciter dicitur, dono nulla facta mentione mortis, in dubio intelligitur donatio inter viuos, etiam ſi donans eſſet infirmus. l. Seia. §. fin. ff. de donat. cauſa mortis. Bart. Imola, & alij in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr. In contrarium facit notabilis doctrina Bart. in l. fin. ff. de ſolution. vbi format quæſtionem, quæ fuit Bononiæ. nam quidam ſcholaris veniens ad mortem, & habens pecuniam penes campſorem, fecit illam promitti Fratribus Prædicatoribus. modo ille euaſit. dicti Fratres volebant pecuniam, pro quibus facit, dicit Bart. illa lex, in prin. poſtea dicit, in contrarium eſſe veritatem, quia eis fuit facta promiſſio contemplatione cuiuſdam legati, quod ſcholaris intendebat facere ſi decede-
2 ret, quo finito finitur promiſſio. alleg. l. cum quis decedens. §. 1. ff. de legat. 3. & cum Bart. tranſeunt communiter DD. habetur enim in d. §. 1. quod ſtipulatio interpoſita contemplatione legati præcedentis, eatenus durat quatenus & legatum, quia eſt interpoſita ſuper re de ſui natura reuocabili, id eſt legato, licet ſtipulatio de ſui natura reuocari non poſſit. l. ſicut. C. de action. & oblig. eodem modo videtur dicendum in donatione inter viuos appoſita legato, vel electioni ſepulturæ, quę ſunt reuocabilia. facit quod ex quo dicta donatio eſt vnita legato, debet eius naturam aſſumere. argum. l. qui patri. ff. de acquir. hæreditate. vbi ſubſtitutio vnita cum iure accreſcendi, illius naturam ſequitur. & ſucceſſiue dicta donatio inter viuos durabit, quamdiu durat legatum. & quamuis directo reuocari non poſſit ſtante & durante relicto. d. l. perfecta. per indirectum tamen reuocatur, & reſoluitur per reuocationem ipſius legati. per d. l. cum quis decedens. §. 1. & per Bart. in d. l. fin. & proinde erit donatio inter viuos pura, facta pro anima, quæ venit reſoluenda ſub tacita conditione, ſi legatum reuocabitur. & hanc poſteriorem opinionem late comprobat Ruin. conſ. 61. caſus de quo quæritur. vol. 2. ad quem te remitto. & videtur æqua, conſiderata intentione teſtatoris. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſt. Cautela eſt, vt quando fit donatio inter viuos de re legata eccleſiæ, exprimatur quod donatio non reuocetur, etiam ſi contingat reuocari legatum, vel electionem ſepulturæ.

SVMMARIVM.

1 *Alienari dicuntur res Eccleſiæ, ſi non transferatur dominium, ſed tantum poſſeſſionem.*

2 *Reſcriptum iuſtitiæ, fauore eccleſiæ late interpretatur.*

3 *Verba, quæ de ſui natura reſpiciunt petitorium, in reſcripto ad lites fauore eccleſiæ impropriantur, & continent poſſeſſorium.*

4 *Diſiunctiua ponitur pro coniunctiua, prout eſt vtilius eccleſiæ.*

QVAESTIO 448.

Reſcriptum iuſtitiæ, fauore Eccleſiæ latiſſime interpretatur.

1 Quamuis reſcripta iuſtitiæ ſint ſtricte interpretanda. c. ſedes. de reſcript. & cap. ad hoc. tamen fauore eccleſiæ ſunt late interpretanda, ita dixit ſingulariter Inn. in c. Epiſcopi. de reb. eccl. nõ alien. vbi format quæſtionem de Papa, qui commiſit cuidam delegato, vt ea quæ reperiret alienata de bo-
2 nis talis eccleſiæ, deberet in ius & proprietatem eccleſiæ reuocare. nunquid talis delegatus habebit iuriſdictionem ſuper rebus eccleſiæ inuaſis, & male detentis, in quibus poſſeſſio tantum tranſiuit in alios. & videbatur, quod non, quia non dicitur quid alienatum,

niſi

niſi quando tranſiuit dominium. l. 1. C. de fundo dotali. l.alienationis verbo. ff de verb. ſignific. Contrarium concludit Innocent. & DD.communiter in d.cap.Epiſcopi. quia duplex ius habemus in re noſtra, ius proprietatis, & poſſeſſionis. Vnde licet non ſit facta alienatio quo ad proprietatem, eſt tamen alienata poſſeſſio, & largo modo dicitur res alienata, cum recedit à libera facultate. & fauore Eccleſiæ debet reſcriptum late interpretari. cap. cum eccleſia. in fine. de cauſa
3 poſſeſſionis, & proprietatis. idem tenet Bald. in l.iubemus. §. ſane. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ſingulariter Alexand. in conſil.98. viſis his quæ eleganter. volum. 5. vbi ſingulariter notat, quod verba quæ de ſui natura reſpiciunt petitorium, prout bona alienata reſtituantur, impropriantur, & ad poſſeſſorium extenduntur, & idem in genitiuo quod reſpicit dominium, & poſſeſſionem, quia importat poſſeſſionem, ſi magis Eccleſiæ expe-
4 dit. & ibi etiam tradit, quod licet disiunctiua ex præſumpta mente diſponentis ponatur pro coniunctiua. l. 1. C. de institut. Bart. in l.ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs. & in l.Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſthum. fauore eccleſiæ ſumitur prout magis eccleſiæ vtile eſt. quæ ſunt notanda, & Alexandrum ſequitur Illuſtriſſimus Cardinalis Tuſchus tomo tertio, concluſione tertia.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio extraiudicialis, probat fauore eccleſiæ.*
2 *Dominium rei eccleſiæ, probatur per confeſſionem priuatæ perſonæ.*

Q V AE S T I O 449.

De confeſſione extraiudiciali probante fauore Eccleſiæ.

1 INter multas ſpecialitates, quas in contractibus habet eccleſia, vel alia pia cauſa, hæc eſt, quod fauore piæ cauſæ, maxime de æquitate Canonica, valet cõfeſſio ad obligandum abſente parte, vt notatur in capit. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato, tradit Bald. in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. in 10. quæſtione. Felin.in cap. ſi cautio. de fide inſtrumentorum. & tanto magis quando fuit facta ad exonerandam conſcientiam, vt conſuluit Alexan.conſ. 185. volum.2.& conſil.45. volum.3. colum.3. ſequitur Affl. de-
2 ciſ. 164. in qua ex his fuit in Conſilio Neapolitano deciſum, per confeſſionem cuiuſdam priuati, quod certum territorium quod ipſe tenebat erat eccleſiæ, probari dominium eccleſiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Quietatio facta à Prælato in articulo mortis procuratori eccleſiæ, non valet in præiudicium eccleſiæ.*
2 *Confeſſio Prælati ad liberandum, an noceat eccleſiæ.*

Q V Æ S T I O 450.

De quietatione facta à Prælato infirmo prope mortem procuratori Eccleſiæ, quod non valeat in damnum Eccleſiæ.

1 PRælatus ægrotans facit quietationem procuratori eccleſiæ, ex qua infirmitate poſtea deceſſit, an dicta quietatio de ratione reddita valeat in præiudicium eccleſiæ, & videtur quod ſic. quia confeſſio Prælati ad
2 liberandum valet, & præiudicat ſucceſſori, iuxta notata in capit. de Conſtantinopolitana. diſtinctione vigeſimaſecunda. In contrarium facit, quod dicta quietatio & confeſſio fuit facta in articulo mortis, licet ſit facta ad liberandum, quo tempore Prælatus dicitur vſuarius bonorum eccleſiæ, & non vſufructuarius, vt communiter tenent Doctores poſt gloſſam in capit. præſenti. de officio ordinarij in ſexto. & in capit.cum in officijs. de teſtamen. & ſic non poteſt in morte aliquid confiteri in præiudicium eccleſiæ. & ita fuit deciſum in Conſilio Neapolitano, vt per Affl. deciſione 168. quod quietatio facta ab Abbatiſſa procuratori non potuit præiudicare eccleſiæ. & quod procurator monaſterij teneretur reddere rationem, & reliqua reſtituere. limitat tamen Vrſill. in addition. quando Prælatus, ſiue Beneficiatus poſſet diſponere de fructibus eccleſiæ vſque ad certum tempus, quia ceſſat ratio præiudicij eccleſiæ. ponit exemplum in antiqua conſuetudine Neapolitana confirmata à Papa Alexand.anno 1 81.quæ volebat,quod ſi clericus

Digitized by Google

decedebat à Kalendis Martij vſque ad Kalendas Nouembris, omnes fructus beneficiorum eſſent ſui, & ſuorum hæredum, & de illis valeret diſponere cuiuſcumque conditionis fuerint fructus. non enim hoc caſu Prælatus æquiparatur vſuario, cum poſſit diſponere. & remanet regula, quod confeſſio ſua cuilibet nocet. Bald.in l.in contractibus.C.de non num.pecun.

XVI. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem, an poſſit deferri Prælato ſucceſſori, ſuper facto prædeceſſoris.*

2 *Iuramentum in litem non defertur hæredi.*

3 *Abbatiſſa admittitur ad iurandum in litem contra procuratorem monaſterij contumacem, qui adminiſtrauerat tempore Abbatiſſæ præcedentis.*

QVÆSTIO 451.

Iuramentum in litem defertur Prælato ſucceſſori in fauorem Eccleſiæ.

1 REGVLA eſt, quod iuramentum in litem non defertur hæredi. gl.in l.in bonæ fidei.C.de iureiur. & habetur in l.generaliter. eod. quia hæres non nouit
2 veritatem. nam factum eſt alienum, ſcilicet defuncti, etiam ſi dicat quod per famam ſcit, quia iſta non eſt vera notitia, quantum ad iſtum effectum. gl.& Bal.in d.l.in bonæ fidei. DD.in l.admonendi. ff. de iureiuran. & dicit Bart.in l.1.§.pœna.ff.de liberis agnoſcendis, quod damnum eſt ei qui ſcit veritatem. Cum igitur Prælatus ſucceſſor veriſimiliter non poſſit habere notitiam facti alieni, ſeu Prælati prædeceſſoris, ergo non poteſt ei deferri iuramentum in litem contra litigantem cum eccleſia. In contrarium facit, quod tutor volens iurare in litem in cauſa pupilli, debet admitti. l.videamus. ff. de in litem iurando. & tutor & Prælatus eccleſiæ æquiparantur. gl. in cap. præſentium. de pignoribus, & in cap. fin.3.q 3.& in cap. auditis. de reſtitutione in integr. & Prælatus poteſt habere ſcientiam introituum eccleſiæ, & præſumitur eſſe timoratæ conſcientiæ. In Conſ. Neapolitano fuit ventilata hæc quæſtio, & laboratum pro inueniendo deciſionem particularem, quod ſucceſſori in beneficio eccleſiaſtico poſſit deferri iuramentum in litem de facto ſui prædeceſſoris, nec fuit inuenta, ſed ex ſupradictis
3 fuit deciſum, eſſe præſtandum tale iuramentum in litem contra quemdam procuratorem, qui miniſtrauerat bona monaſterij, ita tradit Affl.in deciſ. 169. de in litem iurando propter contumaciam. ſequitur Vrſill. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus omiſſam probationem, quando agit criminaliter contra fures.*

2 *Eccleſia an reſtituatur ſuper exceptionibus dilatorijs.*

3 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus contumaciam.*

4 *Eccleſia an reſtituatur aduerſus lucrum ex delicto alterius.*

5 *Eccleſia an reſtituatur ad opponendum crimina contra aduerſarium.*

6 *Eccleſia eo ipſo quod omiſit neceſſariam probationem, manifeſte probat ſe læſam.*

QVAESTIO 452.

Eccleſia an reſtituatur aduerſus probationes omiſſas in delictis, quando agit criminaliter, & poſt publicationem.

1 RECtor eccleſiæ agit pro furto contra eos qui ſubtraxerant res eccleſiæ, publicato proceſſu petit eccleſiam reſtitui aduerſus omiſſas probationes. Quæritur an ſit reſtituenda eccleſia. & videtur negatiue reſpondendum, quia pro delicto alterius, eccleſia ad opponendum crimina, & defectus, elapſo termino non reſtituitur, vt dicit Speculat.in tit. de reſtitut. in integrum. §. ſi quis autem. verſ. ſed pone eccleſia.& tenet Compoſtill.in capit.ſicut. de electione.& Doctores in Clement.prima. de in integrum reſtitut.
2 Item eccleſia non reſtituitur ſuper exceptionibus dilatorijs in odium aduerſarij. Ioann. Andreas in capit. coram. de in integrum reſtit. In contrarium facit, quod eccleſia debet

bet reſtitui aduerſus temporis lapſum. per tex.in d. Clem. t. quæ generaliter loquitur.& dicit Io. Andr.in d. cap. coram quod oportet quod petens reſtitutionem aliquid amittat, vel non acquirat quod acquirere poſſet. Item
3 Eccleſia aduerſus contumaciam reſtituitur intra quadriennium propter iuſtum impedimentum. vt tradit Archid. in c. irreligioſum. diſt. 87. Item ſicut minor reſtituitur in emergentibus, vbi aduerſus delictum ſuum non reſtitueretur. l.ſi ex cauſa nunc videndum. ff.de minoribus.ita eccleſia in emergentibus debet reſtitui, cum minor & eccleſia æquiparentur. cap. t. c. auditis. de in integr.reſtitut. Bar.in l.pupillorum. ff.de rebus eorum. Affl. Neapolit. refert pulchram deciſionem Conſilij Neapolitani 390. in ſucceſſore Prælati, qui egerat contra illos qui furto ſubtraxerāt bona prædeceſſoris ad eccleſiā pertinentia, & dicit fuiſſe deciſum, eſſe concedēdam reſtitutionem præſuppoſitis pro veris quatuor. Pri-
4 mum quod eccleſia aduerſus lucrum ex delicto alterius non reſtituitur,exemplo minoris. iuxta notata in l. auxilium. ff.de minoribus. & l.ſepulchri. ff.de ſepulchro violato. Secun-
5 dum quod minor & eccleſia non reſtituuntur ad opponendum crimina aduerſus ſuum aduerſarium. vt dicit Compoſtill. in d. c. quod ſicut.de elect. gl.in Clem. non poteſt. de procurat. Ant.in cap.licet.de accuſat.Bal.in l.fin. C. in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſaria, & in d. l.auxilium. Tertium quod ſuper exceptione declinatoria, vel delatoria, quæ non concernit merita cauſæ, non reſtituitur eccleſia. vt dicunt Innoc. in d. cap. coram.& Felin.in cap.fraternitatis. col.1. de teſtibus. ſed Io.Andr.ibi in nouellis hoc totum remittit arbitrio iudicis, & ſi modicè læditur non reſtituitur.per l.ſcio.ff.de in integr.reſtit. ſecus ſi læderetur in lite, & quia in illo caſu non agebatur de opponendo crimina, nec de lucro in iniuriam alterius, ſed potius ad euitandum damnum & læſionem eccleſiæ, fuit conceſſa reſtitutio in integrum. & in hac ma-
6 teria eſt ſemper notandum, quod eccleſia eo ipſo quod omiſit neceſſariam probationem, ex hoc probat ſe læſam. vt in cap. auditis. & cap. ſciſcitatus. & cap. coram de teſtibus. & dicit Archid.vbi ſupra quod ita ſeruat Curia.

S V M M A R I V M.

1 *Titulus, de his qui ſibi adſcripſerunt, non habet locum in Clerico, quando legatum continet vtilitatem Eccleſiæ.*

2 *Prior monaſterij poteſt ſibi adſcribere legatum factum monaſterio.*

Q VÆ S T I O 453.

Clericus poteſt ſibi adſcribere legatum, quod concernit Eccleſiæ vtilitatem.

1 Quæritur an clericus legatarius Rector Eccleſiæ, poſſit ſibi adſcribere in teſtamento alicuius legatum ſibi factum pro anima ſine iniuria pœnæ tituli, de his qui ſibi adſcripſerunt. & videtur quod non,ex communi DD. concluſione in c.cum inter.de re iud.quod titul. de his, qui ſibi adſcripſerunt, habet locum in clerico. Hoſt. tamen in d.cap. cum inter,dicit quod prior monaſterij poterat ſibi adſcribere. ſequitur Ioan. Andr.& alij cōmuniter,ſed id procedit quando legatum rēdit ad commodum eccleſiæ. allegat cap.2. de donat. t 6.q.t.cap.fin ſecus ſi
2 concerneret proprium commodum clerici, & ita ſingulariter tenet,& dicit eſſe communem opinionem Barbat. conſ.58.n.13.lib.1. quod nota pro eccleſia.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, an poſſit ferri pro Eccleſia non conformis libello.*

2 *Sententia non debet eſſe conformis libello, vbi agitur de intereſſe publico.*

3 *Sententia non debet eſſe conformis libello, quando iudex poteſt procedere ex officio ad priuatum commodum partis.*

Q VAE S T I O 454.

Sententia in re Eccleſiæ non eſt neceſſe quod ſit conformis libello.

1 Clara eſt regula, quod ſententia debet eſſe conformis libello.cap.licet Heli de ſimonia. vbi gloſ. & omnes. an autem dicta regula procedat in eccleſia? & videtur negatiue reſpondendum. ſiquidem inter plures limitationes quas affert Felin. in dicto cap. licet Heli, vna eſt vt non procedat quando agitur de intereſſe iuris publici, poſt Card. quem allegat in Clem. ſæpe.verſ. non ſit tamen in 2.oppoſit.de verb. ſignificationibus, & licet ponat exemplum in matrimonio
2 carnali,vel ſpirituali,vel alijs concernentibus periculum animæ, primo ſe fundat in intereſſe pu-

Digitized by Google

ſe publico quod conſiſtit in eccleſia.ius enim publicum conſiſtit in ſacris ſacerdotibus, & magiſtratibus.cap.ius autem.diſt.1.alia limitatio,quę facit magis ad propoſitum,eſt quia regula non procedit, quando poteſt iudex ex
3 officio procedere ad commodum partis.Felin. in d. cap.licet Heli.nu.46.Clarum eſt autem fauore eccleſiæ ſemper poſſe iudicem ex officio procedere,vt pluries diximus.

SVMMARIVM.

1 *Vnus teſtis de veritate, & duo de fama probant legatum pium.*
2 *Vnus teſtis de veritate,& vnus de fama probant plene in ciuilibus, quando teſtis de veritate deponit etiam ſuper fama.*

QVÆSTIO 455.

De legato facto Eccleſiæ, an probetur per ſolum Parochum, & duos teſtes de fama.

1 QVæſtio eſt notabilis, an legatum quod fit eccleſiæ pro anima, probetur per dictum ſolius parochi concurrente fama de tali legato probata per duos teſtes.& videtur negatiue reſpondendum per c. cum eſſes. de teſtam. vbi in teſtamēto ad pias cauſas requiruntur duo,vel tres teſtes.In contrarium facit, quod parochus eſt vnus teſtis integer,qui in hoc caſu ſemiplene probat. gl. in l.admonendi. & in l. bonæ fidei.ff. de iureiur. & in cap. fin. & ibi Abb. extra eodem.fama etiam in cauſis ciuilibus inducit ſemiplenam
2 probationem,& cum vno teſte plenam. vt dicit gl.in cap.1. de appell.& 4.q.3.§.item ſæpe & gl. in cap.veniens. il primo. de teſtibus. ſed vt ibi dicit Abb. debemus conſiderare à quibus fama habuit originem, & propterea eſt inſpiciendum an ſolum à parocho ortum habuerit, & ita fuit deciſum in Conſ. Neap. quod per parochum,& duos teſtes de fama probaretur legatum pro anima, & ibi fama habuerat ortum ab alijs.quod eſt notandum. Hic etiam eſt menti tenenda ſingularis doctrina Bal.in l.Gallus. §.ille caſus.col.2.ff.de liber. & poſth. quod vnus teſtis de veritate,& vnus de fama plene probant, ſi ille vnus de veritate deponit etiam de fama.ſequitur Affl. loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium, an habeatur loco filij in contractibus ſi ponatur conditio ſi ſine liberis deceſſerit.*
2 *Monaſterium non habetur loco filij niſi in caſibus expreſſis à iure.*

QVAESTIO 456.

An monaſterium in contractibus habeatur loco filij ſi ponatur conditio ſi ſine liberis deceſſerit.

1 VIdetur affirmatiue reſpondendum per textum in §. ſed ad hoc præſenti. in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis. & cap. in præſentia.de probat. cum diuerſitatis ratio non videatur poſſe reddi inter contractus & vltimas voluntates.l.illud.ff.ad l.aquiliam. Contrarium tenent DD.quia diſpoſitio dictorum iurium eſt exorbitans, & propterea extenſionem non recipit. Fulgoſ. conſ.53. quoniam ſuperius.Bal. in l.filium eum diffinimus.nu.3. ff. de his qui ſunt ſui,vel alieni iuris.Specul.de locato.§. nunc aliqua. verſ.120. Ang.conſil. 235. incipienti ex quo D. Alber. Bero q.34. nu.6. ſolum enim monaſterium habetur loco
2 filij in caſibus à iure expreſſis. gl.in auth. niſi rogati.C.ad Trebell.in verb.locum venerabilem.& ibi Bal. ſub num.11. & in auth. ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccl.Abb.in d.cap.in præſentia.col.5. Veronen.conſ.36. Tiraq. de contract.lignag.§.1. gloſ.8.num.20. vbi dicit monaſterium haberi loco filij per quandam impropríetatem, & veriſimilitudinem. Affl. deciſ.50. in fin. Ruſtic. ad l. cum auus. ff. de cond.& demonſtr.lib.5.cap.6.num.34.

SVMMARIVM.

1 *Specialia duo fauore Eccleſiæ concurrunt.*
2 *Specialia duo fauore animæ concurrunt.*
3 *Ex pacto nudo tacito oritur actio fauore Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 457.

An duo ſpecialia fauore Eccleſiæ ſimul concurrant.

1 RIpa in l.ſi rem.ff.de acquir. poſſeſſ. negat, ſed etiam in eccleſia eſſe ſeruandum regulam. l. 1. C. de dot. promiſſ. quod duo

duo ſpecialia concurrere non poſſunt in eadem perſona, cum id nõ reperiatur exceptum in eccleſia, ergo ſeruandum eſt ius commune. l. in fraudem. ff. de teſtamen. milit. & ibi Bald. idem vero Bal. in cap. 2. de conſuetudine dicit, fauore animæ poſſe concurrere duo ſpecialia. per illum textum vbi Papa approbat conſuetudinem, quod ſi aliquis animo donandi ponebat modicum terræ ſuper altari pro
2 remedio ſuorum peccatorũ, inducebatur donatio per illum fictum titulum, qui vocabatur ſcotatio, & transferebatur non ſolum dominium illius terræ, ſed etiam poſſeſſio. & ideo dicit Bal. ibi num. 10. nota hic duo ſpecialia concurrere, ſcilicet fictum titulum donationis, nudo & tacito pacto, & fictam traditionem, & tamen transfertur dominium, & poſſeſſio propter ſalutem animę, quod eſt notatu dignũ hactenus Bal. Et ſi quis dicat non eſſe ſpeciale, quod fiat donatio nudo pacto,
3 quia illud etiam in priuatis de iure canonico producit actionem, poteſt reſponderi quod Bald. dicit eſſe ſingulare propter fictum titulum donationis ex tacito pacto non expreſſo, & ſic eſt vnum ſingulare. poteſt etiam dici ſecundum Imol. quod in d. textu colligatur vnum ſpeciale fauore eccleſiæ, quod ſit valida donatio facta eccleſiæ nemine acceptante. tenenda eſt igitur opinio Bal. fauore animæ. quem ſequitur Apoſtill. ad Bal. dicens fauore animæ ex doctrina Bal. colligi limitationem ad regulam dictæ l. 1. C. de dot. promiſſ. quod duæ fictiones ſimul concurrere non poſſunt. & licet Bal. loquatur id eſſe ſpeciale fauore animæ, idem videtur dicendum in eccleſia, cui ſemper cenſetur oblata fieri pro remiſſione peccatorum, & refrigerio animarum. cap. Pontifices. 12. q. 3. Abb. & alijs in cap. verum. de condit. appoſ. ipſa enim in procinctu poſita ſemper dimicat contra hoſtes pro ſalute viuorum, & orat pro refrigerio defunctorum. cap. animæ defunctorum. 13. quæſt. 2. & text. in d. cap. 2. loquitur proprie in eccleſia cui fuit facta donatio pro refrigerio animæ.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles pretioſa Eccleſiæ, an poſſint ab Epiſcopo vrgente neceſſitate alienari.*
2 *Neceſſitas ſi vrgeat, & ſuperior conſuli non poſſit, ſolent aliqua tolerari.*

QVÆSTIO 458.

An Epiſcopus poſſit alienare res mobiles pretioſas Eccleſiæ, vrgente neceſſitate.

1 IN hac quæſtione Mant. de tac. & ambig. lib. 25. tit. 6. num. 11. reſpondet affirmatiue, etiam ſi res ſint Deo dicatæ, & conſecratæ, vt ſunt calices. cap. 1. de pignoribus. c. aurum. 12. q. 2. ac etiam non obſtante iuramento de non alienando inconſulto Rom. Pontifice. Abb. in cap. fin. num. 9. de eccl. ædifican. qui licet loquatur in rebus modicis, tamen ipſe Mant. ſequitur Petr. Gerard. in ſingulari vltimo ad finem. & Tiraq. de legib. connub. gloſ. 6. num. 129. qui hoc ſimpliciter dicunt.
2 Hæc opinio videtur dura. poterit tamen ſuſtineri, quando tanta eſſet neceſſitas quod de facili non poſſet conſuli Summ. Pont. arg. not. per Felin. in cap. cum inferior de maiorit. & obed. & per Abb. in c. non minus. de immun. eccl. quo caſu etiam res immobiles non exiguę ſine ſolemnitate alienari poſſunt. Archid. Gem. Præpoſ. in cap. terrulas. 12. q. 2. Felin. in cap. cum acceſſiſſent. num. 32. de conſtitut. Roland. conſ. 80. num. 6. lib. 1. Bald. in cap. 1. & ibi Affl. de his qui feud. dar. poſſ. Rebuff. in compendio alienatio. nu. 34. Crauet. conſ. 871. n. 13. Oſaſch. deciſ. 138. Menoch. conſ. 2. num. 293. Mant. loco citato. num. 14. vbi dicit ita fuiſſe deciſum in Rota Rom.

SVMMARIVM.

1 *Conductor Gabellarum fiſci, qui multum fuit lucratus, poteſt compelli ad reconducendum anno ſequenti.*
2 *Conductor rerum Eccleſiæ, qui multum fuit lucratus, an poſſit compelli ad reconducendum anno ſequenti.*

QVAESTIO 459.

De conductore rerum Eccleſiæ, qui multum fuit lucratus, an poſſit compelli ad reconducendum anno ſequenti.

1 IN fiſco clara eſt iuris diſpoſitio, quod conductor Gabellarum fiſci, ſi multum fuit lucratus, poteſt compelli ad reconducendum anno ſequenti. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publicanis. Affl. in cap. 1. num. 27. de fratribus de nouo beneficio inueſtitis. ſed

Digitized by Google

ſed cum eccleſia gaudeat omnibus priuilegijs fiſci. l.fin.vbi DD.C.de ſacroſ.eccl. Dec.late in cap.1.de probat.Euerard.late in loco de fiſco ad eccleſiam. & pluries diximus. ſequitur quod idem ſit dicẽdum in ea. Et quamuis
2 priuilegium fiſci loquatur de gabellis, idem videtur in alijs rebus conductis ex identitate rationis, quæ extendit etiam caſus exceptos. cap.dilecta.de confirm. vtili vel inut. cap. 2. de tranſlat. Prælatorum.& tanto magis quod fauore eccleſiæ quis compellitur vendere rem propriam. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumptib. fun. vt pluries diximus.

SVMMARIVM.

1 *Res donata eccleſia cum pacto præſtandi alimenta donatori, ſi pereat an eccleſia teneatur illa præſtare.*

2 *Fundus ſi perit totus, liberatur emphyteuta, ſecus in re donata cum pacto, præſtandi alimenta.*

QVAESTIO 460.

De donatione domus facta Eccleſiæ, cum pacto præſtandi alimenta donatori, ſi domus pereat, an Eccleſia teneatur præſtare alimenta.

1 Donat aliquis eccleſiæ domum, vel fundum, cum pacto vt ei præſtentur alimenta vita durante, an ſi domus pereat, diruatur, vel comburatur, teneatur adhuc eccleſia præſtare ei alimenta. & videtur negatiue reſpondendum per text.in l.1. C.de iure emphyt.vbi ſi res perit tota,liberatur emphyteuta. In contrarium eſt veritas, quod eccle-
2 ſia teneatur præſtare alimenta, etiam deſtructa domo. Ratio eſt, quia cum fuerit tranſlatum dominium ad donatarium, ad eum pertinet periculum. §. Lucius. ff.de euictionibus. l.neceſſario. ff. de periculo, & commodo rei venditæ.Non obſtat d.l.1. C.de iure emphyt. quia in emphyteuſi transfertur tãtum dominium vtile non directum, ſed in donatione transfertur directum. l.1. ff.de donat. ita poſt Petr. & Cyn. dicit Bald.in l.1.num.9.C.de iur.emphyt.Crauet.conſ.610. num.10. Cremonen. ſing.1. 1

SVMMARIVM.

1 *Bona ingreſſi religionem, qui moritur ante profeſſionem, an, & quando pertineant ad monaſterium.*

2 *Profeſſio tacita vt fiat, quatuor requiruntur.*

3 *Dos data puella pro ingreſſu religionis, reuertitur ad dotantes ſi moriatur ante profeſſionem.*

QVÆSTIO 461.

Bona ingreſſi monaſterium, qui deceſſit ante profeſſionem, an & quando pertineant ad monaſterium.

1 In hac quæſtione communiter à DD. diſtinguitur in cap.in præſentia.de probat. vbi Abb.Dec.Pariſ.& alij, quod ſi monaſterium eſt incapax, nulli dubium quod bona deueniant ad conſanguineos, ſi vero eſt capax idem dicendum, niſi appareat contrarium de voluntate ingreſſi, & propterea in duobus tantum caſibus acquiruntur monaſterio. Primus quando ingreſſus, in ipſo ingreſſu expreſſe obtulit ſe & ſua, & deinde moritur ante profeſſionem, quia per expreſſam oblationem conſtat de intentione ingredientis,quod voluerit bona peruenire ad monaſterium. ita Abb. Pariſ.in d.cap.in præſentia. quicquid dicat Dec. qui non conſtituebat differentiam inter expreſſam oblationem, & tacitam. nam per expreſſam conſtat aperte de animo, quod non contingit in eo,qui tacitè ſe & ſua obtulit.Secundus caſus eſt,quando ingreſſus perſeuerauit vltra annum, faciendo tacitam profeſſionem, licet paulo poſt moriatur, cum iſte non poſſit amplius redire ad ſeculum. & videtur oblationem tacitam hoc caſu confirmare, remanet etiam obligatus religioni. ita poſt ſupradictos & alios tradit Menoch.conſ.36.vol. 4. Requiruntur ta-
2 men ad emittendam profeſſionem tacitam, quatuor. primum,quod habitus profeſſorum ſit diſtinctus ab habitu nouitiorum. ſecũdum quod ſciens nouitius ſuſcipiat illum. tertium quod ſponte. quartum quod perſeuerauit triduo poſt annum.Abb.in cap.ad noſtram.de regularibus.Caldetin.conſ.5.eod.tit. Nauar. in cap.ſtatuimus. 19. q.3. num.73. & dicunt Calder. conſ.9. de regularib. & Berous conſ. 28. lib.1.quod dos data pro ingreſſu religio-
3 nis puellæ quæ deceſſit ante profeſsionem, reuertitur ad eos qui dotem conſtituerunt. 1

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia reſtituitur aduerſus confeſſionem Prælati,non docto de læſione.*

Minor

2 *Minor non reſtituitur aduerſus propriam confeſſionem, niſi conſtito de enormi læſione.*

QVAESTIO 462.

Eccleſia reſtituitur aduerſus confeſſionem Prælati, non docto de læſione, quod ſecus eſt in minore.

1 NOn eſt omittendum, quod minor non reſtituitur aduerſus propriam confeſſionem, niſi aperte conſtet de enormi læſione. l. verum. §. ſciendum. ff. de minoribus. ſed eccleſia indiſtinctè reſtituitur aduerſus confeſſionem factam à ſuo Prælato, cum Prælatus ipſe, nec delinquendo, nec delictum confitendo poſſit eccleſiæ præiudicare, vt pluribus probat Paul. de Caſtr. conſ. 336. lib. 1. & ſequitur Menoch. conſ. 100 lib. 1. num. 305. & conſ. 39. quod eſt notandum, quia minor, &
2 eccleſia æquiparantur. c. 1. c. auditis. de in integr. reſtit. quod intelligitur ſtante identitate rationis. vt per Euerard. in loco à minori & pupillo ad eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an teneatur ſoluere expenſas hæredi Rectoris, qui eas fecit pro augmento beneficij.*
2 *Bona patrimonialia, & quaſi patrimonialia Clericorum, quæ dicantur.*
3 *Clericus, qui in territorio beneficij ſuis expenſis plantauit vineam, non debet illa priuari in vita ſua, etiam ſi priuetur beneficio propter delictum.*

QVAESTIO 463.

An Eccleſia teneatur ſoluere expenſas hæredi Rectoris, qui eas fecit de proprio patrimonio, pro augmento & meliorationibus beneficij.

1 IN hac quæſtione Abb. in cap. 2. de pecul. Cler. Boer. deciſ. 44. nu. 14. Surd. conſil. 183. vol. 2. tenent quod poſſit hæres Clerici repetere expenſas quas Clericus fecit in beneficio de proprio patrimonio, & facit quia beneficiatus poteſt retinere beneficium propter impenſas, licet aliud beneficium adeptus fuerit, vt not. in cap. de multa, de præbendis, vbi Io. Andr. Anchar. Abb. Hæc doctrina Abb. quam ſupradicti ſequuntur, ſemper mihi fuit viſa dubia, imò expreſſe contra textum in cap. fin. de pecul. clericorum, vbi habetur, quod melioramenta quæ fecit Clericus in beneficio, remanent poſt mortẽ apud eccleſiam, tantum in vita ſua illis fruitur beneficiatus. & licet Abb. dicat illum textum loqui de melioramentis quæ fecit Clericus ex induſtria ſua, non ex patrimonio, tamen tex. id non dicit. & idem eſſet quo ad hunc effectum, ac ſi dixiſſet ex patrimonio, ſiquidem Clericus de acquiſitis ex induſtria ſuæ perſonæ, poteſt diſponere ac teſtari, quemadmodũ de proprio patrimonio, c. quia nos. de teſtam. vbi Butr. Anch. Barbar. & tenet idem Abb. in c. cum eſſes. de teſtam. idem ſi fuerit lucratus aliquid ratione officij, non beneficij, vt in celebrandis Miſſis, vel in agendo capellanum alicuius Principis, vel alio modo merendo ſtipendia ſub aliquo Prælato, pulchre Mol.
2 de primogen. lib. 2. cap. 10. & bona patrimonialia Clerici dicuntur, quæ per ſucceſſionem aut per ſuam induſtriam, & alias artes, aut per donationes, & alios cõtractus, ſunt acquiſita, eo modo quo laici ſibi quærunt, vt tradit Nauar. de redditibus eccleſiaſt. q. 1. monitorio 19. vbi dicit Clericos habere tria genera bonorum. patrimonialia quæ ſunt ſupradicta. per cap. Epiſcopus. 12. q. 1. c. cum dilectus. de iurepat. c. quia nos. de teſtam. c. 1. & cap. fixum. 12. q. 5. c. manifeſta. & c. ſint manifeſte. 12. q. 1. quaſi patrimonialia eſſe quæſita ratione Clericalis ordinis, vel officij, puta celebrando Miſſas, agendo capellanos, & alia id genus eccleſiaſtica, quę ex beneficiorum redditibus acquiruntur, & bona quaſi patrimonialia æquiparãtur patrimonialibus, vt latius per Nauar. loco citato. Cum itaque tex. non diſtinguat in d. cap. fin. de peculio Clericor. ſed tantum dicit, quod meliorationes quas fecit Clericus, non poteſt poſt mortem relinquere hęredibus, nec nos debemus diſtinguere an ex induſtria, vel patrimonio, ſatis eſt, quod potuiſſet de illis diſponere, ſi non expendiſſet in meliorationes eccleſiæ, & hoc eſt ſpeciale in eccleſia. vnde Imola in d. cap. fin. notab. 2. dicit, nota quod licet de acquiſitis ex induſtria poſſit Prælatus teſtari, & in illis habere ſucceſſores ab inteſtato, c. quia nos. de teſtam. tamen hoc non poteſt, ſi illa impendit in bonis eccleſiæ, cædit enim eccleſiæ augmentum, & vtilitas annexa ſuis rebus, ſecus quando eſſet ſeparata vtilitas à rebus eccleſiæ, quia de illa poteſt tunc teſtari, vt notat ibi Petr. de Anch. & ſic ſecundum ſu-

pra-

prædictos DD. Clericus fecerat impenſas in meliorationibus, de quibus impenſis poterat teſtari, & ſic de patrimonialibus aliàs fruſtrà fuiſſet conditus ille Canon. Non obſtat tex. in cap. 2. 12. quæſt. 4. qui multum videtur facere pro opinione Abb. vbi Clericus repetit expenſas factas pro vtilitate eccleſiæ de proprio, quia vt leges legibus concordentur debet intelligi, vt fruatur melioramentis in vita ſua, vel ille tex. eſt correctus per cap. fin. de pecul. cler. l. nam & poſteriores. ff. de legibus. vel debet intelligi, quando clericus contraxit debita pro vtilitate eccleſiæ. iux. cap. primum de ſolut. vel quando vtilitas eſt ſeparata. loquitur enim tex. in d. cap. fin. nimis generaliter, & loquitur de expenſis in quibus poteſt haberi ſucceſſor. vnde non videtur reſtringendus niſi, vt ſupra diximus. l. de pretio. ff. de publiciana. Non eſt omittendum, quod notabiliter dixit Innoc. in dict. cap. fin. quod ſi re-
3 ctor eccleſiæ ſuis impenſis plantauit vineam cauſa ſuæ ſubſtentationis in territorio eccleſiæ, licet poſtmodum priuetur beneficio ratione delicti, tamen vinea relinquetur ſibi vſque ad vitam ſuam, quod ſecundum Abb. videtur valde humanum, & rationi conſonum licet aliqui contra.

S V M M A R I V M.

1 *Pater iratus exhæredat filium, & donat bona Eccleſiæ, an Eccleſia teneatur aliquid relinquere filio.*

2 *Eccleſia debet laborare, vt filius reconcilietur patri irato, qui illum exhæredauit, & donauit Eccleſiæ bona.*

3 *Pater ſi donat Eccleſiæ omnia bona reſeruata legitima filio, an poſſit filius aliquid vltra legitimam conſequi.*

QVAESTIO 464.

De patre irato erga filium, qui illum exhæredauit, & bona ſua Eccleſiæ donauit, an talis donatio reuocetur, vel licite Eccleſia retineat.

1 QVæritur notabiliter pater iratus erga filium ipſum exhæredat, & bona ſua eccleſiæ donat, an talis donatio ſubſiſtat, vel eccleſia debeat ex æquitate illam reſtituere filio. tex. in cap. ſi quis iraſcitur. 13. quæſt. 2. videtur tenere donationem non ſubſiſtere, quia eccleſia ſi pater viueret deberet illum placare, ac filium ei reconciliare; quando ergo vellet, vt cum filio habeat pacem cuius appetit hæreditatem. & ita tenent Io. Andr. & Ant. de Butr. in cap. fin. de donat. Imol. vero ibi dicit tex. in d. cap. ſi quis
2 iraſcitur, velle quod eccleſia ex æquitate debeat tantum reſtituere filio, quod ipſa non habeat pluſquã filius in caſu prædicto, quod videtur verum. & ſic nota caſum ſingularem quod exhæredato filio ſi bona donentur eccleſiæ debet eccleſia illi, vel totum, vel partẽ reſtituere iuxta opiniones ſupradictorum. Non eſt omittendum, quod dicit glo. in d. c. ſi quis iraſcitur patrem non poſſe exhæredare filium niſi ex cauſis expreſſis in §. cauſas in auth. vt cum de appell. cognoſcitur. ſubdens,
3 quod ſi quis turbatus cum filio donat bona ſua eccleſiæ reſeruata legitima portione filio, quod tenebit donatio, ſed textus videtur velle, quod non habeat plus eccleſia. quam filius. nota igitur benignitatem eccleſiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditas non adita, an transmittatur in monaſterium.*

2 *Hæreditas fraterna non tranſmittitur in monaſterium ſi non eſt adita, ſed datur reſtitutio in integrum monaſterio.*

QVAESTIO 465.

An hæreditas non adita, paterna vel fraterna, tranſmittatur in monaſterium.

1 QVæritur an hæreditas non adita, paterna vel fraterna, tranſeat in monaſterium, quando ingreſſus illam non agnouit. breuiter dicendum paternam hæreditatem ſine dubio poſſe adiri per monaſterium non obſtante morte monialis, vel religioſi, qui non adiuit. Cyn. Bald. Salicet. in l. Deo nobis. C. de ſacroſan. eccl. quia habetur loco filij. l. 1. C. de his qui ant. apert. tab. §. præſenti. auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis. de hæreditate vero fraterna eſt dubium, & Bal. in d. l. 2. Ang. conſ. 129. Bar. in l. 1. C. de vulg.
2 pupill. tenent non tranſmitti. verior eſt opinio quod monaſterium excluditur, ſed poteſt reſtitui in integrum tanquam minor. Io. And. Abb. in cap. in præſentia. de probat. Butr. ibi Imol. in l. ſi paterfam. in l. qui ſoluendum. ff. de vulg. & pupill. Paul. de Caſtro in l. cum proponas.

ponis. C.de hæred. inſtir. & hanc opinionem ſequitur Bertrand. conſ.79. percepto vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ generaliter obligari poſſunt, quando tamen verſatur vtilitas Eccleſiæ.*

2 *Res Eccleſiæ ſpecialiter obligari non poſſunt.*

QVAESTIO 466.

An bona Eccleſiæ poſſint generaliter obligari indiſtinctè, vel ſpecialiter.

1 AN ſit verum, quod bona eccleſiæ poſſunt generaliter obligari a Prælato, dicendum quod aliqui tenuerunt poſſe in genere obligari. Butr. & Imola in cap. nulli. de reb.eccl. facit auth. de non alienand. §.ſi vero. nihilominus id eſt intelligendum ſaltem quando contractus ſit pro vtilitate eccleſiæ, alias ſecundum Aegidium relatum ab Imol.
2 nec ſpecialis, nec generalis hypothecatio bonorum eccleſiæ fieri poteſt: ſequitur Bertran. conſ.96. vol.5. vbi tenet ſucceſſorem non teneri ſtare dictæ obligationi, ſed bene illam ab initio valuiſſe in præiudicium prædeceſſoris locantis. ſed an ſpecialiter poſſint obligari. Bero. conſ.135. vol.1. num.12. tenuit quod ſic ex cauſa. In contrarium eſt veritas, quod tantum generaliter poſſint obligari ex iuſta cauſa. Abb. in cap. 2. de precario. poſt Hoſt. Ioan. Andr. Card. Butr. in d. c. nulli. Neguſ. de pignorib. 1. mem. 2. par. num.3. Alex. conſil. 118. vol.5. Surd. conſ.183. vol.2. & communiter opinio Bero. reprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo, intelligitur ſine præiudicio Eccleſiæ.*

2 *Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo, an extendatur ad codicillos.*

QVAESTIO 467.

De licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo, quæ non contineat præiudicium Eccleſiæ ære alieno grauatæ, & quomodo intelligatur.

1 QVæritur licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo, quæ bona non comprehendat. dicendum quod intelligitur de his bonis tantum, quæ ſuperſunt ſolutis debitis, & reſeruatis his, quæ ſunt neceſſaria eccleſiæ vacanti pro ſeruitoribus, & miniſtris, ac incumbentibus oneribus vſque ad nouos redditus ſupportandis. textus eſt in cap. præſenti. §. porro. vbi omnes. de offic. ordin. in 6.
1 Zabar. conſ.110. qui ait, bona Prælati defuncti eſſe obligata pro mala adminiſtratione bonorum eccleſiæ, quæ dicitur vbicunque eccleſia debitis onerata remanet. cap. 2. de ſolut. cap. ex litteris. vbi gloſ. de pignoribus. Burſat. pulchre conſ.238. lib.3. an autem fa-
2 cultas teſtandi conceſſa Epiſcopo extendatur ad codicillos, multi negant ad quos te remitto. Curt. Iun. conſ.178. in fin. Dec. conſil. 512. Iacob. Ant. Maurus alleg.15. num.6. & ibi Apoſtill. Abbatis Hieron. de Mauro eius nepotis.

SVMMARIVM.

1 *Officium notarij Eccleſiæ, an poſſit concedi alicui in vita, vt illud exerceat etiam poſt mortem Epiſcopi.*

2 *Officia Eccleſiaſtica conferenda ab Epiſcopo, an debeant regulari iuxta res Eccleſiæ, vt non concedantur vltra triennium.*

3 *Conſuetudo poteſt inducere, vt officium notarij Eccleſiæ, duret poſt mortem Epiſcopi.*

QVÆSTIO 468.

An officium notarij Eccleſiæ poſſit concedi in vita, & etiam poſt mortem Epiſcopi, vel debeat regulari, iuxta alia bona Eccleſiæ, quæ non conceduntur vltra triennium ſine aſſenſu Apoſtolico.

1 AN Epiſcopus poſſit conferre officium notarij, ſiue magiſtri actorum curiæ durante vita notarij, ita quod officium duret in illius perſona etiam poſt mortem Epiſcopi in præiudicium ſucceſſorum, & videtur quod non. primo, quia res eccleſię non poſſunt concedi vltra triennium extrauag. ambitioſę. de rebus eccl. & alienatio ad vitam dicitur perpetua quæ eſt prohibita. Clement. 1. eodem cap. ad audientiam. cap. nulli. extra eodem. Bart in l.1. §. quæ in perpetuum. C. de iure emphyteutico, ſecundo quia Epiſcopus non poteſt præiudicare ſucceſſoribus. iuxta notata in capitulo fin. ne Prælati vices ſuas. In contrarium facit, quod conſtitutiones

loquentes de alienatione rerum eccleſiæ, non procedunt in beneficijs & officijs. Bal. Paul. de Caſtr. in authent. quibuſcumque, C. de ſacroſanct. eccleſijs. Ratio eſt, quia in
2 beneficijs & officijs, datur continua vacatio per obitum, vel renunciationem, & Epiſcopus cogitur conferre, & prouidere, cap. relatum, de præbend. Sed bona mobilia, vel immobilia eccleſiæ, non vacant, nec morte, nec renunciatione poſſidentis, & non alienantur niſi ſint ſolitæ concedi. & ita tenet Rot. diuerſ. tertia parte. libro 3. deciſione 122. Burſat. conſ. 377. lib. 4. & ex his videtur, quod ſine dubio poſſit Epiſcopus concedere dictum officium, durante vita ipſius Epiſcopi. Sed difficultas eſt, an poſt mortem Epiſcopi duret officium Cancellarij, Notarij &c. & breuiter dicendum eſt, quod ſi eſt facta conceſſio cum Capituli conſenſu, durat, alias non. vt in ſpecie in officio notarij Curiæ Epiſcopalis determinat Affl. deciſ. 101. Reſtaur. de Imperatore q. 114. num. 3. & ſeq. Molina de primog. lib.... cap...... Sed prædicta non credo vera, ſed indiſtincte teneo non poſſe conferri vltra vitam Epiſcopi, quia Capitulum non poteſt præiudicare iuribus Epiſcopi ſeparatis à iuribus Capituli, & pertinentibus ad menſam Epiſcopi, iuxta veriorem opinionem. Ant. de Butr. in cap. fin. ne Prælati vices ſuas. Secundo durat, quando eſt conſuetudo quod conferatur ad vitam, cum id procedat in omnibus rebus eccleſiæ ſolitis concedi. ſed
3 ad maiorem cautelam impetretur aſſenſus Summi Pontificis, & omne dubium ceſſabit, vt eſt videre apud Burſat. loco citato. vbi defendit quemdam officialem deputatum ab Epiſcopo ad eius vitam, accedente confirmatione Summi Pontificis, Rot. etiam diuerſ. d. deciſ. idem determinat.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei eccleſiæ facta per triennium, an durante primo triennio poſſit prorogari in aliud triennium.*
2 *Augmentum an inducat nouam formam.*
3 *Noua qualitas inueſtituræ facit de feudo antiquo nouum.*
4 *Res eccleſiæ ſolitæ alienari, per nouum augmentum non poſſunt alienari ſine ſolemnitate.*

QVAESTIO 469.

De locatione rei eccleſiæ facta per triennium, ſi pendente triennio fiat locatio per aliud triennium, ita quod incipiat à die primæ locationis finitæ; an cenſeatur facta in fraudem extrauag. ambitioſæ.

1 FActa eſt locatio rei eccleſiæ per triennium, & pendente triennio, fit locatio per aliud triennium, ita quod incipiat à die primæ locationis finitæ, an valeat d. locatio, vel cenſeatur facta in fraudem extrauag. ambitioſæ. de reb. eccl. non alien. dicendum cenſeri factam in fraudem, vt in ſimili caſu tradit Card. in Clemen. 1. §. fin. col. penult. de reb. eccl. ſequitur Alex. conſ. 68. 2. col. vol. 1. Iaſ. in l. manumiſſiones. col. 3. de iuſt. & iur. allegant cap. quarto. de priuil. Aliqui dicunt concluſionem procedere quando prima locatio continebat ſolum certa bona eccleſiæ, ſub certa mercede, ſecus ſi prorogatio, ſeu relocatio addat non nulla alia bona, & auget mercedem, quia quantum ad bona ſuperaddita, & mercedem ſuperauctam nulla fraus, & nulla prohibitio eſt, cũ prius non eſſent locata, & vtile per inutile non debeat vitiari. l. 1. §. ſi ſed ſi mihi. ff. de verb. oblig. Nec videtur obſtare, quod prorogatio facit cenſeri eundem contractum. l. ſed ſi manente. ff. de precar. & idem iudicatur de additamẽto, quod de principali. l. etiam. C. de iure dot. quia iſte actus non poteſt valere in
2 modum prorogationis, qui habet diuerſam formam à primo propter bona addita, & mercedẽ. c. ij qui. de præb. in 6. tum etiam quia nõ poteſt prorogari locatio vltra triennium, ergo ſi non valet vt prorogatio, debet valere vt nouus actus. l. 4. in prin. & ibi Alex. ff. de dam. in fect. Bat. cõſ. 159. loquẽs de locatione, & poſſeſſione eccleſiæ. quinimo ſecundũ eos poſſet forte attentari, quod cõtractus deberet in totũ valere, etiam pro rebus prius locatis, quia cenſetur nouus cõtractus prius nõ factus propter additamentũ rerũ & pretij, vt dicitur in l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iur. & habetur in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obl. Sic etiã
3 quando additur noua qualitas in inueſtitura, feudum antiquum efficitur nouũ. Affl. in conſtit. cum circa iuſtitiæ. nu. 9. & in conſtit. regiæ
4 maieſtatis. n. 8. & res eccleſiæ ſolita infeudari propter additionem requirit ſolemnitates neceſſarias in noua infeudatione. Præpoſ. in c. 1. nu. 15. qui feud. dar. poſſ. Alex. conſ. 5. vol. 5. cum alijs. Concludendum igitur, quod ſi vere ceſſat fraus, valebit prorogatio abſque dubio quo ad bona ſuperaddita.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi negociatur cum re Eccleſiæ non ſoluit gabellam de re Eccleſia.*

2 *Conſuetudo, quod pro gabella fiat exequutio contra bona aliena, quæ vehuntur non nocet Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 470.

De Clerico negociante cum re Eccleſiæ, quod non poſſit ex Eccleſiæ bonis ſoluere gabellam.

1 CLericus negociatur cum re eccleſiæ, an teneatur ſoluere gabellam ex re eccleſiæ, iuxta cap. fin. de vita, & honeſt. Cleric. Abb. ibi tenet quod non quia clerici delictum eccleſiæ nocere non poteſt. Feder. conſ. 200. ſecus eſſet ſi res eſſet ipſius clerici non eccleſiæ. quod nota quia in aliquibus locis pro
2 gabella ſolent capi bona aliena, quæ vehuntur ex quadam conſuetudine, quæ non valet contra eccleſiam. c. 1. de conſuetudine. auth. caſſa, & irrita. C. de ſacroſan. eccl. & in tit. de conſuetudinibus, & ſtatutis contra libertatem eccleſiæ in vſibus feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ fauore, an fiat extenſio voluntatis teſtatoris de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam.*

2 *Voluntas teſtatoris, an extendatur ad caſum omiſſum, & ad alias perſonas magna eſt quæſtio, ſed fauore Eccleſiæ nulla eſt dubitatio.*

3 *Voluntas teſtatoris, nec fauore Eccleſiæ extenditur, quando eſt res reſtricta ad certum caſum, & quomodo id procedat.*

4 *Voluntas teſtatoris non extenditur de ſubſtituto ad inſtitutum, quando ſubſtitutio Eccleſiæ fuit facta in pœnam hæredis.*

5 *Fauorabilibus cauſis, ita debet fauor exhiberi, vt alijs iniuria non fiat.*

QVAESTIO 471.

Eccleſiæ fauore, an fiat extenſio voluntatis defuncti de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam.

1 SIngularis eſt quæſtio, ac practicabilis, an fauore eccleſiæ fiat extenſio voluntatis defuncti de perſona ad perſonam, vel ad caſum omiſſum, nempe de ſubſtituto ad inſtitutum, vel ſi ſit ſubſtitura deficiente linea maſculina, an cenſeatur etiam ſubſtitura deficiente fœmina, & in ſimilibus. Pro reſolutione animaduertendum diuerſas fuiſſe DD. opiniones, an voluntas teſtatoris ſit extendenda ex veriſimilitudine ad perſonas, vel ad caſus omiſſos. & pro affirmatiua eſt tex. in l. cum res in princ. de leg. 1. ibi vel vbi veriſimile eſt te-
2 ſtatorem voluiſſe in l. cum auus. ff. de condit, & demonſtr. in l. cum acutiſſimi. in fine. C. de fideicomm. in l. tutius. §. Lucius. ff. de lib. & poſth. Bald. in l. fin. de hæred. inſtit. Dec. conſ. 227. & 189. & dicit Bart. in d. §. Lucius atque ibi probatur, quod diſpoſitio teſtatoris porrigitur ad caſum non cogitatum, quando veriſimile eſt, quod ſi de eo cogitaſſet idem quoque diſpoſuiſſet. ſequitur Alex. conſ. 130. vol. 2. Curt. Sen. conſ. 51. & dicit Socin. Iun. diſpoſitionem teſtatoris trahi ad caſum de quo ſi fuiſſet interrogatus veriſimiliter ita reſpondiſſet, & diſpoſuiſſet. ita tradit in conſ. 42. num. 21. conſil. 90. num. 14. conſil. 102. num. 33. & conſ. 106. num. 11. vol. 1. & 91. vol. 2. vbi dicit hanc eſſe regulam communiter receptam. & hæc pars affirmatiua vt quælibet vltima voluntas extendatur ex veriſimili mente teſtatoris multorum auctoritatibus probatur, quas ego breuitatis cauſa omitto eas tamen refert Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 19. per duas fere columnas. Contrariam opinionem, vt non ſit recedendum à verbis teſtatoris, quia multa quæ nos latent poſſent mouere teſtatorem cum variæ ſint hominum voluntates probant nonnulla iura atque DD. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. l. ſi alij de vſufructu legato. l. in ambiguo. de rebus dubijs. l. nepos proculo. ff. de verb. ſignific. teſtamentum enim morte teſtatoris confirmatur, & nemo poteſt quicquam addere, vel mutare quia lex dicit ſicut ſcriptum eſt, ita ius eſto. Bald. conſ. 301. vol. 2. Oldrad. conſ. 142. Anchar. conſ. 356. cum alijs quos refert Mant. loco citato. In hac tamen DD. varietate recepta eſt DD. concluſio fauore eccleſiæ 3
ſiue piæ cauſæ fieri extenſionem de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum: probatur, nam legatum ab vno nominatim relictum ab alio ſubſtituto non debetur. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. l. Celſus. §. quod alicuius. ff. de leg. 2. l. ni ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. falcid. tamen fauore piæ cauſæ aliud eſt conſtitutum, vel legatum ab vno nominatim

ab alio etiam debeatur. l.4.§.Lurius. ff. de alim.leg. vbi Bart. arguendo ab alimentis dicit illum textum procedere in diſpoſitione pia.idem tenet Rom.in auth. ſimiliter nu.65. C. ad l.falcid. Alex. in l.ſi duobus. §.1. ff. de leg.1. & in d. l. licet Imperator. Iaſ. in d. l. ſi duobus. §. hæres. Cardin. Mant.loco citato. num.10. Dec.conſ.82.num.2. Pariſ.conſ.74. vol.3. Riminal.Iun.conſ.117.vol.2. Probatur ſecundo in l. 2. ff. de manumiſſis teſtam. arguendo de libertate ad eccleſiam ſiue piam cauſam. per quem textum dicit Rom.in dicta auth. ſimiliter quod ſi teſtator Titiũ hæredẽ inſtituit, & ſi Titius hæres non erit ſubſtituit Seium, & Eccleſiæ centum legauit, ita quod relictum fuit eccleſiæ legatum caſu quo Seius ſubſtitutus hæres eſſet non exiſtente hærede filio, & concludit quod ſi Titius primo inſtitutus ſit hæres, legatum debetur non attenta forma teſtamenti, quia fauore piæ cauſæ præſumitur quod teſtator voluerit abſolute legatum relinquere pro eius anima. Hanc tamen concluſionem fauore eccleſię, & pię cauſæ ſic firmatam limitant 1. Pariſ. & Riminal. loco cit. vt procedat quando eccleſia, ſiue pia cauſa fuit ſimpliciter vocata in aliquo caſu ſine limitatione, ſiue reſtrictione ad eum facta, ſecus quando limitate fuit vocata ad certum caſum, qui minime ſucceſſit. idque confirmant ex duobus conſilijs Petr. de Anchar. 133. & 266. in quibus concludit ſubſtitutionem factam de pauperibus domicellis, & pia cauſa in certum caſum, non habere locum in caſu omiſſo, qui præter ordinatum contigerit non attento fauore piæ cauſæ. dicitur autem caſus limitatus, quando eſt ſcriptus, tunc & eo caſu. vt per Riminald. qui ponit ſingulare exemplum in eccleſia ſubſtituta deficiente linea maſculina. diſpoſitio enim generalis comprehendit priuilegiatos, quando non reperiuntur in ſpecie in tali caſu priuilegiati. l. in fraudem. §.fin. & ibi Bald. ff. de teſtam.milit. Dec. conſil.5. & 301. & 406. & in l.1. ff. de reg. iur. Tiraquel. de vtroque retract. de retract.lignag. §.1.num.96. Ripa in l.1.ff.ſolut.
3 matrim. Cott. memor in verb. dos data. Gozad.conſil.97. Eandem opinionem quod non fiat extenſio, quando fuit dictum, & eo caſu tenent Rom.conſ.131. Crauett.conſ.98. Roland. conſ.56. vol.3. & alij. Sed hæc declaratio habet ſuos contradictores, vt etiam poſſit fieri extenſio ex coniecturata voluntate non obſtante reſtrictione prædicta. vt per Lancell. Galiaul. & per illum textum in l.Gallus. §.& quid ſi tantum, num.14. ff. de liber. & poſth. Gozad.conſ.64. Decian.conſ.2.vol.2. Mant. qui multos cumulat dicta l.3.tit.14. niſi teſtator ſubſtituerit in caſu prædicto tantum, vel tunc, & eo caſu & non aliter. Gualdenſ. de ſubſtit. cautel.5.num.4. Crauett.conſil.938. ſub num.6.

Declaratur ſecundo, quod non fiat exten-
4 ſio etiam fauore eccleſiæ, ſiue piæ cauſæ, quando ſubſtitutio eccleſiæ facta fuit in perſonam hæredis; quia tunc ſubſtitutio principaliter videtur facta in pœnam hæredis, & non pro ſalute animæ teſtatoris, & ob id non intelligitur fauorabilis, ſed odioſa, & extenſio non recipitur, quia ſequeretur abſurdum, quod quis ſine culpa puniretur contra manifeſtam voluntatem defuncti, ſed cum ſimpliciter facta fuit ſubſtitutio extenſio permittitur intuitu pietatis, quamuis fiat de perſona ad perſonam. ita Dec. conſil.273. & 182. Graſ. conſil.5. num.74. vol.2. debent enim coniecturæ eſſe legitimæ alias non fauore piæ cau-
5 ſæ eſt recedendum à tramite iuris. cum fauorabilibus cauſis ita demum debeat fauor exhiberi, vt alijs iniuria non fiat. cap. ex tenore. de foro competenti. cap. nuper. de donat. inter virum & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia fauore, an ex ſimplici contractu mutui inducatur tacita hypotheca.*
2 *Hypotheca tacita non inducitur niſi in caſibus expreſſis à iure.*
3 *Bona contrahentis cum fiſco ſunt ei tacite hypothecata, licet id non exprimatur.*
4 *Eccleſia gaudet omnibus priuilegijs fiſci præſertim priuilegio hypotheca tacita.*

QVÆSTIO 472.

Eccleſiæ fauore, an ex ſimplici contractu mutui inducatur tacita hypotheca.

1 QVæritur an fauore eccleſiæ ex ſimplici contractu mutui inducatur tacita hypotheca. & videtur affirmatiue reſpondendum fauore eccleſiæ, pupilli, & Ciuitatis. vt per Bal. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. n.4. vt lite pendente. in priuatis enim ſi quis mutuauerit pecuniam ad rem emendam, non aliter expreſſo, nec conuento, quod dicta res, ſit ei hypothecata, tunc habebit hypothecam cum priuilegio quo ad perſonalem. l. quod quis

quis vbi Bart. & omnes. ff. de priuil. creditor.
ſi vero expreſsè conuenit, quod res empta ſit
hypothecata, tunc habebit hypothecam cum
priuilegio anterioritatis. ita Bart. Paul. de
Caſtr. in l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab.
Neguſ de pignoribus 4. memb. 2. par. nu. 163.
Rebuff. tractat. de conſtit. redd. art. 1. gloſ.
8. in fin. Contrariam opinionem, quod nec fa-
uore pupilli, Ciuitatis, vel Eccleſiæ ex con-
tractu mutui inducatur tacita hypotheca te-
net Cardin. Mant. de tacit. & ambig. lib. 11.
tit. 12. num. 4. quia hypotheca tacita non
2 inducitur, niſi ſit expreſſa in iure communi
vel municipali. l. ante omnia. ff. de probat.
Bald. in l. 2. C. in quibus cauſis pignus, vel
hypoth. idque nullo iure eſt expreſſum fauo-
re Eccleſiæ, Ciuitatis, vel pupilli. alleg. Mant.
Bald. in d. cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. num.
4. de lite pendente, ſed prima opinio eſt ve-
3 rior, quia hoc priuilegium habet fiſcus, vt
bona contrahentis cum illo, ſint ei tacitè hy-
pothecata. l. 2. C. in quibus cauſis pignus, vel
hypotheca tacite contrah. eccleſia autem
4 gaudet omnibus priuilegijs fiſci. Ant. Abb.
Imol. Dec. qui teſtatur de communi in cap.
1. de probat. Euerard. diffusè in loco à fiſco
ad Eccleſiam, & nos diximus in quæſtione
particulari.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi ingrediatur religionem, an vſusfru-
ctus quem habebat in bonis aduentitijs filij
tranſeat in monaſterium.*
2 *Pater ſi emancipet filium in cuius bonis ad-
uentitijs habebat vſumfructum, dimidium
vſusfructus retinebit.*
3 *Vſusfructus in bonis aduentitijs, debetur pa-
tri in honorem patriæ poteſtatis.*

QVÆSTIO 473.

Pater ſi ingrediatur monaſterium, an vſusfructus quem habebat in bonis aduentitijs filij, extinguatur vel tranſeat in monaſterium.

1 Singularis eſt quæſtio, an vſusfructus
quem habet pater in bonis aduentitijs
filij, extinguatur per ingreſſum ipſius patris
in religionem, & redeat ad proprietatem,
vel tranſeat in monaſterium. gloſ. in authen.
ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. tenuit illum
tranſire ad monaſterium ſi eſt capax durante
vita patris. pro qua facit, nam per actum
etiam virtuoſum filij, non debet ius patri quę-
ſitum tolli reg. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.
Contrariam opinionem quod vſusfructus re-
deat ad proprietatem. Mart. Cyn. in d. auth.
& ibi Salicet. qui dicit ita communiter tene-
ri. Riminald. §. 1. num. 18. inſtit. per quas per-
ſonas nobis acquiritur. Couar. in cap. 2. num.
8. de teſtam. allegat cap. cum ſimus. de re-
gularibus. & Marſil. ſing. 668. Tertia fuit opi-
nio Bart. in d. auth. ingreſſi. quem ſequitur
Ang. vbi voluit dimidiam remanere penes
2 monaſterium, & dimidiam penes filium,
quemadmodum quando pater illum emanci-
pauit. iuxta l. cum oportet. §. cum autem.
C. de bonis quæ liberis. ſequitur Panorm. in
cap. in præſentia. num. 57. de probat. & in
d. cap. cum ſimus. Riminald. ſibi contrarius
in §. 2. num. 13. d. tit. Primam opinionem gl.
multi ſequuntur Bald. Paul. Raphael Corn.
Guidop. deciſ. 477. & 495. Dec. in d. cap.
cum in præſentia. num. 66. Imol. in l. cum filio.
ff. de leg. 1. Cæpol. conſ. 22. Soc. conſ. 10. lib.
1. vbi hanc dicit eſſe communem. Alex. conſ.
139. vol. 2. Crot. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. num. 30. ff. de lib. & poſth. Hanc opinio-
nem veram dicit ac defendit Arius Pinell. in
l. 1. C. de bonis maternis. nu. 49. quia mona-
chus naturaliter viuit, & ſic durat vſusfructus
& monaſterio quatenus capax eſt omnia de-
feruntur quæ monachus habebat d. auth. in-
greſſi. Nec dicit obſtare argum. Mart. à ceſſan-
te ratione ex quo vſusfructus datur patri ob
3 cuſtodiam, & adminiſtrationem, quæ ceſſat
in monacho, nam dicit Arius, quod non ceſ-
ſat in monaſterio habente miniſtros, & offi-
ciales quæ ſua gubernant, & forſan diligen-
tius quam laici. Nec arg. Couar. ex d. c. cum
ſimus eſt tutum, quia vt dicit Arius non eſt
clarum patre ingreſſo religionem ſtatim de-
beri legitimam filio. nec etiam obſtare dicit
conſiderationem, Bart. de filio emancipato,
quia emancipatio eſt factum patris volunta-
rium id immediate agens, ſed pater ingre-
diens religionem longe aliud intendit. &
quamuis acceſſoriè reſultet filium exire à pa-
tria poteſtate, non poteſt dici emancipatio
ex facto voluntario patris, qui non dirigeba-
tur ad talem effectum, ſecundum regulam
ſi quis nec cauſa. ff. ſi certum petatur. alleg.
Arius in l. ſocium quid in eo. ff. pro ſocio.
Quid dicēdum? Verior mihi videtur opinio,
quod vſusfructus redeat ad proprietatem,
& ſic remanet penes filium. ratio me mouet,

quod vſusfructus in bonis aduentitijs filij, tribuitur patriæ poteſtati, quæ eſt baſis, & fundamentum huius acquiſitionis. vt tradit idem Arr. in rubr. de bonis matern. 2. par. in princ. num. 1. & l. 1, eodem titulo & l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis. & l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien iur. & inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur. quæ patria poteſtas per ingreſſum religionis extinguitur. Bald. in d. l. patre furioſo. & in l. 2. C. de liber. exhibend. poſt gloſ. notab. & receptam in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de minorib. Iaſ. in l. 3. ff. de vulg. Aret. in l. his poteſt. ff. de acquiren. hæredit. Boer. deciſ. 121. in fin. DD. in dicta authent. ingreſſi. & de communi teſtatur idem Arr. in d. l. 1. par. 1. num. 46. Cum itaque deficiat patria poteſtas, ceſſat cauſa retentionis vſusfructus, & ſic reddit ad filium nec eſt perſonalis ratio, quod debeatur vſusfructus ratione adminiſtrationis, quia adulti, & maiores non indigerent adminiſtratione, ſed cauſa principalis eſt honor, & fructus patriæ poteſtatis. & hanc opinionem cenſet veriorem, quamuis opinio Bart. quod dimidia pertineat ad patrem cum neceſſario ſequatur emancipatio, & forte ex patris etiam intentione, non ſit parui facienda. maximè fauore eccleſiæ, iuxta l. ſunt perſonæ, de relig. & ſumpt. fun.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia hæres inſtituta, non conficiens inuentarium, an teneatur vltra vires hæreditatis.*

2 *Hæres non conficiens inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias propter præſumptionem quod occultauerit bona, quæ non procedit in Eccleſia.*

3 *Præſumptio occultandi bona hæreditaria, an conſideretur in Rectoribus Eccleſiæ hæredis inſtitutæ, non conficientibus inuentarium.*

4 *Integritas præſumitur in adminiſtratoribus Eccleſiæ, cum non tractent de proprio commodo.*

Q V Æ S T I O 474.

De Eccleſia hærede, an teneatur vltra vires ſi non fecit inuentarium.

1 AN Eccleſia ſi non fecerit inuentarium teneatur vltra vires legatarijs non ſecus quam quilibet particularis, nec detrahat falcidiam. Iaſ. in l. fin. §. fin. C. de iure deliber. dicit, communem opinionem eſſe quod teneatur. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 88. Abb. in cap. 1. de ſolut. Vaſq. de ſucceſſ. reſol. lib. 2. §. 16. nu. 37. & ſeq. Contrariam opinionem vt integra legata ſoluere non teneatur communiter tenetur ſecundum Felin. in cap. de quarta de præſenti. Aret. in rubr. ff. de acquir. hæred. col. penult. & ibi Rom. Couar. in c. 1. n. 14. de teſtam. Abb. in d. c. 1. col. penult.
2 Ratio principalis eſt, quia in auth. de hæred. & falc. in §. ſi vero. pœna omiſſionis inuentarij fuit inducta ne hæres forte ſubtrahat res hæreditarias, quę ratio in eccleſia ceſſare videatur, in qua illa ſiniſtra ſuſpicio ſubtrahendi, & occultandi res hæreditarias non videtur cadere cum ſit cultrix, & altrix iuſtitiæ, nec patiatur aliquid iniuſtum in ſe vel in alios. c. 1. de alienat. feudi. Sed reſpondet Vaſq. quod licet in eccleſia non cadat ſuſpicio, tamen cadit in adminiſtratoribus eccleſiæ. dicit tamen quod eccleſia aduerſus hereditatis aditionem poterit probata læſione in integr. reſtitui, & habere recurſum contra adminiſtratores non ſecus quam minor aduerſus tutorem, vel curatorem. dicit etiam, clericum etiam in ſacris conſtitutum, qui forte amplioribus fauoribus, quam eccleſia potitur. c. fin. 17. q. fin. ſi inuen-
3 tarium non fecerit falcidiam non deducit, & legatarius tenetur vltra vires. Negatiua opinio, quod eccleſia non teneatur vltra vires eſt magis recepta in praxi, & verior, quia in ea ceſſat illa ſiniſtra ſuſpicio occultãdi. Non obſtat conſideratio Vaſq. quod ſuſpicio non ceſſabit in adminiſtratoribus eccleſiæ, quia cum non agatur de commodo proprio, & de cauſa
4 propria ceſſat ſuſpicio, quod probatur in cap. cum nuncius. & cap. inſuper de teſtibus. cum ibi notatis per DD. vbi communiter concluditur quod homines de vniuerſitate, vbi non agitur de eorum commodo particulari ſunt integri teſtes pro vniuerſitate, & non conſideratur aliqua ſuſpicio. igitur eccleſia non conficiens inuentarium, non tenebitur vltra vires.

S V M M A R I V M.

1 *Executor teſtamenti ad pias cauſas, non poteſt alteri committere officium ſuum.*

2 *Executor teſtamenti ad pias cauſas quod non poſſit alteri delegare officium de voluntate teſtatoris multi tenent.*

Q V Æ S T I O 475.

De exequutore teſtamenti in quo eſt inſtituta

ſtituta Eccleſia, vel alia pia cauſa, an poſſit officium ſuum committere ex voluntate teſtatoris.

1 DOctores tenent quod non. per l. nulli. C. de Epiſ. & Cler. in verb. pro ſua conſ. vbi Bald. Cyn. in l. id quod pauperibus. q. 13. C. eod. & alij. Sed difficultas eſt quan-
2 do teſtator dedit poteſtatem ſubſtituendi, & quod nec poſſit ſubſtituere, tenet Io. Ant. in nouell. in §. 1. de procurat. in 6. Bal. poſt Lambert. de temporib. in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. quidam. ff. de reb. dubijs. & in l. captatorias. C. de teſtam. milit. vbi Rom. & Corn. idem Bald. in cap. in cauſam. de elect. Capra, 54...... Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. §. 16. num. 111. Contrarium tenet Paul. de Caſtr. in d. cap. nulli.

S V M M A R I V M.

1 *Pænitentia an ſit locus in contractibus innominatis, initis cum Eccleſia.*
2 *Pænitentiæ locus non eſt in contractibus innominatis fauore dotis.*
3 *Libertatis cauſa non dicitur pia, niſi pro anima relicta fuerit.*
4 *Cauſæ Eccleſiæ ſunt terminandæ ſecundum Canones, etiam in foro ſeculari.*

QVAESTIO 476.

Fauore Eccleſiæ in contractibus innominatis, non eſſe locum pœnitentiæ.

1 REgula eſt, in contractibus innominatis re integra locum eſſe pœnitentiæ. l. ſi pecuniam. ff. de condit. cauſa data. l. ſi cum fundum. ff. de pactis. Quæritur modo, an id procedat, ſi contractus innominati fiant cum eccleſia. & multi tenent eſſe locum pœnitentiæ. Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. nu. 2. ff. de verb. oblig. & ibi Aret. & Soc. Sen. Rom. in auth. ſimiliter. num. 35. C. ad l. falcid. & in d. l. ſi pecuniam. Iaſ. in l. dedi. §. idem erit. ff. de condit. ob cauſam. & magis communem teſtatur Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 14. nu. 16. quæ opinio videtur probari l. ſi pecuniam. ff. de condit. ob cauſam. & l. 156. idem eſt. ar-
2 guendo de libertate ad piam cauſam, iuxta Bart. in l. ſi proxime. C. de his quæ in teſtam. delentur. idem tenet Vaſques de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 1. n. 46 in fine. quia non repetitur expreſſe eccleſia priuilegiata, iuxta reg. l. in fraudem. ff. de teſtam. milit. & ibi Bald. Dec. in l. 1. ff. de reg. iuris. Contrariam opinionem quod fauore eccleſiæ non ſit locus pœnitentiæ, tenet Bald. in d. l. ſi pecunia. & in l. ſicut. C. de action. & obligat. & in l. mandatum. C. mandati. & ibi Salicet. Alex. in d. §. Flauius. qui in d. l. ſi pecuniam. late examinat, & cogitandum relinquit. ſic etiam facit Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. priuil. 133. & hanc opinio-
3 nem poſteriorem dicit Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 1 tit. 18 n. 23. Pro hac opinione facit, quod fauore dotis non eſt locus pœnitentiæ. l. ſi ergo. §. 1. ff. de iur. dot. ergo idem in eccleſia & pia cauſa, quia dotis cauſa dicitur pia. l. ſi quis pro redemptione. C. de donat. l. cum is. §. ſi in ea opinione. ff. de condit. indeb. item facit cap. verum. de condit. appoſ. vbi fauore eccleſiæ in contractu innominato, do vt facias, non poteſt agi conditione ob cauſam, licet cauſa ob quam datum eſt, non fuerit impleta, ſed poteſt agi ad obſeruandam fidem promiſſam. Et præcipue non obſtat argumentum de libertate: quia libertas non dicetur eſſe cauſa pia, niſi pro anima relictum fuerit. Bart. in l. 1. num. 64. C. de ſacroſ. eccleſ. vnde mandatum pro libertate, extinguitur morte mandantis. l. ſi pater filio. ff. de manu. vindicta. non ſic in mandato pro eccleſia, vel pia cauſa. c. exijt qui ſeminat. §. in hoc vero caſu. de verb. ſignif. in 6. & etiam addo, quod de iure canonico in contractibus innominatis, re integra non eſt locus pœnitentiæ, iuxta Bald. in rubr. C. de rer. permut. & diximus infra de foro eccleſiæ q...... & cla-
4 rum eſt, cauſas eccleſiæ in quocumque iudicio, eccleſiaſtico vel ſeculari, ſecũdum Canones terminandas eſſe, iuxta communem, de qua teſtatur Imol. in c. relatum. il 1. de teſtam. notab. 2. & ibi eſt optimus tex.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ fauor in dubio an præferatur poſſeſſori, vt transferat in eum onus probandi.*
2 *Teſtamenta duo ſi reperiantur eadem die, poſterius præſumitur teſtamentum ad pias cauſas, niſi in alio teſtamento eſſent inſtituti filij, vel alij coniuncti, qui eſſent pauperes.*
3 *Probationes non ſunt de eſſentia ſententiæ.*
4 *Præſumptio pro Eccleſia, eſt maior qualibet alia præſumptione iuris.*

QVAE-

QVÆSTIO 477.

Eccleſiæ fauor in dubio, an præferatur poſſeſſori vt transferat in eum onus probandi.

1 PVlchra eſt quæſtio, & ſingularis, cum in
dubio præſumptio ſit capienda pro ec-
cleſia, & pia cauſa.cap.fin.de re iudic. Tiraq.
late de priuil.piæ cauſæ.priuileg....... Diffuſe
Calcan. conſ. 107. an talis præſumptio præ-
feratur etiam poſſeſſori, ita vt in eum tranſ-
ferat onus probandi contra reg.iuris. §. com-
modum.inſtit. de interdictis. Alciat. de præ-
ſumpt. reg. 3. præſumpt. 43. in illa teſtam. ſi
2 reperiantur duo teſtamenta vt teſtamentum
ad pias cauſas præſumatur poſterius, tenet,
quod ſi inſtitutus in alio teſtamento poſſideat
præferatur piæ cauſæ, cum in hoc pia cauſa
non reperiatur priuilegiata, vt releuetur ab
onere probandi, id quod eſt fundamẽtum ſuæ
intentionis, iuxta l.actor. C.de probat. Con-
trariam opinionem tenet Dec.in l.fin.in fine.
verſ. ſed pulchra eſt dubitatio. C. de edicto
Diu. Adr. tollen. ea ratione quod fauor piæ
cauſæ præponderat & ſuperat fauorem rei, &
poſſeſſoris.d.cap.fin. ſequitur Card. Mant. de
coniect. vlt.volunt.lib.6.tit.3.num.52.vbi ip-
ſe etiam conſiderat, quod cum in dubio præ-
ſumatur pro pia cauſa, iſta præſumptio rele-
uat ab onere probandi, & transfert illud in
aduerſarium.l.ſiue poſſidetis. C. de probat. l.
generaliter. §.ſi petitum. ff. de fideicommiſſ.
libertat. & præſumptio iuris dicitur liquidiſ-
ſima probatio.l.licet Imperator. ff.de leg. gl.
& DD.in l.ſi tutor petitus. C.de adminiſtr.&
periculo tutorum.Sed certe text.in d.cap.fin.
de re iudic. videtur bene probare hanc opi-
nionem, dum præfert cauſam piam reo, & ſic
poſſeſſori. temperat tamen opinionem de
duobus teſtamentis Mant. quando hæredes
deſcripti in alio teſtamento eſſent filij, vel alij
coniuncti pauperes, cum concurrit ratio pie-
tatis, vt latius per ipſum loco citato. nihilo-
minus de ſupradicta opinione Decij & Card.
Mant. videtur dubitandum per tex. in c. 1.
12.q.5.in fine.vbi habetur, quod licet præſu-
matur pro eccleſia, quod Prælatus acquiſierit
ex eius bonis, tamen ſi hæredes ſunt in poſ-
3 ſeſſione eccleſiæ, ſine cauſæ cognitione non
debet poſſeſſio auferri. & ibi dicitur in fine,
4 nec ei ſine cognitione, de his quæ poſſidet
quicquam auferre, & ibi hoc notat gloſ.& in
cap.ſi manifeſte.eadẽ cauſa.q.1. in verb.pro-
bantur.in fin. vbi tenet, quod ſi hæredes ſunt
in poſſeſſione, tunc eccleſia probabit. & eſt
communis concluſio Doctorum cap.1.de pe-
cul. cler. Quare videtur cogitandum propter
auctoritatem Decij & Card. Mant. Sed ve-
rius dic, illum textum non obſtare, quia debet
intelligi, vt ſine citatione, & non audito poſ-
ſeſſore non ſit auferenda res, ſed in paribus
probationibus eccleſia ſit præferenda, iuxta
d. c. fin. niſi poſſeſſor aperte probet vel nul-
lat contrarium. nam cauſæ cognitio tunc di-
citur adhiberi, quando pars eſt citata, vel eſt
præſens. l.in cauſæ. la prima. §.cauſa. ff.de
minoribus. nec probationes ſunt de eſſentia
ſententiæ.Bald.in l.prolatam.C. de ſent.quia
potuit iudex moueri ex præſumptionibus. vt
late per Felin.in cap.Sanctæ Mariæ.nu.22.&
ſeq. item maior eſt præſumptio pro eccleſia,
quam quælibet alia præſumptio iuris. arg. l.
ſancimus. C.de ſacroſ.eccleſ. vt tradit Iaſ. in
l. ſi quis id quod.nu.22. ff.de iuriſdict. omn.
iud. & vna præſumptio tollit aliam. l. diuus.
ff.de reſtit.in integ.

SVMMARIVM.

1 *Tempus fauore Eccleſiæ, an ſit modus inducendi obligationis.*

2 *Conſuetudo laudabilis aliquid ſoluendi Eccleſiæ, vt inducatur quæ requirantur.*

QVÆSTIO 478.

Tempus fauore Eccleſiæ an ſit modus inducendæ obligationis.

1 IN hac quæſtione breuiter dicendum,
quod fauore eccleſiæ, vel alterius piæ
cauſæ, tempus eſt modus inducendi obligatio-
nem.per tex.in cap.Apoſtolica. de ſimonia.
vbi laudabilis conſuetudo fauore eccleſiæ
ſeruanda eſt. Abb.in cap. veniens. il 1. de
teſtibus. late deciſ.Pedemont.99.facit etiam
l.1. C. de fideicomm. quæ licet loquatur in
cauſa alimentorum, procedit etiam in eccle-
ſia ſecundum Ang. & Iaſ. in l.2. C. de fidei-
commiſſis. Tiraq.diffuſe de priuil.piæ cauſæ.
priuil.60. Surd. pulchre conſ. 234. quæ au-
2 tem requirantur, vt laudabilis conſuetudo
ſoluendi aliquid eccleſiæ pro ſpiritualibus
attendatur, iuxta dictum cap. ad Apoſtoli-
cam. Paul. de Caſtr. conſ. 364. vol. 1. Dec.
conſ.215.num.4.Ripa conſ.26.in princip. po-
nunt aliqua requiſita, quæ per te videre po-
teris.

Digitized by Google

teris: duo autem ſunt præcipua. Primum quod populus à principio ſoluerit ſponte, ſecundum quod ſolutio fuerit vniformis, non difformis.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum puniens delinquentes in eccleſia, an comprehendat delinquentes in porta Eccleſiæ.*

2 *Statutum puniens aggredientem aliquem in domo, an comprehendat aggredientem in oſtio domus.*

3 *Porta domus an dicatur de domo, vel res mixta.*

4 *Extenſio fit in maleficijs puniendis de ſimilibus ad ſimilia.*

5 *Duo caſus quando æquiparantur in l. antiqua.*

6 *Lex pœnalis ſuperueniens, loquens in vno extenditur ad alium.*

7 *Violantes immunitatem Eccleſiæ, committunt crimen læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO 479.

An ſtatutum puniens delinquentes in Eccleſia, comprehendat delinquentes in porta Eccleſiæ.

1 AN ſtatutum Epiſcopi, vel alterius contra ſubditos delinquentes in eccleſia comprehendat delinquentes in porta eccleſiæ. & videtur affirmatiue reſpondendum, cum fiat ad remouendam iniuriam eccleſiæ, & reuerentiam ei exhibendam. iniuria autem dicitur eccleſiæ fieri, vt patet in immunitatis violatione, etiam ſi fiat in atrio, vel porticu, vel circumcirca per quadraginta paſſus. c. ſicut antiquitus. cap. ſicut in atrio. cap. quiſquis. 17. q. 4. c. nulla. & ibi glo. 12. q. 1. item
2 facit doctrina Bart. in l. meminiſſe. ff. de officio proconſulis. vbi concludit, quod ſtatutum puniens aggredientem aliquem in domo, comprehendit aggredientem in oſtio, vel ante oſtium, vel in portico domus. idem tenet Spec. de iniurijs. §. 1. verſ. pone ſtatuto. idem etiam videtur tenere Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de immunit. eccleſ. in finalibus verbis. In contrarium facit, quod ſumus in pœnalibus, in quibus facienda eſt ſtricta interpretatio, & dictio in iuncta ablatiuo ſignificat, intra Bart. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſth. per tex. in l. 1. §. in publico flumine. ff. de fluminibus. vbi flumen dicitur locus, per quem aqua decurrit, qui ripis continetur, & tamen non dicitur fieri in flumine quod fit in ripis, ſed quod fit in aqua, & alueo fluminis. ſic cum eccleſia dicatur locus ſacer ambitu murorum circumdatus, vt dicit Bald. in rubr. C. de ſacroſ. eccl. parietes quibus circumdatur in pœnalibus comprehendi non debent argum. d. l. 1. Præterea ſaltem porta dicitur
3 res mixta, vt non dicatur intra eccleſiam, nec extra, & in pœnalibus ſub ſimplicibus non continetur caſus mixtus. DD. in l. 2. ff. de verb. oblig. idem etiam dicit Bart. in d. §. in publico. quod ſtatutum puniens inſultantem in domo, non comprehendit inſultantem in porta domus, quia licet porta ſit de domo, non tamen eſt in domo. idem Alexan. & alij communiter in l. cætera. §. hoc ſenatus. ff. de leg. 1. Et hanc opinionem poſteriorem tenet Bero. in conſ...... lib... vbi defendit quemdam qui inſultauerat alium in porta eccleſię, ſtante ſtatuto imponente pœnam manus extrahenti enſem in eccleſia, & ibi dicit non obſtare ſupradicta de immunitate eccleſiæ, quia id reperitur expreſſum à ſacris Canonibus. & ideo non debet fieri extenſio ad alias pœnas. dicit etiam Io. Andr. loqui, quando pro inſultu facto in porta venit imponenda leuis pœna pecuniaria, ſecus ſi pœna grauis corporalis, vel ſanguinis, quæ eſt maior qualibet pecuniaria grauiſſima. l. in ſeruorum. ff. de pœnis. Mihi placet prima opinio, quod ſtatutum includat delinquentes in porta eccleſiæ, quia tale ſtatutum fundatur ſuper reuerentia debita eccleſijs. cap. decet. de immunit. eccleſ. in 6. & in maleficijs puniendis, quia continent ſtatuta odium rationabile, concernens fauo-
4 rem publicum, fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia. text. eſt notab. in cap. 1. §. porro quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi. & ibi dicit Bald. non eſſe meliorem textum in iure, quod in pœnalibus ſtatutis, & conſuetudinibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia. ſequitur Salicet. in l. 2. C. de noxalibus. Ang. in §. ius autem ciuile. inſtit. de iure naturali. vbi dicit ſecus eſſe, quãdo pœna continet odium irrationabile. pulchre Roch. de Curte in cap. fin. de conſuetud. concluſ. 1. limit. 7. vbi agit de extenſione conſuetudinis. odium autem in caſu noſtro eſt multo magis rationabile, cum reſpiciat reuerentiam Deo & eccleſijs debitam, & continet maius ius publicum. dicitur enim publica omnia infirma eſſe, ſi à diuinis ſeparentur. & ius publicum conſiſtit in ſacris.

Digitized by Google

5 factis, cap. ius autem. diſt. 1. Præterea in l. antiqua quo ad reuerentiam debitam eccleſiæ, æquiparantur eccleſia, porta, atrium, & porticus. nunc ſuccedit concluſio, quod lex
6 pœnalis loquens in vno caſu, extenditur ad alium æquiparatum, gl. Bart. & alij in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furtis. per illum text. & l. non tantum. ff. de ſeruo corrupto. Abb. qui teſtatur de communi in cap. de multa. de præbend. & ex his verior mihi videtur hæc opinio, ſtante identitate rationis, & æquiparatione ſupradicta, & ſic patet reſponſio ad illud de flumine. & Ripa. Non omitto quod Imperator tantam reuerentiam voluit exhi-
7 beri eccleſijs, quod crimen læſæ maieſtatis committunt, qui confugientes ab eccleſia extrahunt, ita tradit Luc. de Penn. in l. 1. C. de palatijs & domibus Dominicis. lib. 11. per text. in l. 2. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria facta vni Eccleſiæ, cenſetur facta omnibus Eccleſijs.*

2 *Statutum, vel conſuetudo an dicatur contra libertatem Eccleſiæ, ſi ſit contra libertatem vnius Eccleſiæ tantum.*

QVÆSTIO 480.

Iniuria facta vni Eccleſiæ, cenſetur facta omnibus Eccleſijs.

1 Dicit notabiliter Abb. in cap. 2. per illum tex. de reb. eccleſiæ alien. quod lædens vnam eccleſiam, videtur lædere omnes eccleſias, quia omnes eccleſiæ particulares ſunt membra Eccleſiæ vniuerſalis, ſicut dicimus in ſimili: quod qui aurem hominis tetigit, totum tetigiſſe videtur. de pœnit. diſt. 1. c. vulgaris. ita tangens vnam eccleſiam particularem, quæ eſt membrum Eccleſiæ vniuerſalis, videtur lædere Eccleſiam vniuerſalem, ideo priuatur talis communione Eccleſiæ vniuerſalis. vt in d. textu probatur. vbi excommunicantur qui res Eccleſiæ à Principibus ſecularibus recipiunt, & perdunt omnia quæ ab Eccleſia alias legitime obtinebant. facit etiã tex. in cap. 2. de foro compet. Hinc ſurgit notabilis quæſtio, an ſtatutum, vel conſuetudo dicatur eſſe contra libertatem Eccleſiæ, quando eſt contra libertatem vnius eccleſiæ tantum. & eſſe contra libertatem Eccleſiæ te-
2 nent Card. in cap. perpendimus. de ſententia excommunicat. Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ. 1. de conſtit. Io. Andr. in cap. fin. de immunit. eccleſiar. in 6. Contrarium tenent Innoc. Ant. Abb. in cap. nouerint. de ſententia excommunicat. Bald. in rubr. ff. de conſtitutionibus. verior tamen eſt prior opinio, ex ſupradicta ratione, quia iniuria facta vni eccleſiæ cenſetur facta omnibus. Præterea, facit alia ratio, quia ſtatutum quod fit in vna Ciuitate contra eccleſiaſticam libertatem non fit niſi reſpectu eccleſiarum ibi ſitarum. cap. vt animarum. de conſtit. in 6. & tamen illud ſtatutum dicitur ſimpliciter contra libertatem eccleſiæ, vt patet in d. cap. nouerint. & hane opinionem ſequitur Rochus de Curte 1
in cap. fin. de conſuetud. col. 23. à tergo, concluſ. 5. vbi agit de conſuetudine contra libertatem Eccleſiæ. vbi late quando dicatur aliquid fieri contra libertatem Eccleſiæ, ad quem te remitto, & ad Felin. in loco cit. eandem opinionem late comprobat Io. Baptiſta de S. Seuerino in l. omnes populi. colum. 23. ff. de iuſt. & iure.

XVII. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo contra ius fauorabilis Eccleſiæ an extendatur.*

2 *Conſuetudo Eccleſiæ concedendi rem in emphyteuſim vſque ad tertiam generationem, an extendatur ad alias eccleſias.*

3 *Conſuetudo contra ius fauorabilis animæ extenditur.*

4 *Conſuetudo contra ius fauorabilis Reipublicæ extenditur.*

QVAESTIO 481.

Conſuetudo contra ius fauorabilis Eccleſijs extenditur, & late interpretatur.

1 QVAESTIO eſt notabilis, an conſuetudo vnius eccleſiæ contra ius, extendatur ad cauſas ſimiles, & ad alias eccleſias vicinas, quæ propriam conſuetudinem non habent. Riminald. Iun. conſ. 257. num. 27.

1 num. 27. & 28. tenuit extendi. Contrarium
tenet Card. Mant. de tac. & ambig. conuent.
lib. 22. tit. 25. num. 29. quia conſuetudo, quæ
eſt contra ius, non extenditur de loco ad lo-
cum. Bald. in cap. 1. in fin. de feudi cognit.
Aret. conſ. 132. num. 4. neque obſtat, inquit
Card. Mant. quod ſcribit Bart. in l. 2. num. 41.
C. quæ ſit longa conſuetudo. & Ant. de Butr.
in cap. fin. nu. 63. de conſuetudine. quos refert
Riminald. quia loquuntur de conſuetudine
Ciuitatis dominantis, quæ extenditur ad ca-
ſtra ſibi ſubiecta, in caſibus in quibus non ha-
bent nec legem, nec conſuetudinē propriam.
& ex his concludit Mant. quod licet conceſ-
2 ſio in emphyteuſim facta ab eccleſia, non
excedat ſecundam generationem, tamen ex-
cedit quando emphyteuſis fuit cōceſſa vſque
ad tertiam generationem, & eccleſia fuit ſo-
lita concedere etiam pro nepotibus, ſed con-
ſuetudo vnius eccleſiæ, non extenditur ad
alias. Hæc quæſtio eſt difficilis, quare qua-
tenus pertinet ad eccleſiæ conſuetudinem,
pro maiori intelligentia cogitaui diſtinguere
aliquos caſus. Primus caſus eſt, quando con-
ſuetudo eſt ſecundum ius, vel præter ius, tunc
extenditur de ſimilibus ad ſimilia. text. eſt in
l. de quibus. ff. de legib. qui ſic communiter
intelligitur. probatur etiam in l. 1. C. quæ ſit
longa conſuetudo. facit tex. cum gloſſ. in l.
non poſſunt. ff. de legib. Felin. in c. auditis. de
præſcript. late tradit Roch. de Curt. in c. fin.
de conſuetudine. col. 46. concl. 1. vbi decla-
rat, ad quem te remitto. Secundus caſus eſt,
3 quando conſuetudo eſt contra ius, tunc non
extenditur. l. quod non ratione. ff. de legibus.
cap. quod tranſlationem de officio legati. &
ita communiter tenent DD. in d. l. de quibus.
Aret. conſ. 44. incip. in propoſita conſultatio-
ne. vbi dicit, quod conſuetudo contra ius non
extenditur ad alium caſum, vel locum. Roch.
in loco cit. in verſ. ſecunda eſt concluſio. vbi
multa cumulat ad comprobationem, dicens,
& ex his videtur dicendum, quod conſuetu-
do, quæ eſt in vna eccleſia, non extenditur
ad aliam eccleſiam, quando eſt contra ius,
prout determinat Abb. in cap. cum olim. de
conſuetudine. iſta concluſio limitatur pluri-
bus modis, quos recenſet Roch. loco citato.
duas tamen limitationes referemus. Prima,
quando conſuetudo contra ius eſſet fauorabi-
lis animæ, quia tunc extenditur. ita Bart. in
authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus
venditionem. Ant. in cap. fin. de conſuetud.
verſ. fallit primo. Roch. loco citato. col. 51.
facit gl. in l. omnes. in verbo. Apoſtolicæ. C.
de ferijs. vbi dicitur quod feriæ in Apoſtolis
ex maioritate rationis extenduntur etiam ad
Beatiſſimam Virginem. Alia limitatio eſt,
4 quando conſuetudo eſt fauorabilis etiam alio
reſpectu quam animæ, quia tunc extenditur,
ita Roch. de Curte loco citato. verſ. octauo li-
mita per doctrinam Baldi in l. qui ſe patris. C.
vnde liberi. vbi tradit, quod ſtatutum de com-
promiſſis faciendis inter agnatos, quia eſt fa-
uorabile, extenditur ad agnatos improprios,
quem ſequuntur Paul. de Caſtro. & Alexand.
tradunt etiam DD. poſt Bald. in l. venia. C. de
in ius vocan. Roch. de Curt. loco cit. Crauet.
de antiq. tempor. 4. par. num. 48. vbi alios al-
legat. ex quibus ſequitur concluſio, quod ſi
cōſuetudo contra ius eſt fauorabilis eccleſijs,
extenditur, cum maximus ſit fauor eccleſiæ,
& ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit l.
ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun. cap. fin.
de re iudic. alias conſuetudo contra ius non
extenditur de re ad rem, nec de loco ad lo-
cum, nec de perſona ad perſonam. Et ſic pa-
tet reſolutio quæſtionis, & poteſt inferri ad
multa, vt quod parochi deferant victualia
ad domum Epiſcopi, ſi aliquæ parochiæ Diœ-
ceſis ita conſueuerunt facere: item conſuetu-
do ſoluendi certam taxam procurationis Epi
ſcopo viſitanti, ſi ſeruetur ab aliquibus ec-
cleſijs Diœc. eſt ſeruanda ab alijs: cap. ſopi-
tæ. de cenſibus. hoc dixi, quia reperitur ex-
preſſum in iure, quia procurationis debitum
eſt ſecundum ius commune. capit. conque-
rente. de officio ordinarij. & ex his po-
teſt inferri ad multa. & Card. Mant. videtur
bene dicere quo ad conſuetudinem conce-
dendi in emphyteuſim vſque ad tertiam ge-
nerationem, vt non extendatur, quia non eſt
fauorabilis eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Solutum indebite Eccleſiæ an repetatur.*

QVÆSTIO 486.

De indebite ſoluto Eccleſiæ, an repetatur.

1 QVæritur ſingulariter, an indebitum ſo-
lutum eccleſiæ repetatur. & Doctores
communiter tenent non repeti, vt
teſtatur Gomeſ. in §. ex maleficijs. de action.
Vaſques de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. ſ. 21. n. 6.
per

per tex.in §.fin.de obligat.quæ ex quaſi contractu. vbi legatum factum eccleſiæ in teſtamento imperfecto non repetitur. Tiraq.etiam de priuil.piæ cauſæ.priuileg. 119. generaliter dicit, falſa opinione ſolutum pietatis cauſa, tanquam indebitum repeti non poſſe. In contrarium videtur, quod id quod honeſtum eſt, maximè ab eccleſia eſt obſeruandum; quæ nec recipit ſi quid in alienatione rerum plus iuſto pretio offeratur, iuxta gl.ſingularem in c.hoc ius.17.q.2.quæro. Vaſq. loco citato tenet contra communem, non obſtante d.§.fin. cui reſpondet, quod ibi legatum debebatur eccleſiæ naturaliter, nimirum ſi non habet locum repetitio. Prima opinio mihi verior videtur ex textu, cui ſecundum me reſponderi non poteſt in l.cum is.§.ſi in ea.ff.de cond.indeb. vbi habetur, quod falſa opinione ſolutum, pietatis cauſa repeti non poteſt, & loquitur de muliere obligata pro dote, quæ ſoluerat, & mulier multis priuilegijs gaudet circa dotem.l.1.ff.ſol.matr.& toto tit.& per Bald. Nouell. in tract.de priuil.dotis. Poſſet opinio vltima ſuſtineri in ſoluente, qui ob ſolutionem reduceretur in paupertatem, tunc enim aliud videtur dicendum ob eccleſiæ benignitatem, iuxta notata à nobis in quæſtione, An eccleſia exigat decimas à pauperibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum eccleſiæ ab eo qui ignorabat habere filios, an debeatur irrito facto teſtamento.*

QVÆSTIO 483.

Legata relicta Eccleſiæ, vel pro male ablatis, teſtamento nullo ob præteritionem filij, quem teſtator ignorabat ſe habere, an debeantur.

1 AN teſtamento nullo ob præteritionem debeantur legata pro male ablatis, vel ad pias cauſas; quando teſtator ignorabat ſe habere filium. Sciendum quod maxima eſt controuerſia inter DD. an teſtamento nullo ex cauſa præteritionis debeātur legata, quando teſtator ignorabat ſe habere filium, vel putabat mortuum. & communis opinio eſt legata non deberi, reſciſſo per querelam teſtamento, quod ſi teſtator ſciret ſe filium habere, forte talia legata in filij læſionem non relinquiſſet. ita tenent DD. communiter in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. præſertim Bald.Salic.Paul.Alex.Corn.Iaſ.Tiraquell. de priuil.piæ cauſæ.priuil.68. & in l. ſi vnquam. C.de reuoc.donat.quam opinionem defendit ab impugnatione Vaſq.de ſucceſſ.reſol.lib.1. §.8.num.61. Hæc tamen communis opinio limitatur vt nō procedat in legatis relictis pro reſtitutione male ablatorum, quæ non tam dari, quam reddi videntur, & illa eſt communis opinio, quam tenent Bald.Ang.& Im. in l.filio præterito.ff.de iniuſto rupto.in l.militis. §.miles.ff.de milit.teſtam.Ang.Paul.Alexan. Corn.& Iaſ.in d.auth.ex cauſa. Iaſ.in l.precibus. C.de impub. Aret.conſ.92. Tiraquel.d. priuil.68. Vaſq.loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pro exoneratione conſcientiæ an reuocetur per ſecundum teſtamentum.*

2 *Legata pia non reuocantur per ſecundum teſtamentum, ſi non fiat mentio illorum.*

QVÆSTIO 484.

Si legatum fiat Eccleſiæ pro exoneratione conſcientiæ in primo teſtamento, an reuocetur per ſecundum teſtamentum, in quo nulla fit mentio exonerationis conſcientiæ.

1 AN teſtamentum, in quo quis aliquid reliquit pro exoneratione conſcientiæ reuocetur per ſecundum teſtamētum, in quo nulla fit mentio exonerationis conſcientiæ, & multi tenent, quod non poſſit reuocari. Tiraq. de priuileg.piæ cauſæ. priuileg.117. poſt Ang. quem refert in l.cum quis decedens. §. Codicillis. ff.de leg.3. Barbat. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm. Cotta in memorabili. incip. abſenti poteſt acquiri. & in memorab. apices iuris. Bald.in l.generaliter. q. 10.C.de non numer.pecun.Contrariam opinionem tenet Bart.in d.§.codicillis.& Cyn.in d.l.generaliter. Bald.in l.ratione. C. de probat.& in repet.l.1. C.de ſacroſ.eccl. Ang. ſibi contrarius in l. 1. C. de falſa cauſa. Lanfranch. in repet. cap. quoniam. de probat. Bald. in l. fin. C. ſi à non compet. iudice, &
2 conſ.262. ſuadeo. lib. 3. Vaſques de ſucceſſ. reſol.lib.1.§.1.nu.46. & hæc opinio eſt benignior. pone enim quod teſtator poſtquam in teſtamento ſe dixerat habere conſcientiam læſam, reperiri contrarium, nonne durum eſ-

ſet dicere noluiſſe mutare teſtamentum. videtur enim in primo teſtamento tanquam debitum legaſſe, non principaliter propria cauſa, quo caſu non reuocaretur ſine expreſſione, & potuit poſt primum teſtamentum ſoluere. ſed iudicis arbitrium verſabitur cõſiderato tempore, exercitio perſonæ, & alijs, iuxta ea quæ diximus in quæſt. An legata pro exoneratione conſcientiæ diminuant legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio in legatis an ſit ſtricte, vel late facienda.*
2 *Nummis legatis, exiguiores debentur.*
3 *Conditione mixta deficiente ſine culpa hæredis, debetur legatum eccleſiæ.*
4 *Conditione poteſtatiua deficiente ob caſum fortuitum, debetur legatum Eccleſiæ.*
5 *Teſtator præſupponitur relicturus legatum pro anima, & abſque conditione.*
6 *Conditio in legatis relictis Eccleſiæ, retrotrabitur.*
7 *Conditiones plures ſi ſint appoſitæ in legatis in diuerſis partibus teſtamenti, attenditur nouiſſima, ſed in legatis pro anima attenditur leuiſſima.*

QVAESTIO 485.

De legatis factis Eccleſiæ ſub conditione, aliqua notabilia eius fauore inducta.

1 Magna eſt altercatio inter DD. an in legatis debeat fieri lata, vel ſtricta interpretatio. Aliqui tenent eſſe faciendam latam. gl. in l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. & in l. fin. ff. de conſtit. Principum. Alij ſtrictam. Cagnol. in d. l. in teſtamentis, poſt alios, quos refert per l. nummis. ff. de leg. 3. vbi nummis
2 legatis exiguiores debentur. illud ſane certum eſt, in legatis pijs latam eſſe faciendam interpretationem, vt ex dictis & dicendis in hoc opere apparebit. ex quo infertur, quod etſi non debeatur relictum ante impletam conditionem mixtam, niſi per hæredem ſteterit, quo minus conditio adimpleatur. l. qui hæredi. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. & l. hæres. eod. tit. & l. 1. C. de his quæ ſub modo.
3 & propterea deficiente condirione mixta legato adiecta ob aliquem caſum ſuperuenientem deficiat legatum. l. in teſtamento, la 2. ff. de condit. & demonſtr. tamen ſi legatum fuerit relictum in piam cauſam, ſub conditione mixta, quæ non fuerit impleta propter ali-
4 quem caſum fortuitum, nihilominus debetur legatum, & ſi non ſteterit per hæredem, arguendo de libertate ad piam cauſam. per l. libertate. iuncta gloſſ. ff. de teſtamen. manumiſſ. & l. 2. C. de condit. inſertis. Rom. ſing. 282. Euerard. in loco à libertate ad piam cauſam. Roman. in authen. ſimiliter. C. ad l. falcid. Socin. in reg. 310. priuil. 55. Aret. conſ. 93. Tiraq. qui alia iura adducit de priuileg. piæ cauſæ. priuil. 57. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſu. lib. 3. quæſt. 27. num. 27. Præterea, quando deficit conditio vere poteſtatiua ob caſum quemlibet impedientem, deficit & legatum. per text. in l. centeſimis. §. fin. & ibi Bart. ff. de verborum obligat. hoc tamen fallit fauore eccleſiæ, vel alterius piæ cauſæ. per gloſſam ſingularem in l. 1. & ibi Ang. C. de inſtit. & ſubſtitut. quæ dicit, quod quando
5 teſtator omnino erat legatum relicturus, defectus conditionis non impedit conditionem legari, hoc autem inquit, præſumitur in legatis ad pias cauſas, quæ fiunt pro anima, quæ cunctis rebus præfertur. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ita tenet Tiraq. priuileg. 58. poſt Aret. dict. conſil. 93. Inſuper licet alias in legatis conditio exiſtens non retrotrahatur. l. 1. §. ſerui. ff. ad Syllanianum.
6 & notatur in l. is cui. §. hæres. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur. Barr. Roman. & alij in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapionibus. Bald. in l. fin. §. ſed quia noſtra cauſa. C. communia de legatis. tamen fauore eccleſiæ, vel alterius piæ cauſæ retrotrahitur. per textum in l. Neratius. ff. de manum. teſtamen. quem text. loquentem ſimpliciter in libertate, transferunt ad omnem piam cauſam. Roman. in d. authen. ſimiliter. ſpeciali 28. circa vltimas voluntates. Socin. dicta regula 310. ſpeciali 47. Vaſq. d. quæſt. 27. num. 27. Poſtremo notandum, quod licet alias pluribus conditionibus diſiunctim, diuerſiſque partibus teſtamenti eidem legato adſcriptis, vltima conditio debeat adimpleri pro legati conſequutione. l. quod traditum. ff. de condit. & demonſtr. tamen fauore piæ cauſæ non eſt attendenda vltima conditio, non prima, nec denique alia, ſed tamen leuior per l. ſub diuerſis. ff. eodem tit. & l. 5. & l. quod vulgo. ff. de manum. teſtam. Rom. loco citato ſpec. 29. Socin. d. reg. priuileg. 48. Tiraquel. priuil. 61. Et ex his liquet, cum ſupradictis declarationibus eſſe intelligenda

tradita per Card. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 6. tit. 3. num. 48. dum dicit, eccleſiam vel aliam piam cauſam, non habere priuilegium quod legata relicta ſub conditione ante conditionis euentum ei debeantur, quemadmodum nec libertas. l. cum Neratius. ff. de manum. teſtam. & l. teſtamento, nec in tali caſu conditionis fauore eccleſiæ fieri extenſionem ad alium caſum, ex Paul. de Caſtr. conſ. 71. lib. 2. Ruin. conſ. 76. nu. 7. vol. 5. & aliis, præterquam quæ relicta a ſecundo gradu, eccleſiæ cenſentur relicta primo, vt in q. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Legatum Eccleſiæ à ſecundo gradu ſub conditione deficientis primi gradus, debetur pure à primo gradu.*

2 *Diſpoſitio ad pias cauſas ex coniecturata mente extenditur ad alium caſum, ſi verba repugnẽt, multo magis quãdo non repugnãt.*

3 *Intellectus ad l. 2. ff. de manum. teſtam.*

QVAESTIO 486.

Legatum relictum Eccleſiæ à ſubſtituto ſub conditione, ſi inſtitutus hęres non erit, deberi pure ab inſtituto ſi hæres erit, fauore Eccleſiæ, vel alterius piæ cauſæ.

1 Textus eſt notabilis in l. 2. ff. de manu. teſtam. vbi ſi teſtator dixerit, Titius hęres eſto, ſi Titius non erit hæres, Stichus hæres eſto, Stichus liber eſto, Titio hærede exiſtente erit nihilominus Stichus liber, & ſic conditio deficientis primi gradus, quamuis nõ deficiat debetur legatum eccleſiæ, vel piæ cauſæ, ita arguẽdo de libertate ad piam cauſam. tradit Rom. in auth. ſimiliter. C. ad l. falcid. ſpecial. 30. vbi dicit id eſſe mirabile, & quod ſi quis eam legem ignoraret facile contrarium diceret. ſequitur Soc. in reg. 316. ſpecial. 49. Dec. qui etiam illum tex. ſingularẽ dicit conſ. 182. in caſu occurrenti. vbi ex d. tex. dicit diſpoſitionem ad pias cauſas habere locum, licet nõ contingat caſus ſecundum ordinationem teſtatoris. & conſ. 273. in caſu propoſito, vbi etiam infert quod diſpoſitio teſtatoris facta in vno caſu, extenditur ad alium caſum fauore piæ cauſæ. ſupradictos ſequitur Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. priuil. 62. hos omnes ſequitur Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. qui ex dicto text. in l. 2. notabiliter infert, quod quemadmodũ fauore libertatis capitur coniectura volun atis, etiam ſi verba teſtamenti repugnent, vt pure data libertas intelligatur, quæ ſub conditione fuit relicta, & hæres primo gradu inſtitutus, atque ob id magis dile-
2 ctus priuatur commodo ſerui, licet ab eo libertas data non fuerit, eodem modo diſpoſitio pia teſtatoris facta in vno caſu, ex coniectura voluntatis extenditur ad alium, cui verba non conueniũt, & conſequenter hæc coniectura multo magis accipi debet, quando verba non repugnant. tradit etiam ita fuiſſe iudicatum in Rota Rom. quod relicta ad pias cauſas à ſecundo gradu, cenſeantur etiam relicta a primo, & conditio non intelligatur repetita. Contra ſupradicta tenet Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 27. num. 30. dicens eſſe extra mentem teſtatoris, quod relicta a ſub-
3 ſtituto minus dilecto, videantur repetita ab inſtituto primum nominato, & ſic magis dilecto. l. penult. ff. de vſufruct. accreſcendo, ac inquit contrariam opinionem nullo iure probari. nec obſtare tex. in d. l. 2. in quo videtur repoſitum totum fundamentum contrariæ opinionis. nam ibi non fuit nominatim à ſubſtituto legata libertas, ſed ſimpliciter, & indefinite relicta. vnde à quolibet gradu relicta cenſetur. l. quod genus. ff. de condit. & demonſtr. l. 3. §. ſi filius. ff. de liber. & poſthum. l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. & vrobique plene ius. Sed nõ recedendum à ſupradicta, & communi opinione. nõ obſtat conſideratio Vaſq. quia ſi bene conſiderentur verba illius text. videtur nominatim relicta libertas à ſecundo gradu, dum ibi in ſpecie nominatur deficiente conditione, & poſtea ſequitur legatum, ibi, ſi Titius non erit hæres, Stichus hæres eſto, Stichus liber eſto. & clarum eſt deficiente primo gradu eſſe impoſſibile legatum videri relictum ab alio quam à ſubſtituto expreſſe nominato. ſecus quando eſſet appoſita conditio deficientiæ primi gradus, quia tunc ſimpliciter relictum deberetur à quolibet gradu.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad mortem poteſt teſtari pro male ablatis.*

2 *Deportatus non poteſt legare, niſi pro male ablatis.*

QVAESTIO 487.

De legato relicto Eccleſiæ pro exoneratione

tione conſcientiæ à damnato ad mortem, an valeat.

1 Quæritur, an teſtamentum, vel legatum damnati ad mortem, factum eccleſiæ pro exoneratione conſcientiæ, & reſtitutione male ablatorum ſit validum. Breuiter dicendum quod ſic, cum proprie non ſit teſtamentum, nec legatum, ſed quædam confeſſio inter viuos, niſi eſſet facta in fraudem fiſci, alias nec eius teſtamentum valeret ad pias cauſas. ita ſingulariter Bald. conſil. 244. vol. 5. incip. proponitur quod quidam nobilis. multo magis deportatus poteſt pro male ablatis relinquere. Io. Andr. in c. quamquam.
2 de vſuris. in 6. quia id non eſt proprie relinquere, licet eidem ſit prohibita legandi poteſtas. l. eius qui. §. inſulam. ff. de teſtamen. pulchre Rom. conſ. 164. & in conſ. 199. vbi, quod eſt pótius reddere debitum. l. ſi ſeruo. ff. de hęred. inſtit. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. liberis. poſt nnm. 88. C. de reuocan. donat.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Eccleſiæ vſque ad talem locum eiuſdem eccleſiæ, non includit eius fauore.*

2 *Dictio, vſque, adiecta quantitati continuæ, fauore Eccleſiæ ſtat incluſiue, non in eius odiũ.*

QVÆSTIO 488.

De conceſſione territorij facta ab Eccleſia vſque ad talem locum, an illa dictio, vſque, fauore Eccleſiæ excludat locum deſignatum.

1 Eccleſia conceſſit in emphyteuſim territorium vſque ad talẽ locum, nempe vſque ad vineam, an includatur vinea? Dicendum quod non, ſi reperitur vinea tẽpore contractus, quia alienatio rerũ eccleſiæ eſt odioſa. item quia territorium habet certos fines à natura, vel ab hominis deſignatione, & ideo extra terminos naturales dictio, vſque, ponitur excluſiue, & quia non eſt veriſimile, notatur in l. veteribus. ff. de pact. Eſt tamen aduertendum, quod ſi illa pars quondam fuit vinea ſed tempore contractus non eſt vinea, non dicitur excepta. l. formam. C. de cenſitis. lib. 10. l. ſi quis ita legauerit. ff. de leg. 1. ita ſingulariter ſupradicta tradit Bal. in auth. hoc amplius.
2 C. de fideicom. vbi, quod dictio, vſque, appoſita numero, ſtat incluſiue. idem ſi perſonis, niſi ſit contraria ratio extremorum, & quod in dubio appoſita quantitati continuæ in fauorabilibus ſtat incluſiue, non in odioſis. & ſic fauore eccleſiæ ſtabit incluſiue, non in eius odium, vbi de alienatione agitur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus datum hæredi à teſtatore ad conſtruendam Eccleſiam, non poteſt ab Epiſcopo prorogari.*

QVÆSTIO 489.

Tempus à teſtatore ſtatutum ad conſtructionem Eccleſiæ, an poſſit ab Epiſcopo prorogari.

1 Teſtator mandauit hæredi, vt intra annum conſtrueret capellam, an poſſit in fauorem hęredis tale tempus prorogari ab Epiſcopo? Breuiter dicendum quod non, quia id tenderet forte in damnum teſtatoris, & eius voluntas non obſeruaretur, quæ maxime curare debet Epiſcopus vt ſeruetur. c. vlt. voluntas. 13. q. 2. ita notab. tradit Bar. cõſ. 58. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Debitores eccleſiæ quãdo ſint conueniendi via ordinaria, vel procedatur via executiua.*

2 *Debitores fiſci an ſint conueniendi via ordinaria, vel cõtra eos procedatur via executiua.*

QVAESTIO 490.

Contra debitores Eccleſiæ proceditur via executiua.

1 Quæritur, quomodo ſit procedendum cõtra debitores eccleſiæ. expedit enim eccleſiæ, vt abſque dilatione fiat exactio, ne eius miniſtri occaſione litiũ retrahantur à diuinis, vt alimenta eis nõ denegentur. In fiſco ſit hæc diſtinctio, quod ſi eius debitores non ſunt liquidi, proceditur contra eos via ordinaria, & licet eis appellare. l. quoniam. la 1. C. de appellat. l. omnes iudices. C. de delatoribus, lib. 10. nec aduerſarius poſſidens eſt in ſua poſſeſſione moleſtandus, & debet audiri. l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſc. lib. 10. ſi vero debitores fiſci ſunt liquidi, vt propter cenſus, vel tributa, tunc in talibus debitoribus, & cauſis fiſcalibus proceditur exequutiue, præcipiendo quod ſoluant, capiendo pignora, & perſonam. l. ſacrilegij. §. fin.

§.fin.ff.ad l.Iuliam pecu. & ibi per Bart. & l.ſi nemo carcerem. C. de exactoribus tributo-
2 rum. lib. 10. nec datur appellatio, vt dicit gloſſ.in d.l. quoniam.& ibi per Bald. quem ſequitur Ioan. de Platea in d. l. omnes iudices. idem ergo dicendum eſt in eccleſia, vt contra eius debitores liquidos, ratione cenſuum, canonum, decimarum ſolitarum, & ſimilium,procedatur via exequutiua,atque appellatione remota, cum eccleſia gaudeat omnibus priuilegijs fiſci, iuxta communem, de qua teſtatur Dec. in cap. 1. de probat. & late tradita per Euerardum in loco de fiſco ad eccleſiam. & nos diximus ad plenum in quæſtione particulari.

SVMMARIVM.

1 *Procurator fiſci non poteſt habere fidem de pretio,et,ſi confiteatur recepiſſe pretium,non opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

2 *Procurator Eccleſiæ ad vendendum ſi confeſſus eſt recepiſſe pretium, non opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

QVAESTIO 491.

Procurator Eccleſiæ, qui confeſſus eſt recepiſſe pretium ab emptore rei eccleſiæ venditæ, non poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ contra Eccleſiam.

1 ALias diximus, quod procurator eccleſiæ ad vendendum, non poteſt habere fidem de pretio,quemadmodum nec adminiſtrator minoris & fiſci procurator. l. ſi procurator.in fin.& ibi gl.ff.de iure fiſci. Quæritur modo ſi procurator habuit fidem de pretio, ſed confeſſus eſt ſibi pretium fuiſſe ſolutum, an poſſit eccleſiæ petenti pretium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. dicendum quod in procuratione fiſci hoc eſt determinatum, quod non tenetur fiſcus differre in exigēdo à procuratore, donec receperit pretium ab emptore,nec liberatur cædēdo actionem contra emptorem.ita habetur in l.hi qui fiſco. C.de côuen.fiſci debitorib.lib.10. & ibi Ioan.de Platea reddit rationem,quia non poteſt procurator habere fidem de pretio, ſicut nec adminiſtrator minoris, vel eccleſiæ, nec
2 poterit opponere exceptionem non numeratę pecuniæ. l.in contractibus.§.ſed quoniam.C. de non num.pecun. idem ergo dicendum erit in procuratore eccleſiæ,ſiue exactore, cum in hoc æquiparatur, & in omnibus eccleſia gaudeat priuilegijs fiſci,iuxta dicta in præced. q. ad late tradita per Dec.in cap. 1.de probat. & per Euerard.in loco à fiſco ad eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus rem communem cum alio,ratione partis etiā minima poteſt vendere, & pignorare.*

2 *Eccleſia habens caſtrum commune cum alio, poteſt illud vendere.*

3 *Teſtator ſi mandauit Eccleſiam conſtrui in fundo cōmuni,tenetur ſocius alienare partē.*

4 *Regula quod commune eſt,meum non eſt, fallit in fiſco,eccleſia,& libertate.*

QVÆSTIO 492.

De Eccleſia habente Caſtrum commune cum alio, quod poſſit totum vendere,vel pignorare.

1 HAbetur in l.1. C. de venditione rerum fiſcalium cum priuatis communiū.lib. 10. quod fiſcus habet priuilegium vt ratione partis etiam minimæ indiuiſe & communem cum alio, rem totam vendere poteſt. tenetur tamen ſocio ad pretium ſuæ partis, & hoc eſt priuilegium fiſci,vt ibi dicit gl. & ſic quodam modo transfert plus iuris quam habeat, nec poteſt emptor moleſtari,quod ſecus eſt in priuato qui ſolum partem ſuam vendere poteſt. l.2. C.de commun.rerum alienat.alias ſocius vendicat partē ſuam,niſi ſit vſucapta, vel ratam habuerit venditionē.in fiſco ergo regula eſt,quod cōmune eſt,meum eſt,vt inquit Bart. in d.l. 1.ſcilicet quantum ad venditionem totius.& hoc facit ſecundum Io.de Plat.in d.l. 1.
2 de vendit.rer.fiſcal. quod ſi quis habet caſtrū commune cum eccleſia, quod eccleſia poteſt totum vēdere,& tenetur ad æſtimationē partis ſocio. Facit etiā quod ſi duæ eccleſiæ ſunt ſimul vnitę,quod pro debito vnius poſſit vendi pars alterius. ſed in hoc contrarium tenet Innoc.in cap. paſtoralis. de priuileg. & nota, quod fiſcus habet priuilegium etiam in re pignorata ſibi, & alij, vt totam vendere poſſit, ſaluo tamen iure alterius creditoris.l.res.§.1. ff.de iur.fiſc.item ſicut rem communem inſolidum vendere poteſt,ita & poteſt inſolidum pignorare.vt notat gl.in l.vnica.C.ſi communis res pignori data ſit. verum intelligenda eſt de prima venditione rerum fiſcalium, vt fiſcus rem communem, recipientem vel non

non recipientem commodam diuiſionem, poſſit vendere, quando adeſſet eius vtilitas, vt quia melius venderet totam quam partem, alias non poſſet vendere inſolidũ, niſi vertatur vtilitas ipſius fiſci. & ſecundum prædicta intelligenda eſt venditio, vel pignoratio facta, vel facienda ab eccleſia rei communis. Item facit pro prædictis, quod fauore eccleſiæ, vel
3 religionis, tenetur ſocius vendere partẽ, nempe ſi teſtator mandat eccleſiam conſtrui in fundo communi, tenetur ſocius alienare partem ſuam. Iaſ. Ripa, & alij in l. Labeo. ff. de leg. 1. per tex. in l. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſumpt. fun. optimus tex. in l. locum. ff. de vſufr. Bald. in l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollen. & in l. 1. C. qui teſtamen. facere poſſunt. licet regula ſit in contrarium, videlicet quod commune eſt, meum eſt quantum
4 ad diſpoſitionem partis ſocij. l. nemo ex ſocijs. ff. pro ſocio. l. falſo. C. de communium rerum alienatione. quæ regula fallit in fiſco, vt dictum fuit, & in eccleſia, & etiam in libertate. l. 1. C. de communi ſeruo manumitt.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas an poſſit reuocare ſtatutum ſoluendi ſingulis annis certam quantitatem frumenti eccleſiæ.*
2 *Priuilegia conceſſa eccleſiis, ſunt perpetua.*
3 *Alimenta pauperum debent eſſe perpetua.*
4 *Conſuetudo præſtandi aliquid pro eleemoſyna eccleſiæ, non poteſt tolli ſtatuto Ciuitatis.*

QVAESTIO 493.

Conſueta dari Eccleſiæ pro eleemoſyna vel alimentis, ex ſtatuto Ciuitatis ſingulis annis, an poſſint contrario ſtatuto auferri.

1 Quæſtio eſt antiqua, Ciuitas conſueuit quolibet anno dare eccleſiæ certam frumenti quantitatem pro eleemoſyna, vel alimentis, an poſſit contrario ſtatuto huiuſmodi præſtationem reuocare. & videtur affirmatiue reſpondendum, quia quæ ſunt meræ facultatis non inducunt obligationem, nec præſcribuntur. Bart. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. Innocen. in cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & eſt communis opinio. Præterea, eius eſt tollere ſtatutum, cuius eſt condere. l. digna vox. C. de legib. ergo poſſunt eorum ſtatutum ciues reuocare. Contrariam opinionem tenet Bart. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccleſ. per illum textum. vbi priuilegia conceſſa eccleſijs
2 confirmat Imperator, vt perpetuo durent. idem tenet Rom. in ſing. 433. pone quod populus. per tex. in cap. ad Apoſtolicam. de ſimonia. & in cap. veſtra. de locato. in quibus locis cõſuetudo præſtandi aliquid à laicis eccleſijs non poteſt reuocari. Item ego adduco Ioann. de Plat. in l. quæcumque. C. de fide inſtrument. lib. 10. vbi tradit, quod alimenta
3 pauperum, & aliæ eleemoſynæ, debent eſſe perpetua, & in ſpecie quod Ciuitas non poteſt reuocare tale ſtatutum, nec conſuetudo poſſet reuocare. nonnulli Doctores ſequuntur Bart. quos refert Cacheranus deciſ. Pedemon. 99. numero 21. vbi late quæſtionem exa-
4 minat, & dicit Senatum in hanc opinionem inclinaſſe, licet controuerſia illa fuerit tranſactione finita. & nouiſſime hanc opinionem tenet Dominus Carolus Tapia in capit. item ſtatuimus. C. de ſacroſ. eccleſ. fol. 13. Non obſtant adducta in contrarium, quia iura ſupradicta expreſſe contradicunt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, in quo inſtituitur hæres Eccleſia, reuocat primum habens clauſulam derogatoriam.*
2 *Teſtamentum inter liberos, reuocat primum habens clauſulam derogatoriam.*

QVAESTIO 494.

Teſtator in primo teſtamento dixit nolle illud reuocari per aliud teſtamentum condendum ab eo, niſi in ſecundo teſtamento ſcripſerit totum Credo, vel Pater noſter, an reuocetur per teſtamentum, in quo eſt inſtituta Eccleſia.

1 IN hac quæſtione ſunt opiniones. Vaſqu. enim de ſucceſſ. reſol. lib. 3. §. 22. nu. 14. in fin. in prima parte negat cenſeri reuocatum. Contraria opinio eſt verior, quod cenſeatur reuocatum fauore eccleſiæ, & piæ cauſæ. quia teſtamentum habens clauſulam derogatoriam tollitur per ſecũdum teſtamentum inter liberos, non facta mentione derogationis. gl. iuncto tex. in authen. de teſtamen. Bald. & alij in authen. hoc inter liberos. C. de teſtament.

ex præſumpta voluntate teſtatoris. quæ quidem præſumptio militat etiam in eccleſia, vel alia pia cauſa, quæ reſpicit redemptionem peccatorum, & refrigerium animæ ipſius teſtatoris. cap. Pontifices. 12. q. 3. cap. requiſiſti. de teſtam. & teſtamentum inter liberos, & ad pias cauſas ſolent in iure æqualia ceſeri. cap.
2 relatum. il 1. de teſtam. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. eodem. Et hanc opinionem tenent Oldrad. conſ. 129. Soc. Sen. conſ. 229. vol. 2. Alex. conſ. 103. vol. 4. Iaſ. in dict. authen. hoc inter liberos. Bero. conſ. 3. vol. 2. Couar. in rubr. de teſtam. parte 2. nu. 20. verſ. ſeptimo ex eadem ratione. Burſat. conſ. 47. lib. 1. anima enim cunctis rebus & perſonis præfertur. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an incumbat onus probandi, ſi hæredes Prælati defuncti poſſident bona.*
2 *Sacerdos præcipue non præſumitur immemor ſalutis æternæ in articulo mortis.*

QVAESTIO 495.

An præſumatur pro Eccleſia in acquiſitis per Prælatum quæ poſſidentur per eius hæredes, ita vt illis incumbat onus probandi fuiſſe acquiſita ex patrimonio, non ex bonis Eccleſiæ.

1 Episcopus habet patrimonium, & redditus eccleſiæ, & acquiſiuit multa prædia, quæ poſſidentur per hæredes, an præſumantur acquiſita ex redditibus eccleſiæ, ita quod ſtatim debeantur ſucceſſori, & hæredibus incumbat onus probandi talia bona fuiſſe acquiſita ex patrimonio, vel ex alijs iuſte acquiſitis ratione officiorum, vel adminiſtrationis quæ Prælatus geſſit viuens. In hac quæſtione referam quid dicant DD. ſed vide in fine. & pro eccleſia facit, quod bona omnia Prælatorum & Clericorum poſt adeptam dignitatem & beneficium, præſumuntur eſſe eccleſiæ, & de bonis eccleſiæ acquiſita, niſi contrarium probetur. cap. 1. vbi Abb. & alij de teſtam. cap. 1. & 2. vbi gl. & DD. de pecul. clericorum. Innoc. in cap. cum in officijs, & ibi Io. Andr. de teſtam. auth. licentiam. vbi DD. C. de Epiſc. & Cler. DD. tenent contrarium, ſi hæredes poſſideant vt onus probandi incũbat eccleſiæ, ſi eccleſia poſſideat onus incumbat hęredibus. nec enim hęredibus poſſeſſoribus ſine cauſæ cognitione, auferenda eſt poſſeſſio. per tex. in cap. 1. in fine. 12. q. 5. ibi, nec ei ſine cognitione auferenda eſt poſſeſſio. ita tenet gl. in cap. ſint manifeſte. 12. q. 1. Abb. & alij in c. 1. de teſtam. Card. conſ. 79. in fin. Socin. Sen. conſ. 91. volum. 3. Celſ. Hug. conſ. 9. num. 5. Roland. conſ. 90. vol. 2. Bertach. de Epiſcopo. 4. part. quæſt. 3. num. 3. Cæpol. conſ. 51. Berou. conſ. 5. vol. 2. vbi de communi. Burſat. qui teſtatur de communi & alios allegat conſ. 376. lib. 4. & qui poſt mortem defuncti prius occupauit detinet, cuius bona quæſita eſſe debeant ſecundum Innoc. in d. cap. cum in officijs. Bald. in l. ſi quis presbyter. C. de Epiſc. & Cler. Ex quibus loco citato defendit hæredes cuiuſdam nobiliſſimi. Card. ab eo inſtituti, qui publicato teſtamento cœperant poſſeſſionem deſcribentes in inuentario omnia bona, præcipue quæ ad perſonæ nobilitatem, & amplitudinem parata erant, vt ſupellectilia, argentea vaſa, deaurata, gemmæ, & ſimilia ad dictum vſum, habitationem, & veſtitum neceſſaria. Concludit igitur ſucceſſori incumbere onus probandi, nec obſtare, quod pro eccleſia præſumatur in dubio. nam illa præſumptio tollitur per aliam præſumptionem & coniecturas exiſtentes pro hæredibus. Couar. cap. 1. de teſtam. nu. 10. Clar. in §. teſtamentum. q. 27. Burſatt. loco citato. Item non ſuffragatur dicta præſumptio, quando tempore promotionis Clericus habebat patrimonium, vel alia officia & dignitates ex quibus multa commode lucrari poterat, ex communi diſtinctione. Abb. in cap. cum eſſes. il 2. nu. 24. de teſtam. Rom. conſ. 159. num. 4. & 346. Bero. conſ. 7. vol. 2. Menoch. de arbitrarijs. caſ. 196. Celſ. Hug. d. conſ. 9. Item dicta regula non procedit quando fructus beneficiorum, qualitate & gradu conditione & dignitate perſonæ inſpecta, vix ſufficiant pro alimentis Prælati, ſeu Clerici familiæ ſuæ miniſtris, & pro cæteris ad diuina officia eccleſiæ, hoſpitalitatem, alimoniam pauperum, & alia pia opera præſtandis, tunc ceſſat præſumptio pro eccleſia. Soc. d. conſil. 91. Alex. conſ. 116. vol. 7. Cæpol. conſ. ciuil. 51. nu. 9. Menoch. vbi ſupra. Bero. d. conſ. 7. vnde Pius V. prohibuit ſpolia, quando beneficia, vel penſiones non exceſſerunt valorem triginta ducatorum de Camera, dummodo ab illicita negociatione ſe abſtineant. In dubio tamen quando eſt amplum patrimonium, & pingue beneficium arbitrio iudicis remittitur an ex patrimonio, vel beneficio ſint bo-

na

na quæſita pro rata. Menoch. d. caſ. 196. &
communis in d.cap. 1. de pecul. Cler. Item
quando repentur inuentarium particulare,
ſeu deſcriptio bonorum eccleſiæ, quia tunc
cætera ex patrimonio acquiſita credentur.
Bald. in d.authen. licentiam. ex tex. vbi gl. in
cap. ſacerdotes. 12. q. 4. Rom. ſing. 271. incip.
tu habes. Abb. in cap. 3. de pecul. Cler.
Item ſi Prælatus habuit magnas dignitates, vt
ſi fuit Nuntius, Legatus, ex doctrina, induſtria,
ac officijs perſonam tantum reſpicientibus
aliquid acquiſiuit, ſeu intuitu ordinis,
vel dignitatis Clericalis. Pariſ. conſ. 33. lib. 4.
Corn. conſ. 314. vol. 4. Natt. conſ. 116. lib. 7.
Zabar. conſ. 79. per totum. qui conſuluit pro
hærede Franciſci Petrarchæ Poetæ eximij,
Archidiaconi Cathedralis Parmenſis anno
1350. vide Foller. in conſtit. regni rubr. de
ſacroſ. eccleſ. Burſat. loco citato, qui multa
dicit ad propoſitum. Concluditur itaque ſecundum
DD. in præſenti quæſtione, quod
quando Prælatus habebat bona patrimonialia
& redditus eccleſiæ, ſi hæredes ſunt in
poſſeſſione, onus probandi incumbit eccleſiæ.
Vnum non eſt omittendum, quod ſi Prælatus
habens patrimonium diſponat in teſtamento
in hæredes ſuos, præſumptio eſt, quod bona
fuerint acquiſita ex patrimonio, quia non de-
2 bet præſumi, quod ſacerdos in articulo mortis
ſit immemor ſalutis æternæ, & voluerit
quod ſuum nō eſt relinquere hæredibus cum
damnatione animæ ſuæ. arg. l. fin. C. ad l. Iuliam
repetund. cap. ſancimus. 1. q. 4. ita adnotarunt
Anch. & Imola in d. cap. cum in officijs.
de teſtam. Alex. d. conſ. 116. vol. 7. &
conſ. 101. eodem vol. vbi dicit id tanto fortius
procedere ſi hæredes Prælati cum tertio
agant, non aduerſus eccleſiam, quia tertius
non poteſt opponere de regul. quod præſumantur
in dubio bona ex fructibus eccleſiæ
acquiſita, ſicut nec contra vxorem, quod de
bonis viri acquiſitum in dubio credantur.
Soc. d. conſ. 91. Berou. Celſ. Burſat. vbi ſup.
Et hanc conſiderationem eſſe habēdam, maxime
in Prælato timoratæ conſcientiæ, inquit
Corn. conſ. 79. num. 5. vol. 4. ſentit Ruin. conſ.
96. vol. 3. Hæc ſunt dicta DD. mihi videtur
contraria opinio verior, vt eccleſiæ non incumbat
onus probandi, quia in pari probatione
vel pari cauſa, pro eccleſia eſt iudicandum
etiam contra poſſeſſorem. per text. in c.
fin. de re iud. tanta eſt præſumptio eccleſiæ,
quod transfert onus probandi in poſſeſſorem,
vt optime probat Dec. in l. fin. C. de edicto Diui
Adriani tollen. Card. Mant. de coniect. vlt.
volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 23. Nec videtur obſtare
tex. in cap. 1. 12. q. 3. vbi poſſeſſor non debet
ſine cauſæ cognitione priuari, quia debet intelligi
quod ſit citandus & audiendus, ſed in
pari probatione, vel nulla, pro eccleſia ſit ferenda
ſententia. d. cap. fin. de re iudic. nam
cauſæ cognitio tunc dicitur adhiberi, quando
pars eſt citata, vel eſt præſens. l. in cauſæ. la
prima. §. cauſa. ff. de minorib. nec probationes
ſunt de eſſentia ſententiæ. Bal in l. prolatam.
C. de ſent. quia potuit iudex moueri ex præſumptionibus,
vt late per Felin. in cap. eccleſiæ
S. Mariæ. nu. 22. & ſeq. maior eſt præſumptio
pro eccleſia quam quęlibet alia pręſumptio
iuris. arg. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ.
vt tradit Iaſ. in l. ſi quis id quod. nu. 22. ff. de
iuriſdict. omn. iudic. & vna præſumptio tollit
aliam. l. Diuus. ff. de reſtit. in integ.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an poſſit compromittere in aliquem tanquam in arbitratorem & de iure, & de facto iura Eccleſiæ.*

2 *Compromiſſum in arbitratorem, & de iure & de facto tribuit poteſtatem arbitratori gratis remittendi.*

QVÆSTIO 496.

An Prælatus poſſit compromittere in aliquem tanquam in arbitratorem de iure & de facto concernentia Eccleſiam.

1 QVæritur, an Epiſcopus poſſit compromittere
in aliquem tanquam in arbitratorem,
de iure & de facto iura eccleſiæ.
Ang. doctrina eſt ſingularis in l. Imperatores.
ff. de pactis. de qua facit magnū feſtum
Barbat. in c. 1. de depoſito in c. fin. de pecul.
Cler. dicit enim Ang. ſe ſemper dixiſſe,
quod adminiſtratio, & procurator Reipublicæ,
etiam ſi habeant generalem cum libera, &
pariter Prælatus non poſſunt compromittere
de iure, & de facto in arbitratorem, quia nihil
2 poſſunt gratis remittere, & compromittendo
de facto conceditur poteſtas arbitratori gratis
remittendi, vt notat gloſ. in l. ſi de meis.
§. recepiſſe. ff. de arbitris. & l. ſed ſi in ſeruum.
§. ſi quis iudex. eod. tit. & hanc opinionem
etiam tenet Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3.
§. 26. num. 52.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Authentica ſacramenta puberum, an auferat minoribus firmantibus iuramento contractus, beneficium reſtitutionis in integrũ.*

2 *Eccleſia non deſinit haberi pro minore, nec amittit beneficium reſtitutionis in integrum ob iuramentum Rectoris præſtitum in contractu, iuxta authenticam ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit.*

QVAESTIO 497.

Authentica Sacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem, an procedat in Eccleſia, vt non fungatur vice minoris propter iuramentum Rectoris.

1 Minor habetur pro maiore in contractibus, quando confirmauit iuramẽto, ita vt non retractentur. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem. & procedit vt etiam impediatur reſtitutio in integrum ſecundum Bal. in l. generaliter. C. de verb. cred. Felin. in cap. cum ſit generale. de foro compet. verſ. intelligo dupliciter. Capell. Tholoſ. 45. Iaſ. auth. ſacram. puberum. Nihilominus ſecus in eccleſia, vt per iuramentum 2 Rectoris non perdat beneficium reſtitut. in integr. nec deſinat haberi vice minoris. & ita ſe habet communis opinio, quicquid voluerit Capella d. deciſ. ita tradit Bal. loco citato. ac Felin. in d. cap. cum ſit. gloſ. in verb. contractum in c. 1. de in integ. reſtit. in 6. Bal. Afſl. in c. 1. §. item ſacramenta. & pace iuramento firmanda. Iaſ. in d. auth. & ibi Paul. de Caſtr. & Alberic. & fuit de mente Io. Andr. in c. grauis. de depoſito. Anton. Gabriel de minorib. concl. 5. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, quando non ſoluit tributum, eius bona retinebuntur loco pignoris donec fuerit ſatiſfactum.*

2 *Eccleſiæ à quibus compelluntur ad ſoluenda munera, quando tenentur.*

QVÆSTIO 498.

De Eccleſia non ſoluente tributum, quando tenetur, an eius bona diſtrahantur.

1 Non eſt dubium, eccleſiam & clericos teneri ad ſolutionem tributorum, & cenſuum pro poſſeſſionibus ad eam peruentis cum res tranſeant cum onere ſuo inuariabili. cap. tributum. 23. quæſt. fin. cap. magnum. & cap. ſi tributum. 11. quæſt. 3. DD. in cap. 1. de immun. eccl. in 6. Sed quid ſi eccleſia ceſſauerit à ſolutione tributi dicunt aliqui quod fiet tranſlatio poſſeſſionum, & venditio in publicũ. per l. 3. C. de Epiſ. & cler. & l. 6. C. de exactoribus tribut. lib. 10. niſi ſit ager in quo fundata ſit eccleſia. cap. 1. de cenſibus. verum gl. in d. l. 3. dicit illam legem eſſe correctam per auth. Item nulla eodem tit. Hoſtien. in ſumma de immunit. eccl. §. à quibus, dicit quod 2 non diſtrahetur res eccleſiæ, ſed tenebitur loco pignoris donec ſatiſfactum fuerit. per l. ſi diuina. C. de exactoribus tributorum. lib. 10. vbi hoc tenet gl. & id eſſe æquius, & tenendum, tanquam eccleſiæ fauorabilius dicit Card. Zabar. in Clem. 1. quæſt. 18. de vit. & honeſt. cler. vbi quod compulſio ſit per Prælatos eccleſiæ, quorum eccleſiaſtici ſubditi ſunt. cap. peruenit. de immunit. eccl. c. ſi diligenti. de for. compet.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio quandoque eſt debita fauore Eccleſiæ.*

2 *Diſpenſatio an ſit debita ob qualitatem perſona tantum.*

QVAESTIO 499.

Eccleſiæ fauore, quandoque diſpenſatio eſt debita.

1 Quæritur an Epiſcopus teneatur quandoque diſpenſare in caſibus in quibus poteſt, ita quod ſi non diſpenſet poſſit recurri ad ſuperiores. breuiter dicendum, quod vbi agitur de eccleſiæ vtilitate, vt quia multum melioraretur ex perſona illius qui alias erat valde vtilis eccleſiæ, diſpenſatio eſt debita, ita quod Epiſcopus peccat non diſpenſando, & poterit implorari officium iudicis. cap. vt conſtituerentur. diſt. 50. Abb. Dec. & alij in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. Idem dicendum, quando ſubeſt tantum 2 vtilitas perſonæ, vt quia alias fuit bonæ conditionis licet inciderit in delictum, & nunc videtur ſatis contritus, quo caſu eſt in arbitrio Epiſcopi diſpenſare. verum quando cum vti-

vtilitate priuata concurrit publica, vt quia
eſt perſona litterata, cum eccleſia indigeat
viris litteratis, tunc eſt debita diſpenſatio.
iuxta cap. Domino ſancto. diſt. 50. ita Dec. in
d. §. de adulterijs. num. 163.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an reſtituatur in integrum aduerſus omiſſam appellationem.*

2 *Negligentia procuratoris in non appellando nocet Domino.*

3 *Maior reſtituitur aduerſus omiſſam appellationem à procuratore, ſi procurator non eſt ſoluendo iuxta æquiorem opinionem.*

4 *Eccleſia vt reſtituatur aduerſus omiſſam appellationem, an teneatur docere de læſione.*

5 *Eccleſia in iudicio reſtituitur aduerſus probationes omiſſas, allegata tantum læſione, & in Regno Neapolitano neque allegatur.*

QVAESTIO 500.

Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus omiſſam appellationem, & an teneatur docere de læſione.

1 NOn eſt dubium, quod negligentia pro-
curatoris in omittendo appellationem
nocet Domino, vt non poſſit poſt decennium
appellare. l. 1. §. fin. ff. quando appellandum
2 ſit, ſed altercatio eſt inter DD. an ſi procura-
tor non eſt ſoluendo contra quem poſſit ha-
bere regreſſum, ſit Dominus admittendus ad
appellandum ſaltem per viam reſtitutionis in
integrum, quæ non competit maioribus ex
clauſula generali competente maioribus, &
multi negant. Gl. Abb. Zabar. Io. Andr. in cap.
cum veniſſent. de reſtitutione in integrum.
Affl. in conſtit. Regni Neapolitani rubr. de in
3 integr. reſtit. Alij æquius exiſtimant, reſtitu-
tionem in ſubſidium eſſe concedendã, quan-
do procurator non eſt ſoluendo. non enim de-
bet aduerſarius locupletari cum aliena iactu-
ra. Bald. in l. ab eo. C. quomodo, & quando
iudex in cap. ſignificante. de appellationibus.
Iaſ. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicenti
non obtemperauerit. Hoſt. in cap. 1. vt lite
non conteſtata. Aufret. ad deciſ. Tholoſan.
201. Cephal. conſ. 105. vol. 3. Alex. conſ. 95.
viſis proceſſibus. vol. 2. Barbat. conſ. 46. ſcri-
pſi præclare. vol. 2. ſingul. Apoſtill. ad Felin. in
d. cap. 1. vt lit. non conteſt. in verbo ſi procu-
rator non eſt. Nihilominus in eccleſia non
eſt dubium, quod ſemper reſtituitur aduerſus
omiſſam appellationem indiſtinctè. Paul. Sa-
licet. & communis in l. properandum in l. fin.
C. de iudic. Bart. Iacob. de S. Georg. in l. fin.
C. ſi aduerſus rem iudic. qui loquuntur in
minore. ſed idem in eccleſia, quæ præcipue in
materia reſtit. in integr. æquiparatur minori.
cap. 1. cap. auditis. de reſtit. in integr. & in
ſpecie, quod idẽ ſit in eccleſia tradit Caſſan.
conſuetud. Burgun. rubr. 3. §. 2. nu. 12. & ſeq.
Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 52.
Euerard in loco à minore ad eccleſiam. Hent.
Boic. Bellamer. in cap. fin. de reſtit. in integr.
Veſtr. lib. 8. cap. 3. num. 5. quos omnes refert
& ſequitur nouiſſime Sfortia de reſtitut. in
integr. q. 88. art. 3. nu 46. & ſeq. Sed difficul-
tas magna eſt, an eccleſia teneatur docere
4 de læſione cum pro ſententia præſumatur, &
iuſtitia eius. l. Herẽnius. §. Caia. ff. de euiction.
Bart. in l. fin. C. in quibus cauſis in integrum
reſtitutio non eſt neceſſaria renuit, quod ſi
minor non appellauit à ſententia infra decem
dies, poterit reſtitui ad appellandum, nec te-
netur docere de læſione, ſed ſufficit probare
ſolum lapſum temporis. idem tenet Paul. de
Caſtr. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iu-
reiurando. ſentit etiam gl. in l. ſi minor vigin-
tiquinque annis filiusfamilias. §. 1. ff de mino-
ribus. ſed idem Bart. tenet contrarium in d.
§. ſi minor, quod minor debeat docere de læ-
ſione alias non reſtituitur ad appellandum.
Raph. Fulgoſ. quem ſequitur Iacobin. in d. l.
fin. diſtinguit, quod aut loquimur in minore
actore, qui ſuccubuit in cauſa, & procedat
opinio Bart. in d. §. ſi minor, vt debeat docere
de læſione, & eſt ratio, quia abſolutoria lata
pro reo contra minorem agentem, præſumi-
tur lata ex eo quia non probatum. vt nota-
tur in l. iulianus vetum debitorem ff. de cond.
indeb. & ſi minor appellaſſet ab illa ſententia
lata in fauorem rei, neceſſe habuiſſet probare
in cauſa appellationis, & iuſtificare intentio-
nem ſuam ſicut tenebatur probare in cauſa
principali. l. actor. ff. de probat. & l. qui accuſa-
re. C. de ædend. & ideo ſi petat reſtitui ad ap-
pellandum, hoc caſu non ſufficiet probare ſo-
lum lapſum decennij, ſed oportebit eum pro-
bare quod appellatio ſi reſtituatur erit iuſta:
aut loquimur in minore reo contra quem eſt
lata ſententia, & hoc caſu quia ex tali ſenten-
tia ſatis apparet de læſione, ideo ſufficit quod
minor petens ſe reſtitui ad appellandum, pro-
bet ſolum lapſum temporis præfixi ad appel-
landum, quia hoc caſu etiam ſi appellaſſet
non

Digitized by Google

non ipſe, ſed aduerſarius ſuus tenebatur probare. & hanc concordiam adducit etiam licet non referat rationem diuerſitatis, Ant. Gabr. de minorib. concl. 2. Sfott. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 36. art. 5. num. 38. multa dicit referens ſupradicta, & alia. ipſe vero eſt in opinione, quod aut loquimur de aliquali probatione ſaltem ſummaria ad docendum aliqualiter de bono iure petentis reſtitutionem, & vt dici ſolet ad dandum fumum de bono iure in cauſa principali, & hæc aliqualis probatio ſecundum ipſum eſt neceſſaria per viam fumi. aut loquimur de probatione plene facienda ſuper bono iure in cauſa principali, & id non requiratur. & ita etiã concordat Bar. allegat Card. Alexandr. in cap. ex ratione. nu. 70. de appellat. Mihi vero videtur indiſtinctè
5 tenendum, quod eccleſia ſit reſtituenda aduerſus omiſſam appellationem, ſiue ſit actrix ſiue ſit rea, etiam non docto de fumo, quia potuit lædi in iudicio, quo caſu habemus regulam generalem in iure expreſſam in c. auditis. & in cap. ſuſcitata. de reſtitut. in integr. quod ex ſola allegatione læſionis, vel omiſſæ exceptionis eccleſiæ datur reſtitutio. vnde Abb. in d. cap. auditis. nu. 7. inquit, nota quod in petẽda reſtitutione aduerſus probationem omiſſam non eſt neceſſe probare læſionem, nam eo ipſo apparet de læſione, quod eccleſia omiſit probationem neceſſariam in termino. idem dicit in d. cap. ſuſcitata ſecundo notabili. hæc autem ratio militat in appellatione omiſſa in termino decem dierum, ergo eſt reſtituenda indiſtinctè. tradit etiam Capic. in materia omiſſarum probationum deciſ. 109. vbi quod de iure communi ſatis eſt allegare læſionem, & in Regno Neapolitano nec debet allegari læſio, & conceditur eccleſiæ reſtitutio. non enim eſt tanta præſumptio pro ſententia, quod non poſſit inferre grauamen, quia leges denegarent appellationem, quam concedunt ſemel, & bis, & ita potuit grauari ſi eſt actrix ac ſi eſſet rea. & hæc opinio mihi videtur æquior.

SVMMARIVM.

1 *Clericus etiam curatus poteſt impediri ab Epiſcopo ne ingrediatur religionem ſi Eccleſia damnum ſentiret.*

2 *Clericus ſine licentia Epiſcopi poteſt tranſire ad religionem, quia perfectius eſt ſeruire Deo cum voti obligatione.*

3 *Epiſcopus non poteſt tranſire ad religionem ſine licentia Summi Pontificis, & quæ ſit ratio.*

4 *Vtilitas publica animarum præfertur aliquando quieti, & contemplationi religioſorum.*

QVÆSTIO 501.

Clerico etiam Curato poteſt prohiberi ingreſſus religionis ob Eccleſiæ neceſſitatem.

1 QVæritur an Epiſcopus poteſt impedire parochum eccleſiæ valde vtilem, ne ingrediatur religionem, vel ingreſſum reuocare ſi eccleſia damnum ſentiret. & videtur quod nullo modo poſſit impediri, quia auctoritate ſacrorum Canonum clericus ſine licentia Prælati poteſt ad religionem tranſire. cap. duæ ſunt. 19. quæſt. 2. & cap. 1. eadem cauſa quæſt. 1. & communis in cap.
2 licet. de regularibus. ea ratione, quia perfectius eſt ſeruire Deo cum voti obligatione, quam ſine. S. Thom. 2. 2. q. 189. art. 7. & id in ſpecie tenet Card. de Turrecrem. in d. cap. 1. 19. quæſt. 1. vbi indiſtinctè tenet quod velit nolit Epiſcopus, poteſt clericus tranſire ad religionem auctoritate d. cap. duæ. vbi tamen neceſſitas, vel maxima vtilitas eccleſiæ exigat eius præſentiam, debet Epiſcopus eum admonere, vt non ingrediatur, ſed ſi non acquieſcit debet ei dare licentiam. non enim debet Epiſcopus denegare, quod canon concedit. nihilominus contraria opinio, vt poſſit denegari licentia, & impediri ingreſſus, ac reuocari, quando damnum ſentiret eccleſia ex eius tranſitu ad religionem, vt quia non inuenirentur de facile alij, tenent Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. Ant. Abb. & communis in d. cap. licet. de regularibus. & quod ſi eſt ingreſſus eſt reuocandus ſi eccleſia grauiter lęderetur. arg. cap. admonet. de renunciat. 7. quæſt. 1. cap. ſi qui vero. & hæc opinio videtur verior, & pro hac ſententia facit text. in cap. quod Dei in timorem de ſtatu monachorum, vbi regularis poteſt præfici eccleſiæ parochiali pro vtilitate animarum, quod non permittetur. Item facit tex. in d. cap. licet vbi non poteſt Epiſcopus, ſine licentia Romani Pontifi-
3 cis tranſire ad religionem, nec reddit rationem Summus Pontifex, quia ſtatus Epiſcopalis dicitur eſſe perfectior ſtatu religioſorum, ſed ita loquitur quoniam ſicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtili-

tas

tas ſpeciali vtilitati præfertur . & in hoc caſu
rectè præponitur doctrina ſilentio , ſolicitudo
contemplationi, & labor quieti. hæc ſunt ver-
ba textus , quæ videntur conuenire caſui pro-
poſito, quando eccleſia damnum ſentiret pro-
pter periculum animarum. idem etiam vide-
tur ſentire idem Card. de Turrecr. in loco cit.
4 quando adeſt neceſſitas , dum reſpondet ad
ſecundam rationem cuiuſdam Carmelitæ his
verbis, ſecunda ratio etiam non militat , nec
procedit, quia in caſu iſto non currit neceſſi-
tas ex quo ſufficientes alij reperiri poſſunt .

SVMMARIVM.

1 *Diuitiarum , & potentia, an ſit habenda ratio in electione , & collatione beneficiorum .*
2 *Eccleſia ſi indigit potentia, & diuitijs, & eligatur impotens , vel pauper , an ſit retractanda electio .*
3 *Pralatus debet eſſe vtilis Eccleſia .*
4 *Epiſcopus non debet eſſe cuſtos cartarum .*
5 *Simplicitas repellit à promotione ad Cathedralem .*
6 *Epiſcopus Tudertinus fuit à Papa depoſitus tanquam inutilis .*

QVÆSTIO 502.

Eccleſiæ vtilitas præcipuè admittenda eſt in collatione beneficiorum, non autem diuitiarum, & potentiæ.

1 QVærit gloſ. in cap. conſtitutis. de appell.
in verbo potentiam , an in collatione
beneficiorum, & electione, habenda
ſit ratio diuitiarum, & potentiæ, & reſpondet
quod data in reliquis paritate præferendus
eſt ditior, ſeu potentior , vt magis conſulatur
eccleſiæ per potētiam, ſeu diuitias illius. Hoſt.
ibi dicit conſiderandum eſſe ſitum , & quali-
tatem eccleſiæ , vt ſi eccleſia indiget poten-
tia, & diuitijs, tunc potentia præferatur ſcien-
tiæ . argum. cap. cum officium . de elect. vbi
vero non indiget potentia, ſcientia præferatur
potentiæ . argum. cap. cum cauſam. de elect. ſi
vero indiget diuitijs , vt quia eſt onerata de-
bitis , tunc diuitiæ præferantur potentiæ , &
ſcientiæ. arg. cap. hoc ius porrectum. 10. q. 2.
ceſſantibus autem prædictis conſiderationi-
bus, vt puta quia eccleſia non indiget poten-
tia, & diuitijs, tūc licet prædicta gradum adij-
ciant non tamen reprobabitur electio facta
de eo qui non eſt diues vel potens, ſi alias eſt
idoneus . & ibi Abb. dicit ponderandum eſſe
dictum Hoſt. quia tacite ſentit quod vbi ec-
cleſia indiget viro potenti, vt puta habet poſ-
ſeſſiones circa inimicos , vel indiget diuitijs ,
tunc electio facta de non potenti, vel non di-
2 uite eſt retractanda, quod placet Abb. quia
licet in ſe ſit electus idoneus , non tamen eſt
vtilis eccleſiæ , & Prælatus non ſolum debet
eſſe idoneus in ſe, ſed etiam vtilis eccleſiæ . vt
3 habetur in d. c. conſtitutis. ibi vtilem, & ido-
neum. vnde dicitur, quod Epiſcopus nō debet
4 eſſe cuſtos cartarū, nec ſolum eſſe contentum
ſtudio litterarum, ſed etiam alijs exterioribus.
vt in cap. in canonibus. 16. quæſt. 1. & in cap.
Petrus. diſt. 39. habetur quod ſimplicitas re-
5 pellit à promotione. & vt tradit Bald. in l. qui-
cumque. C. de Epiſc. & Cler. Summus Ponti-
6 fex depoſuit ab Epiſcopatu Epiſcopum Tu-
dertinum tanquam inutilem .

SVMMARIVM.

1 *Procurator poteſt eſſe Epiſcopus, Eccleſia fauore, & an religioſus .*
2 *Religioſus poteſt eſſe Procurator , & Aduocatus pro amico vtili monaſterij .*
3 *Regularis an poſſit eſſe Aduocatus, vt ex lucro ſubueniat paupertati monaſterij .*
4 *Quod ex neceſſitate conceditur , non trahitur in conſequentiam .*

QVÆSTIO 503.

Eccleſiæ fauore ob eius vtilitatem Epiſcopus, & religioſus poſſunt eſſe Procuratores laicorum .

1 INnoc. in cap. cum I. & A. de ſententia ,
& re iudicata , ſingulariter tradit atque
communiter recipitur , quod regularis , qui
alias non poteſt conſtitui procurator laici, po-
terit tale officium exercere pro aliquo laico
patrono , vel Principe , vel magno defenſore
ſiue vtili amico eccleſiæ. & ſi is contra quem
conſtituitur dicat non verſari vtilitatem mo-
naſterij , inquit Innoc. quod non pertinet ad
2 ipſum de hoc inquirere, nam poſſent tales eſ-
ſe, & ita occultæ vtilitates eccleſiæ , ſiue mo-
naſterij , quod non expediret imò officeret il-
las omnibus eſſe notas . Itē de mandato Epi-
ſcopi poteſt regularis conſtitui procurator .
iuxta Innoc. loco citato , quod intelligitur
pro vtilitate communi , & publica eccleſia-
rum . vt ibi tradit Abb. qui alios caſus refert
in

in quibus religioſus poteſt eſſe procurator, & pro maiori parte concernunt eccleſiæ vtilitatem, vt ſi agat de propria electione, vel ſi accuſetur proprius Prælatus, quo caſu debet regularis hab. re expenſas à monaſterio. cap. ex parte. & c. penulr. de accuſat. item pro elect. Abb. ſed quæſtio eſt notabilis, an regularis,
3 qui fuit bonus Aduocatus poſſit poſtulare, vt ex eius lucro ſubueniat eccleſiæ ære alieno grauatæ. Io. Andr. in regula in arg. de reg. iur. in 6. tenet quod non, obſtante. cap. monachi. 16. q. 1. vbi excipitur vtilitas monaſterij, quia ille textus debet intelligi de vtilitate directa ex cauſa in qua patrocinatur, puta pro conſeruandis, defendendis, vel recuperandis rebus, & iuribus monaſterij, ſed vtilitas lucri in aliena cauſa ſpectat ad monaſterium ſecun-
4 dario, & quando aliquid ex neceſſitate conceditur non licet arguere ad caſus ſimiles, regula, quæ iure & d. reg. in argumentum. idem tenent Butr. & Imol. in cap. 2. de poſtulando. Abb. vero ibi tenet quod dictum Io. And. eſt honeſtius, & ſecurius; ſed credit quod pro amico monaſterij poteſt eſſe Aduocatus ex dictis Innoc. in d. c. P. G. & idem tenet Felin. num. 12. in d. cap. P. G. Sed redeundo ad quæſtionem propoſitam de procuratore laici, notandum, quod Epiſcopo videtur tale officium magis prohibitum, quam regulari. cap. quia Epiſcopi. 5. q. 3 & cap. cum ſcimus. 11. q. 3. tamen Archiepiſcopus quidam fuit procurator pro quodam Principe laico. vt habetur in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. & tenet Abb. in d. cap. cum I. & A. vtilitas enim monaſterij verſatur, vt dictum eſt. Item Epiſcopus poteſt eſſe legatus Regis. cap. cum parati. de appell. vbi Abb. num. 4. & etiam delegatus. cap. in Archiepiſcopatu de raptoribus. Facit enim quod eccleſia in permutatione rerum cum rebus Principis, non requirit vtilitatem, ſed ſufficit ei vt recipiat æquiualens tantum. c. 1. de rebus eccleſiæ non alien. à Principe enim & alijs Dominis multa vtilia conſequitur eccleſia. Et ex his poteſt indiſtincte dici, quod religioſus pro vtilitate Eccleſiæ poteſt eſſe Procurator, & Aduocatus, & idem in Epiſcopo.

S V M M A R I V M.

1 *Promoueri ad beneficia, an debent quorum anteceſſores male tractauerunt Eccleſiam.*

2 *Eccleſiæ bona, iure hæreditario poſſideri prohibentur.*

3 *Patriarcha Conſtantinopolitanus fuit acriter reprahenſus eo quod clericos vnius nationis tantum admittebat ad ſeruitium Eccleſiæ Cathedralis.*

QVAESTIO 504.

Promouendi an ſint ad beneficia quorum anteceſſores, vel conſanguinei male tractauerunt Eccleſiam regulariter.

1 QVæritur quid Epiſcopus conſiderare debet in collatione beneficiorum, & electione vltra natalia, ætatem, ſcientiam, mores atque eccleſiæ vtilitatem, & breuiter dicendum duo præcipue conſiderare debere: primum, quod anteceſſores, & conſanguinei promouendi, alias non male tractauerint eccleſiã: ſecundum quod eius con-
2 ſanguinei. alias beneficium non obtinuerint, ne videantur bona eccleſiæ effici hæreditaria. textus eſt notabilis in cap. venerabilem. de elect. vbi Abb. inquit contra aliquos, qui ſperant obtinere beneficium ſub prætextu quod nunquam de eorum domo exierit, nam hæc eſt cauſa vt minus obtineant. & prædicta procedunt regulariter, nam aliquando Summus Pontifex ex iuſtiſſimis cauſis diſpenſat propter merita familiarum. facit textus in cap.
3 ad decorem. de inſtitut. vbi Patriarcha Conſtantinopolitanus fuit acriter reprehenſus ex quo clericos vnius nationis tantum admittebat ad ſeruitium eccleſię Cathedralis, ibi ſanctuarium Dei, non debet iure hæreditario poſſideri.

S V M M A R I V M.

1. *Raptor, vel violator Eccleſiæ ſi in articulo mortis pœniteat, ſed non ſatisfecit, an poſſit ſepeliri in loco ſacro.*

QVAESTIO 505.

Raptores rerum Eccleſiæ ſi pœnituerint in morte, ſed non ſatisfecerint Clerici, eorum ſepulturæ intereſſe non debent.

1 PErſona potens Dominus loci, vel ſimilis occupauit eccleſiæ territorium, vel alias res. in mortis articulo recepit Sacramentum pœnitentiæ, ſed omiſſa loquela non potuit reſtituere,

ſtituere, nec ſatiſdationem de reſtituendo præſtare, quæritur an poſſit ſepeliri in eccleſia. breuiter dicendum, quod poterit ſepeliri in cœmeterio, ſed nullus Clericus debet intereſſe eius ſepulturæ, nec recipere eleemoſynam ab eo. text. eſt notabilis. in cap. ſuper eo. de raptoribus. & ibi gl. & Abb. Sed procedit iſte tex. quando raptor, vel violator eccleſiæ, eſt manifeſtus, hæredes autem poſſunt compelli ad ſatisfaciendum. capi. in litteris. eodem titulo. poterit igitur ſepeliri, ſed Clerici non poſſunt intereſſe, idque fuit ſtatutum ad terrorem aliorum, vt timore pœnæ cum poſſint ſatisfaciant eccleſiæ. vt ibi notat gl. & ſi Clerici interſunt deponuntur ab officio, & beneficio irrecuperabiliter. & hæc ſunt notanda beneficiatis, maxime curatis.

SVMMARIVM.

1 *Conſtrui nihil debet circa Eccleſiam in eius præiudicium, & quid ſi contineat opus piũ.*

2 *Faber debet expelli ſi moretur prope Eccleſiam.*

3 *Eccleſia vna non debet ædificari in præiudicium alterius, et in quo conſiſtat præiudiciũ.*

4 *Concurſus populi non ita frequens, an impediat Eccleſiam prope aliam ædificari.*

5 *Campanarum ſtrepitus, an impediat Eccleſiam prope alteram ædificari.*

QVAESTIO 506.

Eccleſiæ fauore nihil circa eam conſtruendum in eius præiudicium.

1 EXigit Eccleſiæ fauor, quod publicam continet vtilitatem. cap. ius publicum. diſt. 1. nihil circa eam conſtruatur, vel toleretur quod ei pręiudicium afferat, etiam ſi opus pium contineat. cap. pridem. 18. quæſt. 2. vbi remouetur Baptiſterium, ne officia diuina turbentur. & ex illo textu dicunt Iaſ. in l. 1. num. 45. ff. ſolut. matrim. Felin. in cap. fin. in
2 fine. de iudicijs. poſſe expelli fabrum malleantem ſi habitet penes eccleſiam, & malleando diuina officia impediat. amplia vt nec eccleſia poſſit ædificari in præiudicium alterius eccleſiæ. cap. 1. de oper. nou. nunciat. cap. quæcumque c. eccleſia 16. quæſt. 1. cap.
3 audientiam. de eccleſ. ædific. præiudicium autem in quo conſiſtat eſt inueſtigandum, & de diminutione reddituum non eſt dubium, quod vna eccleſia non poteſt conſtrui cum tali præiudicio. vt apertè probatur in d. cap. eccleſia. & c. ad audientiam. Dubium eſt, an cenſeatur inferri præiudicium, quia eccleſia antiquior non ita frequentabitur à populo poſt nouam eccleſiam ſicut prius. Et Ant. de Butr. in cap. cum olim. de conſuetudine fuit in opinione, quod etiam ſi neceſſitas ſubeſt ædificandi eccleſiam in parochia aliena, poterit Epiſcopus non obſtante diminutione veri honoris id facere, quia cenſetur eſſe ho-
4 nor cuicumque eccleſiæ, vt. cultus diuinus augeatur. cap. ex his. de reſcriptis. & habetur in d. cap. ad audientiam. ſi autem nulla ſubeſt cauſa niſi augmentum diuini cultus, tunc dicit quod adhuc videtur poſſe fieri, dummodo non fiat præiudicium niſi in honore, quia iura ſecundum eum videntur ponderare præiudicium quo ad redditus, non quo ad honorem d. cap. eccleſiæ. cap. ad audientiam. & opinionem Ant. vt non ſit attendenda diminutio concurſus populi ad eccleſiam Cathedralem, ſequuta eſt Rota Rom. in deciſ. Card. Seraph. 847. nũ. 3. Nihilominus Io. de Imol. dicit, opinionem Ant. non procedere ſine dubio, imò videri oppoſitum probari in d. c. ad audientiam. vbi conceditur nouæ eccleſiæ conſtructio infra limites alterius, quãdo ſubeſt iuſta cauſa, puta propter longitudinem diſtantiæ parochianorum. & ſic videtur littera innuere, quod alias fieri non debeat, & iſtud dicit Imola videtur magis de mente iuris per illum textum. quo vero ad creãdum nouam dignitatem in eccleſia, iuxta dictum cap. cum olim, dicit procedere dictum Antonij. Faciũt etiam vltima verba relata ab Ant. in d. cap. cum olim, n. 15. in fin. dum inquit, ſed primum credo verius, æquius, & iuſtius cum per hoc non ſubtrahantur parochiani, quia debeant viſitare eccleſias ſuis diebus, & quia iura ponderant præiudicium in redditibus. poſtea ſubdit, ſcio quod de facto ſeruaretur contrarium, & ſic videtur habere rationem etiã frequẽtationis populi. Opinio Imo. mihi verior videtur, ſed tu conſidera propter
5 auctoritatẽ Rotæ. Aliud ſolet eſſe præiudiciũ nempe ſtrepitus campanarum ſi impediant celebrationem diuinorum, quod videtur ſecundum Rotam in d. deciſ. eſſe in conſideratione, niſi apertè liqueat ex hac cauſa non turbari diuina officia. maxime ſi permittatur vnica campana ſatis exigua, nempe ponderis vigintiquinque librarum. Aliud præiudicium poteſt eſſe ſi noua ædificatio officiat luminibus eccleſiæ antiquioris, & conſiderat etiam Rota loco citato. Inſuper

videtur adeſſe aliud præiudicium ſi eccleſia noua conſtruatur intra quadraginta paſsus in circuitu eccleſiæ maioris, vel triginta minoris. iuxta cap. ſicut antiquitus. 17. q. 1. ſed Ant. de Butr. in cap. inter alia. num. 9. de immunit. eccleſ. tenuit quod cum canones permittant fieri ædificia pro Clericis intra dictos paſſus, multo magis licere debet eccleſiam ibi conſtruere, cum ex hac re non lædatur eccleſiæ immunitas quam conſideraue runt antiqui Canones. vt in d. cap. ſicut antiquitus. & cap. diffiniuit. Nec videtur obſtare textus in d. c. nulla. quia loquitur in atrio eccleſiæ in quo eſt cœmeterium, vt dicit ibi gl. & fuiſſe determinatum in Rota tradit Seraphinus d. deciſ. vbi quod totum hoc negocium regulatur ſecundum locorum qualitatem, & anguſtiam loci. cap. quiſquis. 17. q. 4. Remig. de immun. eccl. §. paſſus. Et ex prædictis liquet, preiudicium eccleſiæ principaliter conſiſtere circa redditus, item circa ſtrepitum Campanarum, malleatorum, & ſimilium ſi turbantur diuina officia. circa populi frequentiam eſt dubium. ſed quo ad Eccleſiam Cathedralem, & Parochialem videtur verior opinio Imol. vt attendi debeat: & hæc noto quia occurrunt in praxi. & prædicta procedunt in eccleſijs ſecularibus. nam regulares habent priuilegia de alijs eccleſijs regularium non ædificandis prope illas intra certos fines, vt eſt videre in compendio priuilegiorum mendicantium.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes continuæ vt præſcribantur non requiritur titulus.*

2 *Seruitutes continuæ non præſcribuntur contra Eccleſiam abſque titulo.*

QVÆSTIO 507.

Eccleſiæ fauore, ſeruitus contra eam abſque titulo non præſcribitur.

1 Communis eſt concluſio, quod in præſcribendis ſeruitutibus continuis, vt aquæductus &c. non requiritur titulus, ſed ſufficit ſolus vſus, dummodo non vi nec clam nec precario, ſciente Domino, & non contradicente. Innoc. in cap. de quarta. de præſcrip. gl. in c. cum eccleſia. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Bar. & alij in l. ſeruitus. la ſeconda. ff. de ſeruitutibus. & ſufficiunt decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes. ſed contra eccleſiam requiruntur anni 40. d. c. de quarta. vbi Abb. & alij. Sed difficultas eſt, an quã-
2 do præſcribitur contra eccleſiam ſeruitus, requiratur titulus. Abb. in loco citato tenet quod non, Bal. vero in l. ſeruitutes. la grande. ff. de ſeruit. quem ſequuntur Paul. de Caſtro & alij communiter tenent contrarium, vt debeat doceri de titulo. ratio eſt, quia ille qui præſcribit ſeruitutem, habet diſpoſitionẽ iuris contra ſe, cum quodlibet prædium præſumatur liberum niſi probetur ſeruitus. l. altius, C. de ſeruitutibus. ergo non ſolum allegatio. ſed etiam probatio tituli videtur neceſſaria. per cap. primum. de præſcript. in 6. Innoc. in cap. ſi diligenti. de præſcript. dicit quod non dicitur habere contra ſe ius commune, qui præſcribit ſeruitutem, quia ius non probat quem habere ſeruitutem in prædio alieno, ſed bene dicitur habere contra ſe ius commune, quando vult acquirere id quod ius prohibet, nempe quod vnus Epiſcopus exerceat iuriſdictionem in alteri is diœceſi, & Archiepiſcopus exerceat iura Epiſcopalia. vnde Paul. de Caſtro in loco citato inquit, cap. primum. de præſcript. in 6. loqui in præſcriptionibus currentibus contra eccleſiam, vel in iuribus eccleſiaſticis, ſecus ſi contra priuatum, & ideo ſubdit, videtur concludendum quod qui vult acquirere ſeruitutem in prædio eccleſiaſtico, cum habeat contra ſe ius commune, neceſſe eſt habere titulum ſaltem à non Domino, vel etiam à Domino titulum inutilem. iuxta notata in d. cap. de quarta. quia ſi ceſſet vtilis non curreret præſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an fauore Eccleſiæ poſſit opponi poſt biennium.*

2 *Exceptio non numer. pecun. ſemper poteſt opponi ab Eccleſia in mutuo, in caſibus in quibus eſt probanda verſio in eius vtilitatem.*

3 *Exceptio non numer. pecun. an competat Eccleſiæ infra quinquennium. & verius eſt quod vltra.*

4 *Exceptio non num. pecu. de æquitate Canonica ſēper poteſt opponi, & quomodo id procedat.*

QVÆSTIO 508.

Exceptio non nume. pecu an fauore eccleſiæ poſſit opponi poſt biennium.

1 Quæritur an fauore eccleſiæ poſſit opponi exceptio non num. pec. poſt biennium

nium contra l. in contractibus. C. de non nu-
mer.pecun. & quod poſſit opponi vltra bien-
nium tenent Hoſt. in cap. fin. de ſolut. Ant. de
Butr. Imol. in cap. ſi cautio. de fide inſtrumen-
torum. Ang. conſil. 242. incip. quia omne
darum optimum, Rom. in auth. ſimiliter in 7.
priuil. iudiciali. C. ad l. falcid. Bald. in auth.
hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. & in
l. 2. §. fin. ff. ſi certum petatur. mouentur ſu-
pradicti, quia eccleſia tunc demum tenetur
ex mutuo, quãdo probatur illud fuiſſe verſum
1 in eius vtilitatem d. auth. hoc ius porrectum,
ergo onus probandi numerationem, & ver-
ſionem ſemper incumbit creditori. Secundo,
quia eccleſia poteſt legem recipere pro ſe, &
recuſare contra ſe. Hoſt. in cap. nouit. de iu-
dicijs. & ibi Abb. Ant. in cap. ex parte Deca-
ni. col. fin. de reſcript. Abb. poſt gloſ. in cap. 2.
de mutuis petitionibus. ergo in quantum lex
priuilegiat debitorem in biennio, poteſt pro ſe
recipere, & in quantum priuilegiat credito-
rem non recipere. Præterea, quia olim tempus
iſtius exceptionis erat quinquennium d. l. in
contractibus. ergo mutatio temporis non po-
terit nocere eccleſiæ cui erat ius quæſitum,
iuxta doctrinam Innoc. in cap. nouit in verb.
Theodoſius de iudicijs, ſed etiam conſiderat
Socin. conſ. 241. par. 2. incip. circa primam
difficultatem, quod nõ potuit quinquennium
ad biennium reduci in præiudicium eccleſiæ.
Contrariam opinionem, quod poſt biennium
non poſſit opponi ab eccleſia, ſeu clericis con-
trahentibus nomine eccleſiæ, tenent Anton.
Abb. Imol. in cap. fin. de ſolut. Felin. & Abb.
in cap. ſi cautio de fide inſtrumentorum. quia
lex in contractibus non inducit præſumptio-
nem biennalem in odium debitoris, imò indu-
cit priuilegium in fauorem ipſius. cum enim
alias non audiatur contra propriam confeſ-
ſionem d. c. ſi cautio & c. per tuas. de probat.
illa lex induxit vt debitor intra biennium
poſſet opponere exceptionem prædictam, ita
quod onus probandi pecuniam numeratam
incumbat creditori. ſi ergo eccleſia vult vti
beneficio illius legis, oportet quod vtatur cũ
præfinitione temporis ibi præfixi. Præterea
addit Felin. poſtquam Prælatus confeſſus eſt
mutuum, non reperitur decretalis, quod ſi op-
ponit exceptionem non numeratæ pecuniæ
ipſe non habeat hoc probare, imò reperitur,
quod contra confeſſionem ſuam venire non
poteſt niſi probat eam indebitam, vt in d. cap.
ſi cautio. Item quod allegans aliquid, debet
illud probare. 6. quæſt. fin. cap. actor cum

ſimilibus. modo, quod vtatur auxilio le-
gis in grauando onere creditorem probandi
non eſt niſi propter fauorem legis vi contra-
ctus, qui fauor ſolum durat biennio. cum
autem biennium eſt elapſum, quomodo dici
poteſt, quod eccleſia non vult recipere con-
tra ſe illam legem? quia poſito quod lex non
emanaſſet, ſtat lex canonica prædicta ſimpli-
citer dicens, onus probandi incumbere impu-
gnanti propriam confeſſionem, & in hac lege
remanet ſtatim Prælatus lapſo biennio, & co-
gitur illam recipere contra ſe. oportet enim
ad hoc vt dicamus quod non vult legem
contra ſe, quod poſita illa lege ad partem, re-
maneat in priuilegio ex lege Canonica vel
alia inducto. ſed hoc non eſt, immo ſtatim
reincidit in regulas vtriuſque iuris, quod ne-
mo audiatur contra propriam confeſſionem.
Et hæc opinio videtur verior ſupradictis Do-
ctoribus, cũ aliquibus tamen limitationibus,
& primo ſecundum Felin. poſt Hoſt. vt non
procedat quando creditor tenetur probare
pecuniam conuerſam in vtilitatem eccleſiæ,
vt in mutuo, & alijs caſibus poſitis per Do-
ctores in cap. 1. de depoſito. Secundo limi-
tatur ſecundum Anton. de Butr. in dicto cap.
ſi cautio. vt ſaltem competat eccleſiæ per
3 quinquennium. dicit enim, quod cum à prin-
cipio fuerit conſtitutum vt duraret dicta ex-
ceptio per quinquennium, vt in dicta l. in
contractibus, non potuit in præiudicium ec-
cleſiæ reduci ad biennium. iuxta notata
per Ioan. Andr. in cap. nouit. de iudicijs. re-
fert tamen Specul. in titulo de reſtitutione in
integrum. §. 2. verſic. hoc autem. Clemen-
tem Quartum approbaſſe opinionem, quod
clericus poſt biennium non poſſit opponere
exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec do-
li. Præterea, limitatur de æquitate Canoni-
ca, ſecundum quam auditur debitor poſt biẽ-
4 nium ſi velit probare pecuniam non nume-
ratam, vt tradit Dynus in regula locupletari.
de regul. iuris in 6. Rom. in l. ſi diuortio. ff.
de verb. obligation. Ant. Imol. in d. cap. fin.
de ſolut. Bald. in d. l. in contractibus. Felin.
diffusè loco citato. vbi dicit hanc eſſe com-
munem opinionem. pro qua facit, quia hoc
modo reſiſtitur peccato ne creditor locu-
pletetur cum aliena iactura, eſt enim tale lu-
crum iniuſtum. vt in d. reg. locupletari. com-
munem etiam opinionem aſſerit Imol. in d. c.
fin. & eam defendit Felin. in d. c. ſi cautio. Sed
debet intelligi quod hoc onus probandi in-
cumbat opponenti. cauſæ autẽ eccleſiarũ ſunt

terminandæ ſecundum æquitatem canonicam in quocumque foro agantur. cap. 1. de dolo, & contumacia. & prædicta vera eſſe cenſui niſi alia ratio poſtea occurriſſet. nam eccleſia æquiparatur Ciuitati, & Reipublicæ, & vtitur illius priuilegijs. l. fin. C. de ſacroſan. eccl. gloſ. in l. rempublicā. C. de iure reipublicæ. lib. 11. gl. in l. reſpublica. C. ex quibus cauſis maiores. & eſt communis vt tradit Euerard. in loco à republica ad eccleſiam, ſed Ciuitas poteſt perpetuo opponere exceptionem non numer. pecu. l. Ciuitas. & ibi Bald. ff. ſi cert. pet. vbi Iaſ. ergo idem dicendum in eccleſia. Bal, in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. Rom. in auth. ſimiliter. in ſeptimo ſpeciali circa iudicia. C. ad l. falcid.

S V M M A R I V M.

1. *Mulier poteſt fideiubere pro Eccleſia non obſtante Velleiano.*
2. *Filius nolens fideiubere pro patre carcerato poteſt exhæredari, ſed non filia.*
3. *Filia licet non teneatur expendere dotem pro liberatione patris à carcere, tamen ſi hoc fecit commendatur à lege.*

QVAESTIO 509.

De muliere, quod poſſit fideiubere pro Eccleſia non obſtante Velleiano.

1 QVæritur notabiliter, an mulier poſſit fideiubere pro eccleſia non obſtante ſenatuſconſulto Velleiano. & quod poſſit pro eccleſia, & pro qualibet pia cauſa tenent communiter DD. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad l. falcid. Soc. fallent. 310. Tiraquel. de pia cauſa priuileg. 113. qui numerat DD. Riminal. conſ. 67. vol. 1. facit l. quamuis l. ſed ſi ideo, C. ad Velleianum. vbi mulier poteſt fideiubere pro liberatione viri, & conſanguineorum à carceribus. Item poteſt fauore libertatis intercedere. l. penult. C. ad Velleianum. Et eſt communis concluſio, vt pro qualibet pia cauſa intercedere poſſit. In contrarium facit deciſ. Conſilij Neap. quam refert Præſes de Franch. deciſ. 578. in quarta parte fuit enim deciſum non potuiſſe matrem intercedere pro liberatione filij à carceribus, & fuit declarata fideiuſſio nulla. per text. in §. aliud quoque capitulum. in authent. vt cum
2 de appellat. cognoſcitur. vbi enumerantur cauſæ ingratitudinis ex quibus poteſt filius exhæredari, & inter alias quando filius non vult fideiubere pro patre carcerato. & textus declarat id procedere tantum in maſculis non in fœminis. & ibi gloſ. reddit rationem, quia fœmina impeditur fideiubere per ſenatuſconſultum Velleianum, & tamen liberare patrem à carceribus eſt opus piiſſimum, & ſic non pro qualibet pia cauſa poteſt mulier intercedere: immo ex dicto textu videntur correcta iura antiqua quibus poterat mulier fideiubere pro liberatione conſanguineorum libertate &c. ſed certè textus in d. §. aliud quoque capitulum intelligendus eſt, vt filia non poſſit exhæredari ſi non intercedat pro patre, & ita poterit procedere deciſio. ſed ſi filia intercedit, quod non valeat fideiuſſio, hoc ibi non dicitur, & correctio legum non eſt inducenda per ſubauditos intellectus. iuxta gloſ. in Clem. capienti. de elect. quinimo neque hoc videtur nouiter inductum per di-
3 ctam auth. quod filia non tenetur intercedere pro patre, ſed erat de iure antiquo, vt probatur in l. quamuis. ff. ſolut. matrim. vbi lex dicit, quod licet filia non teneatur expendere dotem pro liberatione patris à carceribus, tamen ſi hoc opus pium facit, à lege commendatur & ſic lex determinat, quod valeat fideiuſſio, & alienatio totius dotis. vnde Imol. in d. l. quamuis, notat aureum & commendabile dictum, quod filia non tenetur alienare dotem pro liberatione patris à carcere, tamen ſi hoc facit piè facit, & lex illam commendat. tenenda eſt igitur communis concluſio, quod mulier poteſt fideiubere pro eccleſia, vel alia pia cauſa, non tamen poſſet exhæredari ſi non fideiuberet pro patre.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus abſens ſeu legatus pro Eccleſia, non poteſt ab aliquo creditore conueniri.*

QVÆSTIO 510.

Eccleſiæ fauore, Clericus pro Eccleſia legatione functus, ſiue miſſus, non poteſt moleſtari ab aliquo durante tempore legationis.

1 QVæritur notabiliter, an clericus pro eccleſia in legatione exiſtens, poſſit ab ali-

aliquo creditore conueniri. breuiter dicendum, quod non, ſed illud tempus non currit agere volenti circa temporalem actionem. §. ſi vero Epiſcopo. in auth. de ſanctiſs. Epiſc. & ibi dicit Ang. nota iſtum textum, quod tempus temporalis actionis non currit contra creditorem debitore exiſtente in legatione, licet in perpetuum curraт, ſed reſtituitur.

XVIII. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Rector Eccleſiæ vel pij loci, condemnatus in redditione rationum, non appellat vt impediatur executio contra ipſum.*

QVAESTIO 511.

Eccleſiæ fauore eius Rector condemnatus in redditione computi, non poteſt appellare ad finem ſuſpenſiuum.

1 QVAERITVR an Rector eccleſiæ vel loci pij, condemnatus in redditione rationum poſſit appellare, & ſuſpendatur exequutio. breuiter dicendum quod non, ſed pendente appellatione fit exequutio cōtra ipſum. tex. eſt notabilis in §. œconomos in auth. de ſanctiſs. Epiſc. & ibi Ang. dicit eſſe caſum ſpecialem licet regulariter non poſſit. vt l. 1. nihil nouari appellatione pendente. idem tenet Duenn. in reg. 47. nu. 21. Marant. in 3. par. 6. par. princ. q. 2. num. 187. Lanceil. de attentatis appellat. pendente par. 2. c. 12. limit. 19. vbi alios allegat.

SVMMARIVM.

1 *Annus Biſſextilis non nocet Eccleſiæ, ita quod in eius fauore non computantur duo dies pro vna.*

2 *Duo dies non computantur pro vna, anno biſſextili fauore libertatis.*

QVAESTIO 512.

In anno biſſextili non computantur duo dies pro vna Eccleſiæ fauore.

1 QVæritur an fauore eccleſiæ in anno biſſextili computentur duo dies pro vna, vbi agitur de eccleſiæ fauore contra regulam tex. iuncta gloſ. in cap. feſtum. de verb. ſignif. & breuiter dicendum eccleſiæ fauore non computari duos dies pro vna, quia fauore libertatis non computantur. l. 4. §. Stichus. ff. de ſtatu liberis. gloſ. in d. c. feſtum. ergo nec fauore eccleſiæ, eſt enim validum argumentum de libertate ad eccleſiam, & aliam piam cauſam, vt diſpoſita à lege in fauorem libertatis, habeant etiam locum in pia cauſa. vt tradit Bald. in l. 2. C. de fideicomm. liber. & in l. ſi iure. C. de manumiſſ. teſtam. Bart. in
2 l. ſi vnus. C. de teſtam. & in l. Titio vſusfructus. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. Euerard. late in loco à libertate ad piam cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Bonæ fidei poſſeſſor rei Eccleſiæ, tenetur reſtituere fructus conſumptos.*

QVAESTIO 513.

Bonæ fidei poſſeſſor rei Eccleſiæ non facit fructus ſuos conſumptos.

1 QVæritur ſingulariter, ſi ego emi rem eccleſiæ à te tanquam tuam, eccleſia deinde agit contra me, & probat rem eſſe ſuam, an teneat rem reſtituere vna cum incremento medij temporis conſumpto. & dicendum eſt quod ſic, eccleſiæ fauore, quamuis regula ſit in contrarium, quod bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos iam conſumptos. l. fundum. ff. de rei vendic. textus eſt cum gloſ. in §. quia vero il ſecondo. & ibi hoc notat Ang. in auth. de non alien. rebus eccleſiæ. quod eſt menti tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum Eccleſiæ in anno, debetur in principio anni.*

2 *Legatum libertatis in anno, debetur in principio anni.*

QVÆSTIO 514.

Legatum relictum eccleſię in anno, eius fauore debetur in principio anni.

1 QVæritur an legatum relictum eccleſiæ anno tertio, vel quarto, debeatur in princ.anni, vel in fine. iuxta reg. l. qui hoc anno.ff.de verb.oblig.& l.1 C.quando dies legati cedat. & breuiter dicendum deberi in initio anni, cum id fauore libertatis 2 ſtatutum ſit. l. ſi ita fuerit libertas relicta. ff. de manum. teſtam. & validum eſt argumentum de libertate ad eccleſiam, vel ad aliam piam cauſam, vt pluties ſupra diximus. & ita in ſpecie quæſtionis propoſitæ tradunt Rom. in auth. ſimiliter. C. ad l falcid. Alex. in d.l. qui hoc anno. Salic. in d.l. 1. C. quando dies legati cedat. Ang.in l.ex his eod.tit.Euerard. qui alios allegat loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Fundus Eccleſiæ tributarius, ſi relinquatur ob ſterilitatem, quid agendum pro vtilitate Eccleſiæ.*

2 *Res Eccleſiæ, an poſſint in ſubſidium relocari ei, qui eas deteriorauit.*

QVÆSTIO 515.

Fundi Eccleſiæ tributarij, ſi deſeratur poſſeſſio propter ſterilitatem, aſſignatur fundus ſterilis alteri conductori prædij tributarij Eccleſiæ, qui tenetur recipere, alias auffertur ſibi prædium fertile.

1 NOn eſt obliuioni tradendum aliud ſingulare eccleſiæ, quod ſi aliquis conductor fundi eccleſiæ tributarij, deſijt illum poſſidere propter ſterilitatem, talis fundus ſterilis debet adijci alteri conductori prædij tributarij fertilis ipſius eccleſiæ, qui ſi recuſet accipere aufertur ſibi prædium fertile, & aſſignatur alteri ſimul cum ſterili, qui ſoluat tributum pro vtroque. &, ſi nullus conductor inueniatur, tunc in ſubſidium relocatur antiquo conductori, qui deſeruerat, cum immunitate non ſoluendi tributa per triennium. debet tamen præſtare idoneos fideiuſſores de tributis ſoluendis. ita ſingulariter habetur in l. vt quiſque. C. de agro omni deſerto. lib. 11. vbi id ſtatuitur in conductore eccleſiæ, Principis, vel fiſci. verum illud de immunitate triennij intelligit Andr. de Batulo. & ſequitur Ioan. de Platea quando ſolum fundus ſterilis relocatur ipſi antiquo conductori, ſecus quando traditur ſibi fertilis ſublatus alteri conductori qui noluit recipere ſterilem. Notat etiam ibi Io.de Plat.quod in ſubſidium 2 poteſt res Eccleſiæ,fiſci,vel Principis, relocari ei qui eam deteriorauit, & deſeruit, receptis ab eo fideiuſſoribus de non relinquendo eam amplius cum detrimento. dicens ex illo textu ſumi vulgare prouerbium Ruſticorum, melius eſt habere Aſinum in ſtabulo, quam ſtabulum vacuum. quæ ſunt notanda, & hodie poſſunt haberi in praxi non ſine vtilitate eccleſiæ contra callidæ paupertatis ingenium. iuxta l. 2. C. de cenſibus, & cenſitoribus. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quando non ſoluit tributum ſi prædia tributaria ad eam perueniant.*

2 *Eucharistia ſi fiat ex fructu prædij tributarij tranſeuntis ad Eccleſiam, non ſoluit Eccleſia tributum.*

QVAESTIO 516.

Tributa quando non ſoluit Eccleſia ex prædijs tributarijs ad eam peruentis.

1 REgula eſt, quod prædia tributaria fiſci ſi perueniant ad eccleſiam,& ſint meræ realia, ordinaria & inuariabilia, tenetur eccleſia ſoluere tributum, quia res tranſit cum onere ſuo. cap. ſi tributum. 11.quæſt.1. Ioan. Andr. Archid. Gemin. & alij in cap.1. de immunit. eccleſ. in 6. Nihilominus eccleſia non ſoluit tributum ſi fuerint prædia dedicata pro cœmeterio, fundatione, horto, manſo ſeu dote eccleſiæ, quia illa ab omni tributo ſunt libera. cap.1.de cenſibus. Innoc. in cap. nonnimus. de immun. eccl. Idem di- 2 cendum in prædio ex cuius fructu fit Euchariſtia. l. placet. & ibi gloſ. C. de ſacroſanct. eccleſ. tradit pulchre Ioan. de Platea in l. ſi diuina. Cod. de exactoribus tributorum, lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio quæſibile, eſt quæſibile conſuetudine, ſed non contra Eccleſiam.*

2 *Conſuetudo contra neruum Eccleſiaſtica diſciplinæ, eſt nulla.*

QVAE-

QVAESTIO 517.

Quæſibile priuilegio eſt quæſibile conſuetudine, non tamen in præiudicium Eccleſiæ.

1 REgula eſt, quod quicquid acquiritur priuilegio, eſt quæſibile conſuetudine. cap. duo ſimul. de officio ordinarij. cap. cum contingat. de foro compet. Abb. & alij in cap. accedentes. de præſcript. & ibi Felin. hanc regulam pluribus modis limitat, ad quem te remitto. Notãda eſt tamen limitatio, vt quęſibile priuilegio, non ſit quæſibile conſuetudine, quando conſuetudo eſſet oneroſa eccleſijs. cap. 1. de conſuetudine. Dominicus in cap. catholica. 11. diſt. & tamen valeret priuilegium. cap. ſi propter. de reſcript. in 6. & cap. 2. de pœnit. eodem lib. idem tenet Ioan. Andr. in cap. vt priuilegia. de priuil. Idem eſt
2 quando conſuetudo rumperet neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ. cap. cum inter. de conſuetudine. & tamen in caſu illo valeret priuilegium, vt ibi tradit Ioan. Andr. ſequitur Dominic. in d. cap. catholica, ac etiam Felin. loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſua culpa in infirmitatem incidens, an amittat diſtributiones quotidianas.*
2 *Miles captus ab hoſtibus, & poſtliminio reuerſus, non conſequitur ſtipendia medij temporis.*
3 *Ruina morum, eſt peior ruina murorum Ciuitatis.*

QVAESTIO 518.

Eccleſiæ fauore, ne ſeruitio defraudetur, an Clericus incidens in infirmitatem culpa ſua, amittat diſtributiones quotidianas.

1 HAbetur in cap. vnico. de Clericis non reſidentibus in 6. quod infirmitas excuſat ab amiſſione diſtributionum quotidianarum, eſt tamen altercatio inter DD. an id procedat quando Clericus culpa ſua ægrotat, vt ſi laboret morbo gallico. Philip. Prob. in dict. cap. vnico. tenet, diſtributiones quotidianas non eſſe præſtandas infirmis ex pro-
2 pria culpa. Contrariam opinionem tenet Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 8. vt debeantur diſtributiones, licet culpa præceſſerit. adducit alias notata per ipſum. lib. 2. var. reſol. cap. 16. num. 8. vbi tradit ſubueniendum eſſe carceratis ex bonis eccleſiæ, etiam ſi eorum culpa præceſſerit, vt poſſint ſe redimere, ex gl. in cap. ſacrorum. 12. q. 2. late Felin. in cap. ſignificauit. de iudæis. idem Felin. & Dec. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Prima opinio videtur verior, cum agatur de præiudicio publico, per text. ſingularem in l. 1. C. de re militari. lib. 12. vbi habetur, quod miles captus ab hoſtibus, & poſtliminio reuerſus, non conſequitur ſtipendia medij temporis quo ſtetit in captiuitate. id tamen intelligitur, quando ex improuiſo eius leuitate & negligentia capitur, ideo ſibi imputet ſi non recuperat, ſecus autem ſi ex improuiſo capitur ſine negligentia, & culpa, dum iter conſuetum facit, vel epiſtolas fert, vt dicit ibi gl. vel neceſſitati ſeruit. l. 3. §. ſed ſi ex improuiſo, & l. non omnes. §. penult. ff. de re milit. vt ſingulariter declarat Ioan. de Platea in d. l. 1. de re milit. Cum enim agatur de præiudicio publico quælibet culpa videtur ſufficere aliquo modo ordinata ad caſum, quamuis contra intentionem, ius autem publicum conſiſtit præcipue in cultu diuino. cap. ius autem. diſt. 1. item facit tex. in cap. 1. de cuſtodia Euchariſtiæ. vbi Clericus Sacriſta negligẽs, non ſolum punitur de negligentia in officio, ſed etiam de omni damno quod potuit eccleſiæ contingere. & ibi dicit Abb. quod ad puniendum delictum non ſolum conſideratur voluntas delinquendi, ſed exitus delicti, & imputatur totum id quod præter voluntatem delinquentis ſequutum eſt. & ille tex. loquitur de damno contingente eccleſię præter voluntatem clerici, quia debebat præuidere. Debebat igitur clericus præuidere, quod ex luxuria poterat incidere in morbum gallicum, qui hodie per totum fere orbem graſſatur. & hæc culpa ſufficiat qualis qualis fuerat, cum agatur de damno publico. æquiparãtur etiam milites cœleſtes & terreſtres, vbi eadem ratio militat, iuxta gloſ. & communem in l. miles. ff. de re iudicat. Sed hic ſumitur æquiparatio potius ex fauore Reipublicæ, cuius priuilegijs gaudet Eccleſia. l. fin. C. de ſacroſ. eccl. & pluries diximus. Non obſtat conſideratio Couar. quia caſus eſt diuerſus. procedit enim in carceratis ex eorum culpa, qui ob paupertatem non poſſunt ſe redimere, & ideo mater Eccleſia illis ſubuenit ne inducantur in diſperationem cum damno animarum, videtur

poſſe

Digitized by Google

poſſe redimi, & non inuenire redemptorem, vt per Decium, & Felin. in locis citatis, at caſus noſter eſt diuerſus, niſi Clericus in tantam paupertatem deueniſſet vt viuere non poſſet, tunc ex miſericordia poſſet ei ſubueniri, & hæc videtur verior opinio fauens cultui diuino, & ſeruitio eccleſiæ. quæ præcipue ſeruanda eſſet in Clerico laborante morbo gallico, qui generat ſcandalum in malum exemplum aliorum, eſt enim ruina morum peior
3 ruina murorum, vt inquit Seneca, & dicit Innocen. IV. Si enim Sacerdos fornicetur, quis non fornicetur? ſi blaſphemat Sacerdos, quis non blaſphemabit? Non obſtat, quod culpa non ſit ordinata ad caſum, quia vbi agitur de ſeruitio publico, id non multum exacte requiritur, vt in d. l. 1. & non poteſt conſiderari leuis culpa hac tempeſtate, qua morbus gallicus tam inualuit per orbem.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quilibet poteſt ſtipulari.*

QVÆSTIO 519.

Eccleſiæ quilibet poteſt ſtipulari.

1 REgula eſt, quod alteri ſtipulari nemo poteſt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. nihilominus fauore eccleſiæ, & piæ cauſæ, poteſt quilibet illi ſtipulari, & acquirere, iuxta gloſ. in cap. quotiens prima. q. 7. & hæc eſt magis communis opinio, quam tenent Iaſ. in d. §. alteri. Bald. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. Felin. in proœmio decretalium, & in verbo Gregorius. & in cap. ſi cautio. nu. 27. de fide inſtrumentorum. Corn. conſ. 220. vol. 2. & conſ. 215. vol. 3. Alex. in d. l. ſtipulatio iſta. Ripa reſponſo 11. lib. 3. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 14. Ioſeph. Ludou. deciſ. 29. licet aliqui dicant id ſpeciale eſſe in Eccleſia Romana. ſed DD. numero plures ſequuntur priorem opinionem, quos refert Gabriel. de verb. oblig. concl. 1. num. 72. nec mirum, quia ſi filius poteſt acquirere patri, & ſeruus domino, multo magis fideles, qui ſunt membra Eccleſiæ, poſſunt illi acquirere.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum prolatum à lege, concipit fœmininum.*

2 *Maſculinum non concipit fœmininum in damnum Eccleſiæ.*

3 *Maſculinum non concipit fœmininum in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

QVAESTIO 520.

Maſculinum non concipit fœmininum, ſi redundat in damnum Eccleſiæ.

1 CLarum eſt, quod maſculinum à lege prolatum concipit fœmininum. l. 1. ff. de verb. ſignif. & l. pronunciatio. ff. eodem. Hæc tamen regula patitur nonnullas limitationes, quas refert Ant. Gabriel. de verbor. ſignif. concl. 6. inter alias maſculinum non concipit fœmininum, quando iſta interpretatio redundaret in damnum eccleſiæ, ita declarat Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi dicit, quod licet terminus communis, vt eſt homo, ex propria ſignificatione comprehendat tam maſculum quam fœminam, tamen terminus ſingularis, vt eſt filius, de propria ſignificatione non comprehendit fœminam, ſed per extenſionem & præſumptionem legis. d. l. pronunciatio. in princ. in verb. porrigitur. ſed fortior eſt præſumptio pro eccleſia, & pia cauſa quam alia præſumpta diſpoſitio legis fauore animæ. argum. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ. cap. præcipimus. 12. q. 1. cap. Matthæus. in fine. de ſimonia. ergo non attendenda eſt extenſio per viam præſum-
2 ptionis, quia fortior præſumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integr. reſtitut. & ibi Bart. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Hinc filij poſiti in conditione, non cenſentur ſubſtituti, iuxta gl. & DD. in l. Lucius. ff. de hæred. inſtituend. ſecus tamen eſt, quando eſt vocata eccleſia, vel alia pia cauſa, vt latius per Iaſ. loco citato. eandem opinionem tenet Bald. in l. 2. C.
3 de iure emphyt. vbi, quod in emphyteuſi eccleſiaſtica maſculinum non concipit fœmininum, ne ſequatur odium, ſiue excluſio eccleſiæ, contra quam non fit interpretatio, idem tenet Alex. conſ. 61. vol. 1. Ant. Gabr. d. concl. 6. num. 102.

SVMMARIVM.

1 *Legatum libertatis ſi reperiatur cancellatum, præſumitur caſu deletum, & quando.*

2 *Legatum factum Eccleſiæ deletum, præſumitur caſu cancellatum in dubio.*

QVAESTIO 521.

Legatum factum Eccleſiæ ſi reperiatur can-

cancellatum in teſtamento, & non conſtet de voluntate teſtatoris, præſumitur caſu deletum, & debetur.

1 PVlchra eſt iſta DD. concluſio. dicit enim tex. in l. proxime. ff. de his quæ in teſtamento delentur, quod ſi legatum libertatis reperiatur deletum, ſiue cancellatum, præſumitur inconſulte, & caſu deletum, ſi non conſtet de mandato teſtatoris, & eius voluntate. quem textum DD. communiter extēdunt ad quamlibet piam cauſam, vt eius fauore in
2 dubio cenſeatur caſu deletum. ita Bart. in d. l. proxime. in fine. & in §. nomen. Rom. in authen. ſimiliter. C. ad l. falcid. Bart. Iaſ. Aret. l. ſi vnus. C. de teſtamentis. Socin. in reg. 310. priuil. 23. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. priuil. 16. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 26. de fideicomm. ſubſtit. quos omnes nouiſſime ſequitur Scipio Rendina in promptuario, receptarum ſententiarum de leg. tit. 65. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum Epiſcopo, cenſetur relictum contemplatione Eccleſiæ, niſi fuerit relictum à conſanguineo, vel amico.*
2 *Legatum relictum Epiſcopo à conſanguineo, cenſetur relictum intuitu Eccleſiæ, quando eſt expreſſa cauſa reſpiciens animam, vel Eccleſiam, vel ſi legatur calix, aut ſimiles res pro vſu Eccleſiæ.*
3 *Eccleſia an cenſeatur factum legatum, & debeatur ei portio, quando relinquitur Epiſcopo à conſanguineo, reſtituendum tamen Eccleſiæ poſt mortem Epiſcopi.*
4 *Epiſcopo an debeatur portio de legato facto Eccleſiæ Cathedrali, ſi bona ſunt diuiſa inter Epiſcopum & Eccleſiam.*

QVÆSTIO 522.

An debeatur quarta de legato facto Epiſcopo à coniuncta perſona, reſtituendo tamen Eccleſiæ poſt mortem Epiſcopi.

1 PRo reſolutione huius quæſtionis præmittendum eſt, tantam eſſe coniunctionem inter Epiſcopum & eccleſiam Cathedralem, quod legatū relictum Epiſcopo, cenſetur factum contemplatione eccleſiæ, ita quod eccleſiæ debet communicari, cum hac tamen diſtinctione, quod ſi relinquitur Epiſcopo ab extraneo, præſumitur eſſe relictum intuitu eccleſiæ, non perſonæ, niſi teſtator exprimat quod velit illud tantum eſſe Epiſcopi, non eccleſiæ. ſi vero relinquatur Epiſcopo à propinquo, præſumitur eſſe relictum non intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ, niſi forte contrarium probaretur. ita habetur in c. requiſiſti. de teſtam. Hoc autem quod dictum eſt de propinquo, procedit etiam ſi relinquatur ab extraneo, ſed magna amicitia coniuncto. nā amici plerũque diliguntur ſincerius quam conſanguinei. l. nemo dubitat. §. qui frater. ff. de hæred. inſtituend. & hæc eſt communis opinio, de qua teſtatur Couar. in d. cap. requiſiſti. Idem dicendum eſt, quando Prælatus eſt bene meritus, licet non ſit conſanguineus. arg. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. Soc. in l. ciuibus. ff. de reb. dub. Et procedit etiam ſi legatum relictum ſit Epiſcopo à prædictis, expreſſo tantum nomine dignitatis, quia intelligitur relictum contemplatione perſonæ, non eccleſiæ. Abb. conſ. 93. lib. 2. Aliquando tamen relictum à conſanguineo, cenſetur reli-
2 ctum intuitu eccleſiæ, vt ſi exprimatur aliqua cauſa quæ reſpiciat fauorem animæ, vel eccleſiæ. nam in ambiguis cauſa legati inſpicienda eſt. l. vxorem. in princ. ff. de leg. 3. Soc. in d. l. ciuibus. Idem ex qualitate rei legatæ, vt ſi conſanguineus relinquat Epiſcopo calicem, vel patenam, quia text. in d. cap. requiſiſti. dicit, niſi contrarium probetur, & coniecturæ capiendæ ſunt ſecundum ſubiectam 2
materiam. argum. l. Lucius. ff. de condit. & demonſtr. tradit Soc. in loco cit. quem ſequitur Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. quamuis Card. Zabar. in d. cap. requiſiſti. requirat præſumptionem fortiorem. Item relictum Epiſcopo ab extraneo, cenſetur relictum contemplatione eccleſiæ, etiam ſi nomen proprium Epiſcopi tantum expreſſum ſit, ita gl. Abb. Couar. qui teſtatur de communi in d. cap. requiſiſti. His præmiſſis deuenio ad reſolutionem quæſtionis. Quæritur enim cum legatum relictum à conſanguineo
3 Epiſcopo, cenſeatur factum intuitu perſonæ, non eccleſiæ, an id procedat quando poſt mortem Epiſcopi conſanguinei, legatum eſt eccleſiæ reſtituendum. in qua quæſtione di- 1
cendum, deberi portionem eccleſiæ, quia inſpicitur is qui vltimo capere debet id quod relictum eſt, non autem interpoſita perſona. l. cogi. §. is qui ſolidum. ff. ad Trebellianum. l. cum ei qui. ff. de leg. 2. l. cum dotem. ff. ad

l. fal-

l.falcid. l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoff. teſtamen.& ita concludit Roman.ſingulariter conſ. 511. cuius dictum pro ſingulari refert Dec. in l.etſi militibus. C.de teſtam. milit.& videtur ſentire Mandoſ. Non eſt hic omittendum, quod Benedict.Capra conſ. 26. fuit in opinione, quod legatum ſi fiat eccleſiæ Ca-
4 thedrali,non debeatur quarta Epiſcopo,iuxta dictum cap. requiſiſti, ſi bona ſunt diuiſa inter Epiſcopum & Capitulum. quia facta diuiſione bonorum, ſeu redditŭum, non durat communio inter Epiſcopum & eccleſiam, allegat Innoc. Ant. Imolam, Card. in d. cap. requiſiſti. & ſucceſſiue cum hodie pro maiori parte Epiſcopi habeant bona diſtincta, non accipient quartam de relictis eccleſiæ. Ampliat Bened. etiam ſi legatum fiat capellæ, quia cenſetur capella pars eccleſiæ, quæ habet bona diſtincta, ita Bened. cuius opinio non videtur bene probari à DD. loquuntur enim obſcure, & cenſeo eius opinionem non ſubſiſtere. non enim ſunt bona quæ inducunt communionem, & coniunctionem inter Epiſcopum & eccleſiam, ſed quia Epiſcopus eſt ſponſus eccleſiæ, & dicitur inter Epiſcopum & eccleſiam contrahi matrimonium ſpirituale.cap. 2.de tranſlat. Prælat. & Epiſcopus dicitur eſſe in eccleſia, & eccleſia in Epiſcopo. cap.ſcire debes. 1.q.7.

S V M M A R I V M.

1. *Officialis effectus diues, poſt officium an præſumatur acquiſiuiſſe bona contemplatione officij.*
2. *Adminiſtratores eccleſiarum, & hoſpitalium ditati poſt adminiſtrationem, præſumuntur ditati de bonis Eccleſiæ, etiam ſi ſint parati reddere rationes.*

QVÆSTIO 523.

Adminiſtratores Eccleſiarum, & Hoſpitalium effecti diuites, poſt adminiſtrationem præſumuntur quæſiuiſſe bona & ſubtraxiſſe de redditibus Eccleſiæ.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, an Rector eccleſiæ, vel hoſpitalis, effectus diues, poſt adminiſtrationem præſumatur quæſiuiſſe de bonis eccleſiæ, & teneatur ad reſtitutionem. gl. in l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. lib. 10. tenet, quod ſi officialis miſſus in prouinciam, lucratus eſt mille vltra officiū, quod fiſcus poteſt auferre ei, quia præſumitur quæſiuiſſe de bonis fiſci, quantumcumque ſit paratus reddere rationem, quia non poteſt ſe tueri contra fiſcum. Alij diſtinguunt, quod aut officialis eſt induſtrioſus, qui poteſt negociari, & præſumitur quæſiuiſſe ex induſtria. Alij aliter diſtinguunt, vt eſt videre apud Ion de Platea in d.l.defenſionis. Alij, quos refert Bald. in auth. licentiam. C. de Epiſc. & Cleric. diſtinguunt, quod cum officialis teneatur reddere rationem adminiſtrationis, aut reddit eam bene, & conſtat pro eo, aut male, & condemnatur ex hoc prætextu, non autem eſt contra eum aliqua præſumptio, quod ipſe ſubtraxit. ita tenet Petrus, & Gugliel. de Cuneo. Nec videtur obſtare ſecundum ipſos d. auth. licentia. quia loquitur in illis adminiſtratoribus, qui non conſueuerunt reddere rationem adminiſtrationis, cum ſint adminiſtratores perpetui, ſed Bald. in d. auth. licentiam. ſingulariter aduertit, quod hoſpitalarij debent reddere rationem ſuperiori quolibet anno. Clem. quia contingit. de relig. domib. & nihilominus in eis habet locum d. authen. vnde ipſe ſaluando gloſſ. in d. l. defenſionis,
2 dicit, quod ſpeciale eſt in his qui gerunt adminiſtrationem fiſci. quod idem ſit in eis quod in adminiſtratoribus eccleſiæ, qui præſumuntur quæſiuiſſe de bonis eccleſiæ, & ſic habes quod rectores eccleſiarum, & hoſpitalium, ſiue hoſpitalarij, ſiue Prælati ditati, poſt adminiſtrationem cenſentur acquiſiuiſſe bona intuitu eccleſiæ, & ditati de bonis eccleſiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Conſilio ſapientis ſi ſit remiſſa cauſa Eccleſiæ ab Epiſcopo, poteſt Epiſcopus contrauenire, ſi conſilium eſt iniuſtum.*
2 *Conſuetudo quod in cauſis eccleſiæ conſilium imperiti, vel dictum populi attendatur, non valet.*

QVÆSTIO 524.

Eccleſiæ cauſa ſi ſit ab Epiſcopo commiſſa conſilio ſapientis, an poſſit Epiſcopus contrauenire conſilio.

1 IN hac quæſtione breuiter dicendum eſt, quod ſi conſilium eſt iniuſtum, Epiſcopus poteſt contrauenire, quia conſilium intelligitur

gitur, dummodo ſit iuſtum. cap. quintauallis. cap. veniens. de iureiurando. l. ſi libertus. ff. de operis libert. & ita concludit Rom. conſil. 265. incip. pro plena, quinimo credit forte non valere conſuetudinem, vt in cauſis pijs
2 imperiti conſilium pro veritate habeatur. argum. textus notabilis in cap. ad noſtram. de conſuetudine. vbi habetur non valere conſuetudinem, vt in cauſis eccleſiaſticis dictum populi pro ſententia habeatur. nec etiam ſententia lata ad conſilium ſapientis tranſit in rem iudicatam. Antonius, & alij in cap. propoſuiſti. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei alienæ relictum ab ignorante, valet fauore libertatis.*
2 *Legatum rei alienæ relictum ab ignorante, valet fauore Eccleſiæ.*

QVAESTIO 525.

Legatum rei alienæ relictum Eccleſiæ ab ignorante valet.

1 Regula eſt, quod legatum rei alienæ relictum ab ignorante rem eſſe alienam, non valet, neque quo ad æſtimationem, niſi relinquatur à conſanguineo, ſecus ſi ſcienter, quia tunc debetur æſtimatio. l. cum alienam. C. de leg. Fauore tamen libertatis valet legatum, etiam ſi teſtator ignorauerit ſeruum manumittendum eſſe alterius, putans eſſe ſuum, quia hæres tenetur redimere, vel ſi non poteſt præſtare pretium. Hæc autem concluſio communiter extenditur ad legatum factum eccleſiæ, & cuilibet piæ cauſæ. ita Bald. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad l. falcid. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ in præfat. & priuil. .... idem Roman. conſ. 135. quo ad primum, Card. Mant. de coniect. vltim. voluntat. eſt
2 communis opinio quam recenſemus, ſi quis voluerit eum ſequi, quia nos in alia quæſtione ſequuti fuimus opiniones Abb. in cap. ſi lius noſter. de teſtam. quod legatum rei alienæ de iure Canonico non debeatur, neque quo ad æſtimationem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum eccleſiæ pro mille male ablatis, ſi non reperiantur tot ablata, an debeatur integrum eccleſiæ, vel ſuperfluum ſit reddendum hæredi.*

QVAESTIO 526.

Legatum mille aureorum relictum Eccleſiæ pro male ablatis, an ſi non ſint tot male ablata, reſiduum debeatur etiam Eccleſiæ, vel remaneat penes hæredem.

1 Teſtator mandauit dari mille eccleſiæ pro mille male ablatis, poſtea non apparent tot male ablata, an ſuperfluum remanebit penes hæredem, vel dabitur etiam Eccleſiæ pro anima teſtatoris. Bald. poſt Iacob. Butrigar. in l. ſi quis ad declinanda. C. de Epiſc. & Cler. ponit quæſtionem in teſtatore, qui mandauit diſtribui in pios vſus mille pro tot male ablatis, ſi poſtea non appareant, an ſuperfluum debeatur hæredi. & concludit, quod aut teſtator diſpoſuit vt in aliam cauſam non conuertantur, & ſuperfluum reddetur hæredi, aut non ita diſpoſuit, & pauperibus erogabitur. l. legatum. ff. de vſufr. legato. & l. quidem. & ff. de operib. publicis. l. ſi. ergo idem dicendum eſt in eccleſia, quæ eſt cauſa piiſſima, vt late per Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ in præfatione, quod ei debeatur reſiduum, niſi expreſſe teſtator prohibuerit pecuniam diſpenſari in aliam cauſam quam male ablatorum. quod nota, quia forte aliquis cogitaret contrarium in legato pro male ablatis, quia teſtator cenſetur voluiſſe ſoluere debitum, & non aliter diſponere pro redemptione peccatorum. ſed tene doctrinã Baldi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in cauſa Eccleſiæ, poteſt comparere coram ſuo Vicario, & petere iuſtitiam.*
2 *Epiſcopus in cauſa pauperum, poteſt comparere coram ſuo Vicario, & petere iuſtitiam.*
3 *Epiſcopus agit pro eccleſijs inferioribus.*

QVAESTIO 527.

Epiſcopus in cauſa Eccleſiæ, an poſſit comparere coram ſuo Vicario, & petere iuſtitiam.

1 Doctores ponunt quæſtionem in cauſa pauperum, an procurator Epiſcopi in cauſa pauperum poſſit comparere coram Vicario Epiſcopi. dicitur enim in iure, quod Epiſcopus habet ius, & nomen hæredis, ſi inſtituuntur hæredes pauperes in genere. l. ſi quis

quis ad declinandum. C. de Epiſc. & Cler.
& videtur quod eius procurator non poſſit
2 comparere coram ſuo Vicario, quia Vicarij &
Epiſcopi cenſetur idem tribunal. cap. 2. de
conſuetud. in 6. Contrarium practicatur ſecundum Bald. in d. l. ſi quis ad declinandam. quia non agitur de re Epiſcopi, ſed de re pauperum in effectu. idem dicendum in cauſa eccleſiæ, cum Epiſcopus poſſit agere pro eccleſia etiam inferiori. cap. 2. de ſucceſſionibus
3 ab inteſtato. & appellatione pauperum venit etiam eccleſia. d. l. ſi quis ad declinandam. & ibi DD. Faciunt notata in c. cum nuncius, & cap. inſuper. de teſtibus. vbi Epiſcopus poteſt eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ, & clerici ſecundum DD. ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Rector Eccleſiæ, ſi durante adminiſtratione efficitur pauper, debet ſatiſdare, alias remouebitur.*

2 *Procurator ſi efficitur pauper, cenſetur reuocatus, & quid in exequutore teſtamenti.*

QVAESTIO 528.

Rector Eccleſię ſi efficiatur pauper durante adminiſtratione, an teneatur ſatiſdare, alias remouebitur ab officio.

1 IN hac quæſtione dicendum, quod tenetur ſatiſdare, alias poteſt remoueri ab officio. per tex. in l. liberto. §. largius. ff. de annuis legatis. Vbi id notat Bart. in exequutore teſtamentario electo procuratore, qui
2 poſt mandatum ſi eſt effectus pauper, intelligitur eo ipſo reuocatus. ſed de procuratore vide latius per Bart. in l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolut.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an teneatur ſoluere debita contracta à Sacriſta pro neceſſarijs eccleſiæ.*

2 *Cuſtos altaris ſi contraxit debita pro altari, an teneatur eccleſia.*

QVAESTIO 529.

Eccleſia an teneatur ad debita contracta à Sacriſta pro neceſſarijs Sacriſtiæ.

1 SAcriſta eccleſiæ, contraxit debita pro neceſſarijs ſacriſtiæ, an teneatur eccleſia ad ſolutionem debitorum. & videtur quod ſic. per text. in cap. 1. de ſolut. vbi debita contracta pro neceſſitate eccleſiæ, ſunt ſoluenda ab eccleſia, ſiue ſucceſſore. In contrarium eſt veritas, quod eccleſia non teneatur, quia ſacriſta non fuit propoſitus ad obligan-
1 dum, nec ad negociandum. ita ſingulariter Bald. in l. 1. C. de exercitoria actione. vbi
2 idem dicit de cuſtode altaris. probatur in l. ſed ſi pupillus. §. conditio. & in l. ſi cum villico. ff. inſtitor. eodem modo ſi contrahitur cum Caſtaldo, Præpoſito Villæ, determinat Bald. quia officium eius non eſt negociari. Innoc. de fideiuſſoribus. c. quod quibuſdam.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi, non habet locum in legato alimentorum.*

2 *Ius accreſcendi an habeat locum in legatis pijs.*

QVÆSTIO 530.

Ius accreſcendi an habeat locum in legatis relictis Eccleſijs, vel ad alias pias cauſas.

1 HAec quæſtio eſt vtilis, an ius accreſcendi habeat locum in legatis relictis eccleſijs, vel ad alias pias cauſas. & videtur negatiue reſpondendum, quia alimenta continent cauſam piam; & in legato alimentorum non habet locum ius accreſcendi. l. Dominus. ff. de vſufr. Contrarium in legatis pijs, vt in eis habeat locum ius accreſcendi, determinat Bald. in l. 1. num. 48. C. de ſacroſ. eccl. niſi eſſet legatum relictum ad pias cauſas pro ali-
2 mentis, tunc non haberet locum ius accreſcendi. vel niſi ponatur dictio taxatiua tantum, quia excludit ius accreſcendi. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebell.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor Eccleſiæ qui annuam præſtationem differt accipere infra annum, non poteſt amplius recipere.*

2 *Doctores & ſtipendiarij Communitatum, niſi infra annum recipiant annonam eis deputatam, amplius petere non poſſunt.*

3 *Argumentum de Republica ad Eccleſiam, eſt validum.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO 531.

Creditor Eccleſiæ, qui tempore ſuo differt accipere ab ea nempe annuas præſtationes, ſi infra annum non petit non poteſt amplius petere.

1 QVæſtio eſt notabilis. aliquis recipit ab Eccleſia annuas præſtationes in victualibus, vel alijs, quæ ſoluuntur quolibet anno. iſte infra annum diſtulit accipere, an poſſit poſt annum petere. & breuiter dicendum, quod non. per textum apertum in l. fortiſſimi. C. de erogat. milit. annonæ. lib. 12. vbi id ſpecialiter ſtatuitur in republica. dicitur enim quod milites de publicis horreis annuas præſtationes ſiue annonas, quæ ſibi de-
2 bentur pro quolibet anno, ſi differant accipere infra annum, non poſſunt præſtationem illius anni amplius petere. & ibi Io. de Platea extendit ad creditorem fiſci. & dicit dictam legem eſſe bene aduertendam à DD. & ſtipendiarijs communitatum, vt niſi recipiant infra annum annonam eis deputatam, & aſſignatam, amplius petere non valeant, & eſſe ſpeciale in republica, ſecus in priuato. vt in l. nulli d. tit. de erogat. milit. annonæ. dicitur enim differre percipere quotieſcunque non ſtat per ſoluere debẽtem quin ſoluat. l. ratio. §. ſi per venditorem. eſt autem validum argumentum de republica ad eccleſiam. vt probatur in l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. & eſſe communem opinionem dicit Dec. in cap. 1. de probat. quæ ſunt notanda ſingulariter. & vi-
3 dentur abſque dubio procedere in ſalarijs debitis ab eccleſia. loquitur enim illa lex fortiſſimi de ſtipendijs militum, quamuis Io. de Platea extendat ad omne debitum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor Eccleſia, negligens recipere blada tempore fertilitatis, non poteſt illa petere tempore careſtia.*
2 *Milites qui negligunt ſtudioſè petere annonas tempore fertilitatis, non poſſunt illas petere tempore careſtia.*

QVAESTIO 532.

Creditor Eccleſiæ, qui tempore fertilitatis negligit repetere blada ei ab Eccleſia debita, non poteſt petere tempore careſtiæ.

1 PVlchra eſt quæſtio ſolita occurrere ruſticis, nam ſæpe eorum creditores ſtudioſè differunt tempore fertilitatis petere blada eis debita, & expectant tempus careſtiæ, vt recipiant tunc pretium bladorum. quæritur modo, an poſſint petere blada quæ ipſis ab eccleſia debentur, tempore careſtiæ ſi non petierunt tempore fertilitatis. breuiter dicendum quod non. per tex. in l. nulli. C. de erogat. milit. annonæ. vbi nec militibus id permittitur tempore careſtię pretium petere, cum agatur de damno reipublicæ. requiritur tamen ex parte debitoris oblatio vt in dicto
2 textu. vbi etiam non admittitur diſſimulatio negligentis accipere. & valet argumentum de republica ad eccleſiam. l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Clerici beneficiati vagabundi, debent ab Epiſcopis locorum carcerari niſi oſtendant licentiam.*

QVAESTIO 533.

Clerici beneficiati vagantes cum detrimento ſeruitij Eccleſiæ, debent ab Epiſcopis locorum in quibus reperiuntur, detineri.

1 QVæſtio eſt pulchra. Clericus beneficiatus ſeruitio Eccleſię aſtrictus, vagatur per Diœc. aliorum abſque licentia Prælati cum detrimento ſeruitij eccleſiæ, an poſſit per Epiſcopum loci in quo reperitur carcerari. & videtur affirmatiue reſpondendum, cum id ſtatutum ſit in militibus, qui per prouincias vagantes ſine licentia, debent per rectores prouinciarum detineri, & cuſtodiri donec Principi reſcribatur. textus eſt in l. nemo. C. de re milit. lib. 12. quem textum extendit Io. de Plat. ad Clericos, dicens id eſſe notandum contra Clericos vagabũdos. quod eſt menti tenendum. non enim debent Clerici eorum vacatione eccleſiam ſeruitio defraudare. vnde & Clerici vagabundi ob ſolum delictum vagationis, ſunt priuandi beneficijs. Abb. in c. ... de Cler. non reſid. 1

SVMMARIVM.

1 *Coloni adſcriptitij, an poſſint ordines ſuſcipere contradicente Domino.*
2 *Res prohibita alienari, an prohibeatur in Eccleſiam transferri.*

QVÆSTIO 534.

Coloni adſcriptitij, Eccleſiæ fauore poſſunt ordinari contra Domini voluntatem, & quando.

1 Sciendum quod Coloni adſcriptitij aſſimilantur veris ſeruis, vt dicit gloſ. in l. ſi coloni. C. de agricolis & cenſitis. ſunt enim culturæ agri aſtricti ſiue glebæ, vt non poſſint deſerere culturam, vt apparet in toto illo titulo de agricolis & cenſitis. Quæritur modo, an iſti poſſint ordinari inuito Domino agri. & in ſeruis DD. diſtinguunt, vt per Cardin. de Turrecrem. & alios in cap. ſi quis obligatus. diſt. 54. ad quos remitto lectorem. nihilominus adſcriptitius, in ipſis poſſeſſionibus quibus adſcriptus eſt, & non alibi, poteſt etiam contra Domini voluntatem eccleſiæ fauore, ordines ſuſcipere, & poterit deſeruire agro per ſubſtitutum, quem maluerit. ita habetur in auth. adſcriptitios. C. de Epiſ. & cler. tradit Io. de Platea in l. quemadmodum. d.
2 tit. de agricol. & cenſit. qui infert, quod res prohibita alienari, non impeditur in eccleſiam transferri.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus poteſt conuenire debitorem debitoris, aliquibus concurrentibus.*
2 *Eccleſia poteſt conuenire debitorem debitoris in certo caſu.*

QVÆSTIO 535.

Eccleſia creditrix an poſſit conuenire debitorem ſui debitoris, non excuſſo prius principali debitore.

1 Statutum eſt in fiſco, vt poſſit agere contra debitorem debitoris, tribus tamen concurrentibus. Primo quod principalis ſit conuentus. l. 1. de conuenien. fiſci debitor. lib. 10. & debitum ſit liquidatum, alias ſi non eſſet liquidatum per confeſſionem debitoris, vel alio modo, requiritur condemnatio debitoris ſicut in priuato. l. 2. C. quando fiſcus, vel priuatus. Secundo requiritur, quod ſit facta diſcuſſio, & aliter appareat debitorem fiſci non eſſe ſoluendo. gloſ. in d. l. 1. Tertio, quod debitor debitoris confiteatur ſuum debitum, expreſſe vel tacite. eſt tamen caſus, in quo fiſcus poteſt conuenire debitorem ſui debitoris, licet principalis debitor ſit ſoluendo, nec ſit prius condemnatus, nec excuſſus, ſcilicet quando debitor debitoris, factus eſt debitor ex pecunia fiſcali, vel eius occaſione, vt quia adminiſtrator fiſci mutuauit pecuniam
2 fiſci alteri, & ſtipulatus eſt nomine fiſci reddi, & ille recipiens eandem pecuniam mutuauit alteri. l. 3. §. multa. ff. de iure fiſci. Salic. in l. non prius. C. quando fiſcus vel priuatus. Et idem eſt in milite, & in minore, vt agant contra debitorem debitoris, etiam principali debitore exiſtente ſoluendo, ſcilicet quando ex eorum pecunia debitum fuit contractũ, quia iſtorum trium eſt par priuilegium. l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. pet. Salic. in d. l. non prius. & l. ſi vt proponis. C. de rei vendic. quæ omnia multo magis procedunt in eccleſia, quæ gaudet omnibus priuilegijs fiſci & minoris. l. fin. vbi DD. C. de ſacroſ. eccl. vt ſæpius diximus. Et ſic habes caſum notabilem, quod quamuis mutuum transferat dominium, nihilominus ſi pecunia eccleſiæ tranſeat de perſona in aliam perſonam, poteſt ab eccleſia repeti, non conuento, nec diſcuſſo principali debitore, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Coloni non debent moleſtari ab exactoribus tributorum, ne deſeratur cultura in damnum Reipublicæ.*
2 *Clerici, & ſcholares non ſunt litibus ab eccleſijs, & ſtudijs auocandi.*
3 *Clerici quare ab Imperatore non admittantur ad dignitates temporales.*

QVÆSTIO 536.

Eccleſiæ fauore ne deſeratur ſeruitium Clerici non ſunt litibus inquietandi, ſed celerrime eorum lites expediendæ.

1 Text. eſt notabilis in l. colonos. C. de agricol. & cenſitis. lib. 11. vbi habetur quod exactores tributorum non debent inquietare colonos propter tributa non ſoluta, ne vno puncto vel momento diſcedant ab agricultura, ideſt quanto minus fieri poteſt ſeparentur. ea ratione vt colantur terræ, & ſit vbertas in republica. & ibi infert Bart. quod quemadmodũ fauore publico nõ debent co-
2 loni à cultura ſeduci, ita ſcholares & Clerici non debent à ſuis ſtudijs, & eccleſia auocari.

l. omnes.

omnes. & l. generaliter. C. de Epiſ. & Cler. d. 1. & 2. C. qui ætate ſe excu. lib. 10. ſequitur b. de Plat. in d. l. colonos & ibi Apoſtil. Magiſtri Io. de Gradib. dicit. Facit hęc lex pro ſcholaribus, & Clericis, vt occaſione alicuius litis nõ debeãt à ſuis ſtudijs, vel eccleſijs auocari. quod vtinam iudices præ oculis haberent, vt cauſas Clericorum quam citius expediant, ne eccleſia in diuinis ſeruitio defraudetur, vnde Imperator in ſpecie mandauit, cauſas Clericorum celerrime expediri. vt in auth. & ſecundum Canones idem eſt agendum, quo ad omnes cap. iurgantium. de ſenten. rei iudic. Pari
3 etiam ratione ab Imperatore clerici non admittuntur ad dignitates temporales, ne ſeducantur à diuinis officijs. l. repetita. C. de Epiſc. & Cler. & etiam propter honeſtatem vt dicit Io. de Platea in l. colonos. C. de agricolis, & cenſitis. lib. 11. per illum textum.

SVMMARIVM.

1 Solutio non legitimè facta Eccleſiæ à debitore ex æquitate toleratur ſi probetur verſio in eius vtilitatem.

QVAESTIO 537.

Solutio non legitimè facta à debitore Eccleſiæ, aliquando ex æquitate eſt ab Eccleſia toleranda.

1 QVæritur, debitor eccleſiæ non ſoluit Prælato, ſed procuratori non legitimo, vt quia fuit reuocatus, an talis ſolutio ſit toleranda ab eccleſia. dicendum, quod de iuris rigore habetur pro non facta, ſed de æquitate, ſi probetur conuerſio pecuniæ in eius vtilitatem, debet admitti. ita habetur in l. vnica. C. de ſolut. & liberat. debitorum Ciuitatis. lib. 11. arguendo de Ciuitate ad eccleſiam. iux. l. fin. C. de ſacroſan. eccl. & ſæpe diximus. quando autem ſit probanda verſio in mutuo, vel in alijs contractibus, diximus in alia quæſtione. hæc autem procedit in omnibus contractibus. Io. de Platea in d. l. 1. vnica. qui eam extendit ad pupillum, & eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 Seruitus aquaductus contra priuatum præſcribitur longo tempore, ſed contra rempublicam tempore immemorabili.

2 Seruitus aquaductus contra Eccleſiam, non præſcribitur niſi tempore immemorabili.

QVAESTIO 538.

Seruitus aquæductus vt præſcribatur contra Eccleſiam, requiritur tempus cuius initij non eſt memoria.

1 NOtandum quod licet ſeruitus aquæducendæ habeat etiam cauſam cõtinuam ſiue perpetuam, vt quia nõ requiritur factum hominis, iuxta notata in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitutibus. tamen præſcribitur longo tempore contra priuatum. l. 2. C. de ſeruitutibus & aqua. tamen contra rempublicam requiritur maius tempus, ſcilicet cuius initij non eſt memoria. l. vſum. C. de aquæductu. lib. 11. & ibi Ioan. de Platea. & in l. diligenter eodem. poſt Andr. de Barulo, dicens non eſſe mirum cum in alijs rebus fiſci vel reipublicæ, exigatur maior præſcriptio quam in rebus priuatis. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. Cum itaque ex d. l. fin.
2 fiſcus, Ciuitas, & Eccleſia æquiparentur, concludendum eſt, requiri etiam tempus immemorabile ad pręſcribendam ſeruitutem aquęductus contra eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia an habeat priuilegium prælationis in actione perſonali.

2 Reſpublica non habet priuilegium anterioritatis, ſed tantum conditionem ex lege in caſu l. 2. C. de debitoribus Ciuitatis. lib. 11.

3 Fiſcus habet priuilegium prælationis in actione perſonali, præterquam in pœnis.

4 Dos habet priuilegium in actione perſonali.

QVAESTIO 539.

Eccleſia an habeat priuilegium prælationis in actione perſonali.

1 HAec quæſtio eſt valde vtilis, & practicabilis, nec reperitur aliquis Canon, qui eam in ſpecie decidat, licet textus in l. priuilegia. ff. de priuilegijs creditorum, dicat eſſe conſiderandam cauſam fauorabiliorem. & ſucceſſiue eccleſia præfertur, cum ſumma ſit ratio quæ pro religione facit. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. Nihilominus cenſui recurrendum eſſe ad perſonas priuilegiatas, quarũ priuilegijs vtitur etiam eccleſia, vt præter alias eſt

Mm 2 reſpu-

reſpublica fiſcus, dos. l. fin. C. de ſacroſ. eccl. vt late traditur per Euerard. in loco de fiſco ad eccleſiam, de republica ad eccleſiam, de dote ad eccleſiam, & nos probauimus in quæſtione particulari, de priuilegijs quibus gaudet eccleſia. ſi enim dictæ perſonæ habent dictum priuilegium multo magis eccleſia, quæ eſt fauorabilior. verſatur enim in ea fauor cultus diuini, ſalus, ac refrigerium animæ, quæ cunctis rebus, & perſonis mundi præfertur. Et quo ad rempublicam ſciendum, quod ſi contrahat cum priuato non habet bona illius obligata ſicut habet fiſcus. l. 2. C. de iure reipublicæ. lib. 11. habet tamẽ ſpeciale priuilegium in vno caſu, videlicet quando debitor
2 diſceſſit, & bona ſua alienauit, tunc Ciuitas excuſſo prius debitore, poreſt agere cõdictione ex l. 2. C. de debitoribus ciuitatis. lib. 11. contra emptores, & bonorum poſſeſſores qui non erant obligati, nec contraxerunt cum Ciuitate, vt quilibet pro rata ſoluat ſortem & fructus, & condictio ex lege eſt perſonalis. l. vnica. ff. de condictione ex lege. quare Bar. dicit in d. l. 2. de debitoribus Ciuitatis eſſe caſum ſpecialem & ſingularem, quod licet regulariter perſonalis actio non ſequatur fundum, ſed perſonam. l. 1 §. hæres. ff. ad Trebellian. l. fin. §. 1. ff. de contrahenda empt. & licet alias quis non poſſit agere perſonali actione contra tertium poſſeſſorem bonorum debitoris ſui, niſi eſſet facta alienatio in fraudem, quo caſu reſciſſa alienatione fieret executio in illis bonis tanquam debitoris, inſtitut. de actionibus. §. ſi quis in fraudem; tamen fauore ſpeciali reſpublica in caſu ſupradicto habet hypothecam in bonis adminiſtratoris ſui, ſicut pupillus in bonis tutoris. l. pro officio. C. de adminiſtratione tutorum. & etiam eccleſiæ. cap. ſimiliter. 16. quæſt. 1. Quare dicendum eſt, eccleſiam etiam habere priuilegium d. l. 2. de debitoribus Ciuitatis, cum reſpublica & eccleſia æquiparentur, d. l. fin. C. de ſacroſan. eccl. Sed inſpiciamus an fiſcus
3 habeat priuilegium anterioritatis in actione perſonali. & breuiter dicendum eſt quod ſic. l. ſi cum pecuniam. C. de priuilegijs fiſci. gloſ. in l. ſimile. ff. ad municipalẽ. & l. 2. C. de iure reipublicæ. lib. 11. & ibi hoc firmat Io. de Platea. qui idem concludit & probat in l. vnica. C. de pœnis fiſcalibus creditores præ-
4 ferri. & dicit probari etiam in illo textu dum creditores præferuntur tantum fiſco in pœnis ex conceſſione Imperatoris. Item dos abſque dubio habet priuilegium anterioritatis in perſonalibus, vt dicit Bart. in d. l. priuilegia. vbi inquit hoc melius probari quam alibi in auth. vt exactione inſtante dotis. §. ſicut etiam. & ibi etiam hoc dicit gloſ. eſt enim tex. notabilis, & ſucceſſiue eccleſia cuius cauſa eſt fauorabilior, vt diximus ob cultum diuinum, & ſalutem animarum, habebit priuilegium prælationis in actione perſonali.

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ ſunt prohibitæ contra Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas.*
2 *Epiſcopus vnus, non poteſt concedere repræſalias contra Clericos alterius Epiſcopi non miniſtrantis iuſtitiam.*
3 *Timetur magis quod ſpecialius inhibetur.*

QVÆSTIO 540.

Repræſaliæ contra Eccleſiam, vel Eccleſiaſticas perſonas, fieri non poſſunt.

1 Textus eſt in cap. vnico. de iniurijs, & damno dato in 6. vbi ſpecialiter prohibentur repræſaliæ contra eccleſiaſticas perſonas. Nihilominus Bart. in tract. repræſaliarum quæſt. 7. num. 6. dubitauit, ſi vnus Epiſcopus non facit iuſtitiam de clericis, & ad ſuperiorem non poteſt haberi recurſus, forte quia ille Epiſcopus eſt Tyrãnus, vel Schiſmaticus, vtrum contra Clericos illius Epiſcopi
2 poſſint concedi, & exerceri repræſaliæ auctoritate iudicis ſecularis, vel alterius Epiſcopi. & videtur ſecundum Bart. quod ſic. quia d. c. 1. loquitur quando repræſaliæ conceduntur propter delictum laicorum. poſtea Bar. remittit ſe canoniſtis. Sed vera opinio videtur, quod non poſſint concedi contra Clericos ex ratione dicti text. qui vocat repræſalias graues legibus, & æquitati naturali contrarias,
3 & ſpecialiter contra perſonas eccleſiaſticas, & ſpecialius illas inhibet, vt tanto magis timeantur, & conſuetudinem in contrarium vocat ab vſum, & corruptelam. & ratio legis eſt illa quæ declarat legem. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2.

XIX. CA-

XIX. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Odia non reſtringuntur, ſed amplianiur fauore reipublicæ.*
2 *Odia ampliantur fauore militiæ.*
3 *Odia non reſtringuntur, ſed extenduntur fauore Eccleſiæ.*
4 *Excommunicatio extenditur de caſu ad caſum fauore Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 541.

Eccleſiæ fauore odia non reſtringuntur, ſed ampliantur.

1 REGVLA eſt iuris, odia reſtringi, & fauores ampliari, vt in regula odia. de regulis iuris. in 6. quæritur modo, an hæc regula procedat in eccleſia, vt ſtatuta in eius fauorem in odium tamen aliorum ſit amplianda, non obſtante quod tractetur de odio alterius. & breuiter dicendum, quod ſic. primo ex doctrina Io. Andr. in d. reg. odia. vbi dicit, quod ſi ex vna parte verſatur ius publicũ, ex altera priuatũ, tunc præfertur ius publicum ſiue ex parte odij ſiue ex parte fauoris. & clarum eſt in eccleſia verſari ius publicũ. c. ius
2 publicũ. diſt. 1. Præterea, fauore reipublicæ, & militum, ne militiam deſerant, odium ampliatur l. 2. §. exercitum. ff. de his qui notantur infam. & notat Dinus in d. reg. odia. probatur etiam in l. fin. C. de his qui non impletis ſtipendijs. lib. 10. vbi fauore militiæ odium ampliatur, & ibi hoc notat Io. de Plat. Et clarum eſt, eccleſiam & clericos gaudere omnibus priuilegijs militibus conceſſis. gloſ. & comm. in l. miles. ff. de re iud. & pluries diximus. In-
3 ſuper quod fauore eccleſiæ ſint amplianda. vbi ex ampliatione, & extenſione magis ei prouidetur, tenet gl. ſingularis quam ſequuntur Gemin. Franc. in c. ſciant cuncti. de elect. in 6. quæ Gloſ. loquitur in ſententia excommunicationis. dicitur enim in textu, quod qui grauauerit aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel eccleſias, aut bo-
4 na, pro eo pro quo rogabant eligere noluit, ipſo facto eſt excommunicatus. & cum textus loquatur tantum de elect. quærit gloſ. an procedat in præſentatione. & primo arguit quod non. quia loquitur tantum de electione, & eſt lex pœnalis, & reſtringenda. cap. ſtatutum. eod. tit. Contrarium determinat, cum agatur de fraude eccleſiarum, quibus ex hoc melius prouidetur. & ſequuntur ſupradicti DD. Item ſecundum Bal. conſ. 107. lib. 2. in dubio, fauore eccleſiæ præcipuè, præſumitur magis donatio inter viuos irreuocabilis in odium donantis, quam cauſa mortis. & nos diximus in alia quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, Eccleſiæ fauore claudicant.*
2 *Eccleſia non poteſt pro parte approbare contractum, & pro parte reprobare.*

QVAESTIO 542.

Contractus factus ſine ſolemnitate, Eccleſiæ fauore claudicant, ita quod ſi eſt ei vtilis, poteſt ab ipſa approbari.

1 HAbet Eccleſia aliud ſingulare, quod ſi res eius alienatur ſine ſolemnitate, ſi contractus eſt vtilis ei, poteſt approbari ab ipſa quemadmodum contractus claudicat fauore pupilli. l. Iulianus. §. ſi à pupillo. ff. de actionibus empti. ita Innoc. Hoſt. Io. Andr. Card. Imol. Abb. & alij in cap. 1. de his quæ fiunt à Prælat. Iaſ. in l. cum hi. §. cum tranſactionem. ff. de tranſact. & hoc eſt indubitatum apud Rotã Romanã in deciſ. diuerſ. 133. par. 2. & in deciſ Card. Seraphin. 256. Nec mirum quod actus nullus approbetur, quia eſt nullus in fauorem eccleſiæ, alias actus nullus ex alia cauſa quam propter fauorem ratificantis, non poſſet validari, ſecus ſi propter eius fauorem. ſicut in ſimili videmus, quod teſtamentum in quo filius in poteſtate fuit præteritus, eſt nullum. l. 1. ff. de iniuſto, & rupto teſtamento. & tamen quia eſt nullum fauore filij, poteſt ab ipſo approbari. l. filio præterito. ff. de iniuſt. teſtamen. vt pulchre tradit Imola in cap. 1. ne ſede vacante. Eſt verum quod talis nullitas non poteſt ab alio allegari quam ab eccleſia, cuius fauore alienatio eſt nulla. Imol. in capit. ſi quis presbyterorum. de rebus Eccleſiæ. Abb. in cap. diuerſ. fallacijs. Rota Romana d. deciſ. 133.

Item pro ſupradicta concluſione facit textus in §. pupillus. inſtit. de inutilib. ſtipulat. vbi dicitur quod pupillus aliũ ſibi obligare etiam ſine tutoris auctoritate poteſt. & in §. 1. de auctoritate tutorum. vbi ſi pupillus dari ſtipuletur, non eſt neceſſaria tutoris auctoritas, quod ſi alijs promittant pupilli neceſſaria eſt tutoris auctoritas. & reddit rationem textus, quia poteſt facere meliorem ſuam conditionem ſine tutoris auctoritate, deteriorem vero non poteſt. quæ ratio militat etiam ſi pupillus, vel eccleſia, quæ vice minoris fungitur, ſe obligaret cum euidẽti eius vtilitate, recipiendo duplum, vel triplum ab alio, quia meliorem facit conditionem. & ratio generalior lege ampliat ipſam. Bar. in l. regula. §. fin. ff. de iur. & facti ignor. l. 2. §. timetur. ff. ad Tertull. Ant. in c. cum eſſes. de teſtam. Item facit l. non eo minus. C. de procur. vbi ſententia lata in fauorem indefenſi valet. idem in eccleſia. vt per DD. in cap. cauſam. quæ il ſecondo. de iud. & nos diximus in alia quæſtione, Aliqui dicunt contractum claudicare fauore eccleſiæ, dummodo eccleſia quamprimum approbet adhibendo ſolemnitates. ex Iaſ. in d. §. cum tranſactionem. qui non dicit, quod quamprimum teneatur adhibere ſolemnitates, immo hoc non eſſet ſpeciali in eccleſia exemplo pupilli. nam Bart. in d. §. à pupillo dicit hoc eſſe ſpeciale in pupillo, & nullum eſſet ſpeciale. Præterea, inquit Bart. in d. l. Iulianus. §. ſi quis contrahens cum minore poteſt agere vt contractum approbet, vel reprobet ad impediendam reſtitutionem in integrum, vel ne minor dicat ſe deceptum. quem ſequitur Pinell. in l. 1. C. de bonis maternis par. 3. num. 32. Menoch. conſ. 655. vol. 7. & fruſtra ageret ſi teneretur minor quam primum approbare. Rota etiam Romana non

2 diſtinguit. eſt verum quod eccleſia non poteſt pro parte approbare contractum, & pro parte reprobare cum ſit indiuiduus. Bald. in c. nihil. de elect. Rota Rom. Seraphin. deciſ. 520. Prædicta intellige data notoria vtilitate.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia fauore, quod ſit à maiori, & ſaniori parte Capituli, non obſtante appellatione aut iuramento attenditur.*

2 *Iuramenta contra Eccleſia vtilitatem, potius periuria ſunt dicenda.*

3 *Appellatio minoris partis Capituli contra ſtatutum à maiori, non ſuſpendit executionē.*

QVÆSTIO 543.

Ob Eccleſiæ vtilitatem in eius negocijs pertractandis, attenditur quod ſit à maiori parte Capituli, non obſtante appellatione minoris, ac iuramento.

1 Statuit Conc. Lateranenſe. vt habetur in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, quod in negocijs eccleſię ordinandis ſeruetur quod à maiori & ſaniori parte Capituli ſtatuitur, non obſtante appellatione minoris partis, nec etiam obſtante, vt ſi forte aliquis ad conſeruandam eccleſiæ conſuetu-

2 dinem ſe iuramenti dicat abſtrictum, cum non iuramenta, ſed potius periuria ſint dicenda, quæ contra vtilitatem eccleſiæ ſunt. videtur enim graue nimis, & reprehenſione digniſſimum, quod in quibuſdam eccleſijs, pauci, quamquam non tam ratione quam propria voluntate ad ordinationem Eccleſiaſticam procedunt. ita habetur in d. cap. 1. ex quo notandum ſingulariter, quod vbi maior, & ſanior pars Capituli concurrit, præſumitur

3 in vtilitatem eccleſiæ agi, cuius fauore remouetur etiam appellatio. quod ibi declarat Abb. vt ſi appellatio appareat rationabilis, caſſabitur poſtea diſpoſitum per maiorem partem, ſed non ſuſpenditur executio.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurus inuentus in Eccleſia, cui acquiratur, difficilis quæſtio.*

2 *Tex. in §. theſauros inſtit. de rer. diuiſ. & in l. 1. §. ſi in locis. ff. de iure fiſci. plures intellectus.*

3 *Eccleſia non debet eſſe deterioris conditionis, quam priuatus, immo melioris.*

4 *Eccleſia retinet dominium rerum, & faciliori modo in eam tranſit,*

5 *Eccleſiæ omnes, & loca ſacra pertinent ad Romanam Eccleſiam.*

6 *Deſtructio Collegio, ſolum pertinet ad Romanam Eccleſiam.*

QVAESTIO 544.

De theſauro inuento in loco Eccleſiæ, cui acquiratur.

1 Quæritur cui acquiratur theſaurus inuentus in loco eccleſiæ. tex. in l. 1. §. ſi in locis. ff. de iure fiſci. dicit quod the-

theſaurus inuentus in locis ſacris pro dimidia
eſt inuentoris, pro alia dimidia fiſci. tex. in §.
theſauros.inſtit.de rer.diuiſ.inquit theſaurum
inuentum in locis ſacris, vel religioſis fortui-
to caſu,totum inuentori cedere. DD.varia di-
xerunt.gloſ. in d. §. theſauros dicit illum tex.
procedere ſecundum naturalem æquitatem
fundatam ea ratione,quod quę in nullius bo-
nis ſunt,conceduntur occupanti.tex.autem in
d.§. ſi in locis procedere ſecundum ciuilem
rationem, quæ præualet naturali æquitati. &
attenta hac diſtinctione præualeret deciſio d.
§. ſi in locis. ſed quia poſterior eſt deciſio Iu-
ſtiniani. ideò gl. in d.§.ſi in locis dicit,tex. il-
lum procedere in theſauro ex induſtria, &
data opera inuento, vt eo caſu medietas in-
uentori cedat. tex.vero in d. §.theſauros cum
2 fortuito fuerit inuentus. idem tenet gl. in c.ſi
quid inueniſti.14.q.5.Sed videtur huic diſtin-
ctioni obſtare tex. in cap.1. quæ ſint regalia.
Ang.in d.§.theſauros. quem ſequitur Couar.
in reg. peccatum. §. fin. de reg.iur.in 6. dicit
attendendum eſſe poſteriorem Iuſtiniani cō-
ſtitutionē, vti derogatoriam reſponſo Calli-
ſtrati, vt in locis ſacris, vel religioſis, quæ in
nullius bonis ſunt theſaurus fortuito inuentus
inuentori cedat, cū Dominus non adſit cum
quo ſit facienda diuiſio. & huic opinioni an-
te Ang.& Couar. videtur adhærere, licet ob-
ſcurè Andr.noſter de Iſern. in cap.1.quæ ſint
regalia.num.97. Aluar.in d.cap.1. dicit the-
ſaurum acquiri eccleſiæ. Primo, quia habet
dominium dictæ rei.l.fin. C.de ſacroſan.eccl.
ergo debet habere partem, quemadmodum
3 Dominus. Secundo quia non debet eſſe dete-
rioris conditionis quam priuatus, immo po-
tius melioris, vt in titulo de ſtatutis, & con-
ſuetudinibus contra libertatem eccleſiæ tol-
lendis, in principio & per totum. Tertio quia
pro hac parte videtur ſentire gl.in §.ferè inſt.
de rer.diuiſ. demum relinquit cogitandum.
& Aluar. refert. & videtur ſequi Card. Ale-
xandr.in d.cap. 1. num.8. quæ ſint regalia.
Iſta quęſtio apud me eſt difficilis.ſciebat enim
4 Iuſtinianus Imperator Eccleſiam retinere
dominium rerum, & faciliori modo in eam
tranſire quam in priuatum in d. l.fin. C. de
ſacroſan. eccl. & tamen in inſtitution. editis
poſt Codicem,ſtatuit theſaurum inuentum in
loco ſacro totum cedere inuentori, quaſi ec-
cleſia non retineat dominium rei. vnde vide-
tur poſſe dici nullam eſſe differentiam, inter
theſaurum inuentum in domo priuati, vel in
eccleſia, ſeu loco ſacro, cum retineat & ipſa
dominium rei, & per Prælatos, & Rectores
gubernetur. ſed textum in d.§.theſauros. vti
poſteriorem eſſe attendendum, procedere ta-
men in loco ſacro, vel religioſo nullum habē-
te Rectorem, & habito pro derelicto. niſi di-
5 cas non deficere Romanam Eccleſiam,& Se-
dem Apoſtolicam, cuius ſunt omnia loca ſa-
cra. & religioſa. cap. ſi Papa. de priuil. in 6.
& in Clem. exiui de paradiſo. de verb.ſignif.
6 & deſtructo Collegio Eccleſiaſtico ſolum per-
tinet ad Romanam Eccleſiam. vt per Bart. in
l.fi.ff.de collegijs. Quare mihi melius videtur
dicendum,tex. in §. theſauros eſſe nullius ro-
boris ac momenti, tanquam contra eccleſiæ
libertatem. non enim potuit Imperator ea
quæ eccleſiæ veræ dominæ rerum competunt
de iure communi, prout alijs auferre. ad not.
per DD. in cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de
conſtit. & tradit in ſpecie Dominus Ant. Io.
de Imola in c.is qui.de ſolut. quod cum exce-
ptio non numeratę pecunię poſſet olim oppo-
ni infra quinquennium,non potuit Imperator
in præiudicium Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum
ſtatuere, quod opponatur infra biennium.
iuxta l. in contractibus. C.de non numerata
pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus debet mortem ſubire pro defenſione rerum temporalium Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 545.

Epiſcopus debet mortem ſubire pro defenſione rerum Eccleſiæ.

1 QVæritur ſingulariter, an talis ſit eccle-
ſiæ fauor,vt pro eius rebus conſeruan-
dis, teneatur Epiſcopus mortem ſu-
bire, & videtur quod ſic. per tex. in c. conue-
nior. 23. quæſt. 8. vbi gl. in verbo pro altari-
bus. Innoc.in cap.niſi.§.propter malitiam. de
renunc. inquit quod Prælatus debet ſe oppo-
nere murum,ſi quærantur poſſeſſiones, vel li-
bertates eccleſiæ, quia ſine corpotalibus non
non poteſt conſiſtere eccleſia. c. non poſſunt
violentari eccleſiaſtici. 1.quæſt.3. cap. ſi quis
obiuerit, & Beatus Thomas Cantuarienſis
pro his martyrizatus eſt.cap.ſicut dignum.de
homicid. ſequitur Card. Zabar.in Clem. 1.de
homicid.Subdit tamen, quod Prælatus debet
ſe tueri armis materialibus,& ſpiritualibus. c.
dilecto. de ſent. excomm. in 6. non enim vi-
deretur

deretur eſſe prudentis, inermem ſe opponere armaris. arg. cap. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6. & ſic deberſe defendere cum poreſt.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum Prælati de non alienando res Eccleſiæ, fauore Eccleſiæ, quandoque non ſeruatur.*
2 *Iuramentum Prælati de non alienando res Eccleſiæ, an ſit ſeruandum ſi fiat alienatio in Capitulum.*
3 *Iuramentum Prælati de non alienando, an includat modica.*

QVAESTIO 546.

Iuramentum Prælati de non alienando bona Eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice, fauore Eccleſiæ quandoque non ſeruari.

1 QVæritur an Prælatus, qui iurauit non alienare res Eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice, poſſit quandoque non obſtante iuramento alienare. dicendum quod ſi immineat ſumma neceſſitas eccleſiæ, & requirat tantam celeritatem, vt non poſſit conſulere Summum Pontificem, alienare poteſt. ita ſingulariter tradit Abb. in cap. fin. nu. 8. de eccl. ædificand. Fel. cap. 2. nu. 37. & 38. de ſponſal. Tiraq. de legib. connub. gl. 6. num. 129. Rolan. conſ. 80. n. 6. lib. 3. Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 7. n. 42. vbi etiam quod poteſt Epiſcopus non obſtante iuramẽto alienare res menſę Capitulo ſuo. quia non poreſt dici alienatum, quod in dominio eiuſdem eccleſiæ retinetur. Hoſt. Io. Andr. Card. Ant. in cap. nouit de his quæ fiunt à Prælatis. Oldr. conſ. 182. n. 1. Ferret. conſ. 60. num. 3. & dicit
2 Mant. ita fuiſſe iudicatum in Rot. Rom. coram Cardin. Seraph. die 29. Octobris 1583. quod eſt notandum propter auctoritatem Rotæ. Sed cogitandum an talis alienatio præiudicet ſucceſſori, quando redditus menſæ ſunt ſeparati à redditibus Capituli. recurrendum ad notata in cap. fin. ne Prælati vices ſuas, & alibi Deo duce dicemus. Nec etiam tale iu-
3 ramentum comprehendit modica, & parua. Abb. in cap. vt ſuper. de reb. eccl. quia inquit non eſt veriſimile, vt quod ſuperior voluerit illaqueare Prælatum pro re tam modica. idem dicit in d. cap. fin. de eccl. ædifican. Tale etiam iuramentum, an comprehendat res feudatales, & emphyteuticas, & an illæ poſſint dici de menſa. vide Bal. in auth. hoc ius porrectum. Card. Abb. & alios in cap. 1. de feudis. Andr. de Iſern. in cap. 1. qui feud. dar. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Pactum addictionis in diem, an poſſit fieri ab Eccleſia.*
2 *Pactum reſolutiuum cum Eccleſia celebratum valet.*
3 *Eccleſia an ſuccurrendum in pacto addictionis in diem ſi fuerit læſa.*
4 *Pactum legis commiſſoriæ, an poſſit fieri ab Eccleſia, & quæ requirantur.*
5 *Pactum legis commiſſor. factum ab Eccleſia verbis obliquis, vel ambiguis.*

QVAESTIO 547.

Pactum addictionis in diem, an poſſit fieri ab Eccleſia.

1 QVæritur an pactum addictionis in diem poſſit fieri ab eccleſia, quæ rẽ aliquam emit, vt ſi intra certum tempus venditori melior conditio offeratur, res ſit inempta. & videtur quod non, cum dominium transferatur in eccleſiam ſine traditione. l. fin. C. de ſacroſan. eccl. ergo cum emit ſtatim acquiſiuit dominium, quod poſtea pacto alienare non poteſt, & retro transferre. c. fine exceptione. 12. q. 2. c. nulli. de reb. eccl. Contrarium eſt verius, vt tale pactum ab eccleſia etiam incontinenti fieri poſſit, quia venditor non eſſet aliter contracturus, & pactum eſt pars pretij. l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. & quod incontinenti fit, cenſetur ineſſe. l. lecta. ff ſi certum petatur. ita tradit Andr. noſter de Iſernia in c. 1. in fine. de feudo dato in vim legis commiſſor. & ibi Affl. Facit DD. concluſio, quod pactum reſolutiuum cum ec-
2 cleſia celebratum, eſt validum. cap. verum. de condit. appoſ. & ibi omnes. Eſt tamen aduertendum, quod ſi eccleſia fuerit læſa in huiuſmodi pacto, quia Rector non obtulerit venditori quod ex licitatione acceſſit, competit ei reſtitutio in integrum, quia minori etiam datur. l. ſi in emptione. ff. de minor. & minor
3 & eccleſia æquiparantur. cap. 1. de reſtir. in integr. Andr. Affl. loc. cit. Sed an pactum legis commiſſoriæ poſſit fieri ab eccleſia, ſeu eius adminiſtratore, vt niſi eccleſia ſoluat pretium

intra

intra certum tempus res ſit inempta, cum eccleſia ſine ſolemnitate non poſſit rem immobilem alienare. & dicendum eſt fieri poſſe
4 etiam tale pactum, vt non ſoluto pretio infra præſtitutum tempus, dominium retro transferatur &c. abſq; aliqua traditione, & ſolemnitate. ita Paul. de Caſtr. conſ. 318. num. 4. lib. 1. Arius Pinell. l. 1. part. 3. num. 53. C. de bonis matern. Tiraq. de retract. conuent. in fin. nu. 2. Mant. d. lib. 4. tit. 29. num. 25. declarat tamen iuxta prædictos duobus modis. primo dummodo fiat incontinenti, ſecus ſi ex interuallo, ſicut fuit dictum de pacto addictionis in diem. gloſ. in l. à penſione. ff....... Alex. conſ. 10. lib. 1. declarat ſecundo vt
5 habeat locum quando pactum fuit conceptum verbis directis, veluti quod fundus ſit inemptus, iuxta l. 2. ff. de l. commiſſor. ſecus ſi verbis obliquis, veluti quod fundus ad venditorem reuertatur. l. 3. C. de pact. inter empt. & vend. gl. not. in l. 1. in verbo, mortis cauſa donatio. ff. de donat. quæ idem vult ſi verba ſint ambigua, vt dominium ipſo iure non transferatur, ſed iudicentur ac ſi verba eſſent obliqua. Hier. Gabr. conſ. 66. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis ſententia pro futuris culpis non fertur.*
2 *Excommunicationis ſententia Eccleſiæ fauore pro futuris decimis perſoluendis fertur.*

QVÆSTIO 548.

Eccleſiæ fauore pro futuris culpis quandoque fertur excommunicatio, vt in decimis perſoluendis.

1 Regula eſt, quod excommunicationis ſententia pro futuris culpis ferri non poteſt, vt ſi feratur in aliquos, ſi tale quid fecerint. c. Romana. §. caueant. de ſent. excõm. in 6. Nihilominus ob eccleſiæ vtilitatẽ poteſt Rector eccleſiæ obtinere litteras monitorias pro decimis in futurum ſoluendis. per tex. in cap. peruenit. de decim. & hoc ſentit gl. in Clemen. diſpendioſam. in verbo, præmoniti, de iudicijs. vbi dicit, videtur expediens eccleſijs, quod faciant monitionem generalem fulminantem excommunicationis ſententiam contra in futurum non ſoluentes decimas fructuum prædiorum quæ habent in parochia, & poſtea non ſoluentes petit eccleſia denunciari. & ita tenet Io. Andr. in d. §. caueant. ſequitur Card. Zab. in d. Clem. diſpendioſam. num. 26. per d. cap. peruenit.
2 facit etiam vt prædicti dicunt, quia ius decimæ eſt ius ſeruitutis, & in ſeruitutibus tractus futuri temporis ſpectat ad iudicem, iuxta notata in cap. in noſtra. de ſepulturis.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam Eccleſiæ illatam Epiſcopus vindicare poteſt, non propriam.*

QVAESTIO 549.

Eccleſiæ iniuriam factam, poteſt punire Prælatus, ſed non propriam.

1 Eſt ſingulariter notandum, Epiſcopum iniuriam eccleſiæ illatam punire poſſe, quamuis non poſſit propriam, id eſt, concernentem eius perſonam. text. eſt notab. in Clem. vnica. de foro compet. vbi habetur, quod Epiſcopus expulſus, cum in eius expulſione irrogetur iniuria eccleſiæ, poſſit illam punire, ne talis iniuria remaneat impunita, idq. in aliena diœceſi. & ibi gloſ. in verbo, eccleſijs, inquit, quaſi innuat Epiſcopum iniuriam eccleſiæ vindicare poſſe, ſed non propriam. cap. ſi quis erga. & cap. ſi quis ab Epiſcopo. 2. quæſt. 7. Innocent. in cap. ex parte. de verb. ſignificat. Card. Zabar. in d. Clem. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio non eſt in bonis noſtris ante litem conteſtatam.*
2 *Iniuriam Eccleſiæ factam, ſolus Epiſcopus remittere non poteſt.*
3 *Epiſcopus eſt procurator Eccleſiæ, non Dominus.*

QVÆSTIO 550.

Eccleſiæ iniuriam illatam, ſolus Epiſcopus remittere non poteſt.

1 Quæritur ſingulariter, an Epiſcopus ſolus poſſit remittere iniuriam eccleſiæ illatam, ſine Capitulo. gloſ. in cap. contingit. de ſent. excomm. in verbo iniurioſa, arguit quod ſic, quia actio iniuriarum non eſt in bonis noſtris ante litem conteſtatam. ff. de

2 de iniurijs. l. iniuriarum. ergo ſolus Epiſcopus poteſt eam remittere. arg.cap.cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à Prælatis. Præterea Epiſcopus eſt pater. cap.eſto ſubiectus. diſt. 95. & pater poteſt remittere iniuriam factam filio. l. ſed ſi vnius. §. filiusfamilias.ff. de iniurijs. ergo ſolus hoc facere poteſt. poſtea

3 gl. concludit contrarium, cum Epiſcopus ſit procurator, non dominus. cap. fin. 12.q.1. cap. fraternitatem. de donat. quare conditionem eccleſiæ deteriorem facere non poteſt, vt ibi dicitur. & ſequuntur gloſ. DD.in d.cap.contingit. tradit etiam Card. in Clem. vnica de foro compet. num.3.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de diminutione ad augmentum; & è contra, valet.*

2 *Legatum duorum cereorum pro eleuatione ſanctiſſimi Corporis Chriſti, an augeatur, ſi augentur Miſſæ.*

3 *Legatum certorum cereorum in offertorio in feſtis, an debeatur in feſtis adauctis.*

4 *Legatum prandij religioſis, an augeatur ſi religioſi multum creuerint.*

QVAESTIO 551.

De legato cereorum facto Eccleſiæ pro Miſſis celebrandis, an augeatur ſi augeatur numerus Miſſarum.

1 QVæritur, teſtator mandauit poni duos cereos in perpetuum, in certo altari quando eleuabitur ſanctiſſimum

2 corpus Chriſti, an hæres tenebitur pro miſſis poſtea adauctis, ſiue augmentatis ad illud altare. Gemin.conſ.70. reſpondet affirmatiue. ea ratione, quia ſi diminuerentur Miſſæ, diminueretur etiam legatum, ergo ſi augentur, & legatum augeri debet. facit regula l. ſi ex toto. ff. de leg. 1. vbi valet argumentum de diminutione ad augmentum, & è contra. vt ad quem pertinet vnum,pertineat & alterum. & quod idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, & contrariorum eadem eſt diſciplina. cap.2.de conſuetudine. cap.hoſpitiolum. 32. diſt. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. Tradit etiam in ſimili Ioan.Andr.cap.1. de reliquijs & veneratione SS. quod grauatus ſingulis feſtis po-

3 nere cereos in offertorio, tenetur & in feſtis nouiter conſtitutis, quia ſi diminuerentur, diminueretur & onus. ſequitur Ripa in d.l.ſi ex toto.Sed prædicta ſunt intelligenda data capacitate, ſecus ſi Miſſæ multum creuerint, vel feſta, tunc debet attendi tempus mortis,niſi etiam facultates hæredis creuerint. tex. eſt notab.in cap.quanto. de cenſibus. vbi ſi relinquatur prandium religioſis

4 qui multum creuerint, debet haberi ratio religioſorum qui erant tempore mortis teſtatoris, niſi etiam facultates creuerint. & ibi DD. inferunt ad ſimilia.

SVMMARIVM.

1 *Legari an poſſint Eccleſia res, quæ ſemper hoſtium fuerunt.*

2 *Loca ab infidelibus occupata, quilibet recuperare poteſt, & erunt recuperantis, etiam ſi fuerint alterius Chriſtiani, modo per triennium recuperare neglexerint, non tamen ſi fuerint Eccleſiæ.*

QVÆSTIO 552.

Legari an poſſint Eccleſię res hoſtium, ſi de manibus eorum euaſerint.

1 COmmunis eſt DD. concluſio, quod res quæ ſemper fuerunt hoſtium, non poſſunt legari ſimpliciter, ſicut nec vendi.ita Bart. & alij in l.id quod apud. ff.de leg.1.per tex.in l.liber homo. ff.de verb.oblig.bene tamen poteſt legari id, in quo habetur ius poſtliminij, d.l.id quod apud. Quæritur modo,an communis opinio,quod res quæ ſemper fuerunt hoſtium, legari non poſſint, procedat vt poſſint ſaltim eccleſiæ legari ſub conditione,ſi de manibus eorum euaſerint.Iaſ.in d.l.id quod apud. abſque dubio id tenet in eccleſia. per tex.in cap. Abbate ſane. de re iudic. in 6. & l.generaliter. §.1. ff.de fideicom. libertatibus. quæ iura loquuntur in eccleſia, & pia cauſa, quamuis aliqui prætendant tale legatum ſub dicta cōditione poſſe fieri etiam priuatæ perſonæ. Bart.in loco citato,& in d. l.liber homo, & quamplures alij per dicta iura,præcipue Franciſcus Ripa in d.l.id quod apud. qui conſiderat, quod quamuis d.cap. Abbate ſane. & l. generaliter, loquantur in caſibus fauorabilibus, tamen ratio quæ aſſignatur, vtrobique concludit generaliter, in omni caſu. nam in d. cap. Abbate ſane. aſſignatur ratio, quia ſalubre, & laudabile eſt, expectare tempus, quod res hoſtium domi-

nio

Digitized by Google

nio Chriſtianorum ſubdentur. Hæc ratio militat etiam quod piæ cauſæ non donetur. in l. generaliter. §. 1. dicitur, quod nihil eſt quod prohibeat ſeruo hoſtium libertatem relinqui poſſe ſi nihil eſt quod obſtet. & dicit Ripa eſſe communem. vnum eſt clarum, quod ſi fiat donatio eccleſiæ, nullum eſt dubium. Hic etiam obiter notandum, quod etiam abſque donatione, quilibet poteſt recuperare loca ab infidelibus occupata, & erunt ſua propria,
2 etiam ſi fuerint aliquando alicuius Chriſtiani, qui intra triennium à die occupationis illa recuperare neglexerit. Arch. in cap. placuit. il 2. 16. q. 3. Alber. in auth. ſi vero dominus. C. de hæred. Ripa in d. l. id quod apud. Sed non procedit in eccleſia, ſi res fuerunt eccleſiæ, vt diximus in alia quæſtiene.

SVMMARIVM.

1 *Legatum non redditur conditionale per illa verba, quiſquis mihi hæres erit.*
2 *Legata facta eccleſiis, an reddantur conditionalia per verba, quiſquis mihi hæres erit.*
3 *Legata pia debentur hæreditate non adita.*
4 *Legata ſi debeantur hæreditate non adita ex diſpoſitione legis, an verba, quiſquis mihi hæres erit, faciant conditionem.*

QVAESTIO 553.

Legatum factum Eccleſiæ, vel alteri piæ cauſæ, his verbis, quiſquis mihi hæres erit, an cenſeatur conditionale, ita vt impediatur tranſmiſſio.

1 TEx. eſt in l. 3. ff. de leg. 1. vbi per hæc verba, quiſquis mihi hæres erit, non redditur legatū conditionale. quod multum refert. quia legata conditionalia non tranſmittuntur ad hæredes, ſi legatarius moriatur ante euentum conditionis. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. toll. Ratio eſt ſecundum Gl. & omnes in d. l. 3. quia iſta conditio, ſi hæres erit, intelligitur neceſſario. & ideo expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur. nec ſufficit, quod aliquis ſit hæres ſcriptus, ſed etiam quod adeat hæreditatem. l. ſi nemo. ff. de teſtam. limitant DD. d. l. 3. quando talis conditio, ſi hæres erit, non ineſt de neceſſitate, tunc cum procedat ex mera voluntate teſta-
2 toris facit legatum conditionale. ita communiter DD. in d. l. 3. vbi ponunt plura exempla. & præcipue Raphaelis Comenſis declarat text. vt non procedat in legatis ad pias
3 cauſas, quæ debentur etiam hæreditate non adita, ſecundum Bart. Bald. & alios in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. In contrarium facit D. Bart. in d. l. 3. vbi voluit, quod quando legata debentur hæreditate non adita ex diſpoſitione le-
4 gis, tunc ex diſpoſitione teſtatoris, vt ſi debeantur ex edicto, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, tunc non limitatur d. l. 3. nec legatum redditur conditionale. quæ doctrina Bart. communiter tenetur, vt ibi dicit Iaſ. atque eam defendit, quicquid voluerit Ripa. ergo nec legata pia reddentur conditionalia, cum ex diſpoſitione legis, non teſtatoris debeantur hæreditate non adita.

SVMMARIVM.

1 *Agere quilibet de Eccleſia poteſt pro iuribus Eccleſiæ, etiam ſi non agatur de recuperatione male alienatorum.*
2 *Agens pro iuribus Eccleſia, non tenetur ſatiſdare, nec reſpondere, ſi reconueniatur etiam nomine Eccleſiæ.*
3 *Sententia lata contra particularem de Eccleſia, qui perſequutus ius Eccleſiæ, nocet Eccleſiæ, præterquam in duobus caſibus.*
4 *Capitulum an poſſit agere pro ſingulis beneficiatis in Eccleſia. quod ſic vbi tangeretur præiudicium Eccleſiæ, non ſolum Cathedralis, ſed etiam inferioris.*

QVAESTIO 554.

Agere quilibet particularis de Eccleſia poteſt pro iuribus Eccleſiæ, contradicente Epiſcopo, & alijs etiam, ſi non agatur de recuperatione rerum malè alienatarum.

1 DIcit Innoc. in c. cum olim. de teſtib. per illum tex. quod Epiſcopo negligente, & Capitulo, poteſt quilibet particularis de eccleſia agere pro iuribus eccleſiæ recuperandis, etiam contradicentibus Epiſcopo & Capitulo, & alijs, & ſine mandato. allegat etiam cap. non liceat. 12. q. 2. c. ſi quis presbyterorum, de reb. eccleſ. non alienand. nec erit iſte procurator, ſed procurans, ſicut ſi pater ageret pro filio: conuincitur etiam negligentia Epiſcopi, eo ipſo quod non proſequitur ius eccleſiæ ſuæ, ſecundum Innoc. vel ſecundum Hoſt. ibi, ſi fuit ter monitus, nec

curauit

Digitized by Google

curauit ius eccleſiæ proſequi. In contrarium facit ſecundum quoſdam relatos ab Innoc. quod nullus text.id dicat, quod quilibet particularis de eccleſia poſſit agete pro ipſius iuribus ſine mandato, etiam alijs negligentibus. & iura ſupra allegata loquuntur de reuocatione male alienatorum tantum, vbi eſt ſpeciale, & ex ſpeciali cauſa illud conceſſum eſt ſingulis clericis contra ius commune, & contra ea quæ habentur 12. q. 2. Quapropter & ſequentia, licet non reſtringantur ad reuocationem malè alienatorum, non tamen dant Clericis ſingularibus facultatem agendi, ſed denunciandi exceſſus Prælatorum. & ad cap. cum olim. de teſtib. dicunt eſſe intelligẽdum, quod Papa commiſit inquiſitionem ad inſtantiam Archidiaconi, cum multa adiuiſſet de ſtatu eccleſiæ. Nihilominus prior opinio tenenda eſt, quam aperte tenet Innoc. quod Capitulum proſequitur iure Epiſcopatus, quando Epiſcopus in prędiudicium aliquid facit. Idem ſi ſit negligens. argum. d. cap. non licet. & quod Capitulum, non ſolum appellat pro iuribus Epiſcopatus, ſed eius cauſam proſequitur. & quamquam loquatur in Capitulo, idem cenſet Abb. in particularibus, negligente etiam Capitulo. ius enim publicum conſiſtit in ſacris. cap. ius publicum. 1. diſtinct. Et hanc opinionem tenent Antonius de Butrio, Card. Imol. & Abb. Lap. alleg. 51.
2 & talis agens pro iuribus eccleſiæ non tenetur ſatiſdare, vel defendere eccleſiam, ſi reconueniatur, quia forte retraheretur ab agendo pro iuribus eccleſiæ. & quia videtur quodammodo proſequi iniuriam illatam eccleſiæ, ideo non tenetur reſpondere in cauſa reconuentionis, ſecundum Specul. de reconuentione. §. 2. & eſt communis in d. cap. cum olim. licet D. Ant. de Butr. videatur limitare, vt non poſſit reconueniri, ſi reconueniatur nomine ſuo, ſecus ſi nomine eccleſiæ. arg. c. frequens, de reſtit. ſpol. in 6. Sed certe ſecundum Imolam illa decretalis non videtur loqui in caſu iſto. & ideo dicit, tutius eſſe tenere communem opinionem, vt non poſſit fieri reconuentio. An autem ſententia lata contra particularem de eccleſia, prędiudicet eccleſiæ, vt alius non admittatur, obſtante exceptione rei iudicatæ. Innoc. in d. cap. cum olim. dicit quod præiudicat, ſicut contingit in accuſationibus popularibus. l. eum qui. §. in popu-
3 lari. ff. de iur. iur. non tamen præiudicat in duobus caſibus, ſecundum Innoc. in c. cum dilecti. de elect. Primus quando ille qui poſtea vult agere, ignorauit primum egiſſe, & vult proſequi etiam proprium intereſſe. Secundus quando docet de colluſione primi. Abb. Im. & alij in d. cap. cum olim. Dicit tamen Imol. ſententiam latam cum particulari de eccleſia, regulariter nocere alijs, niſi in dictis duobus caſibus, ſed debere intelligi, quando particularis fuit proſequutus publicum intereſſe eccleſiæ. ſecus ſi proprium & particularem, nam tunc non noceret volenti poſtea proſequi ius publicum eccleſiæ. arg. cum inter, de re iud. Eſt etiam hic aduerten-
4 dum, quod Decanus, & Capitulum non poſſunt agere pro ſingulis beneficiatis in eccleſia, ſecundum Dominos de Rota deciſ. 416. quia hoc Prælato ſoli eſt permiſſum. Clem. 1. de reſcript. & cap. cum deputati. de iudicijs. ſed D. Ant. de But. dicit, hoc verum in quantum tangeretur dumtaxat præiudicium beneficiati, vt quia diſputatur de titulo, vel obuentionibus ſpiritualibus. ſecus ſi tangeretur præiudicium eccleſiæ, vt quia ageretur de poſſeſſionibus præbendorum. tunc enim negligẽtibus Canonicis, & Prælato, deberet audiri quilibet de eccleſia, etiam vicinus, quia quod deperit præbendæ, deperit eccleſiæ. ſequitur Abb. in d. cap. cum olim. vbi ampliat, vt ea ſententia D. Antonij, non ſolum procedat in præbendis, & beneficijs eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam in beneficijs eccleſiæ inferioris, vt Prelato & Rectore negligentibus, poſſit agere Capitulum. cap. cum clerici. de verb. ſignif. Innoc. in d. cap. dilecti. & etiam negligente Capitulo poſſit agere particularis de eccleſia. quæ omnia ſunt menti tenenda.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum Eccleſiæ nominatim ab hærede, an debeatur à fideicommiſſario.*
2 *Voluntas teſtatoris quandoque excludit eccleſiam.*

QVÆSTIO 555.

Legatum factum Eccleſiæ nominatim ab hærede, an cenſeatur repetitum à fideicommiſſario.

1 COmmunis eſt Concluſio, legata non cenſeri repetita à fideicommiſſario, quotieſcunque nominatim ab hærede relicta ſunt, nam propter expreſſionem proprij nominis, videtur teſtator ſolum voluiſſe graua-

re

Digitized by Google

re hæredem. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 23. vbi teſtatur de communi opinione. Hæc autem concluſio fallit fauore eccleſiæ, aut alterius piæ cauſæ, vt nominatim relicta ab hærede, cenſeantur repetita à fideicommiſſario ex quadam coniecturata voluntate teſtatoris ob piæ cauſæ rationem. Bart. in l. 4. §. Lucius. ff. de aliment. legat. Rom. in auth. ſimiliter. num. 62. C. ad leg. falcid. Dec. conſ. 182. Card. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 1. num. 16. Iaſ. pulchre conſ. 98. volum. 1. Limitant tamen Doctores quotieſcunque diſpoſitio teſtatoris, eſſet reſtricta ad certum tempus, quia tunc obligatio certis terminis limitata, nec extra illos, nec extra perſonas egreditur, & illa tacita coniectura
2 fauore piæ cauſæ tollitur ex certitudine voluntatis, ita notabiliter Paul. de Caſtr. conſ. 16. lib. 2. Crauett. conſ. 19. num. 16. Iaſ. in loco citato, qui loquitur de legato fructuum reſtricto ad certum tempus. Natt. conſ. 323. Decius videtur idem tenere conſ. 273. Item reſtringitur quotieſcunque apparet voluntatem teſtatoris eam fuiſſe, vt grauando ſe reſtringeret ad certum genus perſonarum, quia voluntas teſtatoris tollit tacitam coniecturam fauore piæ cauſæ. Dec. conſ. 282.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſia an admittatur ad acceſſionem bonorum.*
2. *Eccleſia & Clerici non tenentur cedere bonis.*

QVÆSTIO 556.

An Eccleſia teneatur cedere bonis.

1 IAſ. in §. final. inſtitut. de action. tenet, quod eccleſia etiam admittitur ad beneficium ceſſionis bonorum. per tex. in §. ſi quis autem adiecerit. in authent. vt determinatus ſit numerus Clericorum. ibi, ſed ad viam omnium infeliciſſimam cauſa deſcenderet, quatenus rerum omnium creditoribus cederet, quod dicere etiam piget. ſequitur Ludou. Peguer. deciſ. 200. num. 4. Contrarium tenet Afflict. in cap. 1. §. inde poteſt præſumi. num. 11. de alien. feud. vbi dicit, quod eccleſia eſt peioris conditionis quam priuatus in ceſſione bonorum. quia priuatus, vel Vniuerſitas poteſt cedere bonis, & eccleſia non. & allegat eundem tex. in §. ſi quis autem adiecerit. qui text. certè videtur magis facere pro opinione Affl. dum Imper. dicit, quod dicere etiam piget nos, & quemadmodum non fiat, prouidemus. Sed quicquid iſti dicant, tenendum eſt, quod eccleſia ſi velit
2 poteſt cedere bonis, ſed non tenetur cedere, nec debet condemnari, niſi in quantum facere poteſt, deducto victu pro miniſtris. Si enim miniſtri habent hoc priuilegium, vt non teneantur cedere bonis, niſi reſeruetur victus. cap. Odoardus. de ſolution. & ibi Abb. n. 9. & commun. c. peruenit. de fideiuſſor. multo magis eccleſia, quæ repræſentatur per miniſtros. c. Pontifices. 12. q. 3. l. à Titia. §. annua. ff. de aliment. legat. & cuius bona expenduntur in alimoniam miniſtrorum. & hic fauor tribuitur miniſtris eccleſiæ, quia ſunt milites cœleſtes, & ſeruiunt in eccleſia Deo, exemplo militum terreſtrium, iuxta gl. & commun. in l. miles. ff. de re iudic. multo magis debet eccleſia gaudere hoc priuilegio, cuius fauore miniſtri illo gaudent. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccleſ.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſiam cogens ad ſibi vendendum, vel concedendum in emphyteuſim bona, punitur tanquam ſacrilegus.*

QVÆSTIO 557.

Metum inferentes Eccleſiæ ad ſibi vendendum bona, vltra nullitatem contractus, puniuntur pœna mortis.

1 REgulariter contractus geſti metu reſcinduntur. ff. quod metus cauſa. per totum, & extra, de his quæ vi metuſve cauſa. ſed in eccleſia hoc eſt particulare, quod ſi aliquis cogit illam ad ſibi vendendum, vel concedendum in emphyteuſim aliquam rem, punitur pena ſacrilegij. auth. de non alienandis, aut permutandis. §. his ſolis. quæ eſt capitalis. l. ſacrilegij. & l. ſacrilegi. ff. ad l. Iuliam. notat gl. in d. §. his ſolis. & ibi dicit Ang. nota iſtum. §. contra nobiles & potentes, qui prædia Eccleſiæ ſibi adhærentia, per violentiam faciunt eis in emphyteuſim concedi tanquam ſacrilegi puniuntur, & alijs pœnis inſertis ibi.

SVMMARIVM.

1. *Prælegata veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando eſt ſubſtituta eccleſia.*

2 *Prælegata relicta filio, non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

3 *Prælegata quaſi debita, non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

4 *Prælegata facta Eccleſiæ, non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

QVAESTIO 558.

An prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi, quando eſt ſubſtituta Eccleſia, vel alia pia cauſa.

1 MAgna eſt altercatio inter DD. an prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi. idq. à coniecturis dependere omnes concludunt. Dec.conſ.80. Pariſ.conſ.78. vol.2. Soc.conſ.107. vol.2. Roland.conſ.34. vol.4. Decian.reſp.3. nu.31. Riminald. iun. conſ. 590. qui numerat plures coniecturas, poſt Card.Mant. de coniect. vltimar. volunt. nu.7. & inter alias Riminald. dicit fauore piæ cauſæ prælegata venire in fideicommiſſo reſtituendo piæ cauſæ ſubſtituræ. nam diſpoſitio teſtatoris facta in vno caſu, ex coniecturata mente teſtatoris porrigitur ad alium caſum. Rom.in auth. ſimiliter.C.ad leg.falcid. per l.2. ff.de manumiſſ. teſtamen. Socin. in reg. in verbo, priuilegia.num.382. priuil.48. Dec.conſ.182. nu.2. vbi dicit, quod diſpoſitio ad pias cauſas, locum habet quamuis non contingat caſus ſecundum ordinationem teſtatoris. Tiraq.de priuil.piæ cauſæ.priuil.62. Mant.de coniect. lib.6.tit.3. nu.39. quos ſequitur Riminald. loco citato. Contrariam opinion. quod non veniant prælegata quando eccleſia eſſet ſubſtituta, tenet Gaſp. Theſaur.q.17.lib.1.n.6. dicens hanc coniecturam non ſufficere, niſi aliter de voluntate & mente teſtatoris appareret. nam licet in pia cauſa multa concurrant priuilegia, tamen non debet eſſe tantæ potentiæ priuilegium, vt ordinariam teſtatorum voluntatem ſubuertat. Sed non recedendum à priori opinione. pro qua facit, quod præſumptio, & coniectura piæ cauſæ, quia reſpicit animam teſtatoris, quæ cunctis rebus & perſonis præfertur, tollit alias præſumptiones iuris ac ſuperat. arg. l.ſancimus.C.de ſacroſ.eccleſ. vt ſingulariter tradit Iaſ.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdict.omn.iudicum.n.22. vnde ſemper pro pia cauſa præſumptio capienda eſt, niſi expreſſe appareat de voluntate teſtatoris. Doctores autem in hac materia, an prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi, non ponunt regulam negatiuam quod non veniant, quia apparet de voluntate teſtatoris prælegantis, ſed dicunt recurrendum eſſe ad coniecturas. Sed non tenent pro certo apparere de voluntate teſtatoris, ex quo prælegauit. & opinio Theſauri poteſt procedere, ſi teſtator poſt prælegata ſubſtituerit his verbis, in omnibus alijs ſuis bonis ſubſtituit eum. nam prælegata videntur ab inſtitutione, & ſubſtitutione excepta, ex doctrina Bart.in l.ſi quis ſeruum.§.fi. ff.de leg.2. Dec.conſ.543. Card.Mant.d.lib. 7.tit.7.num.7. E contra verò ſi eccleſiæ ſunt
2 facta prælegata, non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quia nec veniunt ſi ſunt facta filio extraneo hærede inſtituto. Bal.conſ.318. & 328. vol. 5. vbi dicit filio ſufficere indicia voluntatis. nec eſt præſumendum ex affectu paterno, quod pater voluerit fideicommiſſario prælegatum etiam reſtitui, ſed magis præſumitur quod ideo prælegauerit, quia voluerit hoc filij præcipuum eſſe. ſequitur Card. Mant. d. tit.7. num.10. multo magis præſumendum eſt, quod teſtator potius voluerit legata prælegata eccleſiæ ſolui, quam fideicommiſſaria reſtitui. quia præſumptio pro eccleſia ſuperat omnes præſumptiones, vt ſupra dixi. & quis præſumitur magis diligere animam ſuam quàm filios, & eccleſiæ magis fauendum eſt quam filijs, excepta legitima.
3 dicunt etiam Doctores, quod prælegata quaſi debita non reſtituuntur fideicommiſſario. l.cum hæres.ff.ad Trebell. l. Lucius.§. maritus. ff. eodem. Decius deciſ. 280. quod au-
4 tem legatur eccleſiæ, relinquitur pro ſoluendis debitis peccatorum. cap. Pontifices. 12. q.3. ergo non veniunt legata facta eccleſiæ in reſtitutione fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Eccleſiæ recipiens canonem ab emphyteuta, an remittat caducitatem in damnum Eccleſiæ; vel requiratur ſpeciale mandatum.*

QVAESTIO 559.

Procurator Eccleſiæ recipiendo penſionem ab emphyteuta, an remittat caducitatem in præiudicium Eccleſiæ.

Quæ-

1 QVæritur, an penſio recepta ab emphyteuta à factoribus, & procuratoribus eccleſiæ, inducat remiſſionem caducitatis, quemadmodum ſi ab ipſo Prælato exigeretur. & dicendum quod non. Berous conſ. 116. nu. 8. & 10. vol. 1. etſi dominus & eius procurator ignorauerunt caſum caducitatis. nec etiam videtur remiſſa caducitas per canonis receptionem. Afflict. deciſ. 129. n. 10. Surd. deciſ. 181. n. 9. Corbul. de cauſa priuationis ob canonem non ſolutum. limit. 21, n. 14. Rota diuerſ. deciſ. 280. par. 1. Peregrinus conſ. 94. tit. 2. n. 39. niſi factores habeant facultatem renouandi inueſtituras. Riminald. conſ. 22. nu. 11. Corbulus vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Falſi crimen præſcribitur ſpatio 20. annorũ.*
2 *Falſi crimen contra Eccleſiam numquam præſcribitur.*

QVAESTIO 560.

Falſi crimen contra Eccleſiam nunquam præſcribitur.

1 HAbetur in l. querelã. C. de falſis. quod crimen falſi præſcribitur ſpatio viginti annorum. ſed an id procedat contra eccleſiam. Rom. in ſing. 182. incipit, tu ſcis quod
2 crimen falſi, dicit, quod in eccleſia nunquam præſcribitur crimen falſi. allegat Speculat. de ſenten. §. quoniam. ſequitur Balb. de præſcri. 4. part. q. 2. limit. 5. dicens, limita d. l. querela, cum non procedat reſpectu eccleſiæ, contra quam nunquam præſcribitur crimen falſi. pro veritate vide Apoſtill. ad d. ſing. Rom. quia text. quem allegat Roman. non reperitur, & credo quod ſit corruptè allegatus.

SVMMARIVM.

1 *Lite non conteſtata proceditur contra abſentem, ad diffinitiuam, vbi agitur de ſtatu Eccleſia.*
2 *Lite non conteſtata proceditur ad ſententiam diffinitiuam, vbi Iudex procedit ex officio.*
3 *Lite non conteſtata proceditur ad diffinitiuam ſententiam, vbi agitur de reuocatione contractus.*

QVAESTIO 561.

Vbi de ſtatu Eccleſiæ agitur, recipiuntur teſtes lite non conteſtata, & proceditur ad ſententiam diffinitiuam contra abſentem.

1 REgula eſt, quod lite conteſtata non recipiuntur teſtes, nec proceditur ad ſententiam diffinitiuam contra abſentem, vt in tit. vt lite non conteſtata. c. quoniam frequenter, & per totum. nihilominus, vbi agitur de ſtatu eccleſię, puta de exẽptione, ſeu de libertate eccleſiæ, proceditur ad diffinitiuam contra abſentem, lite non conteſtata. tex. eſt ſingularis in c. cum olim. de teſtib. vbi Papa id præcipit. & Archidiaconus agebat pro libertate eccleſiæ pro eius iuribus recuperandis. ita Hoſt. Inn. Ant. Abb. qui teſtatur de communi in d. c. cum olim. Idq. videtur dicendum
2 in omni cauſa eccleſiæ, quando Iudex procedit ex officio per viam inquiſitionis, quod poteſt Iudex facere etiam in cauſa ciuili eccleſiæ, & miſerabilium perſonarũ, vt diximus in alia quæſtione. & proceditur ad receptionem teſtium, & ad diffinitiuam ſententiã contra abſentem, quando iudex per viam inquiſitionis procedit, ita Inno. in d. c. cum olim. & dicit Abb. hanc opin. Inno. eſſe in ſe veram, & notabiliter ſequitur Imo. Ponit etiam Innoc. aliam notabilem limitationem fauore eccle-
3 ſiæ quando agitur de retractione contractus, initi per Prælatum in præiudicium eccleſiæ, contradicente Capitulo vel aliquo de eccleſia. quia ſi contradicitur ex cauſa rationabili poteſt peti reuocatio ſine litis conteſtatione, & appellatione. arg. d. c. cum olim. & c. facit. c. 1. de his quæ fiunt à ma. par. Cap. quod dicit Abb. eſſe bene notandum. ſequitur Im. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi ceſſat in legato alimentorum pluribus coniunctim relicto.*
2 *Ius accreſcendi an habeat locum in legato alimentorum relicto pauperibus.*
3 *Alimenta ſi ſint legata pauperibus, & non reperiantur, an pecunia remanebit penes hæredem.*

QVÆSTIO 562.

An in legato alimentorum facto miniſtris Eccleſiæ, vel pauperibus habeat locum ius accreſcendi.

1 REgula eſt, quod in legato non reiterabili, vt in legato alimentorum plu-

ribus

-ribus coniunctis relicto, ceſſat ius accreſcendi. l. dominis. §. fin. cum gloſ. ff. de vſufruct. & ibi Bald. addit rationem, quia in legato alimentorum ineſt taxatiua, & in legatis taxatiuis ceſſat ius accreſcendi. l. Lucius. §. quæ habeat. ff. ad Trebell. Quod ampliat Bald. in l. 1. colum. 17. C. de ſacroſanct. eccl.
2 vt procedat etiam in legato alimentorum facto pluribus pauperibus, & ſic ad pias cauſas. Item ampliat Ripa in l. re coniuncti. num. 141. ff. de leg. 3. etiam in legato annuo facto pauperibus, quia tale legatum tacite intelli-
3 gitur factum pro alimentis ſecundum Bart. & communē in l. cum ij. §. ſi in annos. ff. de tranſact. & ſic ſecundum Ripam hæc Concluſio procedit non ſolum in legato alimentorum expreſſo, ſed etiam tacito. Sed prædicta videntur intelligenda, vt legatum non accreſcat alijs pauperibus, ſed non debeat remanere penes hæredem pecunia ſuperflua, ſiue quod minus expenditur, ſi teſtator taxauit pecuniam ſoluendam. nempe centum aureos diſtribuendos pauperibus ſingulis annis pro alimentis, & non reperiatur tot pauperes in Ciuitate, debet fieri conuerſio dictæ pecuniæ in alios vſus pios pro anima teſtatoris, iuxta cap. nos quidem. de teſtam. & ibi omnes. vbi etiam concludunt, legata pia caduca & quaſi caduca, deberi, præſertim Imol. & alibi diximus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio vulgaris facta pluribus per relatiuum, an expiret aditione vnius.*
2 *Eccleſia ſi ſit ſubſtituta vulgariter pluribus per relatiuum, an aditione vnius, expiret ſubſtitutio.*

QVÆSTIO 563.

De ſubſtitutione vulgari facta pluribus per relatiuum, an expiret aditione vnius, quando eſt ſubſtituta Eccleſia, vel alia pia cauſa.

1 CONcluſio eſt Doctorum, quod aditione vnius, non expirat vulgaris facta pluribus per relatiuum, puta quibus hæredibus vulgariter ſubſtituo. Bald. Iacob. de Arena. in l. penult. C. de impub. & alijs ſubſtit. Sed alij tenent contrarium, vt expiret, & inter alios Ripa in l. hæredes. num. 195. ff. de vulg. qui refert limitationem, id non procedere in pia cauſa, ſi pia cauſa eſt ſubſtituta, vt tunc non expiret ſecundum Iaſ. ibi. ſed videtur dubitabilis hæc fallentia ipſi Ripæ, quia non reperit quod pia cauſa ſit priuilegiata contra voluntatem teſtatoris, imò contrarium probatur in l. Deo nobis. C. de Epiſ. & Cler. Cum
2 igitur ex verbis colligatur voluntas expreſſa teſtatoris in contrarium, quare admittetur pia cauſa. & poſita hac limitatione pro vera aſtringit eam Ripa, niſi coniunctus eſſet hęres teſtatoris, quo caſu præſumpta ſubſtitutio nō excludit filium teſtatoris à iure accreſcendi, ſed ita ſubſtitutio piæ cauſæ (cum verba repugnent) neceſſario erit præſumpta, & priuilegiata. quod priuilegium fauore piæ cauſæ, non admittit contra filium. c. fin. 17. q. 4. in l. cum auus. col. 23. ff. de condit. & demonſtr. & ideo tenenda eſt indiſtinctè prior opinio. quia ſi præſumpta dilectio filij id operatur, multo magis dilectio ſui ipſius, ſiue animę ipſius teſtatoris, quā reſpicit Eccleſia; cui quicquid offertur, cēſetur oblatum pro refrigerio animæ, & remiſſione peccatorum. c. Pontifices. 12. q. 3. & præſumptio pro eccleſia ſuperat omnem aliam præſumptionem iuris fauore animæ. arg. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccl. & tradit ſingulariter Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium non excludit legatum factum Eccleſiæ ſuper certo corpore.*

QVAESTIO 564.

De inuentario non excludente legatum factum Eccleſię ſuper certo corpore.

1 HAeres adiuit hæreditatem cum beneficio legis, prætendit excludere eccleſiā legatariam ſuper certo corpore, an ſit audiendus. & abſque dubio eccleſia excluditur, quando manifeſtè apparet nō adeſſe alia bona vltra deſcripta in inuentario. Sed videtur res dubia, quando teſtator legauit tot aureos eccleſiæ ſuper certo corpore, quia videtur habuiſſe corpus pro ſufficienti pro ſolutione legati, maximè adiūctis alijs coniecturis. quare in dubio pro eccleſia reſpondendum eſt, cum in eam tranſeat ipſo iure dominium abſque traditione. l. fin. C. de ſacroſ. eccl. vbi Iaſ. idq. etiam determinauit Rota Rom. Cardin. Seraph. dec. 1394. n. 6. quod exceptio illa, quod hæreditas non ſit ſoluendo, non poteſt habere

bere locum in caſu iſto, quando ſuper certo corpore in hæreditate exiſtente, fuit conſtitutum legatum eccleſiæ à teſtatore, propter præſumptam mentem teſtatoris, qui habuit corpus pro ſufficienti, & cenſetur voluiſſe ex illo ſolui legatum abſque detractione.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario non competit remedium l. final. C. de edicto diui Adr. ante reſtitutionem ſaltem verbalem.*

2 *Eccleſia fideicommiſſaria competit remedium l. fin. C. de edict. diui Adr. nulla facta reſtitutione.*

3 *Exequutor teſtamenti ad pias cauſas, vtitur remedio l. fin. C. de edict. diu. Adr.*

QVÆSTIO 565.

De remedio l. fin. C. de edicto diui Adr. tollen. competente Eccleſiæ ſubſtituta, deficiente linea, etiam nulla facta reſtitutione.

1 Omnes concludunt, quod fideicommiſſario non competit remedium l. final. C. de edicto diui Adrian. tollen. niſi facta reſtitutione ſaltem verbali, nihilominus cum in eccleſiam ſint tranſlata omnia iura hæreditaria abſque reſtitutione. l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. competit ei tale remedium. Et quod in eam ipſo iure ſint tranſlata, dicit Gloſ. ibi in verb. hæreditate. Bart. Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bald. in l. pe-
2 nult. C. ad trebell. & in l. id quod pauperibus. C. de Epiſc. & Cler. Anchar. Inn. & alij in cap. cum tibi. de teſtamentis. Alexan. conſ. 4. num. 16. qui teſtatur de communi opinione. idque tenet Rota Rom. Card. Seraphin. deciſ. 848. quod remedium dictæ l. fin. competat eccleſiæ, nulla facta reſtitutione, ſi deficit linea vocatorum. Iaſ. conſil. 214. lib. 2. & alij quos Rota allegat. & hæc concluſio ampliatur in commiſſario vltimæ voluntatis
3 deputato ad diſtribuenda bona, qui tanquam fideicommiſſarius, in quem abſque reſtitutione iura hæreditaria ſunt tranſlata, poterit vti remedio dictæ l. vt ſingulariter ex prædictis probat Alex. d. conſ. 4.

SVMMARIVM:

1 *Exequutor teſtamentarius legatorum relictorum Eccleſiæ, poteſt agere contra hæredes, debitores, poſſeſſores, & quoſcunque.*

2 *Exequutor ad non pias cauſas, quando poſſit agere contra debitores hæredis, & poſſeſſores.*

QVÆSTIO 566.

Exequutor teſtamentarius legatorum relictorum Eccleſiæ, aut alteri piæ cauſæ, poteſt agere contra debitores hæreditatis.

1 Communis eſt Doctorum Concluſio, quod exequutor teſtamentarius ad non pias cauſas, non poteſt agere contra debitores hæreditatis, neque contra aliquem poſſeſſorem. l. Lucius. §. Meuia. & ibi Gloſ. Bart. Paul. de Caſtr. & alij. ff. ad Trebell. Nihilominus, ſi eſt exequutor legatorum ad pias cauſas, poteſt agere aduerſus poſſeſſores debitores, ac etiam hæredes, & alios quoſcunque. l. nulli. & l. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſcopis, & Clericis. Innocent. Imol. Abb. antiq. Panor. Couarr. qui teſtatur de communi in cap. Ioannes. de teſtament. Bal. in d. l. nulli. Rota Rom. Card. Seraphin. deciſ. 842. quod nota, quia exequutor ad non pias cauſas, non poteſt agere, niſi fuerit ei
2 data ampliſſima poteſtas à teſtatore. tantùm poſſet implorare officium iudicis contra hæredes vt exequatur.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens Clericum volentem, eſt excommunicatus, quia iniuria fit Eccleſia.*

2 *Beneficio cap. Odoardus. de ſolut. neque cum iuramento renunciari poteſt.*

3 *Clericus non tenetur recantare palinodiam.*

4 *Clerico non poteſt imponi pœnitentia ſolemnis.*

5 *Clericus propter offenſam factam laico, non tenetur illi genuflectere, ſed debet ſatisfacere rationabiliter.*

6 *Iudex laicus remittens Clericum cum ignominia ad Eccleſiaſticum, eſt excommunicatus, & committit vim publicam.*

7 *Eccleſia agit pro iniuria facta Clerico.*

QVAESTIO 567.

Nonnulla prohibentur ea ſola ratione, quod Eccleſia iniuria afficeretur.

Nn 3 Inquit

1 INquit tex. in cap. contingit. de ſenten. ex-
comm. eſſe excommunicatum illum qui
in Clericum etiam volentem manus violen-
tas iniecerit, etiam ſi hoc faciat in ſatisfactio-
nem præcedentis iniuriæ. quia huiuſmodi
manus iniectio, etſi non violenta, tamen iniu-
rioſa videtur, de quo videbatur dubitandum,
cum volenti non fiat iniuria. cap. noluit. 33.
q. 5. ff. de reg. iuris. l. nemo videtur. ad quod
reſpondet gl. in d. cap. contingit. in verbo, in-
iurioſe. quod iniuria illa dicitur fieri eccle-
ſiæ. & ideo à Clerico volente remitti non po-
teſt. quod clarius exprimitur in tex. ibi. cum
ille Canon non tam in fauorem Clerici ordi-
nati, quam in fauorem ordinis Clericalis fue-
2 rit promulgatus. Eadem ratione non poteſt
Clericus renunciare beneficio. c. Odoardus.
de ſolut. vt pro debito non poſſit conueniri,
niſi quantum facere poteſt, neque cum iura-
mento, cum tale beneficium ſit inductum in
fauorem totius ordinis Clericalis, ne Cleri-
cus cogatur cum dedecore mendicare. &
hæc eſt verior opinio, quam tenent Hoſt. Io.
Andr. in d. cap. Odoardus. Reat. de inope de-
bitore. cap. 17. quicquid dicat Gutier. de iu-
ram. confir. par. 1. cap. 17. & diximus in praxi
Archiepiſc. Neapol. cap. 3. Pariter non poteſt
3 Clericus recantare palinodiam. Boer. conſ. 4.
Placa in epitome delictorum. lib. 1. Item Cle-
4 rico non poteſt imponi pœnitentia ſolemnis.
cap. confirmandum. c. illud. diſtinct. 50. Nec
Clericus propter offenſam factam laico, tene-
tur illi genuflectere, cum iſtud non fieret ſine
iniuria ordinis Clericalis, ſed debet ſatisface-
re rationabiliter data pecunia, vel petendo
veniam, vt dicit Ant. de Butr. in d. cap. con-
5 tingit. Inſuper eadem ratione Iudex ſecula-
ris remittens Clericum ad eccleſiam cum
ignominia, nempe cum mitra, cornu, aut tu-
6 bis ſonantibus, aut catena in collo, eſt ex-
communicatus. Domin. & Franchus in cap.
ſi iudex laicus. §. fin. de ſenten. excomm. in 6.
& eſt puniendus tanquam committens vim
publicam, Bart. & Alex. in l. lex Iulia. ff. ad
leg. Iuliam. de vi publica. Poſtremò Eccleſia
7 poteſt agere pro iniuria facta Clerico, quia
concernit eccleſiam. Innoc. Hoſt. Card. in d.
cap. contingit. quamuis aliqui voluerint, vt
refert Innoc. pro iniuria facta Clerico, non
competere eccleſiæ actionem iniuriarum,
cum Clericus ſit perſona libera, niſi fieret in-
iuria Rectori eccleſiæ. tunc enim benè ſit in-
iuria eccleſiæ. ſicut in mercenario, aut libe-
ro homine, ſiue ſeruo bona fide ſeruienti, cui
ſi fit iniuria, intelligitur fieri domino. l. item
apud Labeonem. §. interdum. ff. de iniurijs,
vel niſi Clericus abducatur ab officio diuino,
vel niſi irrogetur iniuria in Conciſtorio Epi-
ſcopi, tunc enim videtur diminui poteſtas di-
gnitatis eccleſiæ & iudicis. l. 1. §. 1. ff. de in-
iurijs. Sed ſimpliciter prima opinio eſt verior.
& videtur probari in d. cap. contingit.

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus à Prælato pro Eccle-
ſia, reuocatur per eius obitum, etiam quo ad
negocia cœpta.*
2 *Factum Procuratoris poſt litem conteſtatam,
poteſt domino nocere.*

QVAESTIO 568.

Eccleſiæ fauore per obitum Rectoris reuocatur procurator ab eo pro Eccleſia conſtitutus, etiam quo ad incœpta.

1 CLementina fin. de procurator. ſingula-
riter determinat, per obitum Rectoris
eccleſię, reuocari procuratorem ab eo pro ec-
cleſia conſtitutum, etiam quo ad negocia
iam cœpta, de quo videbatur dubitandum,
cum mandatum iuriſdictionis & procuratio-
nis ſint ſimilia. l. & quia. ff. de iuriſdict. omn.
iud. capit. cum olim. il 1. de offic. deleg. ſed
mandatum iuriſdictionis non expirat morte
mandantis quo ad incœpta. cap. gratum. &
cap. licet. de offic. deleg. ergo nec mandatum
procurationis. Sed huic obiectioni reſpon-
det Laud. aliud eſſe in delegato, quam in pro-
curatore. nam delegatus non ſolum habet
poteſtatem à delegante, ſed etiam à lege ip-
ſam delegationem confirmante. & ideo per-
petuitatem, quam habet lex, quæ non mori-
tur, & eſt perpetua. cap. quæ ad perpetuam.
25. q. 1. ſumit etiam ipſe delegatus. ſecus in
procuratore, qui totum quod habet ſuſcipit
ab homine, ideò eo mortuo expirat manda-
tum quod ab eo dependet. Sed alij dicunt
hanc rationem non eſſe probabilem, quia
poteſtas procuratoris etiam ſumit vires à le-
ge, adeo quod poſt litem per ipſum conteſta-
tam, procurator reuocari non poteſt. l. poſt
litem. ff. de procuratorib. cap. quamuis. eod.
in 6. & tamen iuriſdictio delegata eſt reuo-
cabilis, etiam poſt litem conteſtatam. Alia
ratio redditur. vt id fauor eccleſiæ operetur.

Item

Item mandatum iuriſdictionis fit ad breuiorem expeditionem litium. expedit enim vtilitati publicæ lites non eſſe immortales. l. properandum. C.de iudicijs,in prioc. ne litigantes fatigentur laboribus,& ſumptibus,& à ſuis negocijs retrahantur. c. finem litibus. de dolo & contum. l.ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. & quia hoc ſine Iudice fieri non poteſt. cap.forus.de verb.ſignif.ideo iuriſdictio ſemel cœpta, non reuocatur obitu mandantis. d. cap. gratum. ideo autem permittitur vt reuocari poſſit expreſsè, etiam poſt litem contestatam,ne partes incidant in promptum periculum, ob ſuſpectum vel corruptum iudicem. l.apertiſſimi. C.de iudicijs.cap.quia ſuſpecti. 3.q.5. & quia cauſa poteſt ſortiri effectum,& citò expediri per reuocantem, ſicut poterat per reuocatum. ſed mandatum procuratoris non fit ad litis deciſionem, & factum ſuum, licet poſt litem conteſtatam non reuocetur,
2 poteſt domino eſſe præiudiciale, & parti aduerſæ vtile. nam & factum, & negligentia procuratoris nocet domino. ad not.in cap. 1. vt lite non conteſt. de re iudic. cap. ſuborta, ideo fauore eccleſiæ mandatum tale reuocatur per mortem prælati, etiam re non integra.ita Genſe. in d.Clem.fin.de procurat.vel ſecundum ipſum, ideò mandatum delegati non expirat,quia publicè expedit ne expiret, & mandatum procuratoris expirat, quia expedit vt expiret, & ſic fauor eccleſiæ vtrobique inducit diuerſitatem effectus. ſequitur Card. Zabar.in d.Clem.fin. de procut. quod nota .in quibus autem caſibus non procedat diſpoſitio d. Clem. fin. vide Card. ad quem te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Procurator poteſt conſtitui à Rectore Eccleſia, etiam ante litem conteſtatam.*
2 *Prælatus habet pinguius ius in rebus eccleſiæ, quam tutor, licet aliquando æquiparentur.*
3 *Prælatus dicitur Eccleſia pater & ſponſus.*

QVÆSTIO 569.

Eccleſiæ fauore procurator conſtitui poteſt ante litem coteſtatam.

1 QVæritur, an Prælatus poſſit pro eccleſia conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam. & videtur negatiue reſpondendum. nam Prælatus æquiparatur tutori, & dicitur tutor ſeu defenſor eccleſiæ. cap.in canonibus.16.q.1. DD.in cap. præſentium. de pignoribus. tutor autem id agere non poteſt. l. neque C. de procurator. idque tenet gloſ. ibi in d.l. Sed verior opinio eſt, vt fauore eccleſiæ id poſſit. Ratio diuerſitatis eſt ſecundum Genſe. in Clem. 1. de procuratoribus.quia Prælatus habet pinguius
2 ius quam tutor in bonis pupilli, vnde ſuo iure vtitur fructibus Prælaturæ,non ſic tutor. ſicut ergo pater in bonis filij conſtituit procuratorem propter vſumfructum,qui ſibi debetur. l. 1. C. de bonis matern. & maritus etiam in bonis paraphernalibus vxoris procuratorem conſtituit. l. 1. C.de pactis conuen-
3 tis. & inibi notant DD. ſic etiam Prælatus qui eſt pater ſaltem ſpiritualis, & ſponſus eccleſiæ. cap. ſicut alterius. 6. quæſt. 1. poterit procuratorem conſtituere.Habetur etiam loco domini. cap.2.de donarion. vnde vendicat rem eccleſiæ. §.quoniam cognouimus.in auth. de alienat.& emphyteuſi. Et hanc eſſe communem opinionem DD. teſtatur & ſequitur Card. Zabarell.in Clem.fin.de procutator.num.2.tradunt ſcribentes in d.l.1.C.de bonis maternis.

SVMMARIVM.

1 *Canonici abſentes, ſunt vocandi in tribus caſibus.*
2 *Abſentes Canonici qui dicantur.*
3 *Canonici abſentes, an in omnibus grauibus caſibus ſint vocandi.*
4 *Ratio vnica quando coniecturari poteſt in caſibus exceptis, fit extenſio ad ſimiles.*
5 *Conſuetudo quod Canonici abſentes non vocentur, vel vocentur, valet, ſi non agatur de Eccleſia præiudicio.*
6 *Conſuetudo etiam iurata, Eccleſia præiudicialis, eſt nulla.*
7 *Canonici abſentes,qui non debebant vocari, ſi vocantur, & poſtea non expectentur, annitietur actus.*
8 *Citatio quæ fieri non debuit, ſi minus legitimè fiat, non vitiat actum.*

QVÆSTIO 570.

Eccleſiæ fauore in actibus Capitularibus, Canonici abſentes, in negotijs grauibus ſunt vocandi.

Quæ-

QVæritur, an in omnibus negocijs pertractandis in Capitulo, Canonici abſentes à Ciuitate ſint vocandi. & breuiter dicendum, regulariter abſentes non eſſe vocandos, niſi in tribus caſibus. iuxta gl. communiter receptam in cap. 2. de teſtibus. lib. 6. in quibus de eccleſiæ graui præiudicio agitur. Primus eſt in electione Prælati. cap. cum inter cap. vniuerſus. & cap. quia propter. de elect. Secundus in ceſſatione à diuinis, ex conſuetudine Canonicis competente. iuxta c. ſi Canonici. de officio ordinarij in 6. Tertius in collatione præbendarum. cap. cum in eccleſijs. de præbend. in 6. In alijs autem caſibus abſentes non vocantur. & dicuntur ab-
2 ſentes, qui non faciunt reſidentiam in loco vbi eſt eccleſia. c. hoc ius porrectum. 10. q. 2. dum dicitur ibi, deſeruientium exiſtentes; ergo in Caſtris non ſunt vocandi. Abb. & alij in d. cap. cum inter. Sed quid ſi occurreret caſus grauis ſimilis ſupradictis. Abb. loc. cit. exiſti-
3 mat eſſe vocandos abſentes, cum non appareat ratio diuerſitatis quare in illis tribus caſibus ſint vocandi, niſi propter grauitatem præiudicij. ergo in ſimilibus debent abſentes vocari, quia caſus exceptus à regula extenditur propter identitatem rationis. cap. cum debita. de confirmat. vtili, vel inutili. gloſ. in l. 1. C. de condict. indebiti. & quamuis illa iura
4 non exprimant quare in tribus caſibus vocantur abſentes, tamen quando non poteſt coniecturari niſi vnica ratio & naturalis, debet fieri extenſio ſecundum rationem coniecturatam. Bald. in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. & ita ſentit Innoc. in c. 2. de oper. nou. nunciat. quod in factis arduis debent vocari abſentes. maxime ſecundum Abb. in loc. cit. & Innoc. ſi ſint abſentes ſine eorum culpa, vt ſi ſunt exules, vel timent potentiam Tyranni, quod ſunt vocandi ſaltem, vt conſtituant procurationem. facit tex. in cap. quanto. 63. diſtinct. Valet etiam conſue-
5 tudo, vt abſentes non vocentur, vel etiam vt vocentur dummodo poſſint vocari ſine magno præiudicio eccleſiæ, nam imminente
6 graui eccleſiæ præiudicio non eſt ſeruanda conſuetudo etiam iurata. iuxta gloſ. ſing. in cap. in his optimè. diſtinct. 11. Et notandum
7 etiam, quod ſi vocentur non vocandi, ſi poſtea non expectentur, valet actus. iuxta communem in d. cap. cum inter. quemadmodum ſi fiat citatio quæ fieri non debuit, non vitiat
8 actum ſi fiat minus legitimè. iuxta gloſ. in l. vinum. ff. ſi certum petatur. Et hæc tetigiſſe ſatis ſit. remitto lectorem ad Felin. in cap. cum omnes. de conſtitution. vbi multa dicit de Canonicis abſentibus &c.

XX. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, an poſſit directò ſubſtitui poſt pubertatem.*

2 *Vxor hæres inſtituta donec vixerit, erit hæres in perpetuum, ſi Eccleſia poſt eius mortem ſubſtituatur, & reſtituet per fideicommiſſum hæreditatem.*

3 *Trebellianica non detrahitur de legatis factis Eccleſiæ, vel alijs pijs, iuxta veriorem opinionem.*

4 *Trebellianica non deducitur de legatis factis Hoſpitali, licet ſit fundatum ſine auctoritate Epiſcopi.*

QVAESTIO 571.

Eccleſia, an poſſit directo ſubſtitui poſt pubertatem. & ibi quod Trebellianica non deducitur de legatis factis Eccleſiæ, vel loco pio etiam Hoſpitali fundato ſine auctoritate Epiſcopi.

1 PVLCHRA eſt iſta quæſtio, an Eccleſia poſſit directò ſubſtitui à Pagano poſt pubertatem. & videtur affirmatiuè reſpondendum, quod Eccleſia capiat iure directo. gaudet enim omnibus priuilegijs militum. vt per Gloſ. & DD. in l. miles. ff. de re iudic. militibus autem id videtur ſingulari iure permiſſum. l. miles ita. ff. de milit. teſtam. In contrarium facit, quod eccleſia debet ſuccedere iure fideicommiſſi, ſiquidem & ſi miles habeat hoc priuilegium, quando ipſe ſubſtituit, tamen hoc non habet Paganus. ita quod etiam ſi miles à Pagano directò ſubſtitueretur iure directo, ſubſtitutio non valeret, ſed ſubſtineretur iure fideicommiſſi. Bal. Salic. in l. 3.

Digitized by Google

l.3. C.de hæred.inſtit. idem Bal.in d.l.miles.
& idem in pia cauſa. Præterea, pro hac opi-
nione facit tex.in cap.ſi pater.de teſtam.in 6.
vbi directa ſubſtitutio trahitur ad fideicom-
miſſum, quamuis pia cauſa fuerit ſubſtituta.
Et ex prædictis colligitur, quod ſi maritus in-
ſtituerit vxorem hæredem donec vixerit, &
2 poſt eius mortem, Eccleſiam, vel Hoſpitale,
vxor erit hæres in perpetuum, & per fidei-
commiſſum debebit reſtituere hæreditatem
Eccleſiæ. vt eleganter tradit Card. Mant. de
coniect. vlt. volunt. lib.4.tit.6. Ad vnum ta-
men eſt aduertendum, quod licet eccleſia re-
cipiat per fideicommiſſum hæreditatem, non
tamen debebit vxor detrahere quartam Tre-
bellianicam, iuxta veriorem & magis com-
munem opinionem, quod quemadmodum
3 Falcidia non detrahitur de legatis pijs. auth.
ſimiliter. C. de l. Falcidia, neque Trebellia-
nica pari ratione. Bart. Ang. in d.l. miles ita
& ibi Bald. idem Bart. in l. Marcellus. ff. ad
Trebellianum. & ibi etiam Iaſ. Abb. in c. Ray-
naldus de teſtam. Calder. conſ.4. de teſtam.
Alex. conſ.12. vol.3. Dec. conſ.299. Curt. Iun.
conſ.120. Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ pri-
uileg.27. Ant. Gabr. ad Trebell. concl.10. lib.
Couarr. in d.cap. Raynald. §.3.n.7. Et prædi-
cta procedunt etiam ſi fuerit inſtitutum Ho-
4 ſpitale fundatum ſine auctoritate Epiſcopi,
vt non detrahatur Trebellianica. ratio eſt,
quia ſufficit fideicommiſſum eſſe relictum ad
pias cauſas, nam hoc priuilegium conceditur
cauſæ, non loco. Felin. in cap. de quarta. de
præſcript. Gabriel de pia cauſa. concl.2. Cur.
Iun. conſ.120. num.14. Paul. de Caſtr. conſil.
167. vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Error in qualitate hæredis, quæ non inducit cauſam finalem, non vitiat inſtitutionem.*
2 *Hæres inſtitutus tanquam extraneus, ſi probetur filius teſtatoris, habebit hæreditatem.*
3 *Hæres inſtitutus tanquam liber, qui erat ſeruus alienus, habebit hæreditatem.*
4 *Hæres inſtitutus tanquam Sacerdos pro Miſſis celebrandis, ſi non ſit in ſacris non habebit hæreditatem, niſi legatum fuerit factum intuitu Eccleſiæ.*
5 *Eccleſiæ acquiritur per Sacerdotem putatiuũ.*
6 *Hæres inſtitutus, quem teſtator ignorabat fuiſſe ingreſſum Religionem, acquirit hæreditatem Monaſterio.*

QVAESTIO 572.

Hæres ſi inſtituatur Sacerdos, qui non eſt, vel ille quem teſtator ignorabat ingreſſum fuiſſe Religionem, an valeat inſtitutio.

1 Regula eſt antiqua, quod error in no-
mine hæredis non vitiat inſtitutio-
nem, ſi de perſona conſtat, ſecus ſi errauerit
in corpore. l.ſi in nomine. C. de teſtam. §. ſi
quidem in nom. inſtit. de legat. l. quoties, &
ibi Paulus. ff.de hæred.inſtit. Error tamen in
qualitate, quæ non inducit cauſam finalem
non vitiat, ſecus ſi inducat cauſam finalem. l.
falſa demonſtratio. ff. de condit. & demonſtr.
Paul. in d. l. quoties. vnde ſi quis aliquem in-
ſtituit hæredem quaſi extraneũ, quem filium
2 ſuum eſſe non credebat, valet inſtitutio, licet
probetur filius teſtatoris. nam ſi teſtator ſci-
uiſſet eum filium ſuum eſſe, multò magis hæ-
redem inſtituiſſet, & ideò hic error qualitatis
3 non attenditur. Gloſ. & Paul. l.ſi pater. C.de
hæred. inſtit. & pariter ſi quis inſtituat alte-
rum tanquam liberum, qui erat ſeruus alie-
nus non proprius, valet inſtitutio. l.1. & ibi
Paul. C.de iur. deliberandi. Quæritur modo,
ſi quis aliquem hæredem inſtituit, tanquam
Sacerdotem, eo animo vt debeat Miſſas cele-
brare pro anima ipſius teſtatoris, an valeat
inſtitutio ſi is non ſit ſacris ordinibus initia-
tus. Bal. Paul. de Caſt. Iaſ. in l.eam quam. C.
de fideicommiſſ. tenent inſtitutionem non va-
lere, quia talis error qualitatis præſumitur
4 eſſe in cauſa finali propter celebrationẽ Miſ-
ſarum, & vitiat inſtitutionem. declarat tamen
Bald. in loc. cit. niſi is eſſet hæres inſtitutus
non ſui contemplatione, ſed eccleſiæ. per l.
annua. §. fin. ff. de ann. leg. Nã per Sacerdotem
5 etiam putatiuũ acquiritur eccleſiæ. l. pen. §.
mater. ff. de leg.2. Nihilominus in primo caſu,
quando inſtitutio non eſt facta contempla-
tione eccleſiæ, non poteſt negari legatum eſſe
pium, & ſucceſſiue debebit per Epiſcopum
conuerti in alium vſum pium, veriſimiliorem
& proximiorem menti teſtatoris. iuxta tex.
& notata in cap. nos quidem. de teſtam. & per
Bart. in l.cum pater. §. Tuſculanus. ff. de leg.2.
Quæritur vlterius ſi teſtator inſtituit aliquem
6 hæredem, qui ſit religioſus, quẽ teſtator igno-
rabat ingreſſum eſſe monaſterium, an valeat
inſtitutio, & per eum acquiratur hæreditas
monaſterio præter intentionem teſtatoris. &
dicen-

dicendum eſt valere inſtitutionem ſecundum Paul.de Caſtr.in l.1.C.de iur.deliber.per caſum illius legis. quia talis coniectura eſt capienda, quę ſit fauorabilis inſtitutioni,& monaſterio, & quia ſumma eſt ratio quæ religioni fauet.l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump. fun. & in dubio fauore eccleſiæ iudicandum eſt. cap. fin. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum conſanguineo pauperi, an cenſeatur factum intuitu conſanguinitatis, vel pietatis, ita quod ſit pium.*

2 *Cauſa naturalis conſideranda eſt potius, quàm accidentalis.*

3 *Coniectura accipienda eſt in dubio, quæ fauet animæ.*

4 *Coniectura illa accipienda eſt, quæ fauet voluntati teſtatoris,& non repugnat.*

5 *Paupertas quæ ſit, remittitur arbitrio iudicis.*

6 *Pater ignobilis poteſt negare alimenta filio valenti operari.*

QVÆSTIO 573.

De legato facto conſanguineo pauperi, an cenſeatur pro anima, & intuitu pietatis relictum, vel potius ratione conſanguinitatis.

1 NOtabilis eſt iſta quæſtio, & pertinet maxime eius cognitio ad eccleſiam, quæ eſt protectrix pauperum. iuxta l.id quod pauperib. & l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & Cler. cum ſimilibus. & quod intelligatur factum fauote conſanguinitatis, & non pietatis, facit tex.in l.tutor. §.quæ tutoribus. ff.de excuſat. tutor. vbi legatum cenſetur potius relictum ratione cauſæ naturalis, & conſanguinitatis, quàm accidentalis. dicit 2 enim quod legatum relictum filio, quem pater dedit tutorem eius fratri, ei debetur licet ſe à tutela excuſauerit, quia magis videtur ei relictum tanquam filio, quam tanquam tutori, & ſic attendi debet cauſa naturalis conſanguinitatis, & non accidentalis pietatis. & ita concludit Bal. in auth. ex teſtamento. C.de collat. & in auth.ſimiliter,& ibi etiam Romanus C.ad l.Falcidiam.Tiraquell.in tractatu de priuil.piæ cauſæ in præfatione,relinquit cogitandum. Cephal. intrepidè hoc firmat conſil. 216. concludens ſtante ſtatuto, quod filiusfamilias poſſit teſtari ad pias cauſas, ſi relinquit alicui conſanguineo pauperi, nō intelligitur diſpoſuiſſe intuitu pietatis, ſed potius ratione conſanguinitatis. Pro hac etiam opinione facit tex. in cap. requiſiti. de teſtam. vbi relictum factum Epiſcopo à conſanguineo, cenſetur potius factum ratione conſanguinitatis quàm dignitatis, ita quod nihil debetur eccleſiæ. ſequitur etiam quod teſtamentum in quo hæres inſtituitur conſanguineus pauper eſſet nullum ſine ſeptem teſtibus, ſi attendenda ſit ratio conſanguinitatis, alias valeret coram duobus teſtibus,ſi inſpiceretur cauſa pietatis. Contrariam opinionem cenſeo veriorem, quam tenet Iaſ. in conſ. 183.vol.2.Tiraquell.etiam in loc.cit. illam approbat,licet relinquat cogitandum. & nouiſſime eam tenet Card. Mant. de coniect. vlt.volunt.lib.6.tit.3.n.25.& ſequen.Pro qua opinione facit, quod illa coniectura videtur accipienda, quæ animæ teſtatoris magis ſuf-
3 fragatur, cum anima cunctis rebus,& perſonis debeat anteponi. l.ſancimus.C.de ſacroſ. eccl.cap.cum infirmitas. de pœnit. & ſucceſſiuè videtur teſtatorem potius conſideraſſe ſuffragium, & refrigerium eius animæ, quàm ſanguinis coniunctionem. Pro hac etiam opinione facit Gl. in l.ſi donatione. C.de collat. quæ voluit, quod ſi pater daret filio benemerito, licet non exprimat quod facit propter benemerita, in dubio tamen præſumitur ob eam cauſam facere. Præterea,conſidero quod quando relinquitur eleemoſyna conſanguineo pauperi, vel eſt conſideranda ſolum cauſa pietatis, vel ſi conſideretur cauſa conſanguinitatis non poteſt excludi cauſa pietatis, quia eleemoſyna eſt magis facienda conſan-
4 guineis quam extraneis. c.non ſatis.vbi DD. diſt. 86. & ſola coniectura conſanguinitatis eſſet impeditiua ordinis charitatis,quod non eſt præſumendum in fidelibus. omnes enim ſciunt eleemoſynam magis eſſe præſtandam conſanguineis quam extraneis. Inſuper prædicta opinio procedit multo magis,quando ſi tantum coniectura conſanguinitatis caperetur,teſtamentum eſſet nullum,vt optimè dicit Iaſ.in loc.cit. quia in dubio capienda eſt illa præſumptio, per quam diſpoſitio potius valeat quam corruat.l.quoties.ff de reb.dub.& nemo præſumir elegiſſe viam per quam ſuum iudicium impugnetur.l.3.de milit.teſtam.Poſtremo pro hac opinione conſidero, quod in legato pio eleemoſynæ relictæ pauperi conſanguineo, plures cauſæ poſſunt conſiderari,

cauſa

cauſa naturalis,& cauſa pietàtis reſpectu conſanguinei, cum ſit conſanguineus, & pauper, ſed reſpectu teſtatoris poteſt conſiderari cauſa naturalis, ideſt, refrigerium eius animæ, cum prima charitas incipiat à ſemetipſo. & ſic licet deficeret cauſa accidentalis pietatis in legatario non deficit cauſa naturalis refrigerij animæ, & ſuffragij in teſtarore, quæ attendi debet d. l. tutor. quia teſtator ſemper cenſetur reliquiſſe pro cauſa naturali ſubuentionis eius animæ. Hæc igitur opinio eſt verior, & benignior, & contraria poteſt eſſe im-
5 peditiua pietatis. Non obſtat c. requiſiſti. de teſtam. quia non loquitur de legato pio facto pro anima teſtatoris. Circa paupertatem legatarij eſt conſideranda qualitas perſonæ, vt ſi puella non ſit nobilis, ſed filia alicuius artificis, muratoris, vel ſimilis, cuius pater non ſit inops. nã ruſticus, vel is qui ex labore ſuo viuit, ſi poteſt filiam honeſtè dotare, non dicitur pauper. Crot. in l. ſi conſtanter. n 16. ff. ſolut. matrim. non enim tales ſunt alendi ad inſtar nobilium pullis gallinaceis, ſed caſeo, & cæpis vt notatur in l. ſeruis. ff. de leg. 3. & pedeſtres, & non equeſtres eſſe debent. Bald. in l. liber-
6 tis. C. de oper. liber. & quando filius non eſt nobilis, pater poteſt illi denegare alimenta, & dicere ei vade ad ligonizandum & colendum terras. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de liberis agnoſc. & ibi Bart. vt pulchrè per Cephal. in loc. cit. Bonus tamen iudex arbitrabitur paupertatem ex circumſtantijs. DD. in auth. Præterea. l. vnde vir. & vxor. & in c. Epiſcopo. de præbend. & in alijs locis.

S V M M A R I V M.

1 *Dilapidator Prælatus, pendente accuſatione ſuſpenditur ab officio Eccleſiæ fauore.*
2 *Prælatus dilapidator ſi, vt euitet ſuſpenſionem, lite pendente offerat cautionem, de bene adminiſtrando, an ſit admittenda.*
3 *Suſpicio dilapidationis debet probari, vt interdicatur Prælato adminiſtratio lite pendente, alias ſola accuſatio non ſufficit.*
4 *Officialis quilibet accuſatus de crimine commiſſo in officio, debet ſuſpendi ab adminiſtratione, & quomodo ibi procedat.*
5 *Prælatus an poſſit dici dilapidator, qui pecuniam Eccleſiæ tantum expendit, quæ ſeruando ſeruari non poteſt.*

Q V AE S T I O 574.

Eccleſiæ fauore Prælatus ſuſpectus accuſatus de dilapidatione, ſuſpenditur ab officio accuſatione pendente, vt veritas probetur.

1 Regula eſt, quod nemo priuandus eſt poſſeſſione ſua ante ſententiam. 16. q. 4. cap. volumus. Eſt tamen ſpeciale fauore Eccleſiæ, quod Prælatus inquiſitus de dilapidatione bonorum ipſius, inquiſitione pẽdente ſuſpenditur ab adminiſtratione. ita habetur in cap. fin. 3. quæſt. 2. & in cap. licet Heli. de ſimonia. Idque procedit etiam ſi Prælatus velit dare cautionem de indemnitate rerũ eccleſiæ, & quod bene adminiſtrabit. quia non erit audiendus, ſicut nec tutor ſuſpectus. quia cautio, vel ſatiſdatio non mutat male-
2 uolum animum tutoris, ſimiliter nec dilapidatoris. vt in inſtitution. de ſuſpect. tutor. §. fin. ita gl. in d. cap. fin. & ibi Card. de Turrecrem. ſed Archid. ibi tenet contrarium, quod ſi poterit bene cauere, non remouebitur per cap. quod ſicut. in fin. de elect. & quod ſupradicta l. allegata per gl. habet locum vbi quis remouetur per ſententiam. declarat tamen Archid. niſi aliud colligeretur vehementer ex circũſtantijs, vt quia veritas haberi non poſſet, eo habente liberam adminiſtrationem. Sed an ſuſpicio oriatur ex ſola accuſatione, vel debeat probari ſuſpicio, vt poſſit ſuſpendi adminiſtratio. gloſ. in d. cap. fin. tenet quod hodie debeat probari ſuſpicio. per tex. in d. c. licet Heli. de ſimon. & cap. venerabili. de off. deleg. ſequitur Archid. in d. c. fin. vbi etiam
3 addit, non probata ſuſpicione poſſe interdici omnem alienationem rei eccleſiæ. cap. finali. §. fin. de accuſat. quod non procedit in rebus, quæ ſeruari non poſſunt. Debebit igitur conſtare ex informatione capta aliquid ſubſtantiale per teſtes, alias ſola accuſatione, vel denunciatione non poterit interdici adminiſtratio. ita notat Bart. in l. quod ſi forte. §. ſunt quidam. ff. de ſolut. in illa quæſtione, quando
4 officialis accuſatus de crimine commiſſo in officio, debeat ſuſpendi ab adminiſtratione. & ſequutum eſt Conſ. Neapolitanum, vt teſtatur Præſes de Franch. deciſ. 8. vbi quod debent ex informatione conſtare aliqua, ex quibus legitimato proceſſu ſequeretur priuatio officij. Idem videtur ſentire Gloſ. in d. cap. finali. 3. quæſt. 2. in fin. ibi. ſed ſummatim cognoſcet. Vnum eſt conſideratione dignum in d. c. licet Heli. quod Abbas fuit inquiſitus de
5 dilapidatione, cum conſumpſiſſet pecuniam,

quæ

quæ non videtur prohibita erogari. connumerantur enim inter ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. iuxta Gl. & DD. in cap. 1. de Clerico ægrotante. Felin. in d. cap. reſpondet poſt Ioannem de Anania, quod erat magna quantitas pecuniæ, & mobilia pretioſa æquiparantur immobilibus vulg Gloſ. c. tua. de his quæ fiunt à Prælatis. Idem dicit Felin. de pecunia depoſita apud campſorem, vel repoſita pro emptione immobilium. l. 3. ff. de contrario iudicio tutelæ. & hæ reſponſiones videntur admittendæ. Ego vero conſidero, quod in d. tex. Abb. conſumpſerat pecuniam, & contraxerat debita, & obligauerat eccleſiam ſine aliqua eius vtilitate, vt ibi apertè probatur in littera. alias ſi contraxiſſet debita pro vtilitate eccleſiæ, non potuiſſet dici diſſipator. ex cap. 1. de ſolutionibus. potuit etiam redditus eccleſiæ erogare in cauſas licitas, vnde ex circumſtantijs poterit iudex arbitrari. ratio enim naturalis eſt illa, quæ dominatur legibus, & Canonibus, & ipſos limitat, & ampliat. cap. 2. requiris. de appellat. & hæc nota, quia quotidie occurrunt, & ſunt vtiliſſima eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pauperi litiganti, an & quando debeantur expenſæ.*

2 *L. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſt. ex æquitate procedit etiam in prima inſtantia.*

3 *Clericus accuſans Prælatum de mala adminiſtratione Eccleſiæ, habebit litis expenſas.*

4 *Monachus accuſans Abbatem male adminiſtrantem, habebit expenſas.*

QVÆSTIO 575.

Clericus accuſans Prælatum de mala adminiſtratione Eccleſię, habebit expenſas.

1 ALtercatio eſt inter DD. an pauperi litiganti debeantur expenſæ. & communiter videntur concludere, quod quando litigans habet aliquam præſumptionem iuris pro ſe, debent adminiſtrari ei alimenta, & litis expenſæ, vt in vxore petente alimenta, in ſorore petente legitimam, in fratre petente vitam militiæ, & ſimilibus. vt per Affl. in deciſ. 10. & 11. Guidop. deciſ. 561. Capella Tholoſana deciſ. 7. Rot. deciſ. 3. de iudic. in antiquis. Vrſillus late multa cumulans ſuper dicta deciſ. 10. Afflict. Bertrand. conſil. 72. vol. 3. Alciat. regula 3. præſumpt.
2 9. Concludunt etiam tex. in l. inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtam. loqui in ſecunda inſtantia, quando pendebat appellatio, & deberentur alimenta, & litis expenſæ. Nihilominus æquitatem d. §. de inofficioſo. extendunt etiam ad primam inſtantiam, & fuit deciſum per Affl. deciſ. 11. ex deciſione Rotæ de iudicijs deciſ. 2. de nouiſſimis. In eccleſia tamen hoc eſt ſingulare, quod Cle-
3 ricus accuſans Prælatum de mala adminiſtratione eccleſiæ, pro vtilitate ipſius eccleſiæ habebit expenſas à Prælato. vt dicit Speculator in titulo de accuſatione. §. finali. niſi calumnioſè accuſet. per cap. cum pro cauſa. de procurat. Cardinalis verò in l. ex parte. de accuſat. dicit, hoc dictum Speculatoris non probari de iure. ſed certè Speculator hoc non dicit, ſed in §. fin. de inquiſition. dicit quod Clericus habebit expenſas ab eccleſia, quod intellige ſi eſt pauper. idque bene probatur per text. in dicto cap. ex parte.
4 vbi Monachus accuſans Abbatem, habebit expenſas à monaſterio, quia eius vtilitatem proſequitur. Probatur etiam in cap. Epiſcopi. §. item Ioannes. 2. quæſt. 7. & ibi pulchrè Cardinalis de Turrecrem. ad quem te remitto. Faciunt notata infra in alia quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Legatorum relictorum Eccleſiæ, ſi differatur ſolutio debetur duplum.*

QVAESTIO 576.

Legata debita Eccleſijs, ſi differatur ſolutio præſtantur cum pœna dupli.

1 VVlgaris eſt diſpoſitio. tex. in §. item mixta inſtit. de action. vbi habetur, quod qui reliquit ſacroſanctis Eccleſijs, & alijs venerabilibus locis, legati, vel fideicõmiſſi nomine, dare diſtulerint vſque adeo, vt etiam in iudicium vocentur, tunc rem ipſam, vel pecuniam quæ relicta eſt, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & ideò in duplum fiet condemnatio. & ibi gl. in verb. in iudicium, addit, ampliat, quod etiam ſi in indicium non vocantur, ſed alias ſunt in mora hæredes, debent reſtituere res cum

cum fructibus abſque interpellatione, ad inſtar minorum. l. minorum. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. quo vero ad pœnam, aliud videtur dicere Gloſ. niſi vocentur in iudicium. & in dubijs pœnæ ſunt molliendæ. l. interpellatione. ff. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor Eccleſiæ, ſpeciei re perempta, ante interpellationem non liberatur.*

2 *Debitor Eccleſiæ ſine die, tenetur ad expenſas ſi vocetur in iudicium, & ſi non fuerit antea interpellatus.*

QVÆSTIO 577.

Debitor ſpeciei Eccleſiæ, non liberatur eius interitu, etiam abſque interpellatione.

1 Regula iuris eſt, quod debitor ſpeciei, eius interitu liberatur ante cõmiſſam moram, quæ committitur interpellatione facienda ipſi debitori. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. Romanus autẽ ibi limitat, vt mora abſque interpellatione cõmittatur in quatuor caſibus. Primus, in eo quod debetur fiſco. per Gl. ſingularem in l. quidem. §. fiſcus. ff. de vſur. Secundus, in eo quod debetur eccleſiæ in vltima voluntate, vel in contractu bonæ fidei. allegat Gl. ſingulatem in §. item mixta. inſtit. de action. alios caſus vide per te. ſequitur Fel. in c. licet Heli. de ſimonia. in illa concluſione. Gl. & Abb. ibi. quod debitor ſine
2 die, ſi conuenitur non monitus, non ſoluet expenſas ſi confitetur, quia non fuit in mora, ex d. l. ſi ex legati cauſa. quam limitat Felin. ibi in d. c. quatuor modis referens limitationes Romani, licet non referat de debitore ex contractu bonæ fidei. quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Eccleſiæ repetit expenſas duobus concurrentibus.*

2 *Mandatum Eccleſiæ probatur per iuramentum cum vno teſte.*

3 *Procurans negocia Eccleſiæ ſine mandato, repetit quæ vtiliter expendit in negocijs Eccleſiæ, & quid ſi per aliam cauſam iuit ad Curiam.*

4 *Procurans negocia Eccleſiæ, ſi vtiliter cæpit, & poſtea ſuccumbat in lite, an repetat expenſas.*

5 *Procurans negocia Eccleſiæ, ſi incidat in latrones, an repetat expenſas.*

6 *Eccleſia an obligetur ex contractu inito cum Canonico, vel alio non habente mandatum, vel adminiſtrationem.*

QVÆSTIO 578.

De procurante negocia Eccleſiæ ſine mandato, an repetat quæ in eius vtilitatem expendit.

1 Clarum eſt, quod procurator eccleſiæ poteſt repetere expenſas quas fecerit in lite, duobus concurrentibus. Primum, quod fecerit expenſas. Secundum, quod habuerit mandatum à Capitulo. & ſi expendit propter acceſſum ad Sedem Apoſtolicam, ita demum repetit ſi propter litem acceſſerit, ſecus ſi non propter hoc, ſed propter aliud. ita probatur in c. cum pro cauſa de procuratoribus. & po-
2 terit conſtare de mandato forte per iuramentum cum vno teſte. ex c. ex inſinuatione. de procurator. vt dicit Ant. de Butr. in d. c. cum pro cauſa. & expenſæ poſſunt probari præmiſſa taxatione per iuramentum. l. 2. C. de alim. & pupil. præſt. Sed dubium eſt, quid ſi non habuit mãdatum, an repetat quæ vtiliter expendit pro eccleſia. & videtur quod ſic. per tex. in cap. quicunque. 12. q. 4. Gl. & Ant. de Butr. in d. cap. cum pro cauſa. dicunt, quod ſi habuit mandatum, indiſtinctè repetit. ſi non
3 habuit, repetit ſolum quæ expendit vtiliter in negocijs eccleſiæ. & ſi ob aliam cauſam iuit ad Curiam, vel ad alium locum, non poterit repetere expenſas niſi propter procurationem traxerit longiorem moram. l. ex parte. ff. fam. erciſc. Sed ſi quis vtiliter cæpit, ſed
4 ſuccumbat in lite, an repetat expenſas. gloſ. in d. c. cum pro cauſa. dicit, quod ſi egit cum mandato, ſiue ſuccumbat ſiue obtineat, repetit expenſas. ſi egit ſine mandato ita demum repetit ſi obtinuit in fauorem eccleſiæ. verum ſi certum eſt quod vtiliter cæpit negocium, licet ſuccumbat, repetit expenſas. per tex. in l. ſi an vltro. ff. de neg. geſt. ſi certum eſt quod inutiliter cæpit. & in dubio propter ſententiam contra eccleſiã reportatam præſumitur quod inutiliter cęperit. Sed quid ſi agẽs negocia eccleſiæ etiã cũ mandato, incidat in latrones, an repetat expenſas. dicendũ quod non.

per l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mandati. ſecus in ſocietate l.cum duobus.§.quidam.ff. pro ſocio. Gloſ.& Ant.in d.c.cum pro cauſa. Nõ omittendũ quod eccleſia tenetur ex contractu particulari inito cum Canonico, vel alio non habente adminiſtrationem eccleſiæ ſi probetur rem eſſe verſam in eius vtilitatem. Innoc. Ant.in c.1.de depoſito. quæ tanquam vtilia recenſere volui.

SVMMARIVM.

1 *Producens inſtrumentum, cenſetur confiteri omnia contenta in eo.*

2 *Producens inſtrumentum falſum doloſè, debet condemnari quatenus inſtrumentum facit contra ſe: fallit in Eccleſia, & quando condemnetur Eccleſia.*

QVÆSTIO 579.

Producens inſtrumentum falſum ſcienter, condemnabitur quatenus inſtrumentum facit contra ſe, quod ſecus eſt in Eccleſia.

1 Concluſio eſt DD. quod producens inſtrumentum, videtur confiteri omnia contenta in eo. Bar. in l.poſt legatum. ff.de ijs quib.vt indign. Innoc. Abb.in c.cum venerabilis.de exceptionibus. hæc tamen regula patitur nonnullas declarationes de quibus. per Abb.& Fel.in d.c.cum venerabilis.vbi diſtinguunt, an præceſſerit proteſtatio, vel non, an ignoranter, vel ſcienter, & doloſè, vt latè per eos. Sed ponamus caſum, quod quis ſcienter, & doloſè produxit inſtrumentum falſum, an in hoc poſſit conſiderati aliquid particulare fauore eccleſiæ. Inn. ibi poſt relatas antiquorum opiniones refert opinionem dicentium,
2 quod ex quo produxit inſtrumentum falſum ſcienter, ferenda eſt ſententia contra eum in eo quod facit contra producentem, quia videtur fateri omnia contenta in inſtrumento, ſed in eccleſia eſt ſpeciale. vt in d. c.cum venerabilis. ſequitur ibi Abb. dicens id procedere ex ratione text. quia delictum perſonæ, non debet præiudicare eccleſiæ. nam in alio tale inſtrumentum probaſſet contra producentem, licet probaretur falſum. & ex prædictis notat caſum ex quo iudex fert ſentẽtiam ſecundum inſtrumentum falſum, quod fallit in eccleſia. quamuis Dominus Ant. de Butr. ibi temperet, quod non tam ex viribus inſtrumenti quam in pœnã producentis ſcienter, ſententia ferri debet, alias ſententia eſſet iniqua. De quo latius per Abb. in d.c. venerabilis. Quid autem ſi nõ ſolum procurator eccleſiæ, ſed etiam totum Capitulum produxiſſet inſtrumentum falſum. vide tex. in c.olim. de reſcript.& in c.tum ex litteris.de in integ. reſtit. vbi ex delicto falſitatis, fuit lata ſententia contra eccleſiam, quia Gl. ibi dicit, quod deliquit tota eccleſia. ſed in c.cum venerabilis. non conſtabat Capitulum fuiſſe in culpa, imò innuitur contrarium, dum dicit delictum perſonæ &c. ſequitur Abb. in d.c.cum venerabilis.num.28.

SVMMARIVM.

1 *Allegans aliquid pro ſe, non poteſt illud impugnare.*

2 *Eccleſia allegans, vel producens aliquid pro ſe, non tenetur illud acceptare contra ſe.*

QVAESTIO 580.

Eccleſia ſi aliquid producit pro ſe, non tenetur illud acceptare contra ſe.

1 Concluſio eſt, quod producens inſtrumentum pro ſe, non poteſt contra illud dicere, & impugnare quatenus eſt contra ſe cap.cum olim.de cenſib. In contrarium facit tex. in c.cum venerabilis. de except. vbi procurator eccleſiæ produxit inſtrumentum falſum, & eccleſia fuit admiſſa ad allegandum contra inſtrumentum contra ſe productum. Innoc. ibi ſoluit quod licet producens inſtrumentum non poſſit illud redarguere de falſo. vt in d.c.cum olim. tamen poteſt dicere, quod contra ipſum non facit. Abb. dicit hanc ſolutionem non ſatisfacere ex d.c.cum venerabilis. vbi eccleſia produxerat tranſumptum, & poſtea allegauit falſitatem, & ideo inquit
2 Abb. hoc eſſe ſpeciale fauore eccleſiæ, vt ſi alleget aliquid pro ſe, nõ teneatur illud contra ſe acceptare, ex ratione tex. in d.cap.cum venerabilis. quia delictum perſonæ non debet eccleſiæ præiudicare, quod nota, & tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Prælati in iudicialibus, an noceat Eccleſiæ.*

2 *Ratio lege generalior, legem ampliat.*

Con-

Digitized by Google

3 *Confeſſio Prælati ad liberandum, an noceat Eccleſiæ.*
4 *Confeſſio Prælati habens aſſiſtentiam iuris communis, nocet Eccleſiæ, vel ſi habeat adminicula, & quomodo id procedat.*

QVAESTIO 581.

Confeſſio Prælati in iudicialibus, an ſit omnino verum, quod noceat eccleſiæ.

1 NOtabilis eſt quæſtio, an confeſſio Præ-
lati in iudicio in damnũ eccleſiæ, no-
ceat eccleſiæ. Gl.in reg.delictum tenet, quod
noceat in iudicialibus fauore iudiciorum, ſiue
delictum Prælati conſiſtat in faciendo, ſiue in
omittendo. adducit tex.in c. auditis.de in in-
tegr.reſtit. vbi patet, delictum Prælati præiu-
dicaſſe eccleſiæ in omittendo probationes ne-
ceſſarias. quod probatur, quia ibi eccleſia fuit
reſtituta aduerſus omiſſas probationes. In ſpe-
cie, quod confeſſio Prælati in iudicio noceat
eccleſiæ, tenet Abb.in c.1.de dolo, & contum.
& in c.cum venerabilis.de excep.& ibi ſequi-
tur Fel. Contrariam opinionem videtur tene-
re Gl. in d.cap.cum venerabilis. vt colligit ibi
Abb. quia delictum perſonæ nõ debet eccle-
ſiæ nocere. Et hanc opinionem cenſeo verio-
rem. per tex.in d.c.cum venerabilis. cui ni fal-
lor reſponderi non poteſt. vbi procurator ec-
cleſię produxit inſtrumentum falſum in iudi-
cio, & eccleſiæ non nocuit. & rationem red-
dit Summus Pontifex, quia delictum perſonę
non debet in damnum eccleſiæ redundare. &
ſic ſumus in iudicialibus, & in delicto in cõ-
mittendo, & etiam in confeſſione. quia ſecun-
dum Inn. Abb.& omnes ibi, producens inſtru-
mentum cenſetur confiteri omnia contenta
in eo; ergo confeſſio facta in iudicio non no-
cet eccleſiæ. Reſp. Gl.in d.reg.delictum, quod
in d. c.cum venerabilis. ſolus procurator deli-
quit, falſando inſtrumentum, & præſentando,
Sed facilis eſt replicatio, quod ratio text. eſt
quia delictum perſonæ non debet eccleſię no-
cere. quæ ratio eſt generalior, & complectitur
procuratores, Prælatos, Rectores; ergo ſecun-
dum eius generalitatem, Canon eſt intel-
ligendus, vt in iudicio quælibet perſona non
poſſit nocere eccleſiæ. quandocunq; enim ra-
2 tio legis vel Canonis eſt amplior, vel genera-
lior dicto, ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudi-
nẽ rationis extenditur ipſa diſpoſitio. l.regu-
la.§.fi.& ibi Bar.& Bal.ff.de iur.& fact.ignor.
l.2.§.ſi mater.ff.ad Tertull. Ant.de Butr.pul-
chrè in c.cum eſſes de teſtam. arguendo à ra-
tione illius canonis. Card.in Clem.1.de elect.
Abb.in c.fi.de reſcr. Nõ obſtat tex.in c.audi-
tis. quia in omiſſione probationis potuit ſæpe
nulla culpa interuenire, vel quia Prælatus per-
acta diligentia potuit non inuenire alia iura
eccleſiæ, vel quia potuit credere eccleſiã non
indigere alia probatione. vnde non eſt mirũ
ſi vt detur litium finis, ſtandum eſt probationi
eſt iam factę. ſed eccleſia poſtea in integrũ re-
ſtituitur detectis iuribus, vel neceſſitate pro-
bandi de nouo. Ex quibus mihi ſemper viſum
fuit dubiũ, quod in iudicialibus confeſſio Prę-
lati, vel aliud delictũ in committendo noceat
eccleſiæ. tradunt etiam DD. quod confeſſio
3 Prælati extraiudicialis liberatoria debitorum
noceat eccleſiæ. Domin.in c.Conſtantinopo-
litano.diſt.22. Ant.& Imol.in c.1.de depoſit.
Fel. in c.fin.de præſcr. De quo etiam videtur
dubitandum. quia aliquãdo creditor tenetur
probare verſionem in vtilitatem eccleſiæ. vt in
§.hoc ius. 10.q.2. tenent Ant.& Inn.in c.1.de
depoſito. & in alijs caſibus regulariter, ſoluẽs
Prælato habenti adminiſtrationem eccleſiæ,
liberatur, ſed eccleſia poteſt reſtitui ſi pecu-
nia non ſit in eius vtilitatem verſa, per ea quę
habentur in l.1. C.ſi aduerſus ſolutionem. de
qua re late per Imol. in d.c.1. de depoſito. &
per DD. in l.Ciuitas. ff.ſi cert.pet. Ex quibus
redditur dubia ſupradicta cõcluſio, quod cõ-
feſſio Prælati ad liberandum noceat eccleſiæ.
Vlterius, in hac materia faciũt DD. aliã con-
cluſionem, quod confeſſio Prælati habens pro
ſe aſſiſtentiam iuris communis, & quando cõ-
4 currunt adminicula, noceat eccleſiæ. Abb in
c.ſi diligenti.de præſcr. Fel.in d.c.fin.eod.tit.
Bal.in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ.
eccl. eſt tamen neceſſe, vt adminicula percu-
tiant illud idem quod percutit ipſa confeſſio;
alioquin agendum eſt de cõiunctione proba-
tionum. ita determinauit Rot.Rom.dec.436.
Card. Seraph. allegat Crauett.conſ.281.n.6.
verſ.ſecundo reſpondeo.& hęc nota. Alia cir-
ca confeſſionem Prælati, quando noceat ec-
cleſiæ, ponit Felin.in d.c.fin.de præſcript. quæ
omitto. tradunt etiam moderni, vt eſt videri
apud Maſcardum in verbo confeſſio Prælati,
ad quos remitto lectorem, ne eorum dicta in-
tegra tranſcribam, tetigi tantum pauca pra-
cticabilia.

SVMMARIVM.

1 *Vſucapio triennalis, an procedat contra Eccleſiam.*

2 *Lex ciuilis, quæ poteſt ſe habere ad commodum, & incommodum, ſi non eſt contraria ſacris Canonibus, an liget Eccleſiam.*

3 *Communis opinio non eſt attendenda, quando non eſt bene fundata.*

QVÆSTIO 582.

An vſucapio triennalis procedat contra Eccleſiam.

1 SIngularis eſt iſta quæſtio. negatiuam opi-
nionem quod non ſit ſublata, ſed curr t
hodie contra eccleſiam, tenet Gl. in §. pro tẽ-
poralibus. in auth. de eccl. tit. Goffr. in ſumma
de præſcript. Hoſt. in ſumma eod. tit. Dyn. in
reg. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Gl. in auth. quas
actiones. C. de ſacroſ. eccl. quæ eſt canoniza-
ta. 16. q. 3. Et pro hac opinione facit, quia lex
ciuilis eſt approbata à ſacris Canonibus, niſi
quatenus reperiatur correcta. c. 1. vbi omnes
de nou. opet. nunc. ſed tex. in c. illud. de præ-
ſcript. & ſimiles, qui dicunt non currere con-
tra eccleſiam præſcriptionem minorem qua-
draginta annis, loquuntur in rebus mobilibus
non immobilibus, ergo ſtandum eſt determi-
nationi iuris ciuilis. Contratiam opinionem
idem Hoſt. qui murauit ſententiam in c. 1. de
in integr. reſtit. per tex. in illo. c. illud. cuius di-
ſpoſitio eſt genetalis, vt requitatur præſcri-
ptio quadragenaria, & quia non reperitur in
iure canonico cautum, quod currat talis præ-
ſcriptio, ſeu vſucapio contra eccleſiam. &
quamuis hoc reperiatur in legibus ſeculari-
bus, illæ non potuerunt ligare eccleſiam. ad
not. in c. cui eccleſiarũ. de præſcrip. & non re-
peritur cautum, quod poſſit Princeps ſecula-
ris dare rem ad eccleſiam ſpectantem, imò re-
peritur oppoſitũ. 12. q. 2. c. 3. & ſeq. Sed huic
rationi reſpondet Abb. quod vbicunque lex
ciuilis poteſt ſe habere verſus eccleſiam ad
2 damnum, & lucrum, eſt ſeruanda etiã contra
eccleſiam, vt ipſe notauit in c. eccleſiæ S. Ma-
riæ. vt lite pendente. notat etiam in cap. 1. de
nou. opet. nunc. ita reſpondet in c. 1. de reſtit.
in integr. & dicit priorem opinionem eſſe ve-
riorem de ſubtilitate iuris, & magis commu-
nem. Sed opinionem pro eccleſia eſſe æquio-
rem, & quia in fauorem eccleſiæ tendit, poteſt
optimè teneri. & maximè quia non reperitur
aliquis Canon, qui in rebus eccleſię approbet
illam vſucapionem. Imol. in d. c. illud. inquit
opinionem pro eccleſia eſſe forte de iure ve-
riorem. Sed mihi videtur quod ſit omninò ve-
rior, ex ratione Hoſt. quod non poteſt Prin-
ceps ſecularis aliquid diſponere circa aliena-
tionem rerum eccleſiæ, nec talis vſucapio re-
peritur approbata à ſacris Canonibus. Nõ ob-
ſtat replicatio Abb. quia eius doctrina poteſt
procedere in alijs rebus & negocijs, non in
alienatione rerum eccleſiæ, quæ eſt expreſsè
Principi prohibita. & leges ciuiles loquentes
de alienatione rerum eccleſiæ non ligant niſi
quatenus ſunt approbatæ à ſacris Can. iuxta
Gl. ſingularem communiter receptam in c. 1.
in verbo tractatus de reb. eccl. alien. in 6. vbi
quod auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan.
eccl. de ſolemnitatibus adhibendis circa alię-
nationem rerum eccleſiæ, non ligat eccleſiã;
ſed quamuis Magiſter Gratian. canonizauerit
dictam auth. & alia iura Principum, concer-
nentia alienationem rerum eccleſiæ, fecit ad
oſtendendam deuotionem Principũ in eccle-
ſias, & earum bona, non quia tales leges liga-
rent. & clarum eſt per vſucapionem transfer-
ri dominium, & agi de alienatione rerum ec-
cleſię. l. 1. ff. de vſucap. Hęc igitur opinio quod
non currat vſucapio triennalis contra eccle-
ſiã, eſt verior, tutior, & benignior. Non obſtat
quod alia ſit magis cõmunis, quia debemus
3 potius ſequi rationem, quam communem
opin. ſi non eſt benè fundata. Inn. Ant. in c.
cum in tua. de vſuris. DD. in c. Capellanus de
ferijs cum ſimilibus. Hæc igitur opinio te-
nenda eſt quicquid dixerit Bal. de præſcript.
5. par. princ. in 1. par. eſt etiam æquior ſecun-
dum Abbatem.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio longiſſimi temporis, interrumpitur ſola citatione.*

2 *Præſcriptio longi temporis, interrumpitur litis conteſtatione.*

3 *Præſcriptio quadragenaria contra Eccleſiam non interrumpitur ſola citatione, ſed requiritur litis conteſtatio.*

QVÆSTIO 583.

Præſcriptio contra Eccleſiam non interrumpitur ſola citatione, ſed requiritur litis conteſtatio. quod ſecus eſt in alijs in præſcriptione longiſſimi temporis.

1 COncluſio eſt DD. quod præſcriptio me-
rè odioſa, vt eſt illa quæ inducitur de

iure

iure ciuili per ſpatium 30. annorum cum mala fide inducta ſuper odio & negligentia non petentis, interrumpitur per ſolam citationem. 16. quæſt. 3. cap. placuit. il ſecondo. §. poteſt. præſcriptio verò mixta, ideſt, introducta partim in fauorem præſcribentis, & partim in odium negligẽtis, ideſt præſcriptio decem, vel viginti annorum cum titulo, contra priuatum interrũpitur litis conteſtatione facta coram iudice competenti. d. §. poteſt. & l. motæ litis. C. de re iudic. gl. magiſt. & DD. in c. illud. de præſcript. Veruntamen in d. cap. illud in verbo prætereа dubitatur. n. 13. ſen-
2 tit Abb. quod ad interrumpendam præſcriptionem currentem contra eccleſiã, non ſufficit citatio, ſed requiritur litis conteſtatio. per tex. in d. §. poteſt. vbi præſcriptio 30. annorum ſine titulo, cum bona tamen fide, æquiparatur præſcriptioni decem vel viginti annorum, cum titulo & bona fide, in qua requiritur litis conteſtatio. ergo & in illa, & ſic non ſufficit citatio. Felin. in d. c. illud cogitat, quod ſola bona fides ſine titulo non facit quod præſcriptio longiſſima non dicatur mera odioſa. quia illud, quod facit præſcriptionem mixtam, requirit duas qualitates, videlicet bonã fidẽ, & titulum. vt per Abb. & alios in d. c. illud. Ergo mixtura non habet qualitates aptas alterare naturam præſcriptionis. Sed obſtat tex. in d. §. poteſt. per quem patet,
3 quod ſola mixtura bonæ fidei facit præſcriptionem trigenariam eſſe mixtam, vel ſaltem ſimilem mixtæ. Ergo idem in quadragenaria, & ſic concludit Fel. neceſſe eſſe fateri, quod præſcriptio inducta contra eccleſiam, non dicatur mera odioſa, ſed mixta propter fauorem bonæ fidei. & hoc dicit eſſe notandum, quia DD. raro aduertunt. requiritur ergo litis conteſtatio ad interrumpendam præſcriptionem contra eccleſiam.

SVMMARIVM.

1 *Remedium Can. reintegranda. 3. q. 1. non cõpetit ei, qui culpa ſua cecidit à poſſeſſione.*
2 *Remedium Can. reintegranda 3. q. 1. competit Eccleſiæ, etiam ſi facto Prælati ceciderit à poſſeſſione.*
3 *Rector Eccleſiæ, qui habuit ſe pro ſpoliato in bonis ſuis, non poteſt manuteneri, ſed nomine Eccleſiæ poteſt petere manutentionem.*

QVAESTIO 584.

Remedium Can. reintegranda non competit illi, qui ſua culpa poſſeſſionem amiſit, quod ſecus eſt in Eccleſia.

1 Concludunt DD. remedium Can. reintegranda. 3. q. 1. non competere illi, qui ſuo facto & culpa, poſſeſſionem amiſit. Ripa in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. Soc. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. Iacobin. in l. ſi de vi. ff. de iud. Plot. in l. ſi quando. n. 71. C. vnde vi. Marſil. ſing. 600. & eſt communis opinio, vt poſt multos quos allegat, teſtatur Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 95. Damnum enim quod quis ſua culpa ſentit, alteri imputari non debet. regula damnum. de reg. iur. in
2 6. Hæc autem concluſio recipit aliquas limitationes relatas à ſupradictis DD. inter quas illa eſt notabilis, quod non procedat quando Prælatus, vel negligentia, vel facto proprio agendo, eccleſiæ poſſeſſionem amiſiſſet. non enim factum ſuum eccleſiæ nocere debet. ita Capell. Tholoſ. q. 487. per tex. in c. accedens. il primo. & ibi Abb. nu. 19. vt lite non conteſt. Rim. conſ. 428. n. 30. lib. 3. Soc. in d. l. rem quæ nobis. Plot. in d. l. ſi quando. Menoc. poſt relatos in loc. cit. n. 101. Diximus in agendo, quia in omittendo ſi verſaretur negligentia, cuilibet etiã priuato non negaretur reſtitutio ante omnia, vt in d. Capp. q. cit. de quo vide Menoch. in loc. cit. qui aliqua conſiderat circa d. deciſ. Capp. Sed quatenus ad eccleſiam pertinet abſque dubio procedit relata concluſio, quod negligentia vel factum Prælati, illi non noceat, tradit etiam Rot. Rom. deciſ. Cardin.
3 Seraph. 1417. quod ille qui habuit ſe pro ſpoliato, non poteſt manuteneri, Batt. in l. 2. n. 10. C. de ſeru. & aqua. & in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſ. tamen nomine eccleſiæ poteſt petere manutentionem. quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutum libertas quanto tempore præſcribatur.*
2 *Seruitutum libertas contra Eccleſiam vt præſcribatur, an debeat duplicari tempus 40. annorum.*
3 *Priuilegia recipiunt interpretationem à iure communi.*
4 *Præſcriptio qua ratione currit contra Eccleſiam cum ſe perſungatur iure minoris.*
5 *Fauorabilia reipublicæ, vel Eccleſijs, extenduntur etiam ſi ſint ſingularia.*

Digitized by Google

QVAESTIO 585.

Seruitus diſcontinua Eccleſiæ debita, an amittatur præſcriptione quadraginta annorum, vel debeat duplicari tale tempus, vt requirantur anni octuaginta.

1 Concluſio eſt, quod ſeruitutes amittuntur ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.niſi habeant interuallum menſis, vel anni; quia tunc requiritur tempus duplicatum. l.fin. C. de ſeruitutibus. l.ſeruitutes. ff.eodem. Bart.& Bal. in l.2.C.eod. Verum hæc regula fallit contra eccleſiam, contra quam nulla currit minor præſcriptio quadragenaria.cap.de quarta. de præſcript. auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. Quæritur modo, an quemadmodum in priuato duplicatur vicennium, ſic etiam in eccleſia duplicetur ſpatium quadraginta annorum, vt amittat ſeruitutem. Innoc.in d.c. de quarta, renuit,quod fiat duplicatio, quando agitur de præſcribenda libertate ſeruitutis diſcontinuæ contra eccleſiam. quem ſequuntur Butr.& Imol. Pro qua opinione Felin.adducit aliqua,& primo quia priuilegium
2 de quadragenaria præſcriptione datum ab vtroque iure eccleſiæ,eſt fauorabile, cum nemini noceat, ideo latè interpretandum. cap. cum olim. de verbor. ſignif. maxime cum ſit conceſſum motu proprio. Barr. in d.authent. quas actiones. ergo ampliabile. cap.ſi pluribus.de præbend.in 6. Secundo,quia priuile-
3 gia recipiūt interpretationem à iure communi. cap.ex tuatum.de auctorit. & vſu pal. ſed ius cōmune vult, quod in talibus duplicetur tempus, ergo idem in priuilegio. Tertio,quia alioquin ſequeretur, quod maior præſcriptio requireretur contra priuatum, quam contra eccleſiam,puta ſi priuatus præſcriberet libertatem ſeruitutis ſine titulo annis triginta, quia fiet duplicatio. Contrariam opinionem, quod non fiat duplicatio temporis 40. annorum, ſed tantum dicto tempore præſcribatur libertas ſeruitutis contra eccleſiam, tenent Hoſtien.Abb.Felin.in d.cap.de quarta. Bald. Cæpol.de ſeruitut.cap.24. Pro qua opinione facit text.in cap.non eſt. de conſuetud. in 6. nam præſtatio conſilij Capituli in punitionibus delictorum, habet cauſam diſcontinuam. Item Felin.adducit gl.in cap.cum eccleſia.in verbo,temporis, in princ. de cauſa poſſeſſ. & propr. quæ licet loquatur in præſcriptione ſeruitutis acquiſitiuæ, non autem in præſcribenda ſeruitute per viam libertatis, tamē expreſsè vult,quod per tex.in d.cap.de quarta. ſit ſublata duplicatio contra eccleſiam. Præterea dicit Abb.in d.c.de quarta. Ius ciuile ideò requiſiuit tempus duplicatum, quia prius prouiderat de breui tempore, vnde cum eccleſiæ fuerit conceſſum tempus ſatis prolixum & longiſſimum, ſcilicet 40. annorum, non debet duplicari, ſed debet eſſe ſuo priuilegio contenta. Nihilominus opinio Innocent. mihi videtur magis rationabilis. pro qua conſidero, quod eccleſiæ fuit conceſſum tempus 40. annorum, quia regitur ab alijs, & æquiparatur minori: imò eſt magis digna ſubuentione,quam minor,vt tradit Iacob. de Aren.in authen.qui rem. C.de ſacroſ. eccleſ. nam minor breui tempore efficitur maior, & non poteſt facilè decipi, ſed eccleſia ſemper regitur ab alijs. quinimò de iuris rigore nulla deberet currere præſcriptio contra eccleſiam, quia fungitur iure minoris. cap. 1. & cap.auditis.de reſtit.in integr. l.reſpublica.
4 C.ex quibus cauſis maiores. & contra minorem durante minori ætate nulla currit præſcriptio. l. ſancimus. C. in quib. cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſaria. ergo nunquam deberet currere contra eccleſiam, quia nunquam efficitur maior,ſed currit,quia aperiretur via negligentiæ Prælatorum, ſi nunquam curreret præſcriptio. Currit etiam ne dominia ſint ſemper in incerto,vt notabiliter tradit Card.Zabarel.in Clem. 1.de in integr. reſtit.Ex quo poteſt inferri,quod tempus 40. annorum conceſſum eccleſiæ, vix æquiparetur tempori 20. annorum conceſſo maiori. Imò antiquitus etiam contra eccleſias inferiores, non admittebatur niſi præſcriptio centenaria; poſtea id tantum fuit confirmatum in Eccleſia Romana. auth. quas actiones. C.de ſacroſ.eccl. Cum igitur maiori habenti vicennium, concedatur multiplicatio; non eſt mirum, ſi concedatur eccleſiæ multiplicatio quadraginta annorum,cum quadraginta anni conſiderata eius debilitate, & facilitate ad circumueniendum, vix obtineant vices 20. annorum. Nec videtur obſtare, quod ſumus in ſpecialiter inductis fauore eccleſiæ, in quibus non fit extenſio. l.ius ſin-
5 gulare. & l.quod verò.ff.de legib. quia fit extenſio in fauorabilibus continentibus publicam vtilitatem, vel pietatem. gloſ.in l.illud. in verbo alia cauſa. & in l. fin. in verbo, captiuorum. C.de ſacroſ.eccl. gl.in regul. quæ

propter

propter neceſſitatem. ff. de reg. iur. gl. & Bar. in l. ſi conſtanter. ff. ſolut. matrimon. Quin etiam reductio ad 40. annos videtur potius reſtrictio priuilegij antiqui de centenaria, quam noua conceſſio. Cum igitur eccleſiæ cōcedatur quadragenaria ob eius miſerationem, cum ab alijs regatur, non eſt inconueniens quod tale tempus duplicetur. & in effectu vbi habemus ſenſum, aliud quærendum non eſt. Bald. in rubr. ff. de ret. diuiſ.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Eccleſiæ, ſi non petatur per quadraginta annos, an præſcribatur ab hærede.*

2 *Mala fides an conſideretur in hærede, quando legatum ab eo non petitur.*

3 *Præſcriptiones tot requiruntur in legato annuo, quot ſunt anni.*

4 *Relicta Eccleſiæ, & oblata, cenſentur relicta potius pro redemptione animæ teſtatoris, quam pro commodo Sacerdotis.*

QVÆSTIO 586.

De legato facto Eccleſiæ ſi non petatur per 40. annos, an præſcribatur.

1 QVæſtio eſt notabilis, an legatum annuum relictum eccleſiæ pro anniuerſarijs, vel aliud legatum non annuum præſcribatur, ſi non fuerit acceptatum, ſiue agnitum, vel petitum per quadraginta annos. & videtur quod nullo tempore præſcribatur propter malam fidem hæredis, qui ſciebat legatum eſſe relictum in teſtamento, malæ fidei enim poſſeſſor nullo tempore præſcribit. cap. fin. de præſcript. regula malæ fidei eodem. in 6. Contrariam opinionem tenet Petru. de Anchar. in c. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6. ex quo dicta regula quod malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit, procedit vbi agitur de iure quæſito tollendo, ſecus vbi agitur de iure quærendo, quod quis poteſt acquirere, & non acquirit non petendo, nec acceptando legatum. tunc enim non poteſt cōſiderari mala fides in eo à quo non petitur legatum. Facit, quod hæreditas antequam adeatur, & ius adeundi non dicitur eſſe in bonis noſtris. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. & ibi DD. Et hanc opinionem tenet Socin. Sen. conſ. 2. lib. 3. Balb. de præſcription. 2. parte 3. partis princ. quæſt. 13. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 9. num. 5. Natt. conſil. 498. lib. 3. Menoch. de præſumptionib. lib. 3. præſumpt. 135. quos ſequitur Gaſpar Theſaur. lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 87. Videtur enim ex lōgi temporis taciturnitate, inducta quædam legati remiſſio. l. apud eum. ff. de cenſibus. l. ſi eo tempore. ff. de remiſs. pign. & ſecundum opinionem Pet. de Anchar. fuiſſe deciſum in Senatu Pedemontano; tradit Gaſp. loc. cit. vt admitteretur præſcriptio pro præteritis penſionibus annuis legatis pro an-
3 niuerſarijs. quia in legato annuo tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni. l. 3. ff. de annuis legat. l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. Eandem opinionem etiam Petri de Anch. meliorem dicit multos allegans Dominus Stephan. Gratian. in diſceptat. forenſ. c. 118. Niſi daretur culpa hæredis in occultando teſtamentum, vel non monendo legatarium de legato. quia tunc hæres peccat, & facit contra conſcientiam, ideo non poteſt præſcribere, vt tradit Cuman. conſ. 137. & opinionem Petri de Anchar. dicit Dominus Stephan. procedere, etiam ſi ageretur de præſcribendo legato facto pauperibus. non enim eſt imputandum hæredi, quod ſit in mala fide, ſed potius legatario non agnoſcendo legatum. nam illud non acceptando, & negligendo petere, videtur abieciſſe. & ibi eleganter diſtinguit inter ea, quæ ſunt facultatis, & an & quando poſſint præſcribi, ad quem te remitto. Hæc autem omnia, etſi fortè poſſint procedere in legato facto priuatæ perſonæ, in legato tamen facto eccleſiæ dico opinionem Petri de Anchar. nullo modo poſſe procedere. quia ius adeundi hæreditatem, vel agnoſcendi legatum, dicitur eſſe in bonis noſtris quando eſt in noſtra facultate adire, vel non adire, acceptare, vel non acceptare legatum, ſecus autem quando poſſumus cōpelli actione, vel officio iudicis ad adeundum, vt in fideicommiſſario, qui poteſt officio iudicis com pellere hæredem vt adeat, tunc tale ius dicitur eſſe in bonis noſtris. Ita Rip. ſingulariter in l. cum filiofamilias. num. 75. ff. de legat. 1. allegat l. rem in bonis. ff. de acquiren. hæred. Actiones, & officium iudicis ſunt trāſmiſſibiles ad hæredes. l. Pantonius. ff. de acquir. hæredit. l. vnica. C. vt actiones in hęred. Eccleſię verò ſemper datur officium iudicis, qui poteſt compellere Rectorem ad adeundum, & acceptandum legatum, vt clarum eſt, & ſæpius diximus. ergo tale ius dicitur eſſe in bonis eccleſiæ. & ſic cum agatur de iure quæſito ſecun-

ſecundum eundem Pet. de Anchar. non procedit præſcriptio contra legatarium. quod eſt adeo verum, quod ſi Prælatus potuit eccleſię acquirere & non acquiſierit, quocunque modo tenetur reſarcire de ſuo, & debet puniri. c. quicunque. 14. q. 2. & alibi diximus. Item facit gloſſ. notabilis in cap. contingit. de ſententia excommunicationis, vbi dicit, quod actio iniuriarum non eſt in bonis noſtris ante litem conteſtatam. l. iniuriarum. ff. de iniur. & tamen Prælatus non poteſt remittere iniuriam factam eccleſię, quia eſt procurator, non dominus. cap. fin. 12. quæſt. 1. ſatis eſt quod ſit quæſita actio eccleſiæ. Præterea legatum factum eccleſiæ cōtinet refrigerium animæ potius quam commodum Rectoris. cap. Pontifices. 12. q. 3. ibi. ille qui donat eccleſiæ pro
4 redemptione animæ ſuæ, non pro commodo Sacerdotis probatur offerre, & ſic in legato facto eccleſiæ agitur principaliter de refrigerio animæ teſtatoris, cuius conſenſus non poteſt præſumi in non acceptando legatum. & ille principaliter attendi debet, cum ſecundariò veniat ad commodum Rectoris. d. cap. Pontifices, qui non poteſt præiudicare animæ defuncti. cuius voluntas fuit, vt præſtaretur legatum, & poſt mortem mutari non poteſt. & quod principaliter fit, attendi debet. & quia agitur de animæ fauore, omnes iuris ſubtilitates ſunt abijciendæ. Archidiac. communiter receptus in cap. ſcriptum eſt. 6. q. 3. Concludo igitur, legatum factum eccleſiæ nullo tempore ab hærede poſſe præſcribi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo exequutori teſtamenti in quo ſunt pauperes inſtituti hæredes, competit remedium l. final. C. de edicto diui Adrian. tollendo.*

2 *Tutori nomine pupilli, & patri, competit remedium l. final. C. de edicto Diui Adrian. tollendo.*

3 *Epiſcopus à lege acquirit nomen hæredis, poteſt agere, & exigere, quando pauperes ſunt hæredes inſtituti.*

4 *Epiſcopus an habeat remedium l. final. C. de edict. D. Adrian. toll. quando eſt inſtitutus locus pius conſtruendus.*

QVAESTIO 586.

An remedium l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo. competat Epiſcopo exequutori teſtamenti, in quo ſunt inſtituti pauperes hæredes.

1 QVæſtio iſta eſt notabilis. & quod non competat, facit, quod d. remedium competit hæredi ſcripto, ſed Epiſcopus non poteſt dici hæres ſcriptus, vt probatur in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgari. vbi illa verba, quiſquis mihi hæres erit, intelliguntur de hærede ſcripto. & ita tenet Barbat. in rubr. C. qui admitti. Præterea dicta conſtitutio ſecundum ipſum videtur correctoria, ergo ſcriptè intelligi debet, & non eſt extendenda ad hunc caſum. Contraria opinio & affirmatiua eſt verior. pro qua facit primo tex. in l. ſi quis ad declinandam. §. vbi autem. C. de Epiſc. & Cler. vbi Imperator fauore pauperum ſtatuit, valere inſtitutionem pauperum incertorum, & inſtituit exequutorem teſtamēti Epiſcopum, quem hæredem ſcriptum appellat, ibi hæredem ei, & ius, & nomen dedimus, cum poteſtate agendi, & exigendi. Item quia Epiſcopus dicitur pater pauperum. Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. ſed patri conceditur hoc beneficium, cum eius filius hæres inſtituitur in teſtamento, vt per DD. in d. l. fin. ergò & Epi-
2 ſcopo concedi debet. Item quia conceditur tutori nomine pupilli, ſed Epiſcopus dicitur tutor pauperum, & illius locum obtinet. c. omnibus. 6. quæſt. 1. Et hanc opinionem tenent Bart. Bald. Alberic. Alex. Iaſ. Dec. Iacobin. & multi alij in d. l. fin. Bald. in d. l. ſi quis ad declinandam. Bertachin. de Epiſcopo. lib. 4. par. 6. num. 17. & nouiſſimè Menoc. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. num. 256. qui nōnullos recenſet pro hac communi opinione, & reſpondet poſt Dec. obiectionibus Bar-
3 batij, nam Epiſcopus dicitur propriè hæres in hoc conſtitutus à iure, & dicta conſtitutio eſt late interpretanda. Concluſio igitur communis eſt, quod remedium d. l. fin. competit Epiſcopo exequutori pauperum hæredum inſtitutorum. Quæ concluſio procedit etiam quando exequutor generalis datus eſt, vt eſt quando in vniuerſo inſtituti pauperes. nam inſtitutus generalis ſuſtinet vicem hæredis, vt per Bart. in d. l. fin. Et procedit etiam in exequutore nulla facta pauperum electione, vt ſi teſtator inſtituiſſet pauperes à Titio exequutore eligendos, nam adhuc exequutor iſte agit, & conuenitur nomine pauperum, vt per Bart. in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. tradit Zuccard. in d. l. fin. quem allegat & refert

ſert Menoch. in loco citato. non tamen pro-
cedit concluſio in Epiſcopo, quando alius
datus eſt exequutor in teſtamento. Bald. &
Bertach. vbi ſupra. nec etiam procedit in
exequutore dato pro loco pio ædificando, at-
que ita quod nondum ſit, vt tradit Angel.
conſ. 135. quia non poteſt conſiderari, quod
quis ſit exequutor loci qui nondum ſit, ſed
erit exequutor cum ædificatus erit. & ideo
alia actione, vel iudicis officio experiri debet
4 contra eos, qui ad illud hoſpitale, vel locum
pium conſtruendum à teſtatore grauati fue-
rint. ſequitur Menoch. loc. cit. Quod ſecun-
dum me non tranſit ſine difficultate. ſiqui-
dem loco pio futuro legari poteſt, licet non
donari, vt in cap. Abbate ſane. de priuileg.
in 6. & ibi DD. & pauperum appellatione
venit Eccleſia in materia legatorum. Bald. in
d. l. ſi quis ad declinandum. Io. Andr. la è in-
de. & alibi diximus. Alex. conſ. 104. in cauſa
& lite. lib. 4. Illuſtriſſimus Tuſcus tom. 3. con-
cluſ. 7. Itaque idem eſt legare eccleſiæ con-
ſtruendæ, ac pauperibus, qui quotidie futuri
erunt. ergo idem ius eſt ſtatuendum, vt com-
petat remedium hoc caſu Epiſcopo, iuxta
d. l. fin.

SVMMARIVM.

1 *Debita prædeceſſoris in beneficio, quando ſol-
uere teneatur ſucceſſor.*

2 *Neceſſitas vrgens Prælatum, dicitur neceſſi-
tas Eccleſiæ.*

3 *Debitum contractum pro neceſsitate Eccle-
ſiæ, an probandum verſum eſſe in eius vti-
litatem.*

4 *Sumptus expeditionis bullarum, an dicatur
factus ob neceſſitatem Eccleſiæ.*

5 *Promotio Prælati, negocium eſt Eccleſiæ.*

6 *Quid in promotione procurata.*

7 *Quid in promoto motu Papæ.*

8 *Promotio facta à Papa æquè eſt, ac ſi fuiſſet
facta à Capitulo.*

9 *Charitatiuum ſubſidium non niſi ex rationa-
bili cauſa ſoluendum.*

QVÆSTIO 588.

Succeſſor in Prælatura, ſiue Eccleſia
non tenetur ſoluere debita præde-
ceſſoris, niſi fuerint contracta pro
neceſſitate Eccleſiæ.

1 CLara eſt iuris diſpoſitio, quod ſucceſ-
ſor in Prælatura, vel beneficio, non te-
netur ſoluere debita prædeceſſoris, niſi fue-
rint contracta pro neceſſitate eccleſiæ. cap. 1.
2 de ſolutionibus. Hinc ſi Prælatus contraxit
debita pro ſua ſuſtentatione, infirmitate, vel
alio caſu neceſſitatis, tenetur ſucceſſor, quia
pro neceſſitate eccleſiæ videtur contraxiſſe,
cum eccleſia teneatur illum alere, vt notatur
in cap. 2. de ſolution. ita dicit Abb. in d. c. 1.
eod. tit. Sed dubium eſt, an ad hoc vt tenea-
tur ſucceſſor, ſatis ſit quod debitum ſit con-
3 tractum pro neceſſitate eccleſiæ, vel neceſſe
ſit etiam probare verſionem in vtilitatem ec-
cleſiæ. Innoc. in d. c. 1. requirit, quod probe-
tur verſio. Hoſt. tenet contrarium, quod ſuf-
ficit probare debitum eſſe contractum pro
neceſſitate eccleſiæ, licet non probetur ver-
ſio. quem ſequitur Abb. qui ponderat tex. in
d. cap. 1. dum non exigit probationem ver-
ſionis in vtilitatem eccleſiæ, ſed tantum quod
fuerit contractum debitum pro neceſſitate
eccleſiæ. Dominus Ant. de Butr. concordat
opiniones, quod opinio Innoc. habeat locum
in mutuo, vt debeatur probari verſio. opinio
verò Hoſtien. procedat in alijs contractibus
quam mutui. & Antonium ſequitur Imola in
4 d. cap. 1. & videtur æqua opinio. Sed dubium
eſt quod frequenter occurrere poteſt, an pe-
cunia mutuo data illi, qui ad Epiſcopatum
promotus eſt pro ſumptibus faciendis in Cu-
ria, pro expeditione bullarum, dicatur verſa
in vtilitatem, vel neceſſitatem eccleſiæ, ita vt
eccleſia, ſeu ſucceſſor in ea, teneatur. & vide-
tur affirmatiuè reſpondendum; quia promo-
tio reſpicit regimen eccleſiæ, & ſic eius ne-
ceſſitatem & vtilitatem, vt prouideatur ei de
Paſtore. Præterea videtur caſus expreſſus
in cap. vt præteritæ. de elect. vbi ſumptus pro
confirmatione Prælati electi, debent fieri ab
5 eccleſia. Contrariam opinionem tenẽt Ang.
in conſ. 245. quia omne datum optimum &c.
quem ſequitur poſt alios Card. Mant. de tac.
& ambig. lib. .... c. .... quia vt inquit Ang. iſte
geſſit negocium ſuum proprium principali-
ter, licet in conſequentiam poſſet dici eccle-
ſię, ne diu viduata remaneat. quo caſu quan-
do quis facit ſua propria contemplatione ali-
quid, licet alij aliquid profuturum, non repe-
tit expenſas. tex. eſt in l. credito. §. ad eum. ff.
mandati. Item qui vadit ad Curiam vt prin-
cipaliter negocium ſuum tractet, licet ſecun-
dariò tractet negocium eccleſię, non propte-
rea repetit expenſas, niſi quatenus plus ex-
pendiſſet pro negocio eccleſiæ. cap. cum pro
cauſa. de procurat. Hoſt. in d. cap. vt præte-
ritæ.

Digitized by Google

ritæ. l. ſi communes. ff. de negoc. geſt. item ſi duo ſint electi in diſcordia, & expenſas faciunt, non poterunt eas repetere ab eccleſia, quia eas videtur facere principaliter in ſuum fauorem, vt concludunt DD. in d. c. vt prætèritæ. Item Prælatura in cuius impetratione Prælatus fecit expenſas, fuit affectata, & ſic
6 geſſit negocium affectatum, & ideo perdit priuilegium repetendi expenſas. l. ſpadonem. §. fin. ff. de excuſat. tutor. inſtitut. eod. tit. §. item tria. & ex his rationibus concludit Ang. non teneri ſucceſſorem. Limitat Geminian. in conſ. 2. de ſolut. inter conſil. Calder. quem ſequitur Mant. loc. cit. quando quis fuerit
7 promotus ad Epiſcopatū motu proprio Summi Pontificis, quia tunc ſumptus neceſſarij, in vtilitatem eccleſiæ conſumpti cenſentur. & dicitur motus proprius, etiam ſi Papa fuit rogatus, dummodo ex motu proprio cōferat. Bald. in cap. niſi ſpecialis. de officio delegati. Gemin. & Franch. in cap. ſi motu proprio. de præbend. in 6. Felin. in c. ſi quando. de reſcrip. Gabr. concl. 2. de clauſulis. nu. 217. Non obſtat text. in cap. vt prætèritæ. quia ibi fuerat electus concorditer à Capitulo, & proſequebatur confirmationem in Curia Rom. ſecus quando duo, vel plures electi ſunt, quia hoc caſu ſumptus in vtilitatem eccleſiæ non videntur conſumpti, cum vnus poſſit ſufficere, & quilibet videtur ſuum negocium principale gerere. gl. & DD. in d. cap. vt prætèritæ. ſed in Epiſcopatu collato à Papa nullum interuenit factum Capituli. Nec etiam videtur obſtare, quod forte ſupplicans potuit habere propoſitum quærendi vtilitatem eccleſiæ, quia id non debet eſſe in conſideratione. arg. l. 3. §. ſed ſi accepit. ff. de in rem verſo. Mihi verò videtur indiſtinctè dicendum, quod debita contracta pro Bullis, ſint à ſucceſſore perſoluenda, præmiſſa prius alia diſtinctione, quod aut expenſæ ſunt factæ à promoto ante prouiſionem Summi Pontificis, vt quia multa expendit commorando in Vrbe, pro ſuis neceſſitatibus debita contraxit, & nullo modo teneatur ſucceſſor, quia principaliter ſuū negocium geſſit. ſi verò fuit nominatus à Summo Pontifice, tunc indiſtinctè teneo, quod debita contracta pro Bullis, ſint perſoluenda à ſucceſſore, quod probo per tex. in d. cap. vt prætèritæ. vbi quando electio fuit facta in concordia, expenſæ ſunt reficiendæ ab eccleſia. Sed prouiſio Summi Pontificis ha-
8 bet vim electionis, & confirmationis, & idem eſt ac ſi fuiſſet in concordia electus à Capitulo. ergo idem eſt dicendum, quia per electionem proſequitur vtilitatē eccleſiæ. quod autem prouiſio Summi Pōtificis habeat vim electionis, & confirmationis, tradit Abb. & Felin. in cap. eam te. de reſcript. Et hoc facit
9 quod charitatiuum ſubſidium non debet ſolui, niſi pro manifeſta, & rationabili cauſa, cap. cum Apoſtolus. de cenſib. in §. prohibemus. quæ ſecundum omnes debet reſpicere neceſſitatem, & vtilitatem eccleſiæ. & tale charitatiuum ſubſidium exigitur pro Bullis, vt per Belencinum de charitatiuo ſubſidio. quæſt. 9. vbi hoc probat, vt ibi per eum, ad quem te remitto. De alijs debitis pro ſalario Aduocati, Vicarij, familiarium, & ſimilibus, remitto te ad Dominum Stephanum Gratianum in Diſceptationib. forenſib. tom. 1. cap. 96.

SVMMARIVM.

1. *Statutum in fauorem Eccleſiæ particularis, facit ius generale.*
2. *Conſtitutio, realis vel perſonalis, inſerta in corpore iuris, facit ius generale.*
3. *Priuilegium Comitis Palatini conceſſum legentibus per viginti annos in Vrbe Conſtantinopolitana, habet locum in legentibus in alijs Ciuitatibus.*
4. *Statuta de vno loco gratia exempli, trahuntur ad alia ex identitate rationis.*
5. *Extrauagantes ſuper negocijs S. Fidei directæ Inquiſitoribus locorum particularium, faciunt ius generale.*
6. *Legiſlator inſerit aliqua in lege aliquando, non quod ſint neceſſaria, ſed ad tollendam dubitationem.*
7. *Sententia diffinitiua Principis, facit ius generale.*

QVAESTIO 589.

De ſtatuto in fauorem vnius Eccleſiæ particularis, quod faciat ius generale quo ad omnes.

1 TRadit ſingulariter Bald. in authen. niſi rogati. num. 15. C. ad Trebell. quod quicquid ſtatuitur in fauorem eccleſiæ particularis, intelligitur ius generale quo ad omnes eccleſias, niſi contrarium reperiatur in iure expreſſum. per tex. in §. hæc ergo. in authen. de non alienandis. qui tex. loquitur de eccleſijs Conſtantinopolitanis, & Imperator

rator mandat idem ſeruari in omnibus eccle-
ſijs.ſequitur Fel.in cap.1.de conſtit.num.16.
Contrarium tenet Hoſt.in cap.cum ſuper.de
ſepultur. vbi inquit, quod ſtatutum pro vna
eccleſia, tunc demum ius generale intelligi-
2 tur ſi in corpore iuris notatum ſit, & hoc eſt
non ſolum in eccleſia, ſed in qualibet alia
conſtitutione reali, vel perſonali, quæ in cor-
pore iuris inſerta ſit, quia facit ius commune
& generale, iuxta gl.diſtinct.19. in ſumma.
ergo non videtur eſſe ſpeciale in eccleſia.
Præterea tex.in §.hæc ergo.non videtur pro-
bare, quia Imperator ibi vlterius procedit, ita
diſponendo per viam extenſionis, ergo alias
ſecus videtur. ita argumentatur Dec.contra
Bald.in d.cap.1.de conſtit.num.33. in prima
lect. poſtea concludit, dictum Baldi ſaluari
poſſe, quando eſſemus in dubio, vt tunc fauo-
re eccleſiæ ius generale præſumatur, ſicut in
dubio in materia fauorabili præſumitur ius
reale, & non perſonale. gl.in l. forma.§.quan-
quam. ff. de cenſib. Bart.in l.pater filiæ. ff.de
ſeruit. legat. Et in effectu Dec. videtur con-
cordare cum Baldo, vt præſumatur conſtitu-
tio ius generale, dummodo non ſit expreſ-
ſum contrarium. & pro opinione Baldi facit,
quod ſtatutum in fauorem eccleſiæ particu-
laris, ſit ratione cultus diuini, quæ ratio mili-
tat in omnibus eccleſijs, ergo habet locum
eadem diſpoſitio. l.à Titia. ff. de verb. oblig.
perſona autem ſtatuens eſt Princeps, qui ha-
bet generalem iuriſdictionem, ergo intelli-
gitur ius generale. faciunt notata per Io. de
Platea in l. Grammaticos. C. profeſſoribus,
qui in Vrbe Conſtantinopolitana. lib.12. vbi
3 conceditur priuilegium comitiuæ dignitatis
illis, qui per viginti annos ſcientiam docue-
rint alios in vrbe Conſtantinopolitana. & ibi
quærit Ioann. de Platea, an priuilegium da-
tum Doctoribus legentibus in Vrbe Con-
ſtantinopolitana, habeat locum in legentibus
in alijs Ciuitatibus, & ex identitate rationis
idem determinat. Item facit gl.in l. 1. C. de
quib.muner.ſeu præſtation.nemini liceat ſe
excuſare. vbi tex. loquentem de Sclauonia,
extendit ad alia loca, & dicit fuiſſe poſitam
Sclauoniam, ſiue Illyriclam gratia exempli,
& ibi Io. de Plat. dicit, nota quod quæ ſta-
4 tuuntur de vno loco gratia exempli, trahun-
tur ad alia loca, in quibus militat eadem ra-
tio. l.1.§.& licet.ff.de iur.& fact.ignorant.l.
1.§.quod vulgo. ff.de iniurijs. Et ſic videtur,
quod nominatio eccleſiæ particularis, in du-
bio videtur poſita potius cauſa exēpli, quod
non arctat regulam, & procedit in ſimili, vt
patet in ſupradictis iuribus. Item faciunt no-
tata per Franc.Pegnam in diſputat.de aucto-
rit. Extrauag. in fin. Director. nu. 14. vbi ex
identitate rationis fauoris fidei concludit, ex-
5 trauagantes ſuper negocijs fidei directas ali-
quibus Inquiſitoribus, conſtitutis in quibuſ-
dam locis ſingularibus, eſſe leges generales,
& vbique ſeruandas. Præterea videtur bene
facere text.in d.§. hæc ergo. allegatus à Bal-
do, dum loquitur in eccleſijs Conſtantinopo-
litanis. nam illa extenſio non erat neceſſaria,
dum conſtitutio eſſet inſerta in corpore iuris,
niſi contrarium expreſſerit Imperator in illo
tãtum loco procedere, vt optimè probat tex.
cum ibi notatis per Ioan. de Plat. in l. neque
Dorotheum.C.de decurionib.lib.10. Ex quo
colligitur clara regula, quod lex particularis
inſerta in corpore iuris, niſi conſtet de con-
traria mente ſtatuentis ob ſingulare meritum
6 perſonarum. ſed fortè Imperator extendit ad
maiorem declarationem, vel ad tollendam
dubitationem, non quod ſit neceſſarium, vt
tradit Domin.in c. Priſcus. diſtinct.55.& ſe-
quitur Fel.in d.cap.1.de conſtit. ſuper n. 16.
& facit cap. 1. in fine de pœnis. Concluditur
itaque concluſionem Baldi eſſe veram, fun-
datam in ratione reuerentiæ debitæ Deo, ec-
cleſiæ, & ratione cultus diuini, qui cultus vi-
get in omnibus eccleſijs, & idem fauor eccle-
7 ſiarum. Item ſententia diffinitiua Principis
habet vim legis generalis.l.fin. C.de legibus.
quia militat vbique eadem ratio. & ex his eſt
expedita hæc quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis vt ſit, quæ requiran-
tur.*
2 *Donatio facta eccleſiæ cum reſeruatione vſuſ-
fructus in vita, an dicatur inter viuos, vel
cauſa mortis.*
3 *Donatio facta Eccleſiæ in caſu dubio, multò
magis præſumitur inter viuos, quam in
alijs.*
4 *Eccleſia eſt mater noſtra, in cuius fauorem
debemus facere pleniſſimam interpretatio-
nem.*

QVAESTIO 590.

Donatio facta Eccleſiæ in dubio, eius
fauore præſumitur inter viuos, non
cauſa mortis.

Sæpè

1 SAepè dubitatur, an aliqua donatio ſit cauſa mortis, vel inter viuos, quod multum refert. quia donatio inter viuos eſt irreuocabilis. l.fin.C.de reuocand. donat. Donatio verò cauſa mortis eſt reuocabilis. l. non omnis.ff.ſi certum petat. Concludunt tamen DD. quod vt intelligatur donatio cauſa mortis, duo requiruntur. Primum, mentio mortis per modum cauſæ finalis, quaſi quod mors ipſa inducat ad donandum (idq. etiam in dubio præſumitur) l.Seia. ff.de mortis cauſa donat. Secundum, quod donatio ſit collata in tempus mortis, vt per Clar. in §. donatio. q.4.& per Card. Mant. de coniect. vltimar. volunt. lib.1.tit.13. num.4. Id autem procedit niſi ex coniecturis aliud colligatur, nempè ſi donator cauſa mortis promiſerit donationem non reuocare. nam erit donatio inter viuos. l. vbi id donatur.ff.de donat.cauſa mortis. vel ſi facta eſt mentio mortis per modum dilationis. Bart.in d.l.vbi id donatur. idque intelligitur quando facta eſt in verbis quæ reſpiciunt exequutionem, non ſubſtantiam donationis. Alex.conſ.14.vol.1. Boer.deciſ. 353.& alias coniecturas refert Card. Mant. loc.citat. ad quem te remitto. Sed ponamus caſum dubium, qui contingit tempore Baldi, de quo mentionem facit in conſ. 29. & conſ. 107. vol. 2. quidam donauerat eccleſiæ omnia bona ſua pro anima ſua, & defunctorum ſuorum, reſeruato ſibi vſufructu, & habitatione domus in vita, & quod poſt mortem
2 ſuam liberè bona remaneant apud eccleſiam. fuit dubitatum, an iſta eſſet donatio inter viuos irreuocabilis, vel cauſa mortis. & quod ſit donatio cauſa mortis facit nam tunc dicitur quis cauſa mortis donare, quando vult ſe magis habere quam eum cui donat, & vult magis habere eum cui donat quam hæredem ſuum.l.1.ff.de donat.cauſ. mort.& hic videbatur caſus, quia donans voluit magis habere ſe in vita ſua, quam eccleſiam, cui donabat. ſit etiam mentio mortis, vt in d. l. Seia. Præterea per illa verba, poſt mortem remaneant, videbatur tota donatio ſuſpendi, & conferri in mortem. In contrarium, quod eſſet donatio inter viuos, faciebat quod in dubio præſumitur donatio inter viuos. d. l. Seia. Item videbatur facta mentio mortis, non per modum cauſæ finalis, ſed per modum cuiuſdam dilationis propter fructus medij temporis inſertæ. finalis enim cauſa fuit pro anima. Inſuper, illa verba remaneant, quæ videntur multum obſtare, debēt intelligi quod bona remaneant libera ab vſufructu reſeruato, non quod dominium rerum non fuerit translatum. reſeruatio etiam vſusfructus ſignificabat apud ipſum donatariū, dominium eſſe omnino tranſlatum, quia res ſua nemini ſeruit. Bald. in d. conſ. 29. dicit communiter teneri fuiſſe donationem cauſa mortis. ſed rationes in contrarium multum vrgere, deinde in conſ.107. videtur inclinare, quod ſit donatio inter viuos. & quod in hac re du-
3 bia id multo magis ſit præſumendum fauore eccleſiæ his verbis; hoc etiam ſuadet fauor eccleſiæ, fauor etiam animæ, vnde latiſſima interpretatio debet fieri. l.locum.in princ.ff. de vſufructu legato. l.ſunt perſonæ. ff.de religioſ. §.illud.in authen.conſtitutio quæ de dignit. Item inquit cum Eccleſia ſit mater noſtra, veriſimile eſt plenariè ei donatum.l.Aurelius. §.Titius teſtamento. ff.de liberat. donat.& hoc conſiderauit cap.dilecti.de donat.
4 Hæc Bal.quæ annotanda cenſui, vt in dubio eccleſiæ fauore & animæ, multò magis præſumatur donatio inter viuos, quam in alijs perſonis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia cur polluatur propter homicidium.*
2 *Infamia Canonica oritur ex peccato mortali.*
3 *Peccator patitur maximam capitis diminutionem.*
4 *Apices iuris non attenduntur vbi agitur de peccato.*
5 *Mulier poteſt eſſe procuratrix, vbi de periculo animæ agitur.*
6 *Spoliatus an reſtituatur ante omnia ſi vertitur animæ periculum.*
7 *Proceditur ad diffinitiuam lite non conteſtata vbi vertitur animæ periculum.*
8 *Extenſio fit etiam in materia pœnali vbi vertitur animæ periculum.*
9 *Edere quis cogitur arma contra ſe vbi agitur de periculo animæ.*
10 *Dilatio non currit vbi agitur de periculo animarum.*
11 *Excommunicatus auditur vbi verſatur animæ periculum.*
12 *Exequutor ad ſoluendum debita, poteſt ſoluere debita naturaliter tantum, cum agatur de iudicio animæ.*
13 *Iuramentum de non fideiubendo valet, niſi ſalus proximi periclitaretur.*
14 *Peccatores pœnitentes, ab Eccleſia ſingulariter commendantur, vide exēpla ibi, & fauores.*

Eligi

15 *Eligi in Prælatum, an potius debeat ille, qui nunquam peccauit, vel qui peccauit, & pænituit.*

QVAESTIO 591.

Eccleſiæ ſingularia circa correctionem peccatorum.

1 REſplendet magnopere pietas Eccleſiæ
circa deteſtationem peccatorum; vti-
tur enim ſingulari prudentia, & cautela, vt
peccata corrigantur. hinc ſolet quæri, quare
eccleſia cum ſit ſancta, polluatur ſanguinis,
vel ſeminis effuſione, & ex alijs cauſis, vt in
cap. propoſuiſti. de conſecratione eccleſiæ,
vel altaris. cum enim eccleſia ſit ſancta non
videtur poſſe pollui, cum ſancta coinquinari
non poſſint. c. veſtra. de cohabitatione cleri-
corum, & mulierum. Huic quæſtioni reſpon-
det Abb. in d. cap. propoſuiſti. quod eccleſia
in ſe non polluitur ex delicto hominum, ſed
reconciliatio fit ad terrorẽ, vt homines con-
ſiderantes quod ex facto atroci, ſancta qua-
ſi polluantur ita vt indigeant reconciliatio-
ne, inducantur ad cogitandum quantum
ſit elaborandum pro expiatione proprij pec-
cati. ex quo ſequitur quod vbi iſta fierent
occulte, non eſſet opus reconciliatione. vt ibi
per DD. quamuis vt mihi videtur, poſſet dici
quod eccleſia vere polluatur ex conſtitutione
eccleſiæ, quæ aufert priorem benedictionem,
& efficit illam quaſi locum prophanũ, & non
benedictum. Secundo ad deteſtationẽ peccati
eccleſia induxit infamiam canonicam, qua
quilibet peccator propter peccatum mortale
dicitur infamis de iure canonico. & iſta infa-
2 mia tollitur per pęnitentiam, ſed non illa quę
imponitur ipſo facto in aliquibus caſibus ex-
preſſis in iure per ſententiam. tex. eſt notabilis
in gl. c. 3. 6. q. 1. de qua infamia canonica mul-
ta traduntur à DD. in c. teſtimonium. de teſti-
bus. & quilibet mortaliter peccans dicitur
etiam maximam pati capitis diminutionem,
3 quia amittit ſanctam Ciuitatem Hieruſalem,
& libertatem cum ſeruus efficiatur peccati, &
de familia Dei tranſit ad familiam Diaboli.
Archid. in cap. ſeq. 2. q. 7. Item quod eſt ſin-
gulariter notandum, vbi agitur de peccato
euitando, & periculo animæ, non ſunt ad-
4 mittenda ea quæ ſunt de apicibus iuris. ita
Archid. communiter receptus in c. ſcriptum.
vbi quod in his in quibus verſatur periculum
animæ, puta de repetitione vſurarum, vel de
decimis, mulier poteſt eſſe procuratrix. quem
ſequitur Iacobin. de S. Georgio in l. alienum.
C. de procuratoribus. vbi quod iſta exceptio
5 tu non potes eſſe procurator, eſt de apicibus
iuris. & ibi etiam quæ ſunt de apicibus iuris
eijciuntur, quando in cauſa proceditur ſecun-
dum æquitatem. Bar. & alij in l. ſi fideiuſſor.
§. quædam. ff. mandati. & dicit notabiliter
Abb. in c. 1. de reſtit. ſpoliat. quod ſpoliatus
6 poteſt renunciare priuilegio ſuo, vt ante om-
nia reſtituatur, nec iudex debet ſupplere ex
officio. quod intelligitur niſi inueniat in reſti-
tutione periculum animarum. quo caſu etiam
non petenti poteſt reſtitutionem facere. c. 2.
& c. ex parte. de reſtit. ſpoliat. Item procedi-
7 tur ad diffinitiuam contra contumacem lite
non conteſtata. c. quoniam frequenter. §. por-
ro. vt lite non conteſt. Item vbi agitur de pec-
cato, & periculo animæ, fit extenſio in mate-
8 ria odioſa, & pœnali. Io. Andr. Abb. in cap. ex
tenore. qui fil. ſint legit. idem Abb. in c. quæ
ſicut de diuortio. Ant. in c. ad eminentiam. de
ſent. excommun. Bar. in auth. ſacramenta pu-
berum. Dec. late in cap. 1. de probat. quod eſt
contra regulam quod in pœnalibus non fit
extenſio. regula odia. de reg. iur. in 6. cum ſi-
milibus. Item vbi agitur de fauore animæ, te-
9 netur quis edere arma contra ſe. Ant. Felin.
Dec. c. 1. de probat. & auditur quis allegans
turpitudinem ſuam. gl. in c. inter dilectos. dę
10 dolo. Præterea, vbi imminet periculum ani-
marum, terminus præfixus ad aliquid facien-
dum, ſi labitur non præſtat impedimentum. c.
exceptionẽ. vbi Fel. de except. Inſuper vbi de
11 periculo animæ agitur, excõmunicatus audi-
tur ſemper agẽdo. Im. Fel. in c. ſignificauerũt.
de excep. In ſumma omnes apices iuris eijciũ-
tur ex mirabili matris eccleſiæ prudentia &
prouidentia. Itẽ executor ad ſoluendũ debita,
12 poteſt ſoluere debita naturalia tantum, cum
agatur de iudicio animę in quo debitũ ſit na-
turaliter aget ſicut naturaliter & ciuiliter. ita
Bal. in l. id quod pauperibus. n. 21. C. de Epiſ.
& Cler. Item iuramẽtum de non fideiubendo
valet, niſi ſalus proximi periclitaretur ex non
13 fideiuſſione, tunc non obligaret. Ant. Imol. in
c. cum quidam. de iureiur. E cõtra vero, non-
14 nulla ſingularia introduxit in fauorem pecca-
torum qui pœnitentiam egerunt, pro quibus
valde præſumit. c. ferrum. diſt. 50. ibi non er-
go debet deſpici quod fuit, quia iam incipit
eſſe quod non fuit. & multa alia, quæ cum
frequenter occurrant lectoribus ſacrorum,
& Doctorum, ea omitto. multa tradit Felin.

in capit. teſtimonium. de teſtibus. in illa quæſtione de teſte peccatore emendato. Abb. in cap. quintauallis. de iureiur. vbi agit de filia meretrice, quæ pœnitentiam agit, an poſſit à patre exhæredari. Bart. in l. prætor ait. §. is etiam. ff. de edendo. vbi tractat de vſurario qui deſijt eſſe talis, an poſſit vocari vſurarius, & teneatur edere arma contra ſe. iuxta Clement. 1. de vſuris. Vnum non omitto, quod ſingulariter tradit gloſ. in cap. fin. diſtinct. 63. quod in Prælatum potius eſt
15 eligendus ille qui peccauit, & pœnituit, quam ille qui nunquam peccauit. quam ſequuntur Abb. Dec. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudicijs. quod credo gloſ. dixiſſe vt ille Prælatus ſciat compati infirmitati laicorum. ſed an ſit verum cogitandum relinquo.

SVMMARIVM.

1 *Tempora diſtincta, & interpellata coniunguntur fauore Eccleſiæ, ſi debeant eſſe continua.*
2 *Verba generalia non inducunt diſpoſitionem.*
3 *Verba generalia, & adulatoria, fauore piæ cauſæ diſponunt.*
4 *Verba enunciatiua, fauore Eccleſiæ diſponunt.*

QVÆSTIO 592.

De legato facto Eccleſiæ ſub conditione, ſi per tres annos continuos aliquid fecerit, an debeatur ſi tempora non fuerunt continua.

1 HAec quæſtio eſt notabilis, nam à verbis teſtatoris non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de legat. 3. nihilominus fauore eccleſiæ, aut alterius piæ cauſæ, tempora interpolata coniunguntur, etiam non obſtante expreſſa voluntate teſtatoris. Ita tradit Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid. per tex. l. Paulus reſpondit. §. Caius. ff. de liber. cauſa. & l. fideicommiſſ. libertas. la prima. §. fin. ff. de fideicommiſſ. libertat. & ideo inquit, quod ſi fuerit aliquid legatum eccleſiæ, ſi continuis annis certum quid fecerit, conſequetur legatum ſi ex pluribus diuerſis ſeparatiſq. temporibus ſimul inuicem coniunctis, reſultet perfectum tempus, licet non fuerit continuum, ſequitur Anton. in cap. fin. de re iudic. Socin. in reg. 310. priuileg. 50. Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ priuil. 70. Sunt enim verba interpretanda in fauorem piæ cauſæ. Facit etiam, quod verba generalia non ſunt obligatoria, ſi aliquis dicat amico, omnia bona mea tua ſunt, vel de meis bonis facias quod tibi placuerit. vt eſt tex. in cap.
2 cum veniſſent. de inſtitut. & ibi Ioan. Andr. Anton. Card. Imol. Abb. tamen fauore piæ cauſæ diſponunt, vt ſi teſtator dicat ſeruo, ſcio quod tibi gratias referet filius meus, hæc verba vim habent relictæ libertatis, & cogendus eſt filius ſeruum manumittere. l. Paulus reſpondit. §. Paulus. ff. de fideicommiſſ. libert. per quem text. notat ibi. Bald. quod
3 verba adulatoria etiam ad oneratum relata inducunt diſpoſitionem fauore libertatis, & illum trahit ad omnem piam cauſam. Rom. in authent. ſimiliter. C. ad leg. falcid. Socin. 310. priuileg. 45. Tiraquell. de pia cauſa
4 priuil. 51. &c. Item verba enunciatiua propter alium emiſſa, fauore eccleſiæ probant. c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. vbi Abb. & omnes.

SVMMARIVM.

1 *Liber cenſualis Eccleſiæ, an probet dominium.*
2 *Liber cenſualis Eccleſiæ, an probet contra tertium.*
3 *Liber cenſualis Eccleſię, quod non habetur pro authentico adminiculatur dictis teſtium.*
4 *Liber Eccleſiæ dicitur conſeruari in archiuio publico, ſi conſeruatur in Camera Epiſcopi.*

QVAESTIO 593.

Liber cenſualis Eccleſiæ, an probet dominium.

1 QVæritur, an liber cenſualis eccleſiæ, ſiue regiſtrum, in quo ſunt deſcripti cenſus eccleſiæ, vel alij redditus, probent dominium eccleſiæ. in hac quæſtione recurrendum eſt ad diffusè notata per Felin. in cap. ad audientiam. de præſcript. cui certè nihil addi poteſt, & eſſet tranſcribere integra aliorum dicta. Nihilominus referam aliqua, in hac materia pertinentia ad eccleſiam. &
2 regula eſt quod liber eccleſiæ continens cenſuarios, & emphyteutas, & ſolutiones, non probat contra alios, ſed ſolum contra eccleſiam, & Canonicos, niſi eſſet conſuetudo quod haberetur pro authentico. ita Petr. de Anch. conſ. 39. ideſt de iuribus. Florian. in l. cenſus. ff. de probat. quem refert & ſequitur Fel. loco citato, dicit quod talis liber probat

plenè

Digitized by Google

plenè ſi conſeruatur inter alias ſcripturas pu-
blicas per officiales ad hoc deputatos. per
tex. in d. c. ad audientiam. Ludou. Rom. conſ.
127. poſito quod dominium. dicit, quod liber
cenſualis per ſe non probet ius eccleſiæ, niſi
tanto tempore fuiſſet in eo deſcripta annua
ſolutio, quod inducta eſſet præſumptiua pro-
batio iuris eccleſiaſtici contra ſoluentes. con-
tra tertium autem facit præſumptionem per
quam poteſt deferri iuramentum. & Bald. in l.
fin. C. ſine cenſu vel reliquis, dicit, quod ſi per
libros cenſuales apparet, quod ita conſuetum
eſt per decem annos, non eſt aliud inquiren-
dum. ad notata per eundem Bal. in l. ſi certis
annis. C. de pact. Matth. de Affl. dicit fuiſſe
in Conſilio Neapolitano dubitatum, quam
probationem faciat inuentarium antiquum,
vbi ſunt deſcripta bona eccleſiæ & iura, præ-
ſuppoſito quod conſtabat, quod ſemper in-
3 uentarium fuiſſet habitum pro authentico. &
fuit dictum, quod inuentarium adminiculatur
non ad plenam probationem faciendam, ſed
coadiuuabat dicta teſtium deponentium de
poſſeſſione eccleſiæ in cauſa illa poſſeſſorij.
Vnum eſt notandum in hac materia, quod li-
4 ber eccleſiæ ſiue regiſtrum, cenſetur conſer-
uari in archiuio ſi conſeruatur in Camera
Epiſcopi. ita Petr. de Anchar. & Abb. in d.
cap. ad audientiam. & hæc nota.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium de decimis percipiendis conceſſum Eccleſiæ, extenditur ad noualia.*

2 *Cap. ex parte de decimis plures intellectus referuntur.*

QVÆSTIO 594.

Priuilegium conceſſum Eccleſiæ ſuper decimis percipiendis, includit noualia, & ſecus eſt in alijs.

1 HAbetur in cap. ex parte. de decimis.
quod ſi concedatur priuilegium per-
ſonæ eccleſiaſticæ ratione eccleſiæ, cõprehen-
dit etiam noualia. de quo videbatur dubitan-
dum. per tex. in cap. tuã. il primo. eod. tit. vbi
determinatur oppoſitum, vt tale priuilegium
non extendatur ad noualia. quare DD. vario
modo nituntur concordare dicta iura. Aliqui
dicunt, quod in d. c. ex parte, eccleſia cui fue-
rat conceſſum hoc priuilegium, erat parochia
cui de iure communi debebantur decimæ, ſed
fuerat contra eam præſcriptum. Alij, quod di-
cta eccleſia habebat iuſpatronatus in dictis
parochijs. alij quod priuilegium erat de per-
cipiendo decimam integram, ſcilicet non ſo-
luta quarta Epiſcopo quæ ſibi de iure debe-
batur. c. conquerente. de offic. ord. Alij quod
illa verba parochiarum debent intelligi paro-
chianorum, vt quia eccleſia impetrauit deci-
mas ſuorum parochianorũ nam de iure com-
muni debebãtur eccleſię vbi erãt ſita prædia.
Sed prædictis intellectibus videtur obſtare
tex. in d. c. ex parte. dum redditur ratio, quod
cũ ſit conceſſum quod maius eſt, videtur con-
ceſsũ minus. & primus intellectus, quod quan
do erat pręſcriptum fiebat redditus ad ius cõ-
mune, & ſucceſſiue debeat fieri lata interpre-
tatio, multum placet Petr. de Anch. & faciunt
notata per Fel. in c. cum acceſſiſſet. de conſtit.
2 Nihilominus ſecũdum Abb. eſſet magna reſtri
ctio ad d. c. ex parte. qui text. ponit rationem
generalem. verior eſt opinio, quod in d. c. ex
parte. fuit facta conceſſio eccleſiaſticæ perſo-
næ nomine eccleſiæ. ſed in cap. tuo fuit facta
alijs. & hanc opinionem tenet Abb. in d. c. ex
parte. pro qua etiam adducit tex. in c. ad au-
dientiam. de decimis. & eſt magis communis
opinio, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio alias odioſa & reſtringenda, fauore Eccleſiæ latè interpretanda.*

2 *Diſpenſatus ad vnicum beneficium, non poteſt illud permutare ſine noua diſpenſatione.*

QVAESTIO 595.

Diſpenſatio alias odioſa & reſtringenda, fauore Eccleſiæ latè interpretanda.

1 TRadit Hoſt. in cap. cum ſuper. de cauſa
poſſeſſ. & propriet. quod diſpenſatio
ſuper pluralitate beneficiorũ, eſt odioſa & re-
ſtringenda, vt latius per eum. nihilominus no- 2
tanda eſt ſingularis limitatio quã ponit Abb.
ibi, vt dictum Innoc. procedat quando diſpen-
ſatio ſit fauore perſonæ, ſecus ſi fiat fauore
eccleſiæ. pro qua etiam facit, quia vt diximus
in alia quæſtione, quandoque fauore eccleſię
diſpenſatio eſt debita. c. vt conſtituerentur &
c. Domino Sancto. diſt. 50. & ſemper diſpen-
ſatio eſt odioſa. c. 1. de filijs presbyterorum in
6. vbi illegitimus diſpenſatus ad vnum bene-
ficium ſimplex vt ibi, non poteſt illud permu-

2 tare.iux.omnes in d.textu & Fel. ponit regulam generalem in c. poſtulaſti. de reſcript.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiarum fines præſcribi non poſſunt.*
2 *Adhærentia limitibus Eccleſiarum præſcribi non poſſunt, & quæ dicantur.*
3 *Epiſcopus vnus, an præſcribat iura Epiſcopalia in alterius Diæceſi.*

QVAESTIO 595.
Eccleſiarum fines præſcribi nõ poſſunt.

1 DVbitant DD. an confinia terrarum, & prouinciarum præſcribi poſſunt, & limites dignitatum, vt Ducatus, Comitatus.& aliqui negant, alij dicunt contrarium ſeruari, vt eſt videre apud DD. in l. agros. C. de fundis limitrophis. lib. 10. & in cap. imperialem. §. præterea. de prohib. feud. alienat. per Feder. in eccleſia autem eſt abſolutum quod fines parochiarum, & Epiſcopatum præſcribi non poſſunt, neque illis cohærentia. textus eſt in capit. ſuper eo. de parochijs. & ibi Gloſ. & DD. Id autem procedit vbi legitimè probatur diſtinctio confinium, ſecus ſi eſſent confuſi. nam vbi non conſtat legitimè de finibus valet præſcriptio, vt colligitur ex illo textu ibi, legitima probatione. & ita teneat Anton.Imol. Abb. & communis An autem excludatur præſcriptio immemorabilis, ſunt opiniones. Abb. dicit excludi cum textus loquatur generaliter, ergo procedit in omni præſcriptione, cum titulo vel ſine titulo, ſiue per tempus de cuius initio non eſt memoria. nam indefinita æquipollet vniuerſali. capit. vt circa. de electione in 6. Contrarium tenet Franciſcus Curtius conſil. 56. incip. ſuper eo. vbi quod limites Epiſcopatuum præſcribuntur ſpatio temporis cuius initij memoria non exiſtit. cum talis præſcri-
2 ptio nunquam cenſeatur excluſa. ſequitur Apoſtill. ad Abb. Adhærentia vero limitibus ſunt impræſcriptibilia, ſcilicet tantum ea quæ cohærent principaliter.verbi gratia prope limites eſt prædium ampliſſimum, certe non intelligitur quod totum prædium ſit impræſcriptibile, ſed tantum illa pars quæ principaliter cohæret confinibus. & ideo dicit Io. Andr. non poſſe in hoc tradi certam regulam, ſed boni iudicis arbitrio eſſe remittendũ.multa enim magis deprehenduntur oſtenſione, quam aliqua eloquutione. cap. Apoſtolicæ. de donat.l.ratum. ff.de ſolut. Imola Abb. Ant. & alij in d.c.ſuper eo. Poſſet tamen vnus Epiſcopus præſcribere ius Epiſcopale
3 intra limites alterius Epiſcopatus cum titulo, vel tempore immemorabili. arg. cap. primi. de præſcript.in 6. ita tenet gl.in cap.licet. 16.q.3. & Abb. in d.cap. ſuper eo poſt alios. vbi ponit exemplum de Epiſcopo Feſulano, qui habebat in Ciuitate Florentina vnam eccleſiam ſibi ſubiectam cum toto populo illius. de quo latius per DD. in dicto cap. ſuper eo.

SVMMARIVM.

1 *Serui manumiſſi, propter ingratitudinem non reuocantur in ſeruitutem.*
2 *Serui Eccleſiæ manumiſſi, propter ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem.*

QVÆSTIO 596.
Serui Eccleſiæ manumiſſi, propter ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem, quod ſecus eſt in priuatis.

1 TExtus eſt in l.ſeruis.C.de Epiſc.& cler. & ibi DD. tenent, quod ſeruus manumiſſus à priuato,propter ingratitudinem non reuocatur in ſeruitutem, hoc tamen
2 fallit in ſeruis Eccleſiæ, vt propter ingratitudinem reuocentur. textus eſt notabilis in cap. qui ex familijs. & ibi gloſ. diſtinct. 54. cap. octaua. 12. quæſt. 2. & cap. Diaconi.

SVMMARIVM.

1 *Principalis an teneatur reuelare, quando fiunt monitoria ad finem reuelationis.*
2 *Poſitiones non fiunt in criminalibus, & quare.*
3 *Animæ fauore, tenetur quis adere arma contra ſe.*

QVAESTIO 597.
An Eccleſia compellat principalem ad reuelandum, quando facit monitoria ſub pœna excommunicationis ad finem reuelationis.

1 FRequens iſta quæſtio in iudicio eccleſiaſtico, & magni momenti,cum ex non reue-

reuelatione poſſet ſequi magna iactura bonorū. & videtur quod principalis non teneatur reuelare, quia nemo tenetur ſe prodere. c.non dico tibi de pœniten. diſt. 1. & hac ratione multi tenent, principalem nō teneri reuelare, ſed tantum reſtituere. In contrarium eſt veritas, quod in cauſa ciuili principalis tenetur non ſolum reſtituere rem quam detinet cum peccato, ſed etiam reuelare ſe habere, vel habuiſſe rem. per tex. apertum in c. 1. & 2. de
2 confeſſis in 6. vbi reus tenetur reſpondere poſitionibus actoris, quæ fiũt ad releuandum ipſum actorem ab onere probandi per confeſſionem aduerſarij. & poteſt compelli iuramento, vt ibi habetur per omnes, & ſucceſſiue cenſuris, vt ibi etiam notatur. & regula quod qui poteſt compelli ad deponendum in iudicio iuramento, poteſt etiam compelli cenſuris propter peccatum mortale. c. nouit. de iudicijs. Silu. nupt. in verbo monir. Philip. Prob. ſuper Ioannem Monac. in c. 2. de conſt. in 6. Nauar. in c. inter verba. 11. q. 6. coroll. 66. & ſic habemus caſum expreſſum in iure, quod ad fundandam intentionem actoris, tenetur aduerſarius deponere veritatem. Non obſtat quod nemo tenetur ſe prodere, quia id procedit in criminalibus, niſi à iudice legitimè interrogetur præcedentibus indicijs, & ideo poſitiones non fiunt in criminalibus, quia nemo tenetur ſe prodere. ita tradit Gl. in d. cap. 2. de confeſſis in 6. ſed in cauſa ciuili aliud eſt. tenetur enim reſpondere. Et iſta monitoria non conceduntur, niſi in cauſis ciuilibus. & hæc ſunt notanda, quæ multum vtilia. quia licet ſecundū aliquos principalis poſſit compelli ad reſtituendam, quod eſt plus, tamen poterit dari caſus quod principalis non poſſideat rem de qua agitur, ſed poſſederit, & deinde alienauerit, vel ex alia cauſa non poſſit ad præſens reſtituere. Vnde valde intereſt actoris habere veritatem per confeſſionem ad eius cautelam, & conſequendum ius ſuum omni meliori modo. facit, quod fauore animæ, vt exeat quis à peccato
2 poteſt compelli cenſuris, ad edendum arma, & ſcripturas contra ſe, contra regulam iuris. Ant. Abb. Imol. & omnes in c. 1. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non retractatur prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum.*

2 *Sententia fauore Eccleſiæ, an retractetur per inſtrumenta nouiter reperta.*

3 *Sententia fauore reipublicæ, & minorum retractatur per inſtrumenta nouiter reperta.*

QVAESTIO 598.

Sententia lata contra Eccleſiam, an retractetur per inſtrumenta nouiter reperta.

1 QVæſtio iſta eſt notabilis, & videtur affirmatiuè in fauorem eccleſiæ reſpondendum. licet enim regula ſit, quod ſententia non retractatur per inſtrumenta nouiter reperta, niſi ſit lata vigore iuramenti iudicialis. l. admonendi. ff de iura. c. inter monaſterium. & c. ſuborta. de re iud. tamen iſta 1
regula fallit in republica, & in minore, quæ perſonæ poſſunt venire contra ſententiā cum inſtrumentis nouiter repertis. vt tradunt Ant. 1
Abb. Felin. & omnes in d. c. ſuborta. & clarum eſt eccleſiam gaudere omnibus priuilegijs reipublicæ, & minorum. l. fin. C. de ſacroſan. eccl. cap. 1. & cap. audic. de in integrum reſtit. In contrarium faciunt dicta iura, in cap. inter monaſterium, & ſuborta, in quibus ſententia erat lata contra eccleſiam, & Papa re-
2 ſpondet, non debere retractari per inſtrumenta nouiter reperta. Vnde Abb. & Fel. in d. c. ſuborta. tenent non retractari per viam indignationis, ſed bene per viam reſtitutionis in integrum, idque multum refert. Nam reſtitutio in integrum poteſt quod triennium peri non poteſt cap. 1. & 2. de reſtitutione in integrum in 6. Et certè videtur res animaduerſione digna, quod tale priuilegium compe-
3 tat reipublicæ, & minoribus, & non eccleſiæ, niſi dicas, quod in dictis iuribus erat lis inter duas eccleſias, & Papa abſque mentione priuilegij voluerit æqualiter inter eas ſeruari regulam de ſententia non retractanda prætextu nouorum inſtrumentorum repertorum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ex inſtrumento producta in iudicio inſtrumento reprobato corruit.*

2 *Confeſſio orta ex inſtrumento producto in iudicio, ſi reprobatur inſtrumentum, non corruit fauore Eccleſiæ.*

QVAESTIO 599.

De confeſſione orta ex inſtrumento producto in iudicio, non nocente eccleſiæ.

1 Clarum eſt, quod ſi inſtrumentum producitur in iudicio, ſi poſtea reprobatur confeſſio orta ex tali productione, corruit. ita Abb. in cap. cum venerabilis. de except. & alij. Id tamen recipit plures limitationes, vt per Abb. & Felin. & alios ibi. inter alias quando productum eſt Inſtrumentum falſum ſcienter. quia confeſſio non corruit, etiam reprobato inſtrumento. niſi producens, eſſet procurator eccleſię cuius delictum non nocet illi. reg. delictum. de reg. iur. in 6. Abb. Felin. in d. cap. cum venerabilis.

2

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſi admiſit exceptiones contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, an debeat ſuper illis pronunciare.*

2 *Sententiæ non poſſunt partes renunciare tranſigendo.*

3 *Sententia, quando apparet notoriè iniuſtitia, non eſt exequutioni demandanda.*

4 *Exequutor merus, debet retardare exequutionem ob notoriam exceptionem.*

QVAESTIO 600.

An in foro Eccleſiaſtico ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſſit retractari prætextu iniuſtitiæ notoriæ.

1 Notabilis eſt iſta quæſtio, & valde vtilis, an iudex poſſit admittere exceptiones contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſub prætextu notoriæ iniuſtitiæ. DD. tenent, quod non debent eas admittere. ſed ſi de facto admiſit, an poſſit pronũciare contra exequutionẽ ſententiæ. Bart. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. negat. & pro hac opinione facit, quod ſententia contra nominationẽ, non valet. l. ciues. C. de appell. ergo non poteſt fieri contra primam ſententiam. neque partes poſ-

2

ſunt renunciare ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam. l. ſi aduerſa. C. de re iud. Contrariam opinionem tenet Innoc. in c. fraternitatis. de frigid. & malef. Gl. in c. cum contingat. de off. deleg. in verbo nihilominus. & ibi Abb. & Felin. Ant. Abb. Imol. in c. quoniam. contra de probat. Innoc. in c. cum dilecta. de reſcript. & in c. cum Bertold. de re iud. Et hæc opinio eſt æquior communior, & verior. quia vbi agitur de peccato, quod præcipue ſacri Canones deteſtantur, & in materia peccati, non eſt curandi de apicibus iuris. c. duæ. 19. q. 2. Archid. in c. ſcriptum. 6. q. 3. Itaque hæc opinio præcipuè ſeruanda eſt, in foro eccleſiaſtico, quod ſemper vtitur canonica æquitate, quæ reſpuit facti veritatẽ, & non iuris ſubtilitatem. c. cum dilecti. de donat. Non obſtat opinio Bar. quia procedit, quando iudex admiſit exceptiones, cum proteſtatione ſi de iure deberent admitti, & non aliter. quia tunc iudex non arctatur ſuper eis pronunciare. & ideo poterit ſuperſedere circa exequutionẽ, & aliter non pronunciare. vt ibi per Bart. & ſequitur Abb. in d. c. cum contingat. Neque

3 obſtat, quod ſententia facit notorium. quia ſententia facit notorium præſumptione, ſed nos loquimur in notorio verè probationis. vt tradit Fel. in d. c. cum contingat. Neque etiam obſtat, quod partes non poſſunt renunciare ſententiæ quæ tranſiuit in rem iudicatam, quia hoc verum eſt tranſigendo, ſed per pactum bene poſſunt. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. pulchrè Felin. in d. c. cum contingat. Hanc quæſtionem poſui, quia nititur magna æquitate, quæ præcipuè ſeruanda eſt in foro eccleſiaſtico, & tractatur de damno proximi vitando, ac peccato. dicit etiam Abb.

4 quod etiam merus exequutor, qui non poteſt admittere aliquam exceptionem, debet retardare ſententiam in exequendo, quando excepta quæ apponuntur non euitentur. ita tradit in c. de cætero. de re iud. & ibi Fel. latè quas exceptiones debet admittere exequutor.

XXI. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Cedens iura ſua potentiori, perdidit debitum.*

2 *Eccleſia cedens iura ſua potentiori, non perdit debitum.*

QVÆSTIO 601.

De Eccleſia cedente actiones potentiori, quod non perdat ius ſuum.

1 Clarum eſt, quod cedens actiones potentiori, ad obtinendum eius patrocinium

nium, perdidit debitum. l.1.&2. C.ne liceat potentiori.cap.2. de alienatione iud.mutan. Hoc autem ſingulariter limitatur in eccleſia, quæ videns rem ſuam ab aliquo potenti poſſideri, cum per ſe ipſa recuperare non poſſit licitè cedit illam potentiori, cuius patrocinio ſequatur recuperatio, nec incidit in aliquam pœnam. ita ſingulariter habetur in cap.2. de feud.notat Rom.in l.ſi vero. §.de viro.fallentia decima.ff.ſolut.matrim.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia ſoluta poſteriori creditori, ac & conſumpta, an repetatur per antiquiorem debitorem.*

2 *Eccleſia, an repetat pecuniam ſolutam poſteriori creditori, & conſumptam.*

QVAESTIO 602.

An Eccleſia repetat pecuniam ſolutam poſteriori creditori, & conſumptam.

1 MAgna eſt altercatio inter DD. an antiquior creditor recuperet pecuniam ſolutam poſteriori creditori, qui fuit magis ſollicitus, & euigilans in exigendo. & magis communiter tenetur quod non. per text. in l. pupill. §.quæ in fraud. creditoris. vbi redditur ratio, quia vigilantibus,& non dormientibus & negligentibus, ius commune ſcriptum eſt. tradit latè Affl.in deciſ.190.vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in Conſilio Neapolitano. Hoc autem limitatur in eccleſia ex quo, eſt perſona priuilegiata, quæ gaudet omnibus priuilegijs fiſci. l.fin. C. de ſacroſanct.eccleſ. Dec.late in cap.de probationibus. & nos probauimus in alia quæſtione. fiſcus autem gau-
2 det hoc priuilegio. l. pecuniam,& alijs priuilegiatis. tradit Gloſ. in d.l.pecuniam. Capic. deciſ.78. & eccleſia gaudet omnibus legibus minorum. cap.1. & c. audit. de integr.reſtit. & ibi omnes.

SVMMARIVM.

1 *Libertatis fauore, proceditur ad diffinitiuam ante litis conteſtationem.*

2 *Eccleſia vbi agitur de ſtatu, recipiantur teſtes lite non conteſtata.*

QVAESTIO 603.

An fauore Eccleſiæ poſſint teſtes recipi lite non conteſtata, & procedi ad ſententiam diffinitiuam, quando agitur de ſtatu Eccleſiæ.

1 FAuore libertatis, non eſt dubium quod teſtes poſſint recipi lite non conteſtata, & procedi ad ſententiam diffinitiuam. Gloſ. Abb. Felin. in cap.cum olim.de teſtibus. Bar. in l.ſi finita.§.Iulian.de damn. infecto.&in l. ſi prius.ff.de oper.nou.nunc. Bal.& Salic.in authent. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæreditate abſtineat. ſed an id procedit in eccleſia. dicendum quod ſic, ex doctrina Bald.in l.1. ad finem. C. de teſt. vbi dicit, quod id procedit
2 non ſolum quando agitur de ſtatu hominis, ſed etiam quando agitur de ſtatu eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Bona Confraternitatum, an poſſint alienari ſine ſolemnitatibus.*

2 *Extrauagans Pauli Secundi de rebus Eccleſijs non alienandis, extenditur ad omnia loca pia.*

QVÆSTIO 604.

De bonis Confraternitatum, an poſſint alienari ſine ſolemnitate.

1 BAld.in auth. hoc ius porrectum. C.de ſacroſan. eccl. tenuit bona Confraternitatum poſſe alienari ſine ſolemnitate, & aſſenſu Apoſtolico. quem ſequuntur Pariſ. conſil. 34.lib.3. Felin.in c.de quarta. de præſcript. Menoch. conſ.635.lib.6. Io. Franc.de Pont.conſ.18. & quidam alij. quia iſtæ Confraternitates non dicuntur propriè pia loca. 1
In contrarium facit quod Extrauag. ambi-
2 tioſæ. de rebus eccleſiæ non alienandis extenditur ad omnia pia loca.quibus etiam datur reſtitutio in integrum ſicut eccleſiæ, & alia priuilegia. Abb.in c.nulli.de rebus eccleſiæ non alien. Redoan. de reb.eccl.non alien. in rubric.an appellatione rei eccleſiaſticæ veniant loca pia, & Confraternitates ſunt pia loca, quando ſunt erectæ auctoritate Epiſcopi. iux. omnes. C. ad hæc.de relig.domib. 2
opinio ergo Bald. procedit, quando Confraternitates non ſunt fundatæ auctoritate Epiſcopi, vt latiſſime probat Valaſc.conſ.105. Dominus meus Stephanus Gratianus Iure Conſultus celeberrimus in ſuis diſceptationibus

bus forenſis cap. 517. vbi multa adducit, ad quem te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Colonus non ſoluens decimas Eccleſiæ, non poteſt petere remiſſionem mercedis ob ſterilitatem.*

QVÆSTIO 605.

De mercede non remittenda colono, qui non ſoluit decimas ob ſterilitatem.

1 CLarum eſt, quod propter ſterilitatem fit remiſſio mercedis. C.ſi propter ſterilitatem. de locat. eſt tamen menti tenendum, quod ſi colonus non ſoluit decimas eccleſię, ſi patitur ſterilitatem ſibi imputabitur, & tenebitur ſoluere Domino totum abſque deductione, & remiſſione, quia inter alias pęnas non ſoluentium decimas ſterilitas. cap. reuertimini. 16. q. 1. ita Lap. Franc. in cap. 1. de decimis. in 6.

SVMMARIVM.

1 *A iure communi non receditur propter perſonam, ſed propter Eccleſiam.*

2 *Auguſtinus quomodo viuente Epiſcopo Hipponenſi fuerit factus Epiſcopus.*

QVÆSTIO 606.

A iure communi non receditur propter perſonam, ſed propter Eccleſiam.

1 COncluſio eſt, quod propter perſonam non receditur à regulis generalibus iuris communis. cap. moramur. diſtin. 61. & ibi pulchrè Gloſ. ſed propter eccleſiam immutatur ius commune. c. vnico. §. verum. & ibi Arch. & Franc. de Clerico ægrotante in 6. vbi ad euitandum damnum eccleſiæ Papa recedit à regulis generalibus. ſic etiam propter vtilitatem eccleſiæ receditur à ſtatutis gene-
2 ralibus. fuit enim Auguſtinus, Palererio Epiſcopo Hipponenſi Eccleſiæ viuo, & incolumi poſtulanti, Coepiſcopus factus. de cuius electione lætitia magna orta eſt, quod Africana Eccleſia talem meruerit habere paſtorem. ita habetur in cap. autem. 7. q. 3. & ibi Gl. in verb. nou. iur.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, an debeatur filio Iudæi, conuerſo ad fidem in vita patris.*

2 *Iudæus tenetur præſtare alimenta filio conuerſo ad fidem, & dotare filiam.*

QVAESTIO 607.

An fauore Eccleſiæ filius Iudæi baptizatus, mereatur ſibi aſſignari legitimam in vita patris.

1 REgula eſt, quod filius non poteſt petere legitimã in vita patris. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonor. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. Nihilominus filius Iudæi conuerſus ad fidem, ob tam virtuoſam actionem poteſt petere legitimam in vita patris. ita magis communiter tenet Io. Andr. in cap. 2. de delictis puerorum. Imol. plene in c. Raynutius. de reſtam. Marq. in tract. de Iu-
2 dæis. q. 3. c. 6. & pater tenetur dare alimenta filio conuerſo ad fidem, & dotare filiam conuerſam. Salic. in l. cognouimus. C. de hæred. Bal. in l. mater. C. de iure dotium. & licet Fel. dicat non probari ſufficienter, deberi legitimam in vita patris, tamen communem opinionem ſequitur. meretur enim tam dignum opus talem prorogatiuã &c. fauore eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de non acceptando Epiſcopatum valet.*

2 *Iuramentum de non acceptando Epiſcopatum non eſt ſeruandum, quando verteretur damnum Eccleſiæ.*

QVAESTIO 608.

De iuramento de non acceptando Epiſcopatum, an liget in damnum Eccleſiæ.

1 INquit D. Greg. in c. Archid. diſt. 85. quod qui iurauit non acceptare Epiſcopatum, tenetur iuramentum ſeruare. & omiſſis multis quæ dici poſſent, concluſio DD. eſt quod tale iuramentum debet intelligi niſi à ſuperiori arctaretur, vel neceſſitas eccleſiæ adeſſet. nęque ſi fuerit vir apprime doctus, & neceſſitati
2 eccleſiæ non bene per alium conſuli poſſet conſiderata perſonæ habilitate, & circumſtantijs

ſtantijs, tunc tale iuramentum non eſt ſeruandum, ita poſt alios, Cardinalis de Turrecremat. & Cardinalis Alexandrinus in d. c. Archidiac. quod nota pro aliquibus qui præſtant tale iuramentum, quomodo ſit intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Licentiatus, an habeatur pro doctore.*
2 *Licentiatus ab Eccleſia, multum honoratur.*
3 *Populares honeſtiores, non puniuntur pœnis plebeorum.*

QVAESTIO 609.

De licentiato, an habeatur pro Doctore ab Eccleſia.

1 Magna eſt altercatio inter DD. an licentiatus habeatur pro Doctore, & dignitatem adipiſcatur, aliaque priuilegia Doctoris, & ſcribêtes variè dixerunt. Aliqui, quod habeatur pro Doctore, ita quod præferatur etiam Doctorato poſt eius licentiam. Ang. in §. quædam. inſtit. de act. Soc. Dec. in l. cum quid. ff. ſi cert. per. Alij dixerunt, in fauo-
2 rabilibus appellatione Doctoris venire licentiatum, in odioſis ſecus. Imol. & Dom. in proœmio ſexti. magis communis opinio eſt, quod licentiatus nullam habeat dignitatem. Card. in Clem. 2. quæſt. 2. de magiſtris. Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre. Alciat. qui alios congerit in regula prima præſumptionum præſumpt. 45. & quod nullo modo præferatur Doctorato. poſt eum Rebuff. in l. 1. C. de conſulibus. lib. 12. Felin. late in rubr. de maioritate, & obedienria. Alciat. loco cit. & alij, quia conſiderandus eſt finis perfectionis non principium. arg. l. ſi quis à multis. ff. de noxal. ltē, quod nullo modo habetur pro Doctore in his in quibus requiritur pro forma, quod ſit Doctor, videlicet in actibus Doctoralibus. Fulgoſ. in l. bene a Zenone. C. de quadrienn. præſcript. Rebuff. in tract. de priuil. ſcholar. priuil. 49. Vinc. de Franch. deciſ. 111. vbi refert fuiſſe deciſum in Conſilio Neapolitano filium plebei licentiatum in iure, ob graue delictum fuiſſe furcis ſuſpenſum more ignobilium, & fuiſſe concluſum, licentiatum non habere dignitatem quemadmodum Doctorem, qui pœnis plebeorum non affligitur ob dignitatem. hæc omnia à DD. magis communiter tenentur. Neque obſtat tex. in l. penult. ff. de teſtam. militari. vbi proxime cingendus habetur pro cincto. quia ibi aderat iuſſus poteſtatem habentis vt quis cingeretur. vt dicit Bart. in l. præcedenti dictam l. penult. Nihilominus Sac. Conc. Trid. multum fauet licentiatis, & ad conſequendas dignitates, Doctorem & licentiatum æquiparat. vt in cap. 12. ſeſſ. 24. de reformat. vbi Archidiaconatus dignitatem mandat conferri Doctori, vel licentiato. Item in cap. 16. eadem ſeſſ. mandat Vicarium Capituli ſede vacante debere eſſe Doctorem, vel licentiatum. & dignitas eſt habere munus iudicandi, & iuriſdictionem cum adminiſtratione. Bar. in 1. conſtitut. digeſtorum. §. fin. & in auth. habita. C. ne filius pro patre. Archid. in cap. 1. de conſuetudine in 6. Tiraquell. de nobilitate c. 28. num. 2. ſatis abundè. & propterea ab eccleſia, quæ principaliter reſpicit merita perſonarū. cap. Epiſcopus. 41. diſt. c. de multa. de præb. cum ſimilibus, debet eſſe licentiatus in magna conſideratione. Et quamuis licentiatus ſecundum ferè omnes, ſtrictè non dicatur habere dignitatem, non poteſt negari quin inter honeſtiores perſonas Populi connumerari debeat ob meritum ſcientiæ, & ideo non
3 poſſit puniri pœnis plebeorum. vt tradit Bar. communiter receptus in l. capitalium. §. ſerui cæſi. ff. de pœnis. & quod licentiati excuſentur etiam ab onere cuſtodiendi Ciuitatem ſeu portas Ciuitatis, etiam tempore peſtis, tradit pulchrè Rip. de peſte. de remedijs ad conſeruandam vbertatem. num. 219.

SVMMARIVM.

1 *Seniores an præferantur iunioribus in votando, in ſententijs, & congregationibus.*
2 *Seniores Eccleſiaſtici prius admittuntur ad vota, quam iuniores.*

QVAESTIO 610.

Eccleſia an in ſententijs proferendis, & congregationibus, prius requirat vota ſeniorum, quam iuniorum.

1 Frequens eſt iſta quæſtio, & magis communis opinio eſt, quod ſeniores, & magis experti, ante alios loquantur, dent vota, & reſpondeant, per text. in l. 1. §. in ſententijs. ff. de albo ſcribendo. & in l. ſecunda. C. de præfecto prætorio. lib. 12. Innoc. Bald. Abb.

Abb.& alij in cap.1.de maiorit.& obed. facit illud Eccleſ. 32. Loquere maior natu, decet enim te primum verbum. & multi id tenent, quos refert Tiraq.in tract.de iure primog. in præfat.num.112.Contrarium tenet Nicol.de Lyra ſuper Exodo cap.23.in gloſ.in verb.nec iudicio. dicit enim quod debet incipi ab illis qui ſunt minoris auctoritatis, & vltimo à maioribus, ne minores formident declinare à ſententia maiorum,quod ſequi poſſet, ſi maiores primo dicerent. & ita dicit ſeruari per Theologos.& hanc opinionem ſequitur Conſil. Reg. Neap. quod Conſiliatius qui poſterior ingreditur,primo dat votum poſt delegatum cauſæ,nec attēditur quod alius ſit prior, aut ſtatu, aut ſanctitate exemplo S. Iacobi Minoris,qui vt traditur, fuit maior ætate, ſed quia intrauit in Apoſtolatum poſt Iacobum qui fuit minor ætate, dicitur minor. Tiraq. etiam loco citato alia ad id adducit. Mihi vero videtur non eſſe recedendum à priori, & magis communi opinione,quod ſeniores primo dent votum. præcipuè in tribunalibus ſupremis,ad quorum regimen nemo aſſumitur, niſi fuerit virtute,& experientia valde probatus per diuerſa officia,in quibus fuerunt exercitati. qua ratione præſumuntur non timere ſententiam proferre aduerſus ſeniores. Pro hac opinione facit text.in cap.Epiſcopos. 17. diſt. vbi in Conc. Prouinciali,Epiſcopi primo ordinati, non attenta nobilitate, vel antiquitate eccleſiarum, præferuntur alijs in votando, ſubſcribendo, ſedendo, & alijs actibus Concilij. idem in Concilijs generalibus, & in Conciſtorio Summi Pontificis ſeruari teſtatur Card. Alexandrinus in d. cap. Epiſcopos. & optima ratione, quia non ſolent aſſumi ad dicta officia, niſi homines probati ſcientia, virtute, & experientia. & idem ego dicerem in Conſilio Neapolitano. non enim fiunt Conſiliarij niſi Aduocati doctiſſimi, & alij, qui diuerſis officijs functi ſunt. facit etiam ratio naturalis, quod minores informantur à ſenioribus propter eorum maiorem experientiam.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia eſt habenda in honore.*

2 *Pollutio Eccleſiæ an probetur per vnicum teſtem.*

3 *Eccleſia reconciliatur, licet ſanctus in ea occidatur.*

QVÆSTIO 611.

Eccleſia eſt in maximo honore habenda.

1 Dicit text.in cap. parſimoniam. diſt. 42. Eccleſiam habēdam eſſe in magno honore. & ideo dicit ibi Bellamera,quod vni teſti,dicenti eccleſiam eſſe pollutam, non eſt credendum,niſi eſſet perſona magnæ auctoritatis.cap.nobiliſſimus.diſt.94. ſed debet pollutio plene probari,Sequitur Card. Alexand. ibi. facit etiam, quod licet eccleſia videatur ſanctificari,& conſecrari per mortem alicuius Sancti, vt dicitur in cap.fundamenta. de electione.in 6.tamē propter iniurioſam actionem homicidæ polluitur eccleſia, iuxta illud, actio diſplicuit paſſio grata fuit, locus tamen ſanguinis martyris non lau abitur.ita Gloſ.communiter recepta in cap. vnico.de conſecratione eccleſiæ, vel altaris, lib. 6.

(margin numbers beside the paragraph: 2 at "ſti,dicenti", 3 at "ſanctificari")

SVMMARIVM.

1 *Canonici Eccleſiæ Cathedralis præſumuntur periti.*

2 *Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, ſi ſit peritior Canonico Eccleſiæ Cathedralis, an poſſit eſſe delegatus.*

3 *Locus facit præſumi, quem eſſe magis peritum, & virtuoſum.*

4 *Ciuis mediocris nobiliſſimæ Ciuitatis, an ſit dignior nobilibus mediocris Ciuitatis.*

QVÆSTIO 612.

Eccleſiæ Cathedralis dignitas operatur, vt eius Canonici præſumantur periti, & poſſint eis cauſæ delegari.

1 IN cap. ſtatutum. de reſcript. in 6. habetur, cauſas ab Apoſtolica Sede eſſe committendas habentibus dignitatem, perſonatum,vel Canonicis eccleſiæ Cathedralis. & ibi dicit Gloſ.in verbo, Canonicis. quod pro dignitate, & loco præſumitur vt quis ſit peritus. idque eſt adeo verum,quod dato quod
2 Canonicus eccleſiæ Collegiatæ, eſſet peritior Canonico eccleſiæ Cathedralis, non poſſet eſſe delegatus. ita Io. Andr. Francus in d. c. ſtat. vbi etiam dicunt, quod Canonicus eccleſiæ Cathedralis, non poſſet recuſari vt ſuſpectus ratione imperitiæ, quia præſumitur
3 peritia, & non admittitur probatio in contrarium,

rium, & poſſet fieri prouiſio de aſſeſſore ſi indigeret, vt in d.cap.ſtatuti. §.aſſeſſorem.facit à ſimili, quod voluit Gloſ. notabilis.& in l. 1. C.de Alexandriæ primat. lib. 11.Ciuem mediocrem nobiliſſimæ Ciuitatis, præferendum eſſe alijs inferioris Ciuitatis. ex qua Gloſ.notat ibi Bart. melius eſſe vt quis ſit mediocris Ciuis vnius nobilis & honorabilis Ciuitatis, quam nobilis aliatũ Ciuitatum inferiorum.
4 & dicit Bart. facit pro popularibus iſtius nobilis Ciuitatis, qui plus debent honorari, quam alij magni. & ibi dicit Io. de Platea, quam nobilis alterius Ciuitatis. ſequitur Rebuffus ibi. Rom.in l.ſi vero. §.de viro. fallen. 14.ff.ſolut.matrim.Cæpoll.in tractatu de Imperatore milite eligendo, in verſ. propter nationem. ſequitur Tiraq. in tract.de nobilit. c. 12.& eſt magis communis opinio.

S V M M A R I V M.

1 *Intellectus bonitas debet eſſe in conſideratione in examine promouendorum ad gradus eccleſiaſticos.*

Q V AE S T I O 613.

Acumen ingenij apud Eccleſiam debet eſſe in conſideratione in examine promouendorum ad gradus.

1 Dicit gloſ. notabilis in cap.cum ex litteris. de in integr. reſtitut. quod ingenij bonitas ſupplet tempus in ſtudentibus.idem gloſ.in cap. monachus.diſtinct.77.& dicit Innoc.in cap.cum in cunctis. de electione,quod qui debito tempore non ſtuduit, ſi tamen eſt ſpes ratione ingenij, quod continuando ſtudium debeat proficere, licitè graduatur. ſequitur Imol.in Clem. 1.de ætate & qualitate, Ludouic.Roman.in l.ſi vero.§.de viro.fallen. 5.num.26.ff.ſolut.matrim. ſequitur Felin. in rubr. de magiſtris, multa ad hoc adducens. quod poſui, quia in eccleſia frequenter occurrit caſus. nihilominus in examine ordinandorum & promouendorum ad beneficia non eſt recedendum à Concilio Tridentino, & Bullis Summorum Pontificum.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiatus, qui ſua induſtria reduxit terram Eccleſiæ ad culturam,etiam ſi priuetur beneficio,non priuabitur dicta terra, vita durante.*

2 *Statutum,quod Clericus recuperans bona Eccleſiæ de manu potentis, ea poſſideat in vita ſua,valet etiam ſi ſint alterius beneficiati.*

Q V AE S T I O 614.

Eccleſiæ fauore beneficiatus reducens terram Eccleſiæ ad culturam, illa fruetur eius vita durante, etiam ſi priuetur beneficio.

1 Si Clericus pro ſua ſubſtentatione fecerit ſua induſtria vineam in territorio eccleſiæ, vel alio modo meliorauerit, & reduxerit ad culturam, in eius vita fruetur dicta terra, & meliorationibus. cap.fin.de peculio Clericorum. Sed dubium eſt, quando Clericus ob delictum priuatur beneficio, an ſit ei relinquenda dicta terra meliorata pro ſubſtentatione. Innoc.in d.cap.finali tenet quod ſic. & licet aliqui tenuerint contrarium, hanc opinionem tanquam magis æquam, ſatis humanam, & rationi conſonam, tenent Abb. Florian. Imol. in d.cap. finali. Nec obſtat,quod dicatur alienatio ad longum tempus, ex quo conceditur ad vitam, & ſic non permiſſa. Clem. 1. de reb. eccleſ non alienan. quia reſpondet Imol. quod fallit in caſu iſto propter rationem ſupradictam ſatis æquam deſumptam ex d. cap. fin. & etiam, vt ex hoc inducantur beneficiati ad meliorandum res eccleſiæ. vnde in quibuſdam eccleſijs eſt ſtatu-
2 tum, vt ſi aliquis de eccleſia recuperet aliqua bona eccleſiæ,occupata per laicos, poſſideat ea in vita, etiamſi non ſpectant ad ſuum beneficium, ſed alterius de eccleſia. ſequitur etiam opinionem Innoc. Rom. in l. ſi vera. §. de viro. fallent.21.ff. ſolut. matrim.

S V M M A R I V M.

1 *Pro Eccleſia vtilitate admittuntur extranei in Capitulis & Concilijs.*

2 *Mortuo Summo Pontifice, Iuriſperiti poſſunt admitti ad Conclauem Cardinalium de conſenſu omnium.*

Q V AE S T I O 615.

An pro vtilitate Eccleſiæ & ſalubriori conſilio habendo,poſſunt admitti extranei ad dandum vocem in Capitulis, Congregationibus, & Concilijs.

In

1 IN hac quæſtione breuiter dicendum, quod viri litterati, qui non ſunt de Capitulo, vel Concilio, pro ſalubriori conſilio habendo, poſſunt admitti ad dandum vocem in electionibus, & alijs actibus, conſultiuam tamen de conſenſu maioris partis Capituli, ſed non deciſiuam, niſi conſentiant omnes. ſed de conſenſu omnium, non eſt dubium, quod poſſunt habere vocem deciſiuam. quia ſi Canonici poſſunt totam electionem in alium compromittere, multo magis ad participandum, & dandum vocem. ita Abb. Ant. Imol.& omnes in cap.ſcriptum. de electione.
2 Poſſunt etiam Iuriſperiti admitti ad conclaue de conſenſu omnium Cardinalium. cap. vbi periculum. de electione. in 6. & ibi gloſ. & alij. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Bellum aduerſus infideles non infeſtos nomini Chriſtiano, an ſit licitum.*

2 *Caſus, in quibus bellum eſt licitum aduerſus Infideles.*

3 *Reges Hiſpaniarum, qua ratione licitè acquiſiuerunt Indiarum regna.*

QVÆSTIO 616.

Eccleſiæ fauore quando liceat terras, & bona infidelium occupare.

1 MAgna eſt altercatio inter duo lumina Canonum, an Principes poſſunt expellere infideles ab eorum regnis, & eorum bona occupare. Inn. in cap. quod ſuper his. de voto, negat poſſe illis bellum indici, ſi volunt viuere in pace, nec ſunt moleſti Chriſtianis. Hoſtienſis verò dicit, quod hodie non eſt iuriſdictio, nec dominium, nec honor, nec poteſtas penes infideles. nam per aduentum Chriſti tranſlata ſunt in Chriſtianos. transfertur enim regnum de gente in gentem propter iniuſtitias ſuas. 23. q.fin.cap. ſi de rebus. Omnia enim ſubiecta ſunt Chriſto: oues, & boues inſuper & pecora campi. magis communiter tenetur in d. cap. quod ſuper his. quod
2 in aliquibus caſibus licet mouere bellum contra infideles. Primus ſi infideles ſunt infeſti Chriſtianis. Secundus in prouincia Hieroſolymitana, & Terra ſancta, quæ cum ſit conſecrata Natiuitate, Paſſione, & Morte Domini noſtri Ieſu Chriſti, non debet eſſe in dominio infidelium, maximè, quod multi Imperatores illam acquiſiuerunt imperio Chriſtianorum. Tertius caſus eſt, ſi infideles non admittunt Prædicatores ad euangelizandum legem Chriſti. & hac præcipuè ratione ob Ec-
3 cleſiæ dilatationem fuerunt capta Indiarum regna. Quartus caſus eſt, ſi immineret periculum fidei, vel fidelium. nempe ſi populus alicuius magni Principis infidelis conuerteretur ad fidem, & ipſe remaneret in ſua infidelitate, quia tunc non deberet tolerari ille Princeps in ſua iuriſdictione. Alius caſus eſt in Saracenis qui occupauerunt terras Chriſtianorum, & alias terras, in quibus Reges, & Romani Imperatores habuerunt iuriſdictionem. ita Innoc. in d. cap. quod ſuper his. quem multi magis communiter ſequuntur. Eſt enim eius opinio æqua, licet opinio Hoſtienſis de iuris rigore videatur verior nonnullis. per textum in d. cap. ſi de rebus. & Hoſtien. ſequuntur Oldrad. cap. 72. Ioann. de Lignano. Archidiac. in d. cap. ſi de rebus. Corſeti. de poteſtate, & excellentia Regis. quæſt. 85. qui alios allegat. ſed opinio Innocent. eſt magis communis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia prouiſos à Summo Pontifice, etiam Iudæos conuerſos, de Canonicatibus Cathedralis, recipit, & amplectitur.*

2 *Ruſticus quem Princeps honorat, eſt ab alijs honorandus.*

QVAESTIO 617.

Eccleſia prouiſos à Principe ſemper honorat, & amplectitur.

1 HOc clarè patet in cap. eam te. de reſcriptis. vbi Papa Iudæum conuerſum fecit Canonicum in Cathedrali eccleſia, & præcepit Canonicis, vt illum dedignati non debeant. facit, quod quem Princeps honorat etiam ſi eſſet ruſticus & indignus, debet ab alijs honorari. l. domeſtici. C. de domeſt. lib. 11. & ibi Io. de Plat. & alij. & dubitans an electus à Principe ſit dignus, incurrit pœnam ſacrilegij. l. 2. C. de crim. ſacril. Princeps enim quantumcunque indignum eligendo, facit illum dignum, & videtur cum eo diſpenſare. l. quidem conſulebant. ff. de re iudicat. & inter plures electos, is præfertur qui à Principe eligitur. l. fin. ff. de albo ſcribendo. & hæc ſunt notanda contra aliquos ſuperbos, & ignaros litte-

litterarum, qui dedignantur honorare quos
2 Princeps honorat, ſi ſint ruſtici, vel ignobiles, nam errant. facit etiam contra eos Canonicos, qui ſolent obijcere prouiſis de nouo de Canonicatu ignobilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Praferre quilibet debet ſeipſum in dandis eleemoſynis, niſi in duobus caſibus.*

2 *Defendere an quis poſſet ſeipſum, ſi inuaſor eſt valde vtilis Reipub.*

QVÆSTIO 618.

Eccleſia an præferatur propriæ perſonæ in largitione eleemoſynarum.

1 TRadit ſingulariter Lucas de Penna in l.fin.n.20.de anno.ciuil.lib.11. quod in eleemoſynis dādis ſemper quis debet præferre ſe ipſum, pręterquam in duobus caſibus. primus pro ſalute animæ proximi conſtituti in neceſſitatis articulo. ſecundus quando is qui extremam neceſſitatem patitur, eſſet nimium vtilis ad conſeruationē fidei Chriſtianæ, Eccleſiæ, vel Communitatis Reipub. nam tunc pro talium liberatione debet vnuſquiſque ſe periculo mortis exponere, cum cauſa fidei, Eccleſiæ, & boni publici præferenda ſit cauſæ, & commodis priuatorum. & ideo pro ſalute Ducis belli honeſta mors appetenda eſt. idem tradit S.Thom.2.2.q.31.art.3. cuius verba videtur referre Luc. & dicit S. Thom. quod pro bono communi Reipub. ſpiritualis, vel tēporalis, virtuoſum eſt. quod aliquis propriam vitam exponat periculo. ſic etiā dicunt DD. quod licet defenſio propriæ perſonæ ſit
2 de iure naturæ, tamen aduerſus inuaſores, ſi ſunt perſonæ multum vtiles Reipub. vt Reges Principes, non poſſumus nos defendere, ob damnum publicum. ita tradit Sot. de iuſt. & iur. lib.5.q.1.art.8. Tolet. in inſtructione Sacerd.lib.5.cap.6. num.25. Ex quibus videtur moderanda opinio Io. Franc. de Pont. in tractat. de Prorege. in tit. de tractis. fol.299. poſt Doctores quos allegat, quod non incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, prohibentes extractionem frumēti, & aliorum victualium à propria patria, & delationem ad Curiam Romanam, quando penuria magna eſt in proprio loco, quia prima charitas incipit à ſe ipſo, iuxta illud Matth. de Virginibus, Ne forte non ſufficiat nobis & vobis. eſt inquam talis opinio vt nō procedat quando Summus Pontifex, caput Reipub. Chriſtianæ poſt Chriſtum, & eius miniſtri indigerent. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Citatus per edictū, an poſſit excommunicari.*

QVAESTIO 619.

An in foro in Eccleſia, citatus per edictum poſſit excommunicari.

1 CLarum eſt, quod ad excommunicādum aliquem requiritur citatio perſonalis. Innoc. communiter receptus in c.ſi. de eo qui mittit. in poſſeſſ. vbi dicit nō ſufficere citationem ad domum. Quæritur modo, an ſufficiat citatio per edictum, ita vt poſſit excommunicari citatus, in caſibus in quibus de iure permittitur talis citatio. Modernus Riuius in praxi vatiar. reſolut. reſolut.383. in fin. dicit non poſſe fieri citationem per edictum ad finem excommunicandi. allegat Rot. in deciſ.1. de ferijs. in nou. In contrariū eſt veritas. Io. And. in clem. 1. de iudicijs. Rota Aegidij Bellam. de dolo incipiente, vt citatus. vbi quod vt citatus per edictum excommunicetur, duo ſunt probanda, quod in vicinis partibus fuit edictū affixum, & quod ad eius notitiam potuerit veriſimiliter peruenire. Idem habetur in Rota de reſcrip. in nou. cum addit. & ibi addit n.9. Felin. in cap. quoniam frequenter. n.20. vt lit. non conteſt. & alij. Non obſtat deciſ. 1. de ferijs, quia in fine idem tenet, vt poſſit excommunicari citatus per edictum, quando eſſet veriſimile citationem perueniſſe ad notitiam citati, vt ſi eſſet facta in audientia contradictarum. ſecus ſi in valuis eccleſiæ, ad quam non ſolent homines tam frequenter concurrere, quemadmodum ad curiam. & ſic idem eſt dicendum quando ad eccleſiam frequens eſt hominum concurſus. omnes enim deciſiones concordant poſſe excommunicari citatum per edictum, quando veriſimiliter edicti notitia ad eum peruenit. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſuccedit Clerico excluſo fiſco.*

2 *Epiſcopus diſtribuit bona peregrini morientis in hoſpitali, & quando.*

3 *Epiſcopus eſt exequutor teſtamenti illius qui deceſſit in mari, & quando.*

4 *Epiſcopus diſpenſat male oblata.*

QVÆSTIO 620.

Eccleſia ſuccedit Clerico, excluſo fiſco.

1 ITa tenent Innoc. Ant. Imol. in cap. cum in officijs. de teſtamentis. Bald. in l. ſi quis filio exhæredato. §. eius qui. ff. de iniuſto teſt. l. ſi quis presbyter. & ibi Bald. C. de Epiſc. & Cleric. Tiraq. latè in tractatu le mort. ſaiſit. declarat. 5. num. 7. qui alios cumulat. Item 2 eccleſia diſtribuit bona inter pauperes, peregrini, vel aduenæ mortui ab inteſtato ſine hæredibus. auth. omnes peregrini. C. communia. de ſucceſſionibus. Item Epiſcopus eſt exe-3 quutor teſtamenti illius qui deceſſit in mari, in his quæ teſtator in mari moriens, habebit in mari, niſi domicilium ſuum eſſet vicinum. Item Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de inſtrum. edition. verſ. quid ſi Epiſcopus. Bertach. de Epiſcopo lib. 4. 6. part. q. 25. Item 4 ad Epiſcopum ſpectat reſtiturio malè ablatorum. Hoſtien. cap. cum tu. de viur. & omnes.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſemper amat ſapientes.*
2 *Rex Robertus fuit inueſtitus Regno Neapolitano ob magnam eius ſapientiam.*
3 *Illegitimus virtuoſus dicitur nobilis, & de familia.*
4 *Litterati admittuntur ad officium nobilium.*

QVAESTIO 621.

Eccleſia quam diligat ſapientes, & litteratos, & virtuoſos.

1 QVam diligat Eccleſia ſapientes, & virtuoſos, omnes ferè Sacri Canones teſtantur. c. de multa. de præbend. c. miramur. diſt. 61. c. Epiſcopus. diſt. 41. & in c. 1. de reliquijs & vener. SS. in 6. appellat Doctores Eccleſiæ lucernas ardentes ſuper candelabrum in domo Domini, Sydus irradiens in matutinum, alijsq. laudibus eos extollit. & tempore Regis Roberti ſecundigeniti Regis Caroli II. ob magnam ſapientiam illius Regis prætulit Sedes Apoſtolica Regem Ro-2 bertū, in ſucceſsione Regni Neapolitani Nepoti iuueni filio Caroli fratris ſui primogeniti præmortui, viuente communi patre Carolo II. Tradunt enim Hiſtorici poſt Salomonem nullum Regem fuiſſe ſapientiorem Rege Roberto. exemplo Dauid, qui Salomonem vltimum genitum fecit Regem, & exemplo Roboam, qui conſtituit Abiam ducem ſuper omnes fratres ſuos, quia ipſum Regem facere cogitabat, ex quo ſapienrior erat & potentior, & regnauit Abias, qui fuit filius Regis Roboam, ex quarta vxore ſuſceptus, & ex alijs vxoribus prius ſuſceperat filios, vt habetur 2. Paralipom. cap. 11. Et hanc Eccleſię ſententiam pro Rege Roberto multis comprobat Lucas de Penna in l. fin. C. de tyronibus. lib. 10. Aliquando Eccleſia inueſtit illegitimum de emphyteuſi vel feudo, propter eius meritum, & virtutes, licet non ſint capaces ſucceſsionis feudi eccleſiaſtici, vel emphyteuſis Eccleſiæ, vt diximus in quæſtione feudali 32.
3 Et merito, quia etſi illegitimus non dicatur nobilis. Bald. in l. fin. C. de verborum ſignificatione. Tiraquel. de nobilitate. cap. 15. nu. 24. tamen quando illegitimus eſt virtuoſus, tunc eſt nobilis & de familia. per textum ſingularem in l. generaliter. §. ſpurijs. ff. de decurionibus. vbi ſpurius honeſtæ vitæ poteſt eſſe decurio, & tamen certum eſt, quod ignobilis non aſſumitur ad officium decurionatus, vt eodem tit. l. honores. §. 1. & ita dicit Afflict. in cap. 1. quis dicatur Dux. num. 17. Et viri litterati, quos ſcientia facit nobiliſsimos. l. prouidendum. C. poſtulando. admittuntur
4 ad officia, ad quæ ſoli nobiles admitti ſolent. Gloſſ. ſingularis in l. 5. in verbo, ſuppleat. ff. pro ſocio. quam refert, & ſequitur Ioann. de Platea in l. 1. C. de conditis in horreis publicis. lib. 11. Bald. & alij in dicta l. 5. Tiraquel. latè de nobiliate. num. 5. Alia poſſent adduci quæ admittuntur. diſpenſat etiam cum illegitimis. cap. 1. & 2. de filijs presbyterorum. in 6. & ignorantiam in eccleſiaſticis multum vituperat diſtinct. 38. per totum. & dicit gloſſ. in l. qui cum vno. ff. de re militari, quam ſtupendam dicit Felin. in cap. ſi quando. de reſcript. num. 6. quod Epiſcopus indoctus indigne promotus, meretur decapitari. & in cap. niſi ſpecialis. de officio delegati. Papa remiſit pœnam cuidam ob ſpecialem quam erga eum habebat dilectionem, ortam ex virtutibus ipſius, qui deliberat. & in cap. eos. quæſt. 7. remiſsius agitur cum eo, quem vita commendat. & propter perſonæ integritatem & ſanctitatem, de iure communi laicus olim poterat aſſumi in Epiſcopum. Fel. in c. ſuper his. per tex. in c. ſtatuimus. §. his omnibus. diſtinct. 61. quod hodie non procedit. & multa alia adduci poſſent, ſatis ſit hæc breuiter tetigiſſe.

DE

DE MINISTRIS ECCLESIAE.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus, qui non intendit ſeruire Eccleſiæ, an poſſit tanquam inutilis expelli à Clericatu.*

2 *Collegiatus non ſeruiens actu, non gaudet priuilegijs Collegij, & debet inde remoueri.*

3 *Papa priuauit Epiſcopatu Epiſcopum Tudertinum tanquam inutilem.*

4 *Baldi tempore, Papa mandauit de nouo examinari omnes Magiſtros Fratrum Minorum.*

QVÆSTIO 622.

Clericus in Minoribus conſtitutus, qui non ſeruit Eccleſiæ, an poſſit tanquam inutilis expelli à Collegio Clericorum, & declarari laicus.

1 QVAESTIO eſt practicabilis. Clericus in minoribus conſtitutus, non obtinens beneficium, pluries monitus, non intendit ſeruire eccleſiæ; an poſſit tanquam inutilis expelli à Clericorum collegio, & declarari laicus, & priuari habitu clericali. eſt enim clarum, quod non gaudet priuilegio fori, vt in Conc. Trid. cap. 6. ſeſſ. 23. de reformat. Et videtur negatiuè reſpondendum, cum talis ſtatus incedendi in habitu clericali, in eo qui ſuſcepit ordines minores, non videatur à iure reprobatus. In contrarium videtur veritas, quod poſſit priuari Clericatu tanquam inutilis, & declarari laicus, ex illa regula, quod qui eſt in aliquo collegio, ſi non ſeruit actu, non ſolum non gaudet priuilegio
2 collegij, ſed inde remoueri debet. l. vnica. C. de colleg. libro decimo. vbi Imperator in ſpecie loquitur de eccleſiaſticis. qui tamen eius lege ligari non poſſunt, ſed bene ratione legis, quæ lex eſt. diſt. 1. cap. conſuetudo. & totus Clerus conſtituit vnum corpus, & vniuerſitatem, & poſſunt conſtituere Procuratorem, & ſimul conuenire, & facere actus collegij. Abb. & alij in cap. accedentes. de præſcript. Concilium etiam Tridentinum cap. 7. dicta ſeſſ. 23. deſiderat eos ordinari, de quibus ſit ſpes quod ad maiores ordines aſcendant. Refert Baldus in l. quicunque. C. de
3 Epiſcopis & Cleric. Epiſcopum Tudertinum fuiſſe tanquam inutilem, à Summo Pontifice priuatum Epiſcopatu. & in conſil. 497. lib. 5.
4 dicit, ſuo tempore Papam mandaſſe Generali Fratrum Minorum, vt examinaret omnes Magiſtros in Capitulo generali, & indignos doctrina, vel moribus, priuaret magiſterio, & gratijs & priuilegijs Magiſtrorum. Item facit, quod clericus non intitulatus, poteſt compelli ad ſeruiendum in diuinis, vt in quæſtione ſequenti dicetur, & ſucceſſiuè poterit imponi pœna priuationis habitus clericalis, cum non ſit determinata à iure. l. 1. ff. de iure delibet. Pro vera reſolutione, ſi caſus occurrerit, recurre ad Vrbem. hæc dicta ſint animo aperiendi viam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non intitulatus, nec beneficiatus, an poſſit compelli ad ſeruiendum Eccleſiæ in diuinis.*

2 *Clericus ſuſcipiens ſponte Ordines, videtur ſe obligare ad ſe exercendum in eorum munere.*

QVÆSTIO 623.

Clericus non intitulatus, an poſsit compelli vt interſit diuinis officijs.

1 QVæſtio eſt notabilis, an clericus non deputatus ſeruitio alicuius eccleſiæ, poſſit compelli vt interſit diuinis officijs, & cum alijs pſallat. & videtur quod non. per text. in cap. ſi quis presbyter. diſtin. 92. vbi compelluntur clerici deputati diuinis officijs. In contrarium eſt veritas, quod idem ſit in clericis non deputatis. Ratio eſt, quia ordinem ſponte ſuſceperunt, in cuius collatione dicitur quid oporteat clericum facere, & dicitur, ſi fuiſti tardus ad eccleſiam, modo ſis velox, ſi fuiſti ſomnolentus, modo ſis vigilans. non tamen tenentur ita intereſſe ſicut deputati, qui triplici ratione ſunt magis obligati. ſcilicet ratione ordinis
2 intitulationis, & beneficij. ſed non deputati ſunt obligati tantum, ratione ordi-

nis, cuius ratione, etiam vnius tantum, poteſt clericus compelli intereſſe diuinis officijs. ita ſingulariter poſt Vgon. tradit Archid. in dicto cap. ſi quis presbyter. & poſt eum Cardinalis Alexandrinus.

S V M M A R I V M.

1 *Pater poteſt compelli ad donandum aliquid filio pro titulo patrimonij, ſi vult ſacris initiari.*
2 *Filius ſi vult vacare litteris, cogitur pater diues ſubminiſtrare ei neceſſaria.*
3 *Pater qui non alit filios, excommunicatur.*
4 *Pater tenetur ad alimenta filio, qui ingreſſus eſt Monaſterium inops.*

QVAESTIO 624.

An pater poſsit compelli ad donandum aliquid filio pro titulo patrimonij, ad finem ſuſcipiendi ordines ſacros.

1 QVæſtio eſt pulchra. filius intendit ſuſcipere ordinem Subdiaconatus, an pater poſſit compelli ad donandum ei aliquid pro titulo. & breuiter videtur dicendum quod ſic. nam poteſt compelli ad faciendam donationem propter nuptias. authent. ex teſtamento. C. de collat. & valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale. c. tuæ. de ſponſ. c. 2. de tranſl. præl. & diſpoſitio auth. res quæ. C. communia de legat. quod bona ſubiecta reſtitutioni, non poſſunt alienari niſi ex cauſa dotis, habet locũ etiam in dote ſpirituali, vt ibi communiter traditur. & ita in caſu propoſito, his rationibus tradit Craueit. conſil. 136. vol. 1. quæ rationes non videntur multum ſtringere. Nam pater cogitur tantum promittere donationem propter nuptias. & de dote filiæ contrahentis matrimonium carnale, vel ſpirituale, non videtur poſſe inferri ad filium, qui non poteſt petere legitimam in vita patris, quemadmodum filia poteſt petere dotem. Sunt tamen ſupradictæ rationes alicuius conſiderationis. ego addo, quod ſi pater eſt diues, & filius velit va-
2 care ſtudio litterarum, poteſt compelli ad miniſtrandum ei neceſſaria. Archidiac. in cap. ſi reliquerit. diſtinct. 30. Lucas de Penna in l. 1. C. qui ætate, vel profeſsione ſe excuſant. lib. 10. & maior vtilitas publica conſiſtit in ſacris, quam in ſtudio litterarum. cap. ius autem. diſtinct. 1. Præterea titulus patrimonij promouendi ad ſacros ordines, nihil aliud continet quam alimenta, ne cum dedecore cogatur mendicare. capit. Epiſcopus. cap. cum ſecundum. de præbendis. Concil. Trident. cap. 2. ſeſſ. 21. de reformat. & clarum eſt patrem teneri præſtare alimenta filio. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc. & in dicto cap. ſi reliquerit, pater excommuni- 3
catur qui non præſtat alimenta filio. Item facit quod voluit Bald. Nouell. in tractatu de dote. parte 1. capit. 1. num. 11. quod filio in-
4 tranti Religionem, tenetur pater aliquid aſſignare pro victu ſuo, ſi monaſterium eſt inops, alias ſecus, ex d. l. ſi quis à liberis.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio patrimonij, facta à patre filio vt aſcendat ad ordines ſacros, an imputetur in legitimam.*
3 *Donatio ſimplex facta à patre filio, non imputatur in legitimam; & quomodo id procedat.*
3 *Militia empta à patre filio, an imputetur in legitimam, & quid de alio officio vendibili.*

QVAESTIO 625.

De donatione facta à patre filio vt aſcendat ad ordines ſacros, an debeat imputari in legitimam, & conferri.

1 SIngularis eſt quæſtio, an id quod donatur à patre filio pro titulo patrimonij vt aſcendat ad ordines ſacros, imputetur filio in legitimam, & ſit locus collationi cum alijs fratribus. In hac quæſtione ſunt variæ Doctorum ſententiæ. aliqui negant imputari in legitimam, quia donata à patre ob militiam terreſtrem quærendam, reputantur caſtrenſia, & non conferuntur. l. prima. §. nec caſtrenſe. ff. de collationibus. l. final. C. eodem, multo minus ob militiam cœleſtem, quæ dignior eſt. & validum eſt argumentum de milite armatæ militiæ, ad militem cœleſtis militiæ, iuxta gloſſ. & communem in l. miles. ff. de re iudicata. Præterea ſimplex donatio facta à patre filio, non confertur, l. illud. §.
2 fin. C. de collation. Hæc autem donatio licet videatur facta ob cauſam ſacrorum ordinum, dicitur tamen ſimplex, quia vt donatio dicatur ob cauſam ad finẽ conferendi, intelligitur quando

quando adeſt neceſſitas donandi ex parte donantis, vt eſt dos, vel donatio propter nuptias, ad quam pater compelli poteſt. l. finali. C. de dotis promiſſ. authent. dos data. C. de donation. ante nupt. ſed iſta non fit ex cauſa neceſſaria. Inſuper in materia collationis habemus regulam, quod non habet locum niſi in caſibus expreſſis à iure. l. illam. C. de collation. Nec reperitur expreſſus iſte caſus. & hanc opinionem tenent Ioannes Faber in §. final. Inſtitut. de inofficioſo teſtamento. Igneus in l. tertia. §. ſi ſubnenitur. num.177. ff. ad Syllan. Caſſaneus in conſuetudine Burgund. rubric.7.§.5. Duen. regula 222. limitatione, tertia. Crau. conſil. 136. Vallaſq. in Praxi capit.13. num.77. Contrariam opinionem, quod debeat fieri imputatio in legitimam tenent Couarr. in capit. Rainaldus. §. 2. num.7. de teſtamentis. Vaſques de ſucceſſ. creat. lib.3.§.2.2. limitatione 17. num.44.& hanc opinionem cenſeo veriorem, pro qua facit text. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioſo teſtamento. vbi expreſſe habetur, in legitimam computari quod pater expendit in militia, vel officio filio ſuo emendis, ſi id ſit tranſmiſſibile ad hæredes, vel ceſſibile, & alienabile inter viuos. Hoc autem conuenit patrimonio clerici, quod tranſmittitur ad hæredes, & eſt alienabile, ſaltem facta ſubrogatione alterius
3 patrimonij in eius locum, vt per Doctores in capit. tuis. de præbendis, & Concil. Triden. capit.2. ſeſſione vigeſimaprima de reformat. Item facit quod notat Paulus de Caſtro in dicto §.imputari, quod ſi pater acquiſiuit filio officium Scriptoriæ in Romana Curia pro aureis mille, licet tale officium non tranſmittatur ad hæredes, quia tamen conſueuit vendi, computatur filio in legitimam. & quod dependet à voluntate Principis, non dicitur impoſſibile quando Princeps conſueuit præſtare aſſenſum, vt per Doctores in l. apud Felinum. §. conſtat. ff. de legatis primo. Præterea non eſt dubium, quod pater in vita poteſt aſſignare filio portionem ſuam. l. cum de peculio. §. fin. ff. ad leg. falcidiam. Bart. in l. prima. §. ſi parens. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus. & talis videtur hæc donatio, ſiue aſſignatio, quæ vocatur patrimonium clerici, quod ſecundum leges ſolet ſic nominari poſt mortem patris. vnde hæreditas adita, non dicitur amplius hæreditas, ſed patrimonium filij. Non obſtant deducta in contrarium, quia caſus videtur expreſſus in d. §.imputari. de militia, & officio vendibili. Non obſtat, quod donatio ſimplex, ad quam donans non tenetur ex neceſſitate, non confertur. quia ad finem imputandi in legitimam, confertur. & ſufficit neceſſitas cauſatiua; nempe quod filius non poterat alio modo officium conſequi, vt patet manifeſte in d. §. imputari. in quo patet non tenebatur emere militiam filio ex neceſsitate, & tamen quia emit, & eſt vendibilis, imputatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus cui eſt prohibitum officium aduocationis, an poſſit domi conſulere.*
2 *Lector, cui ex ſtatuto prohibetur poſtulare, prohibetur etiam domi conſulere.*
3 *Sacerdoti quare prohibetur officium aduocationis.*
4 *Sacerdotis officium eſt nemini nocere, & omnibus velle prodeſſe.*

QVAESTIO 626.

De Clerico cui eſt prohibitum officium aduocationis, an poſſit domi conſulere.

1 AN clericus, qui nō poteſt poſtulare niſi in cauſis proprijs, eccleſiæ, conſanguineorum, & miſerabilium perſonarum. cap.1. & 2. de poſtulando. poſsit conſulere domi, & in ſcriptis allegationes dare. & videtur quod ſic, ex doctrina Bart. in l. prima. §. poſtulante. ff. de poſtulando. in l. Paulus. §. fin. ff. de legation. vbi dicit, quod prohibitus aduocare, non eſt prohibitus domi conſulere, & iudici allegationes dare. ſequitur Roman. in l.2. ff. de verbor. obligar. Præpoſ. in cap. ſollicitudinem. columna decima de appellationibus. Quidam moderni dicunt, clericum neque poſſe domi conſulere. ſiquidem aduocatio fuit ei prohibita, ne à ſacris, diuiniſq. officijs diſtrahatur, quod militat etiam in conſulendo domi, & allegationibus. allegant Ferdinandum Loaz in conſil. pro Marchione Velez, & quia ſecundum Ioann. de Anania in tubr. de magiſtris, ſi Doctor prohibetur aduocare propter lecturam, prohibitur etiam domi conſulere, cum in vtroque caſu à lectura diſtrahatur. idem Felin. in rubr. de fide inſtrumentor. col.1. Purpurat. in rubr. de off. aſſeſs. Limitant tamen ſecundum eundem 2

Ferdinandum, quãdo clericus pro amico, vel affine in vna tantum cauſa aduocaret, & conſuleret, ex iuſta cauſa, non ex cupiditate. ex doctrina Innoc. in cap. vnico. de obligatis ad
3 ratiocin. Sed prima opinio, quod liceat domi conſulere, eſt verior, dummodo non relinquat diuinum officium, quod breui tempore perſoluitur. videmus enim quod clericus poteſt vacare artificio, dummodo non relinquat diuinum. capit. Clericus victum. 91. diſtinct. vbi ex artificio poteſt ſibi victum quærere, multo magis poteſt vacare litteris. imò ad euitandum otium, ſummopere laudatur in clerico ſtudium litterarum. quare Hieron. inquit: *Ama ſtudium litterarum, & carnis vitia non amabis*. vt in cap...... 38. diſt. nec eſt
4 principalis ratio prohibitionis, ne clericus diſtrahatur à diuinis, ſed quia Sacerdotis officium eſt omnibus prodeſſe, & nulli velle nocere. cap. fin. de poſtulando. vbi affertur iſta ratio. & Aduocatus ſaltem in opinione partis videtur illi nocere, vt ibi conſiderat Abb. & Aduocatus dicitur incurrere inimicitiam partis aduerſæ. gloſ. in l. ſi pecuniam. ff. de condit. cauſa data. tex. in l. qui operas. ff. locati. quare allegatur ſuſpectus. & opinionem, quod liceat clerico domi conſulere, tenet Abb. in c. ſuper ſpecula, ne clerici, vel monachi. Vera etiam eſt opinio, quando clericus derelinqueret diuina officia, quia idem eſt in artificio & agricultura, quibus poteſt vacare, dummodo non derelinquat diuinum officium.

SVMMARIVM.

1 *Redditus Eccleſiæ, & obuentiones, quando debeant diſtribui inter beneficiatos ſingulis annis, vel menſibus, vel diebus.*
2 *Alimenta legata, quo tempore præſtari debeant.*
3 *Alimenta militibus an debeant præſtari ſingulis diebus, vel quolibet ſecundo die.*

QVÆSTIO 627.

De redditibus, & fructibus diſtribuendis Clericis, Miniſtris Eccleſiæ, Canonicis, Hebdomadarijs, & alijs, an ſint diſtribuendi ſingulis diebus, vel menſibus, vel in fine anni.

1 PRocurator Capituli, vel aliorum beneficiorum eccleſiæ, poteſt quolibet menſe, & qualibet hebdomada, & aliquando ſingulis diebus diſtribuere fructus, prouentus, & obuentiones, Canonicis, & alijs Miniſtris eccleſiæ, ſed non diſtribuit, an poſſit compelli, vt ſingulis menſibus, vel paucioribus diebus, data commoditate diſtribuat. Dicendum, quod fructus beneficiatorum ſunt deputati pro alimentis. nam qui altari ſeruit, de altari viuere debet. cap.... de præbend. In alimentorum vero præſtatione hæc regula traditur,
2 quod aut relinquũtur alimenta perſonis non morituris, vt pauperibus in genere, & tunc debentur annuatim. l. ſi quis ad declinãdum. C. de Epiſc. & Cler. aut perſonis, & tunc ſingulis menſibus. l. pecuniæ. ff. de alimentis legatis. exceptis veſtibus, & lecto, quæ debẽtur annuatim. militibus vero debent ſolui alimenta de die in diem, vel ſaltem ſecundo quolibet die. l. 1. C. de erogat. militaris annonæ. lib. 12. & hoc fauore Reip. quia ſi ſtipendiarijs ſolueretur totum ſtipendium vnius menſis, citius conſumerent, & non haberent poſtea vnde viuerent, vt notat Bart. in d. l. pe-
3 cuniæ. ſed milites cœleſtes gaudẽt priuilegijs militum armatæ militiæ. gl. communiter recepta in l. miles. ff. de re iudic. c. 1. de cler. ægrotant. vbi DD. latè Euerar. in loco de milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, & nos infra ſubnectemus quæſt. particularem. Ergo concludendum, quod data commoditate, poſſit procurator compelli etiam ſingulis diebus ad diſpenſandum redditus inter beneficiatos, fauore eccleſiæ, cœleſtis militiæ, & cultus diuini, cui beneficiati continuè vacare debent. & data commoditate contraria conſuetudo videtur corruptela.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri, & alij Clerici, an teneantur ſoluere decimas.*
2 *Clerici an teneantur ad decimas de dote Eccleſiæ, ſiue beneficij, & Canonici de præbendis.*
3 *S. Thomæ opinio, quod de dote Eccleſiæ non debeatur decima declaratur.*
4 *Canonici de lucro præbendarum non tenentur ad decimas, & quando teneantur de alijs lucris.*
5 *Clerici præſcribunt libertatem non ſoluendi decimas, non laici presbyteri non curati quomodo dicantur percipere ſacramenta à Curatis.*

QVAE-

QVAESTIO 628.

De Clericis, an teneantur ſoluere decimas.

1 QVæritur an Sacerdotes, & alij Clerici teneantur ſoluere decimas eccleſiæ parochiali. difficultatem facit lex in c. nouum genus. de decim. quæ in principio. dicit eſſe nouum genus exactionis, vt Clerici à Clericis decimas exigant, cum nunquam Leuitas à Leuitis decimas exigiſſe legatur, poſtea in fine dicit, quod illi Clerici decimas perſoluunt, quia à Clericis ſpiritualia percipiunt. quare circa d. lex variæ ſunt opiniones DD. Communis eſt, quod omnes Clerici, qui diuina ab alijs percipiunt, quales ſunt omnes qui non ſunt curati, tenentur de patrimonialibus ſoluere decimas prædiales. gl. in d. c. nouum genus. & in cap. de his. 16. q. 1. & in c. ſi quis Clericus eadem cauſa. & q. vbi Arch. Innoc. Abb. d. c. nouum genus. qui tex. decidit quæſtionem. Sed dubium eſt, an de dote
2 eccleſiæ ſiue beneficij. gloſ. ſupradicta tenet quod non debeantur de dote. ſed verior eſt opinio Innoc. quem etiam ſequitur Abb. in d. cap. nouum genus. quod debeantur de dote eccleſiæ, præbendis Canonicorum. quia cum prædia ſint affecta onere decimarum, donata poſtea pro dote eccleſiæ, debent tranſire cum onere ſuo. cap. ex litteris. de pignoribus. non enim vna eccleſia debet ædificari cum præiudicio alterius. cap. 1. de oper. nou. nunc. cap. eccleſiæ. cap. quicunque. 16. q. 1. & iſta fuit opinio. gl. notabilis in cap. 1. de cenſibus. Eſt tamen aduertendum, quod S.
3 Thomas 2. 2. quæſt. 87. art. vlt. tenet, quod Clerici de patrimonio tenentur ſoluere decimas, ſed non de prædijs eccleſiæ. ſed eius opinio poteſt intelligi iuxta terminos capit. ad audientiam. de eccl. ædifican. quando ad populi neceſſitatem infra parochiam antiquam ædificatur noua, tunc poteſt Epiſcopus ſtatuere, vt illa noua habeat certam parochiam cum obuentionibus. vel poteſt intelligi quando ex prædio conceſſo eccleſiæ infra parochiam, modicum eccleſia læderetur, vt ibi declarat Caetan. & dicit gloſ. in d. cap. 1. de cenſibus. alias ſi multum læderetur, nec priuilegium Papæ valeret, qui non intendit afferre enorme præiudicium eccleſiæ parochiali per ſuum priuilegium. cap. quid per nouale. de verb. ſignif. Sed an Canonici tenean-
4 tur ſoluere decimã perſonalem de lucro præbendarum. Innoc. & Abb. in d. c. nouum genus, negant. quia fructus obuenientes Canonicis vltra victum, debentur pauperibus. ergo non poſſunt dici verè eos lucrari, iuxta opinionem, quod beneficiarij ſint vſuarij non fructuarij. 12. quæſt. 1. §. fin. ſeq. & late tradit Abb. in cap. cum eſſes. de teſtam. niſi dicas, quod eccleſia inter pauperes connumeratur, vt clarũ eſt. Aut loquimur in alijs perſonalibus, & tunc, aut acquiritur lucrum ipſis Clericis, & debetur decima, quia debent Deum honorare, aut eccleſiæ, & non debetur, niſi reciperent diuina ab alia eccleſia, vt faciebant olim Monachi. cap. alia. 16. q. 1. Et ex his habes, quando Clerici tenentur ad decimas, quãdo ſcilicet recipiunt ſpiritualia, vnde ſecus quando cura animarũ pertinet ad eos. Eſt tamen ſingulariter notandum, quod Clerici poſſunt præſcribere libertatem non ſoluendi decimas, ſed non laici. gloſſ. in cap. ſuper quibus. de decim. Felin. in cap. cauſam. il primo. de præſcript. Sed quid in Sacerdotibus non curatis, qui celebrant Miſſas die, idem quod in alijs Clericis. quia debent ſemel in anno, & omni tempore confiteri ſua peccata proprio parocho. iuxta cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnitent. & ibi Abb. Item quando ſanè infirmi recipiunt Sacramenta à parocho. & hæc nota, quia quotidiana.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poſſint compelli ad Hoſpitalitatẽ.*
2 *Beneficia ſunt inſtituta ad opus charitatis.*

QVÆSTIO 629.

Clerici, an poſſint compelli ad Hoſpitalitatem.

1 QVæſtio eſt pulchra, an Clerici poſſint compelli ad hoſpitalitatem peregrinorum, ita vt Epiſcopus poſſit mittere peregrinos ad domum Archipresbyteri, & aliorum beneficiatorum, vt eos hoſpitio ſuſcipiant. & breuiter dicendum quod ſic. nam beneficia principaliter fuerunt inſtituta ad
2 opus charitatis. cap. fin. 16. quæſt. 5. vbi Hieronymus, inquit, quicquid habent Clerici pauperum eſt, & domus illorum omnibus debet eſſe communis. cap. quieſcamus. 15. diſt. habetur in cap. de Monachis. de præbend. gl. ſing. in cap. 1. 21. quæſt. 1. in verbo neceſſitatem.

tem. DD. in d. cap. de Monachis. id tamen eſt intelligendum, dummodo Clericus prius victum neceſſarium pro ſe recipiat. cap. fin. §. fin. 12. quæſt. 1. & cap. de his. de eccl. ædif. an autem debeat prius deduci reparatio eccleſiarum, vide ſupra in quæſt. de eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poſſint compelli, vt eant ad Vrbem, & alia loca ab Epiſcopo.*

QVAESTIO 630.

Clerici, an poſſint compelli, vt eant ad Vrbem, & alia loca pro negocijs Eccleſiæ.

1 QVæritur an Clerici poſſint compelli ab Epiſcopo, vt eant ad Vrbem, vel ad alia loca pro negocijs eccleſiæ. breuiter dicendum quod ſic. quia id in ſpecie pertinet ad legem diœceſanam. Innoc. Abb. & alij in cap. dilectum. de offic. ordin. & late diximus in quæſt. vbi in quibus alijs caſibus tenentur Clerici obedire Epiſcopo. quam vide ne repetitio eiuſdem rei faſtidium generet.

XXII. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum Clerici, non ſubiacet querelæ inofficioſi, vel nullitati ex cauſa præteritionis.*

2 *Teſtamentum dicitur liberum, quod non admittit querelam inofficioſi.*

QVAESTIO 631.

De teſtamento Clerici, an ſubiaceat querelæ inofficioſi, vel ſit nullum ob præteritionem filiorum.

1 PVLCHRA eſt quæſtio, an
teſtamentum Clerici ſubiaceat
querelæ inofficioſi ex cauſa
exhæreditationis, vel ſit nul-
lum ex cauſa præteritionis. hęc
quæſtio tractatur à DD. in cap. quia nos. de
teſtam. & magis communis opinio eſt, quod
non ſubiaceat querelæ. per tex. in d. cap. quia
nos. vbi conceditur licentia Clericis, vt poſ-
ſint liberè de ſuis bonis patrimonialibus te-
ſtari, liberum autem teſtamentum dicitur,
quod non admittit querelam. l. filium. vbi
hoc notat Bald. C. de inoff. teſtamen. Et hanc
opinionem tenet gl. in auth. presbyteros. C.
de Epiſc. & Cler. & ibi Iacob. Butr. & Bald.
idem Bal. in l. ſacroſanctæ. eod. Ang. Paul. de
Caſtr. Iacob. in l. 1. ff. de inoff. teſtam. Ang. in
auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis. & ibi
2 Corn. num. 33. dicit eſſe communem. Ang. in
l. fin. C. qui teſtamentum facere poſſunt.
Abb. in cap. quia nos. Iaſ. in d. l. fin. Gol. in l.
re coniuncti. num. 182. ff. de leg. 3. Vaſq. de
ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 37. licet Fulgoſ. Salu. & Barbat. teneant contrarium, quibus de facili adhæret Couar. in d. cap. quia nos. verum non improbat communem opinionem. eandem opinionem communem tenendam eſſe dicit Modern. Surd. conſ. 157. vol. 2. & ita concludendum eſt, vt teſtamentum Clerici non ſubiaceat querelæ, vel nullitati, ſed poſſint filij, vel parentes Clericorum, legitimam petere condictione ex lege. vt per gloſ. in d. auth. presbyteros. & DD. ſupra citatos pro communi opinione.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, an gaudeat omnibus priuilegijs militis.*

2 *Clerici dicuntur milites Dei, & ſunt gratia, & fauore proſequendi.*

3 *Clerici gaudent omnibus priuilegijs militum, ſtante indemnitate rationis, ſecus ſi adſit diuerſa ratio.*

4 *Clericus non poteſt donare concubinæ.*

5 *Clericus non tenetur cedere bonis.*

6 *Clericorum ſtipendia non ſunt capienda pro exequutione ſententiæ.*

7 *Clericus, an poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

8 *Infamia non priuat ipſo iure Clericos honoribus & dignitatibus, quemadmodum milites.*

QVÆSTIO 632.

An Clericus gaudeat omnibus priuilegijs conceſſis militibus armatæ militiæ.

1 QVæritur notabiliter, an Clericus gaudeat omnibus priuilegijs conceſſis mi-
liti

liti armatæ militiæ, quod eſt valde vtili propter multa priuilegia in corpore iuris clauſa, & alia quæ quotidie militibus conceduntur. Pro reſolutione animaduertendum, quod clericus dicitur miles Dei, ac cæleſtis militiæ, qui militat in eccleſia. cap. Chriſtianus. cum gl. 11. quæſt. 1. cap. repræhenſibile. 23. quæſt. 8. colligitur etiam ex cap. 1. de cler. ægrot. vbi notat Abb. ibi, militaret eccleſia. & proinde ſicut militibus armatæ militiæ multa ſpecialia conceduntur vt militiæ vacent, ſic clerici gratia & fauore ſunt proſequendi, & multo

2 magis non male tractandi, ne alij terreantur, & non inueniantur qui in eccleſia militent. text. eſt not. in d. cap. 1. de cler. ægrot. Deueniendo igitur ad reſolutionem, communis & vera concluſio eſt, quod clericus miles cæleſtis militiæ, gaudet omnibus priuilegijs conceſſis militi armatæ militiæ, ſtante tamen indemnitate rationis, ſecus ſi adeſſet diuerſa ratio. ita gloſ. communiter recepta in l. mi-

3 les. ff. de re iud. & in l. ſtipendio. C. de except. rei iud. Bald. conſ. 449. vol. 1. probatur in l. ſacroſanctæ. & in auth. presbyteros. C. de Epiſc. & Cler. Euerar. in loco à milite armatæ militiæ ad militem cæleſtis militiæ. vbi hãc concluſionem nonnullis allegationibus atque illationibus exornat, ad quem remitto lectorem. Exemplum quando militat eadem ratio poteſt poni, quod quemadmodum non

4 valet donatio facta concubinæ per militem ſeculi. vt in l. 2. C. de donat. inter virum, & vxorem, ita nec donatio facta concubinæ per Clericum, cum ſit miles cæleſtis, & honorabilior quam ſecularis miles. cap. duo ſunt. diſtinct. 96. Bart. in l. affectionis. ff. de donat. Abb. in loco citato. Item aliud exemplum,

5 quod quemadmodum propter debita, miles ſeculi non tenetur cedere bonis, nec poteſt conueniri vltra quam facere poteſt d. l. miles. ff. de re iud. ita nec miles Dei. iuxta gloſ. ibi

6 communiter receptam. Item quẽadmodum ſtipendia militum non ſunt capienda pro exequutione ſententiæ d. l. ſtipendia. ſic nec ſtipendia Clericorum, gloſ. in d. l. ſtipendia, & in l. commodis. ff. de re iud. Abb. Euerar. in locis citatis. Exemplum quando militat diuerſa ratio poteſt poni, quod militi non imputatur ignorantia iuris cum debeat vacare armis. l. 5. C. de iur. & fact. ignorant. ſed clerico non eſſet parcendum, qui tenetur habere ſcientiam iuris. gl. ſing. in l. repetita. C. de Epiſ. & Cler. & cum moratur in Ciuitate poteſt conſulere peritiores. ex quo infertur non

7 poſſe Clericum decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, prout miles. l. 1. C. de milit. teſtam. vt tradit Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubrica. de pecul. Cler. quamuis de hac re multum dubitet Crot. in l. re coniuncti. num. 182. ff. de leg. 3. per ſupradicta in præced. q. de teſtam. cler. quod non ſubiaceat querelæ. per tex. in c. quia. de teſtam. vbi datur poteſtas clerico liberè teſtandi. Sed poteſt poni aliud exẽplum clarius. dicitur enim

8 in l. 2. §. miles. ff. de his qui notantur infamia, quod infamia ipſo iure priuat militem militia, ac omnibus honoribus, & dignitatibus. id tamen nõ procedit in Clerico propter diuerſitatem rationis. ſiquidem maior eſt connexio inter Prælatum, & Eccleſiam, quam inter militem, & militiam. cap. inter Canonicos. de elect. cap. inter corporalia. de tranſlat. Prælatorum. ita ſingulariter Abb. & Felin. in cap. querelam. de iureiur. Item poſſet poni exemplum in teſtando ſine iuris ſolemnitate, vt cõſiderat Euerard. loco citato. in fine. & ante eum Dec. in cap. in præſentia. de probat. Militibus enim relaxatur ſolemnitas iuris in teſtando, propter imperitiam. c. 2. ff. de teſtam. militar. & ſic habes reſolutam hanc quæſtionem, quod clerici gaudeant omni priuilegio militum vbi militat eadem ratio. ex qua potes inferre ad multa priuilegia, præterita & futura, & particulariter vide Euerard. qui multa enumerat in loco citato. vide & in quæſt. ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus filiusfamilias poteſt teſtari.*

2 *Clericus filiusfamilias poteſt teſtari de bonis quomodocunque acquiſitis, plusquam miles filiusfamilias, qui teſtatur tamen de peculio Caſtrenſi.*

QVÆSTIO 633.

De Clerico filiofamilias, an poſſit teſtari.

1 QVæritur an Clericus filiusfamilias poſſit facere teſtamentum contra regulam l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. breuiter dicendum quod ſic. auth. presbyteros. C. de Epiſ. & Cler. & l. ſacroſanctæ. eod. tit. Hoſt. Ant. de Butr. Anchar. & alij & in c. quia nos. de teſtam. Bart. Cæpol. Veron. caut. 356. Crot. in l. re coniuncti. num. 182. ff. de leg.

leg. 3. Quinimo quo ad hoc, Clericus eſt ma-
2 gis priuilegiatus quam miles, quia filiusfamilias miles, ſolum poteſt teſtari de peculio Caſtrenſi in quo fungitur vice patrisfamilias. l. 2. ff. ad Macedone. l. penult. & fin. C. qui teſtam. facere poſſunt, ſed filiusfamilias Clericus poteſt de bonis quomodocũque acquiſitis libere teſtari. d. auth. presbyteros. in verb. quomodocunque. & d. l. ſacroſanctæ in verbo quæcunque bona. quod notat gloſ. in c. quia ingredientibus. 19. q. fin. procedere etiam in Clerico primæ tonſuræ.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus, an gaudeat priuilegio legis vnicæ C. quando imperat. inter pupillos, & vidua, in patrimonialibus.*

2 *Eccleſiæ fit iniuria, ſi Clericus diſtrahatur ab officio diuino.*

3 *Clericus in criminalibus gaudet priuilegio l. vnicæ. C. quando Imperator inter pupillos, & viduas.*

Q V AE S T I O 634.

De Clericis, an gaudeant priuilegio legis vnicæ. C. quando Imperator inter pupillos, & viduas.

1 QVæritur, an clericus in bonis patrimonialibus gaudeat priuilegio legis vnicę. C. quando Imperator inter pupillos, & viduas. In hac quæſt. referam opiniones DD. huius regni. Afil. in conſt. regn. ſtatuimus: tenet quod eccleſia gaudeat pro bonis ſuis, ſed non clericus pro bonis patrimonialibus, quia illa diuerſo iure iudicantur à bonis eccleſiæ. idem Carauita in ritu 229. ſed Dominus Carolus ad præſens Regens Cancellariæ meritiſſimus in d. conſtit. nu. 25. dicit, poſſe contrarium teneri: quia cũ huiuſmodi priuilegium electionis fori, miſerabilibus perſonis concedatur ratione eorum impotentiæ, vtque facilius eis iuſtitia adminiſtretur, non videtur diuerſa ratio in clerico, imò maior, ne ab altaris miniſterio abſtrahatur, neue iurgantium controuerſijs ab obſequio Dei Opt. Max. impediatur, dicens de hac re pendere deciſioẽn faciẽdam in ſacro conſ. ſed regulariter ſeruari doctrinam Affl. hæc Dominus Tap. Cuius dicta poſſunt corroborari, & videntur omnino vera in clerico beneficiato, qui tenetur reſidere in eccleſia, & vacare cultui diuino, quia tunc agitur de intereſſe eccleſiæ. vt dare probatur in c. vnico de cler. non reſidentibus in 6. vbi non reſidentes, non percipiunt fructus niſi infirmitatis impotentia illos excuſet, vel abſentia pro eiuſdem eccleſię vtilitate euidenti. & clerici qui tenentur ſeruire eccleſiæ, ſunt benignè tractandi, vt in eccleſia ſeruire, & militare poſſint. vt dicit tex. ſing. in cap. 1. de clericis ægrot. quod pij iudicis diſcretioni relinquitur. & ſic ſumus in caſu eccleſiæ quæ patitur damnum, & gaudet d. priuilegio. l. vnicæ. Et in ſpecie, quod quando clericus abducitur ab officio diuino iniuria fit eccleſię cui competit actio iniuriarum, tradit ſingulariter Card. in cap. contigit. il primo. de ſent. excomm. n. 6. ibi niſi clericus abducitur ab officio diuino.
2 & hęc nota. Sed aduerte, quod hodie non videtur diſputandum, cum adſint duo ritus magnæ Curiæ Vicariæ 153. in quibus clericis datur electio fori etiam in ciuilibus. quamuis Robert. Marant. conſil. 16. dicat, ritus eſſe intelligendos iuxta conſtitutionem regn. ſtatuimus, ac clericus non habeat electionem fori niſi quando perhorreſcit potentiam ad-
3 uerſarij. de clerico in cauſa criminali non eſt dubium quod gaudeat priuilegio d. l. vnicæ. vt per omnes ſupradictos.

S V M M A R I V M.

1 *Domus Clericorum, an ſit exempta ab hoſpitio militum, ſi habitant cum conſanguineis, & quid ſeruetur in Regno.*

2 *Adiuncti ratione, multa conceduntur.*

Q V AE S T I O 635.

Clericus an cenſeatur excipere hoſpitio milites, ſi habitat cum parentibus & fratribus.

1 DE iure communi, domus clericorum eſt exempta ab hoſpitio militum. l. 5. C. de Epiſ. & cler. idem habetur in cap. Regni. Item ſtatuimus, quod domus eccleſiaſticorum ſit exempta ab hoſpitio militum. Dominus Carol. Tap. in tit. de Epiſ. & cler. ampliat ad parentes, & fratres habitantes ſimul cum eorum filijs, & fratribus clericis, vt ſint exẽpti
2 ab onere hoſpitandi. & pro hac ampliatione poſſunt adduci nonnulla, quæ conceduntur ratione adiuncti. iuxta gl. in l. fin. C. de muner. & honor. & late tradita per Marſil. in l. de mi-

de minore. §. tormenta. num. 14. ff. de quæſt. vbi ponit multa exempla. Idem tenet multos allegans Carol. de Graff. de effectibus clericatus effectu 3. nu. 122. Et tanto magis hęc procedere poſſunt ſi conſanguinei militum armatæ militiæ haberent hoc priuilegium, non hoſpitandi in domibus eorum ratione ipſorum militum, ſecus commorantium, vt eodem priuilegio debent gaudere conſanguinei Clericorum, qui habitant in eorum domibus, ſimul cum Clericis qui gaudent omnibus priuilegijs militum. iux. Gloſ. communiter receptam in l. miles. ff. de re iudicat. & ſupra diximus in alia quæſtione, ſcilicet an Clericus gaudet omnibus priuilegijs militum, intellige quando eſt laicorum, cum quibus habitant clerici filij vel fratres, ſed quando eſt Clericorum, non eſt dubium, vt diximus, quod ſit exempta, etiam ſi laici cum eo habitant. idem quando poſſidetur à Clerico, & laico pro communi, & indiuiſo propter dominium quod Clericus habet in qualibet parte domus, vt clarum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poſſint abſque neceſſitate poſtulare pro coniunctis, & quid in Regno ſit deciſũ.*

QVAESTIO 636.

De Clerico, an poſſit poſtulare pro coniuncta perſona indiſtinctè.

1 QVæritur an Clericus poſſit poſtulare pro coniuncta perſona indiſtinctè. iuxta capit. 2. & 3. de poſtulan. Andr. noſter de Iſernia in conſtit. regni Clerici quoque, tenet quod non de iure Canonico niſi inſtante neceſſitate, vt quia coniuncta perſona non poſſet habere æque idoneum. vt in dicto cap. 2. de poſtulan. poſtea dicit, quod in regno id agere poteſt clericus indiſtinctè, ex dicta conſtitutione regni quæ non diſtinguit, & eſt inducta in fauorem coniunctarum perſonarum ergo non debet reſtringi. l. 1. ff. de aleatoribus. quod eſt notãdum propter auctoritatem Andr. de Iſern.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit exercere officium Procuratoris, vel Aduocati in vna cauſa.*

QVÆSTIO 637.

An ſit verum, quod Clericus poteſt exercere officium Aduocati, vel Procuratoris in vna cauſa.

1 CLericus Procurator, vel Aduocatus in iudicio ſeculari pro laico, defendit ſe doctrina Innoc. in cap. 1. de oblig. ad ratio. Archid. in cap. peruenit. diſt. 86. quod iura, quæ officium Procuratoris Eccleſiaſticis interdicunt, locum habent quando tale officium generaliter profitentur ſecus eſt reſpectu vnius cauſæ tantum. Feder. conſil. 270. quod clericus. Contrarium tenet Dec. in cap. conſtitutis. il primo. de appellat quando poſt vnam cauſam alteram ſuſciperet. multum enim diſtraheretur clericus à diuinis, & videtur contra iura, quæ hoc prohibent. cap. fin. de poſtulan. Et cum dictum Innoc. ſimiliter ſit contra ius commune, debet reſtringi quantum poteſt. cap. cum dilectus. de conſuetud. quare debet intelligi in vna cauſa, id eſt pro prima vice tantum. arg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif. & contra dictum Innoc. generaliter tenet Collector, & fatetur Abb. in Rubr. de poſtulan. cum iura generaliter prohibeant, & generaliter intelligi debeant. alias inquit Dec. diceremus, quod in omnibus caſibus in quibus quis poſtulare prohibetur, vel mandatum procuratoris ſuſcipere, vt in tit. de poſtulan. & de procurator. in vna cauſa eſſet admittendus, quod videtur abſurdum. Quare dicendum, doctrinam Innoc. eſſe intelligendam pro vna vice, vel raro, ita quod quis non poſſit dici, nec videatur tale officium exercere. argum. l. 1. §. licet. ff. de tributor. act. vbi gloſ. & Bart. Sed aduerte, quod principalis cauſa cur clericus non poteſt poſtulare, eſt quia licet tale officium ſit licitum, & vtile reipub. tamen clericus nec debet alijs nocere in opinione. & Aduocatus, ſiue Procurator ſaltem in opinione partis aduerſæ videtur illi nocere. vt in dicto cap. fin. Eſt etiam alia ratio, ne diſtrahantur à diuinis, vt diximus in alia quæſtione. & fieret fraus ſi clericus modo in vna cauſa, modo in altera, Aduocatus vel Procurator exiſteret.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an ex conſuetudine poſſint maiorem elee-*

QVÆSTIO 620.

Eccleſia ſuccedit Clerico, excluſo fiſco.

1 ITa tenent Innoc. Ant. Imol. in cap. cum in officijs. de teſtamentis. Bald. in l. ſi quis filio exhæredato. §. eius qui. ff. de iniuſto teſt. l. ſi quis presbyter. & ibi Bald. C. de Epiſc. & Cleric. Tiraq. latè in tractatu le mort. ſaiſit. declarat. 5. num. 7. qui alios cumulat. Item
2 eccleſia diſtribuit bona inter pauperes, peregrini, vel aduenæ mortui ab inteſtato ſine hæredibus. auth. omnes peregrini. C. commu-
3 nia. de ſucceſſionibus. Item Epiſcopus eſt exequutor teſtamenti illius qui deceſſit in mari, in his quæ teſtator in mari moriens, habebit in mari, niſi domicilium ſuum eſſet vicinum. Item Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de inſtrum. edition. verſ. quid ſi Epiſcopus. Berrach. de Epiſcopo lib. 4. 6. part. q. 25. Item
4 ad Epiſcopum ſpectat reſtitutio malè ablatorum. Hoſtien. cap. cum tu. de viur. & omnes.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſemper amat ſapientes.*
2 *Rex Robertus fuit inueſtitus Regno Neapolitano ob magnam eius ſapientiam.*
3 *Illegitimus virtuoſus dicitur nobilis, & de familia.*
4 *Litterati admittuntur ad officium nobilium.*

QVAESTIO 621.

Eccleſia quam diligat ſapientes, & litteratos, & virtuoſos.

1 QVam diligat Eccleſia ſapientes, & virtuoſos, omnes ferè Sacri Canones teſtantur. c. de multa. de præbend. c. miramur. diſt. 61. c. Epiſcopus. diſt. 41. & in c. 2. de reliquijs & vener. SS. in 6. appellat Doctores Eccleſiæ lucernas ardentes ſuper candelabrum in domo Domini, Sydus irradiens in matutinum, alijsq. laudibus eos extollit. & tempore Regis Roberti ſecundigeniti Regis Caroli II. ob magnam ſapientiam illius Regis prætulit Sedes Apoſtolica Regem Ro-
2 berti, in ſucceſſione Regni Neapolitani Nepoti iuueni filio Caroli fratris ſui primogeniti præmortui, viuente communi patre Carolo II. Tradunt enim Hiſtorici poſt Salomonem nullum Regem fuiſſe ſapientiorem Rege Roberto. exemplo Dauid, qui Salomonem vltimum genitum fecit Regem, & exemplo Roboam, qui conſtituit Abiam ducem ſuper omnes fratres ſuos, quia ipſum Regem facere cogitabat, ex quo ſapientior erat & potentior, & regnauit Abias, qui fuit filius Regis Roboam, ex quarta vxore ſuſceptus, & ex alijs vxoribus prius ſuſceperat filios, vt habetur 2. Paralipom. cap. 11. Et hanc Eccleſię ſententiam pro Rege Roberto multis comprobat Lucas de Penna in l. fin. C. de tyronibus. lib. 10. Aliquando Eccleſia inueſtit illegitimum de emphyteuſi vel feudo, propter eius meritum, & virtutes, licet non ſint capaces ſucceſſionis feudi eccleſiaſtici, vel emphyteuſis Eccleſiæ, vt diximus in quæſtione feudali 32.
3 Et merito, quia etſi illegitimus non dicatur nobilis. Bald. in l. fin. C. de verborum ſignificatione. Tiraquel. de nobilitate. cap. 15. nu. 24. tamen quando illegitimus eſt virtuoſus, tunc eſt nobilis & de familia. per textum ſingularem in l. generaliter. §. ſpurijs. ff. de decurionibus. vbi ſpurius honeſtæ vitæ poteſt eſſe decurio, & tamen certum eſt, quod ignobilis non aſſumitur ad officium decurionatus, vt eodem tit. l. honores. §. 1. & ita dicit Afflict. in cap. 1. quis dicatur Dux. num. 17. Et viri litterati, quos ſcientia facit nobiliſſimos. l. prouidendum. C. poſtulando. admittuntur
4 ad officia, ad quæ ſoli nobiles admitti ſolent. Gloſſ. ſingularis in l. 5. in verbo, ſuppleat. ff. pro ſocio. quam refert, & ſequitur Ioann. de Platea in l. 1. C. de conditis in horreis publicis. lib. 11. Bald. & alij in dicta l. 5. Tiraquel. latè de nobilitate. num. 5. Alia poſſent adduci quæ admittuntur. diſpenſat etiam cum illegitimis. cap. 1. & 2. de filijs presbyterorum. in 6. & ignorantiam in eccleſiaſticis multum vituperat diſtinct. 38. per totum. & dicit gloſſ. in l. qui cum vno. ff. de re militari, quam ſtupendam dicit Felin. in cap. ſi quando. de reſcript. num. 6. quod Epiſcopus indoctus indigne promotus, meretur decapitari. & in cap. niſi ſpecialis. de officio delegati. Papa remiſit pœnam cuidam ob ſpecialem quam erga eum habebat dilectionem, ortam ex virtutibus ipſius, qui deliberat. & in cap. eos. quæſt. 7. remiſsius agitur cum eo, quem vita commendat. & propter perſonæ integritatem & ſanctitatem, de iure communi laicus olim poterat aſſumi in Epiſcopum. Fel. in c. ſuper his. per tex. in c. ſtatuimus. §. his omnibus. diſtinct. 61. quod hodie non procedit. & multa alia adduci poſſent, ſatis ſit hæc breuiter tetigiſſe.

DE

DE MINISTRIS ECCLESIAE.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus, qui non intendit ſeruire Eccleſiæ, an poſſit tanquam inutilis expelli à Clericatu.*

2 *Collegiatus non ſeruiens actu, non gaudet priuilegijs Collegij, & debet inde remoueri.*

3 *Papa priuauit Epiſcopatu Epiſcopum Tudertinum tanquam inutilem.*

4 *Baldi tempore, Papa mandauit de nouo examinari omnes Magiſtros Fratrum Minorum.*

QVÆSTIO 622.

Clericus in Minoribus conſtitutus, qui non ſeruit Eccleſiæ, an poſſit tanquam inutilis expelli à Collegio Clericorum, & declarari laicus.

1 QVAESTIO eſt practicabilis. Clericus in minoribus conſtitutus, non obtinens beneficium, pluties monitus, non intendit ſeruire eccleſiæ; an poſſit tanquam inutilis expelli à Clericorum collegio, & declarari laicus, & priuari habitu clericali. eſt enim clarum, quod non gaudet priuilegio fori, vt in Conc. Trid. cap. 6. ſeſſ. 23. de reformat. Et videtur negatiuè reſpondendum, cum talis ſtatus incedendi in habitu clericali, in eo qui ſuſcepit ordines minores, non videatur à iure reprobatus. In contrarium videtur veritas, quod poſſit priuari Clericatu tanquam inutilis, & declarari laicus, ex illa regula, quod qui eſt in aliquo collegio, ſi non ſeruit actu, non ſolum non gaudet priuilegio
2 collegij, ſed inde remoueri debet. l. vnica. C. de colleg. libro decimo. vbi Imperator in ſpecie loquitur de eccleſiaſticis. qui tamen eius lege ligati non poſſunt, ſed bene ratione legis, quæ lex eſt. diſt. 1. cap. conſuetudo. & totus Clerus conſtituit vnum corpus, & vniuerſitatem, & poſſunt conſtituere Procuratorem, & ſimul conuenire, & facere actus collegij. Abb. & alij in cap. accedentes. de præſcript. Concilium etiam Tridentinum cap. 7. dicta ſeſſ. 23. deſiderat eos ordinari, de quibus ſit ſpes quod ad maiores ordines aſcendant. Refert Baldus in l. quicunque. C. de
3 Epiſcopis & Cleric. Epiſcopum Tudertinum fuiſſe tanquam inutilem, à Summo Pontifice priuatum Epiſcopatu. & in conſil. 497. lib. 5.
4 dicit, ſuo tempore Papam mandaſſe Generali Fratrum Minorum, vt examinaret omnes Magiſtros in Capitulo generali, & indignos doctrina, vel moribus, priuaret magiſterio, & gratijs & priuilegijs Magiſtrorum. Item facit, quod clericus non intitulatus, poteſt compelli ad ſeruiendum in diuinis, vt in quæſtione ſequenti dicetur; & ſucceſſiuè poterit imponi pœna priuationis habitus clericalis, cum non ſit determinata à iure. l. 1. ff. de iure deliber. Pro vera reſolutione, ſi caſus occurreret, recurre ad Vrbem. hæc dicta ſint animo aperiendi viam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non intitulatus, nec beneficiatus, an poſſit compelli ad ſeruiendum Eccleſiæ in diuinis.*

2 *Clericus ſuſcipiens ſponte Ordines, videtur ſe obligare ad ſe exercendum in eorum munere.*

QVÆSTIO 623.

Clericus non intitulatus, an poſſit compelli vt interſit diuinis officijs.

1 QVæſtio eſt notabilis, an clericus non deputatus ſeruitio alicuius eccleſiæ, poſſit compelli vt interſit diuinis officijs, & cum alijs pſallat. & videtur quod non. per text. in cap. ſi quis presbyter. diſtin. 92. vbi compelluntur clerici deputati diuinis officijs. In contrarium eſt veritas, quod idem ſit in clericis non deputatis. Ratio eſt, quia ordinem ſponte ſuſceperunt, in cuius collatione dicitur quid oporteat clericum facere, & dicitur, ſi fuiſti tardus ad eccleſiam, modo ſis velox, ſi fuiſti ſomnolentus, modo ſis vigilans. non tamen tenentur ita intereſſe ſicut deputati, qui triplici ratione ſunt magis obligati. ſcilicet ratione ordinis
2 intitulationis, & beneficij. ſed non deputati ſunt obligati tantum, ratione ordi-

nis, cuius ratione, etiam vnius tantum, poteſt clericus compelli intereſſe diuinis officijs ita ſingulariter poſt Vgon. tradit Archid. in dicto cap. ſi quis presbyter. & poſt eum Cardinalis Alexandrinus.

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt compelli ad donandum aliquid filio pro titulo patrimonij, ſi vult ſacris initiari.*

2 *Filius ſi vult vacare litteris, cogitur pater dites ſubminiſtrare ei neceſſaria.*

3 *Pater qui non alit filios, excommunicatur.*

4 *Pater tenetur ad alimenta filio, qui ingreſſus eſt Monaſterium inops.*

QVAESTIO 624.

An pater poſsit compelli ad donandum aliquid filio pro titulo patrimonij, ad finem ſuſcipiendi ordines ſacros.

1 QVæſtio eſt pulchra. filius intendit ſuſcipere ordinem Subdiaconatus, an pater poſſit compelli ad donandum ei aliquid pro titulo. & breuiter videtur dicendum quod ſic. nam poteſt compelli ad faciendam donationem propter nuptias. authent. ex teſtamento. C. de collat. & valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale. c. tuæ. de ſponſ. c. 2. de tranſl. præl. & diſpoſitio auth. res quæ. C. communia. de legat. quod bona ſubiecta reſtitutioni, non poſſunt alienari niſi ex cauſa dotis, habet locū etiam in dote ſpirituali, vt ibi communiter traditur. & ita in caſu propoſito, his rationibus tradit Crauett. conſil. 136. vol. 1. quæ rationes non videntur multum ſtringere. Nam pater cogitur tantum promittere donationem propter nuptias. & de dote filiæ contrahentis matrimonium carnale, vel ſpirituale, non videtur poſſe inferri ad filium, qui non poteſt petere legitimam in vita patris, quemadmodum filia poteſt petere dotem. Sunt tamen ſupradictæ rationes alicuius conſiderationis. ego addo, quod ſi pater eſt diues, & filius velit va-
2 care ſtudio litterarum, poteſt compelli ad miniſtrandum ei neceſſaria. Archidiac. in cap. ſi reliquerit. diſtinct. 30. Lucas de Penna in l. 1. C. qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant. lib. 10. & maior vtilitas publica conſiſtit in ſacris, quam in ſtudio litterarum. cap. ius autem. diſtinct. 1. Præterea titulus patrimonij promouendi ad ſacros ordines, nihil aliud continet quam alimenta, ne cum dedecore cogatur mendicare. capit. Epiſcopus. cap. cum ſecundum. de præbendis. Concil. Trident. cap. 2. ſeſſ. 21. de reformat. & clarum eſt patrem teneri præſtare alimenta filio. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc. &
3 in dicto cap. ſi reliquerit, pater excommunicatur qui non præſtat alimenta filio. Item facit quod voluit Bald. Nouell. in tractatu de dote. parte 1. capit. 1. num. 11. quod filio in-
4 tranti Religionem, tenetur pater aliquid aſſignare pro victu ſuo, ſi monaſterium eſt inops, alias ſecus, ex d. l. ſi quis à liberis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio patrimonij, facta à patre filio vt aſcendat ad ordines ſacros, an imputetur in legitimam.*

2 *Donatio ſimplex facta à patre filio, non imputatur in legitimam; & quomodo id procedat.*

3 *Militia empta à patre filio, an imputetur in legitimam, & quid de alio officio vendibili.*

QVAESTIO 625.

De donatione facta à patre filio vt aſcendat ad ordines ſacros, an debeat imputari in legitimam, & conferri.

1 SIngularis eſt quæſtio, an id quod donatur à patre filio pro titulo patrimonij vt aſcendat ad ordines ſacros, imputetur filio in legitimam, & ſit locus collationi cum alijs fratribus. In hac quæſtione ſunt variæ Doctorum ſententiæ. aliqui negant imputari in legitimam, quia donata à patre ob militiam terreſtrem quærendam, reputantur caſtrenſia, & non conferuntur. l. prima. §. nec caſtrenſe. ff. de collationibus. l. final. C. eodem, multo minus ob militiam cœleſtem, quæ dignior eſt. & validum eſt argumentum de milite armatæ militiæ, ad militem cœleſtis militiæ, iuxta gloſſ. & communem in l. miles. ff. de re iudicata. Præterea ſimplex donatio facta à patre filio, non confertur, l. illud. §.
2 fin. C. de collation. Hæc autem donatio licet videatur facta ob cauſam ſacrorum ordinum, dicitur tamen ſimplex, quia vt donatio dicatur ob cauſam ad finē conferendi, intelligitur quando

quando adeſt neceſſitas donandi ex parte donantis, vt eſt dos, vel donatio propter nuptias, ad quam pater compelli poteſt. l. finali. C. de dotis promiſſ. authent. dos data. C. de donation. ante nupt. ſed iſta non fit ex cauſa neceſſaria. Inſuper in materia collationis habemus regulam, quod non habet locum niſi in caſibus expreſſis à iure. l. illam. C. de collation. Nec reperitur expreſſus iſte caſus. & hanc opinionem tenent Ioannes Faber in S. final. Inſtitut. de inofficioſo teſtamento. Igneus in l. tertia. §. ſi ſubuenitur. num. 177. ff. ad Syllan. Caſſaneus in conſuetudine Burgund. rubric. 7. S. 5. Duen. regula 222. limitatione, tertia. Crau. conſil. 136. Vallaſq. in Praxi capit. 13. num. 77. Contrariam opinionem, quod debeat fieri imputatio in legitimam tenent Couarr. in capit. Rainaldus. S. 2. num. 7. de teſtamentis. Vaſques de ſucceſſ. crear. lib. 3. S. 22. limitatione 17. num. 44. & hanc opinionem cenſeo veriorem, pro qua facit text. in l. omnimodo. S. imputari. C. de inofficioſo teſtamento. vbi expreſſe habetur, in legitimam computari quod pater expendit in militia, vel officio filio ſuo emendis, ſi id ſit tranſmiſſibile ad hæredes, vel ceſſibile, & alienabile inter viuos. Hoc autem conuenit patrimonio clerici, quod tranſmittitur ad hæredes, & eſt alienabile, ſaltem facta ſubrogatione alterius
3 patrimonij in eius locum, vt per Doctores in capit. tuis. de præbendis, & Concil. Triden. capit. 2. ſeſſione vigeſimaprima de reformat. Item facit quod notat Paulus de Caſtro in dicto §. imputari, quod ſi pater acquiſiuit filio officium Scriptoriæ in Romana Curia pro aureis mille, licet tale officium non tranſmittatur ad hæredes, quia tamen conſueuit vendi, computatur filio in legitimam. & quod dependet à voluntate Principis, non dicitur impoſſibile quando Princeps conſueuit præſtare aſſenſum, vt per Doctores in l. apud Felinum. S. conſtat. ff. de legatis primo. Præterea non eſt dubium, quod pater in vita poteſt aſſignare filio portionem ſuam. l. cum de peculio. S. fin. ff. ad leg. falcidiam. Bart. in l. prima. S. ſi parens. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus. & talis videtur hæc donatio, ſiue aſſignatio, quæ vocatur patrimonium clerici, quod ſecundum leges ſolet ſic nominari poſt mortem patris. vnde hæreditas adita, non dicitur amplius hæreditas, ſed patrimonium filij. Non obſtant deducta in contrarium, quia caſus videtur expreſſus in d. §. imputari. de militia, & officio vendibili. Non obſtat, quod donatio ſimplex, ad quam donans non tenetur ex neceſſitate, non confertur. quia ad finem imputandi in legitimam, confertur. & ſufficit neceſſitas cauſatiua; nempe quod filius non poterat alio modo officium conſequi, vt patet manifeſte in d. S. imputari. in quo pater non tenebatur emere militiam filio ex neceſsitate, & tamen quia emit, & eſt vendibilis, imputatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus cui eſt prohibitum officium aduocationis, an poſſit domi conſulere.*
2 *Lector, cui ex ſtatuto prohibetur poſtulare, prohibetur etiam domi conſulere.*
3 *Sacerdoti quare prohibetur officium aduocationis.*
4 *Sacerdotis officium eſt nemini nocere, & omnibus velle prodeſſe.*

QVAESTIO 626.

De Clerico cui eſt prohibitum officium aduocationis, an poſſit domi conſulere.

1 AN clericus, qui nō poteſt poſtulare niſi in cauſis proprijs, eccleſiæ, conſanguineorum, & miſerabilium perſonarum. cap. 1. & 2. de poſtulando. poſsit conſulere domi, & in ſcriptis allegationes dare. & videtur quod ſic, ex doctrina Bart. in l. prima. §. poſtulante. ff. de poſtulando. in l. Paulus. S. fin. ff. de legation. vbi dicit, quod prohibitus aduocare, non eſt prohibitus domi conſulere, & iudici allegationes dare. ſequitur Roman. in l. 2. ff. de verbor. obligat. Præpoſ. in cap. ſollicitudinem. columna decima de appellationibus. Quidam moderni dicunt, clericum neque poſſe domi conſulere. ſiquidem aduocatio fuit ei prohibita, ne à ſacris, diuiniſq. officijs diſtrahatur, quod militat etiam in conſulendo domi, & allegationibus. allegant Ferdinandum Loaz in conſil. pro Marchione Velez, & quia ſecundum Ioann. de Anania in rubr. de magiſtris, ſi Doctor prohibetur aduocare propter lecturam, prohibetur etiam domi conſulere, cum in vtroque caſu à lectura diſtrahatur. idem Felin. in rubr. de fide inſtrumentor. col. 1. Purpurat. in rubr. de off. aſſeſs. Limitant tamen ſecundum eundem

Ferdinandum, quãdo clericus pro amico, vel affine in vna tantum cauſa aduocaret, & conſuleret, ex iuſta cauſa, non ex cupiditate. ex doctrina Innoc. in cap. vnico. de obligatis ad
3 ratiocin. Sed prima opinio, quod liceat domi conſulere, eſt verior, dummodo non relinquat diuinum officium, quod breui tempore perſoluitur. videmus enim quod clericus poteſt vacare artificio, dummodo non relinquat diuinum. capit. Clericus victum. 91. diſtinct. vbi ex artificio poteſt ſibi victum quærere, multo magis poteſt vacare litteris. imò ad euitandum otium, ſummopere laudatur in clerico ſtudium litterarum. quare Hieron. inquit: *Ama ſtudium litterarum, & carnis vitia non amabis*. vt in cap...... 38. diſt. nec eſt
4 principalis ratio prohibitionis, ne clericus diſtrahatur à diuinis, ſed quia Sacerdotis officium eſt omnibus prodeſſe, & nulli velle nocere. cap. fin. de poſtulando. vbi affertur iſta ratio. & Aduocatus ſaltem in opinione partis videtur illi nocere, vt ibi conſiderat Abb. & Aduocatus dicitur incurrere inimicitiam partis aduerſæ. gloſ. in l. ſi pecuniam. ff. de condit. cauſa data. tex. in l. qui operas. ff. locati. quare allegatur ſuſpectus. & opinionem, quod liceat clerico domi conſulere, tenet Abb. in c. ſuper ſpecula, ne clerici, vel monachi. Vera etiam eſt opinio, quando clericus dereliquerer diuina officia, quia idem eſt in artificio & agricultura, quibus poteſt vacare, dummodo non derelinquat diuinum officium.

SVMMARIVM.

1 *Redditus Eccleſiæ, & obuentiones, quando debeant diſtribui inter beneficiatos ſingulis annis, vel menſibus, vel diebus.*

2 *Alimenta legata, quo tempore præſtari debeant.*

3 *Alimenta militibus an debeant præſtari ſingulis diebus, vel quolibet ſecundo die.*

QVÆSTIO 627.

De redditibus, & fructibus diſtribuendis Clericis, Miniſtris Eccleſiæ, Canonicis, Hebdomadarijs, & alijs, an ſint diſtribuendi ſingulis diebus, vel menſibus, vel in fine anni.

1 PRocurator Capituli, vel aliorum beneficiorum eccleſiæ, poteſt quolibet menſe, & quolibet hebdomada, & aliquando ſingulis diebus diſtribuere fructus, prouentus, & obuentiones, Canonicis, & alijs Miniſtris eccleſiæ, ſed non diſtribuit, an poſſit compelli, vt ſingulis menſibus, vel paucioribus diebus, data commoditate diſtribuat. Dicendum, quod fructus beneficiatorum ſunt deputati pro alimentis. nam qui altari ſeruit, de altari viuere debet. cap.... de præbend. In alimentorum vero præſtatione hæc regula traditur,
2 quod aut relinquũtur alimenta perſonis non morituris, vt pauperibus in genere, & tunc debentur annuatim. l. ſi quis ad declinãdum. C. de Epiſc. & Cler. aut perſonis, & tunc ſingulis menſibus. l. pecuniæ. ff. de alimentis legatis. exceptis veſtibus, & lecto, quæ debẽtur annuatim. militibus vero debent ſolui alimenta de die in diem, vel ſaltem ſecundo quolibet die. l. 1. C. de erogat. militaris annonæ. lib. 12. & hoc fauore Reip. quia ſi ſtipendiarijs ſolueretur totum ſtipendium vnius menſis, citius conſumerent, & non haberent poſtea vnde viuerent, vt notat Bart. in d. l. pe-
3 cuniæ. ſed milites cœleſtes gaudẽt priuilegijs militum armatæ militiæ. gl. communiter recepta in l. miles. ff. de re iudic. c. 1. de cler. ægrotant. vbi DD. latè Euerar. in loco de milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, & nos infra ſubnectemus quæſt. particularem. Ergo concludendum, quod data commoditate, poſſit procurator compelli etiam ſingulis diebus ad diſpenſandum redditus inter beneficiatos, fauore eccleſiæ, cœleſtis militiæ, & cultus diuini, cui beneficiari continuè vacare debent. & data commoditate contraria conſuetudo videtur corruptela.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri, & alij Clerici, an teneantur ſoluere decimas.*

2 *Clerici an teneantur ad decimas de dote Eccleſiæ, ſiue beneficij, & Canonici de præbendis.*

3 *S. Thomæ opinio, quod de dote Eccleſiæ non debeatur decima declaratur.*

4 *Canonici de lucro præbendarum non tenentur ad decimas, & quando teneantur de alijs lucris.*

5 *Clerici præſcribunt libertatem non ſoluendi decimas, non laici, presbyteri non curati quomodo dicantur percipere ſacramenta à Curatis.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO 628.

De Clericis, an teneantur ſoluere decimas.

1 Quæritur an Sacerdotes, & alij Clerici teneantur ſoluere decimas eccleſiæ parochiali. difficultatem facit lex in c. nouum genus. de decim. quæ in principio dicit eſſe nouum genus exactionis, vt Clerici à Clericis decimas exigant, cum nunquam Leuitas à Leuitis decimas exigiſſe legatur, poſtea in fine dicit, quod illi Clerici decimas perſoluunt, quia à Clericis ſpiritualia percipiunt. quare circa d. lex variæ ſunt opiniones DD. Communis eſt, quod omnes Clerici, qui diuina ab alijs percipiunt, quales ſunt omnes qui non ſunt curati, tenentur de patrimonialibus ſoluere decimas prædiales. gl. in d. c. nouum genus. & in cap. de his. 16. q. 1. & in c. ſi quis Clericus eadem cauſa. & q. vbi Arch. Innoc. Abb. d. c. nouum genus. qui tex. decidit quæſtionem. Sed dubium eſt, an de dote
2 eccleſiæ ſiue beneficij. gloſ. ſupradicta tenet quod non debentur de dote. ſed verior eſt opinio Innoc. quem etiam ſequitur Abb. in d. cap. nouum genus. quod debeantur de dote eccleſiæ, præbendis Canonicorum. quia cum prædia ſint affecta onere decimarum, donata poſtea pro dote eccleſiæ, debent tranſire cum onere ſuo. cap. ex litteris. de pignoribus. non enim vna eccleſia debet ædificari cum præiudicio alterius. cap. 1. de oper. nou. nunc. cap. eccleſiæ. cap. quicunque. 16. q. 1. & iſta fuit opinio. gl. notabilis in cap. 1. de cenſibus. Eſt tamen aduertendum, quod S.
3 Thomas 2. 2. quæſt. 87. art. vlt. tenet, quod Clerici de patrimonio tenentur ſoluere decimas, ſed non de prædijs eccleſiæ. ſed eius opinio poteſt intelligi iuxta terminos capit. ad audientiam. de eccl. ædifican. quando ad populi neceſſitatem infra parochiam antiquam ædificatur noua, tunc poteſt Epiſcopus ſtatuere, vt illa noua habeat certam parochiam cum obuentionibus. vel poteſt intelligi quando ex prædio conceſſo eccleſiæ infra parochiam, modicum eccleſia læderetur, vt ibi declarat Caetan. & dicit gloſ. in d. cap. 1. de cenſibus. alias ſi multum læderetur, nec priuilegium Papæ valeret, qui non intendit afferre enorme præiudicium eccleſiæ parochiali per ſuum priuilegium. cap. quid per no-
4 uale. de verb. ſignif. Sed an Canonici teneantur ſoluere decimã perſonalem de lucro præbendarum. Innoc. & Abb. in d. c. nouum genus, negant. quia fructus obuenientes Canonicis vltra victum, debentur pauperibus. ergo non poſſunt dici verè eos lucrari, iuxta opinionem, quod beneficiarij ſint vſuarij non fructuarij. 12. quæſt. 1. §. fin. ſeq. & late tradit Abb. in cap. cum eſſes. de teſtam. niſi dicas, quod eccleſia inter pauperes connumeratur, vt clarũ eſt. Aut loquimur in alijs perſonalibus, & tunc, aut acquiritur lucrum ipſis Clericis, & debetur decima; quia debent Deum honorare, aut eccleſiæ, & non debetur, niſi reciperent diuina ab alia eccleſia, vt faciebant olim Monachi. cap. alia. 16. q. 1. Et ex his habes, quando Clerici tenentur ad decimas, quãdo ſcilicet recipiunt ſpiritualia, vnde ſecus quando cura animarũ pertinet ad eos. Eſt tamen ſingulariter notandum, quod Clerici poſſunt præſcribere libertatem non ſoluendi decimas, ſed non laici. gloſſ. in cap. ſuper quibus. de decim. Felin. in cap. cauſam. il primo. de præſcript. Sed quid in Sacerdotibus non curatis, qui celebrant Miſſas die, idem quod in alijs Clericis. quia debent ſemel in anno, & omni tempore confiteri ſua peccata proprio parocho. iuxta cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnitent. & ibi Abb. Item quando ſanè infirmi recipiunt Sacramenta à parocho. & hæc nota, quia quotidiana.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poſſint compelli ad Hoſpitalitatẽ.*
2 *Beneficia ſunt inſtituta ad opus charitatis.*

QVÆSTIO 629.

Clerici, an poſſint compelli ad Hoſpitalitatem.

1 Quæſtio eſt pulchra, an Clerici poſſint compelli ad hoſpitalitatem peregrinorum, ita vt Epiſcopus poſſit mittere peregrinos ad domum Archipresbyteri, & aliorum beneficiatorum, vt eos hoſpitio ſuſcipiant. & breuiter dicendum quod ſic. nam beneficia principaliter fuerunt inſtituta ad
2 opus charitatis. cap. fin. 16. quæſt. 5. vbi Hieronymus, inquit, quicquid habent Clerici pauperum eſt, & domus illorum omnibus debet eſſe communis. cap. quieſcamus. 15. diſt. habetur in cap. de Monachis. de præbend. gl. ſing. in cap. 1. 21. quæſt. 1. in verbo neceſſitatem.

tem. DD. in d. cap. de Monachis. id tamen eſt intelligendum, dummodo Clericus prius victum neceſſarium pro ſe recipiat. cap. fin. §. fin. 12. quæſt. 1. & cap. de his. de eccl. ædif. an autem debeat prius deduci reparatio eccleſiarum, vide ſupra in quæſt. de eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poſſint compelli, vt eant ad Vrbem, & alia loca ab Epiſcopo.*

QVAESTIO 630.

Clerici, an poſſint compelli, vt eant ad Vrbem, & alia loca pro negocijs Eccleſiæ.

1 Quæritur an Clerici poſſint compelli ab Epiſcopo, vt eant ad Vrbem, vel ad alia loca pro negocijs eccleſiæ. breuiter dicendum quod ſic. quia id in ſpecie pertinet ad legem diœceſanam. Innoc. Abb. & alij in cap. dilectum. de offic. ordin. & late diximus in quæſt. vbi in quibus alijs caſibus teneantur Clerici obedire Epiſcopo. quam vide ne repetitio eiuſdem rei faſtidium generet.

XXII. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum Clerici, non ſubiacet querela inofficioſi, vel nullitati ex cauſa præteritionis.*

2 *Teſtamentum dicitur liberum, quod non admittit querelam inofficioſi.*

QVAESTIO 631.

De teſtamento Clerici, an ſubiaceat querelæ inofficioſi, vel ſit nullum ob præteritionem filiorum.

1 PVLCHRA eſt quæſtio, an teſtamentum Clerici ſubiaceat querelæ inofficioſi ex cauſa exhæreditationis, vel ſit nullum ex cauſa præteritionis. hęc quæſtio tractatur à DD. in cap. quia nos. de teſtam. & magis communis opinio eſt, quod non ſubiaceat querelæ. per tex. in d. cap. quia nos. vbi conceditur licentia Clericis, vt poſſint liberè de ſuis bonis patrimonialibus teſtari, liberum autem teſtamentum dicitur, quod non admittit querelam. l. filium. vbi hoc notat Bald. C. de inoff. teſtamen. Et hanc opinionem tenet gl. in auth. presbyteros. C. de Epiſc. & Cler. & ibi Iacob. Butr. & Bald. idem Bal. in l. ſacroſanctæ. eod. Ang. Paul. de Caſt. Iacob. in l. 1. ff. de inoff. teſtam. Ang. in auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis. & ibi
2 Corn. num. 33. dicit eſſe communem. Ang. in l. fin. C. qui teſtamentum facere poſſunt. Abb. in cap. quia nos. Iaſ. in d. l. fin. Gol. in l. re coniuncti. num. 182. ff. de leg. 3. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 37. licet Fulgoſ. Salu. & Barbat. teneant contrarium, quibus de facili adhæret Couar. in d. cap. quia nos. verum non improbat communem opinionem. eandem opinionem communem tenendam eſſe dicit Modern. Surd. conſ. 157. vol. 2. & ita concludendum eſt, vt teſtamentum Clerici non ſubiaceat querelæ, vel nullitati, ſed poſſint filij, vel parentes Clericorum, legitimam petere condictione ex lege. vt per gloſ. in d. auth. presbyteros. & DD. ſupra citatos pro communi opinione.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, an gaudeat omnibus priuilegijs militis.*

2 *Clerici dicuntur milites Dei, & ſunt gratia, & fauore proſequendi.*

3 *Clerici gaudent omnibus priuilegijs militum, ſtante indemnitate rationis, ſecus ſi adſit diuerſa ratio.*

4 *Clericus non poteſt donare concubinæ.*

5 *Clerici non tenetur cedere bonis.*

6 *Clericorum ſtipendia non ſunt capienda pro exequutione ſententiæ.*

7 *Clericus, an poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

8 *Infamia non priuat ipſo iure Clericos honoribus & dignitatibus, quemadmodum milites.*

QVÆSTIO 632.

An Clericus gaudeat omnibus priuilegijs conceſſis militibus armatæ militiæ.

1 Quæritur notabiliter, an Clericus gaudeat omnibus priuilegijs conceſſis militi

liti armatæ militiæ. quod eſt valde vtili propter multa priuilegia in corpore iuris clauſa, & alia quæ quotidie militibus conceduntur. Pro reſolutione animaduertendum, quod clericus dicitur miles Dei, ac cœleſtis militiæ, qui militat in eccleſia. cap. Chriſtianus. cum gl. 11. quæſt. 1. cap. repræhenſibile. 23. quæſt. 8. colligitur etiam ex cap. 1. de cler. ægrot. vbi notat Abb. ibi, militaret eccleſia. & proinde ſicut militibus armatæ militiæ multa ſpecialia conceduntur vt militiæ vacent, ſic clerici gratia & fauore ſunt proſequendi, & multo

2 magis non male tractandi, ne alij terreantur, & non inueniantur qui in eccleſia militent. text. eſt not. in d. cap. 1. de cler. ægrot. Deueniendo igitur ad reſolutionem, communis & vera concluſio eſt, quod clericus miles cæleſtis militiæ, gaudet omnibus priuilegijs conceſſis militi armatæ militiæ, ſtante tamen indemnitate rationis, ſecus ſi adeſſet diuerſa ratio. ita gloſ. communiter recepta in l. mi-

3 les. ff. de re iud. & in l. ſtipendio. C. de except. rei iud. Bald. conſ. 449. vol. 1. probatur in l. ſacroſanctæ. & in auth. presbyteros. C. de Epiſc. & Cler. Euerar. in loco à milite armatæ militiæ ad militem cæleſtis militiæ. vbi hác concluſionem nonnullis allegationibus atque illationibus exornat, ad quem remitto lectorem. Exemplum quando militat eadem ratio poteſt poni, quod quemadmodum non

4 valet donatio facta concubinæ per militem ſeculi. vt in l. 2. C. de donat. inter virum, & vxorem, ita nec donatio facta concubinæ per Clericum, cum ſit miles cœleſtis, & honorabilior quam ſecularis miles. cap. duo ſunt. diſtinct. 96. Bart. in l. affectionis. ff. de donat. Abb. in loco citato. Item aliud exemplum,

5 quod quemadmodum propter debita, miles ſeculi non tenetur cedere bonis, nec poteſt conueniri vltra quam facere poteſt d. l. miles. ff. de re iud. ita nec miles Dei. iuxta gloſ. ibi

6 communiter receptam. Item quéadmodum ſtipendia militum non ſunt capienda pro exequutione ſententiæ d. l. ſtipendia. ſic nec ſtipendia Clericorum. gloſ. in d. l. ſtipendia, & in l. commodis. ff. de re iud. Abb. Euerar. in locis citatis. Exemplum quando militat diuerſa ratio poteſt poni, quod militi non imputatur ignorantia iuris cum debeat vacare armis, l. 5. C. de iur. & fact. ignorant. ſed clerico non eſſet parcendum, qui tenetur habere ſcientiam iuris. gl. ſing. in l. repetita. C. de Epiſ. & Cler. & cum moratur in Ciuitate poteſt conſulere peritiores. ex quo infertur non

7 poſſe Clericum decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, prout miles. l. 1. C. de milit. teſtam. vt tradit Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubrica. de pecul. Cler. quamuis de hac re multum dubitet Crot. in l. re coniuncti. num. 182. ff. de leg. 3. per ſupradicta in præced. q. de teſtam. cler. quod non ſubiaceat querelæ. per tex. in c. quia. de teſtam. vbi datur poteſtas clerico liberè teſtandi. Sed poteſt poni aliud exẽplum clarius. dicitur enim

8 in l. 2. §. miles. ff. de his qui notantur infamia, quod infamia ipſo iure priuat militem militia, ac omnibus honoribus, & dignitatibus. id tamen nõ procedit in Clerico propter diuerſitatem rationis. ſiquidem maior eſt connexio inter Prælatum, & Eccleſiam, quam inter militem, & militiam. cap. inter Canonicos. de elect. cap. inter corporalia. de tranſlat. Prælatorum. ita ſingulariter Abb. & Felin. in cap. querelam. de iureiur. Item poſſet poni exemplum in teſtando ſine iuris ſolemnitate, vt cõſiderat Euerard. loco citato. in fine. & ante eum Dec. in cap. in præſentia. de probat. Militibus enim relaxatur ſolemnitas iuris in teſtando, propter imperitiam. c. 2. ff. de teſtam. militar. & ſic habes reſolutam hanc quæſtionem, quod clerici gaudeant omni priuilegio militum vbi militat eadem ratio. ex qua potes inferre ad multa priuilegia, præterita & futura, & particulariter vide Euerard. qui multa enumerat in loco citato. vide & in quæſt. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Clericus filiusfamilias poteſt teſtari.*

2 *Clericus filiusfamilias poteſt teſtari de bonis quomodocunque acquiſitis, pluſquam miles filiusfamilias, qui teſtatur tamen de peculio Caſtrenſi.*

QVÆSTIO 633.

De Clerico filiofamilias, an poſſit teſtari.

1 QVæritur an Clericus filiusfamilias poſſit facere teſtamentum contra regulam l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. breuiter dicendum quod ſic. auth. presbyte-

2 ros. C. de Epiſ. & Cler. & l. ſacroſanctæ. eod. tit. Hoſt. Ant. de Butr. Anchar. & alij & in c. quia nos. de teſtam. Bart. Cæpol. Veron. caut. 156. Crot. in l. re coniuncti. num. 182. ff. de leg.

de minore. §. tormenta. num. 14. ff. de quæſt. vbi ponit multa exempla. Idem tenet multos allegans Carol. de Graff. de effectibus clericatus effectu 3. nu. 122. Et tanto magis hęc procedere poſſunt ſi conſanguinei militum armatæ militiæ haberent hoc priuilegium, non hoſpitandi in domibus eorum ratione ipſorum militum, ſecus commorantium, vt eodem priuilegio debent gaudere conſanguinei Clericorum, qui habitant in eorum domibus, ſimul cum Clericis qui gaudent omnibus priuilegijs militum. iux. Gloſ. communiter receptam in l. miles. ff. de re iudicat. & ſupra diximus in alia quæſtione, ſcilicet an Clericus gaudet omnibus priuilegijs militum, intellige quando eſt laicorum, cum quibus habitant clerici filij vel fratres, ſed quando eſt Clericorum, non eſt dubium, vt diximus, quod ſit exempta, etiam ſi laici cum eo habitant. idem quando poſſidetur à Clerico, & laico pro communi, & indiuiſo propter dominium quod Clericus habet in qualibet parte domus, vt clarum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poſſint abſque neceſſitate poſtulare pro coniunctis, & quid in Regno ſit deciſũ.*

QVAESTIO 636.

De Clerico, an poſſit poſtulare pro coniuncta perſona indiſtinctè.

1 QVæritur an Clericus poſſit poſtulare pro coniuncta perſona indiſtinctè. iuxta capit. 2. & 3. de poſtulan. Andr. noſter de Iſernia in conſtit. regni Clerici quoque, tenet quod non de Iure Canonico niſi inſtante neceſſitate, vt quia coniuncta perſona non poſſet habere æque idoneum. vt in dicto cap. 2. de poſtulan. poſtea dicit, quod in regno id agere poteſt clericus indiſtinctè, ex dicta conſtitutione regni quæ non diſtinguit, & eſt inducta in fauorem coniunctarum perſonarum ergo non debet reſtringi. l. 1. ff. de aleatoribus. quod eſt notãdum propter auctoritatem Andr. de Iſern.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit exercere officium Procuratoris, vel Aduocati in vna cauſa.*

QVÆSTIO 637.

An ſit verum, quod Clericus poteſt exercere officium Aduocati, vel Procuratoris in vna cauſa.

1 CLericus Procurator, vel Aduocatus in iudicio ſeculari pro laico, defendit ſe doctrina Innoc. in cap. 1. de oblig. ad ratio. Archid. in cap. peruenit. diſt. 86. quod iura quæ officium Procuratoris Eccleſiaſticis interdicunt, locum habent quando tale officium generaliter profitentur ſecus eſt reſpectu vnius cauſæ tantum. Feder. conſil. 270. quod clericus. Contrarium tenet Dec. in cap. conſtitutis. il primo. de appellat quando poſt vnam cauſam alteram ſuſciperet. multum enim diſtraheretur clericus à diuinis, & videtur contra iura, quæ hoc prohibent. cap. fin. de poſtulan. Et cum dictum Innoc. ſimiliter ſit contra ius commune, debet reſtringi quantum poteſt. cap. cum dilectus. de conſuetud. quare debet intelligi in vna cauſa, id eſt pro prima vice tantum. arg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif. & contra dictum Innoc. generaliter tenet Collector, & fatetur Abb. in Rubr. de poſtulan. cum iura generaliter prohibeant, & generaliter intelligi debeant. alias inquit Dec. diceremus, quod in omnibus caſibus in quibus quis poſtulare prohibetur, vel mandatum procuratoris ſuſcipere, vt in tit. de poſtulan. & de procurator. in vna cauſa eſſet admittendus, quod videtur abſurdum. Quare dicendum, doctrinam Innoc. eſſe intelligendam pro vna vice, vel raro, ita quod quis non poſſit dici, nec videatur tale officium exercere. argum. l. 1. §. licet. ff. de tributor. act. vbi gloſ. & Bart. Sed aduerte, quod principalis cauſa cur clericus non poteſt poſtulare, eſt quia licet tale officium ſit licitum, & vtile reipub. tamen clericus nec debet alijs nocere in opinione. & Aduocatus, ſiue Procurator ſaltem in opinione partis aduerſæ videtur illi nocere. vt in dicto cap. fin. Eſt etiam alia ratio, ne diſtrahantur à diuinis, vt diximus in alia quæſtione; & fieret fraus ſi clericus modo in vna cauſa, modo in altera, Aduocatus vel Procurator exiſteret.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an ex conſuetudine poſſint maiorem elee-*

eleemoſynam petere pro ſepultura peregrini, quam ciuium.

2 *Clerici debent curare ne carius vendatur peregrinis quam ciuibus.*

QVAESTIO 638.

De Clericis an ex conſuetudine poſſint plus accipere pro ſepultura exterorum quam ciuium.

1 AN Clerici ex conſuetudine poſſint maiorem eleemoſynam petere pro ſepultura peregrini, qui tranſiens per eorum parochiam ibi deceſſit, quam à ciuibus. breuiter dicendum, hanc conſuetudinem eſſe contra charitatem, & ſucceſſiue irrationabilem, & corruptelam, nulloque modo ſeruandam. iuxta cap. fin. de conſuetud. nulla enim ratio videtur hoc ſuadere quod plus accipiatur ab exteris quam à ciuibus. imò contrarium, quod plus à ciuibus, qui audiunt diuina, & recipiunt ſacramenta quam à peregrinis. argum. c. 1. de ſepult. & quod ratione caret extirpari debet. capit. Corepiſcopi. diſtinct. 81. imò ratio vrget in contrarium, vt peregrinis opera pietatis largiter impendamus, iuxta præceptum Domini Noſtri. Præterea habemus textum apertum in capit. 1. de empt. &
2 vend. vbi debent presbyteri curare, ne carius vendatur peregrinis tranſeuntibus quam ciuibus. quod multo magis militare debet in peregrinis defunctis, qui ſe adiuuare non poſſunt. Inſuper attendenda eſt modeſtia eccleſiæ, quæ ſi vult vendere rem ſuam, & reperit aliquem qui plus offerat quam communiter res valeat, non debet recipere vltra iuſtum pretium. gl. ſing. in cap. hoc ius. 10. quæſt. 2. pretium autem iuſtum dicitur ſecundum communem æſtimationem in ciuitate. ad notat. in l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. cap. cum cauſa. de teſtibus. & ſic non debet excedi iuſta taxa eleemoſynæ ſecundum communem vſum ciuitatis, debitæ clericis pro ſepulturis. Facit etiam quod omnes curati, & presbyteri tenentur gratis hoſpitio ſuſcipere peregrinos. cap. de Monachis. de præbend. cap. 1. de empt. & vend. cum ſimilibus. & diximus ſupra in quæſt..... multo fortius opera pietatis debere impendere peregrinis defunctis. ſaperet igitur hæc conſuetudo, ſi qua eſſet, auaritiam & impietatem, quare ab Epiſcopis toleranda non eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter Curatus, an poſſit ratione quartæ aliquid recipere à puella quæ extero nubit, & alio transfert domicilium.*

2 *Ingreſſus Religionem, qui habetur pro mortuo, an & quando debeat præſtare canonicam portionem eccleſiæ parochiali.*

QVAESTIO 639.

De Parocho qui accipit aliquid ratione quartæ à puella nupta extero, alio transferente domicilium.

1 QVæritur, an presbyter Curatus ex conſuetudine poſſit pro quarta ſaltem funerali, aliquid accipere à puella filia ſpirituali, quæ extero nubit, & relinquit parochiam, ſequens virum, eiusq. ſepulturam. iuxta cap...... de ſepultur. in 6. & videtur quod ſic. ex doctrina Innoc. in cap. 2. & cap. de his. de ſepult. vbi tenuit, quod ſi quis
2 ingreditur Religionem, & ſit ibi profeſſus, tunc debetur portio eccleſiæ parochiali de bonis ſuis quæ acquiruntur monaſterio. Ratio quia tunc mori fingitur. 19. q. 2. cap. quia. & 16. q. 1. cap. placuit. Præterea propter labores præcedentes in adminiſtratione Sacramentorum, & diuinorum celebratione, videtur aliquid ſaltem moderatū parocho à puella tribuendum. hac enim ratione debetur canonica portio eccleſiæ, quia dignus eſt mercenarius mercede ſua, & ſocij paſſionum debent eſſe ſocij conſolationum. cap. 1. de ſepult. Quæ ratio militat etiam in quæſt. propoſita, licet puella non ſit verè mortua. Breuiter dicendum, contrarium eſſe verius, vt nihil presbytero debeatur. vera enim & communis concluſio eſt, dicta iura quæ loquuntur de quarta, loquuntur quando vere quis eſt mortuus, vel quando quis in infirmitate ingreditur moriturus, & moritur, & aliquid relinquit pro anima. ita gl. in cap. relatum. & cap. de his. & ibi Card. de ſepultur. vbi dicit non ſatis eſſe fingi mortuum, quia iura prædicta loquuntur quando quis verè mortuus, & quod ita ſeruatur. ſequitur Abb. in d. cap. relatum. vbi conſiderat iura loqui de relictis occaſione ſepulturæ, cui locus eſſe non poteſt, niſi ſequuta vera morte naturali, vt clarum eſt. & opinionem gloſ. eſſe communiter approbatam contra Innoc. teſtatur Abb. loco citato. Si tamen puella ex mera liberalitate ali-

aliquid ob impenſos labores tribueret preſbytero pauperi, laudabile eſſet, ſed non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an ex cauſa vrgenti compellantur ſoluere charitatiuum ſubſidium vltra taxam ſolitam.*

2 *Immunitas ab oneribus, non extenditur ad bellum inexcogitatum.*

3 *Salarium aduocati taxatum à lege, eſt 100. aureorum, & quando poſſit excedere dictam ſummam:*

4 *Epiſcopus pluries viſitans, plures recipit procurationes.*

5 *Extrauagans Benedicti XI. de cenſibus, an ſit vſu recepta.*

QVÆSTIO 640.

An Clerici poſſint compelli ad charitatiuum ſubſidium vltra taxam ſolitam, vrgente aliqua neceſſitate graui.

1 QVæritur an Epiſcopus ex cauſa vrgenti poſſit exigere charitatiuum ſubſidium à clericis beneficiatis iuxta cap. conquerente. de offic. ordin. vltra taxam ſolitam. & breuiter dicendum, quod ſic, ſi occurrat aliqua neceſſitas inopinata, & grauiſſima. facit, quia immunitas non extenditur ad onera extraordinaria, & tamen
2 extenditur ſi ſuperueniat guerra, veriſimiliter non cogitata. DD. in l. ſi ex toto. ff. de leg. 1. per l. Rutilia bella, & l. in lege. ff. de contrahen. empt. Item ſalarium aduocati ta-
3 xarum eſt à lege vſque ad centum aureos. l. 1. §. licitum. ff. de var. & extraord. cognit. & nihilominus in cauſis criminalibus, quæ ſunt arduæ, poteſt aduocatus recipere longe plus, vt notant DD. in l. ſi pater. §. fin. ff. de donat. & quando cauſa eſt de vita, vel ſtatum, nullum cenſetur taxatum ſalarium. vt tradit Bald. in l. 1. C. mandati. vbi etiam quam aduocati Epiſcoporum, & Abbatum, pro ſtatu dignitatis poſſunt recipere maximum ſalarium. Item quia propter neceſſitates ſuperuenientes licet pluries facere viſitationes, & exigere plures procurationes,
4 non obſtante quod ſemel tantum in anno ſit permiſſa talis viſitatio, & procuratio. vt per DD. in dicto cap. conquerente. de offic. ord. Præterea faciunt nonnulla adducta ratione neceſſitatis vltra regulas generales, quæ refert Roman. in l. ſi vero. §. de vero. ff. ſolut. matrimon. & in ſpecie in hac materia charitatiui ſubſidij, vt poſſit exigi vltra taxam im-
5 poſitam à Benedicto XI. in extrauagan. Vas electionis. de cenſibus, vrgente aliqua neceſſitate inexcogitata, tenet & probat Pariſ. conſ. 105. vol. 1. etiam quod d. extrauagans eſſet vſu recepta, prout teſtatur non eſſe vſu receptum. quæ ſunt notanda pro ſimilibus quæſtionibus vltra charitatiuum ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſus ab ordine tantum, an ſit ſuſpenſus à iuriſdictione.*

2 *Abbatiſſa eſt capax iuriſdictionis, & collationis beneficiorum ex priuilegio.*

3 *Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus poteſt exercere.*

QVAESTIO 641.

De Clerico ſuſpenſo ab ordine tantum, an ſit ſuſpenſus à iuriſdictione.

1 QVæritur an ſuſpenſus ab officio tantum, ſeu ab ordine, non à beneficio poſſit eligere, & exercere iuriſdictionem, ſi erat Epiſcopus, vel alius habens illam. & videtur quod ſic, nam iuriſdictio cenſetur ſeparata ab ordine. Abbatiſſa enim habet iuriſdictionem, & poteſt habere collationem beneficiorum. iuxta not. in cap. dilecta. de exceſſibus Prælat. & tamen non habet ordinem. Item moniales poſſunt eligere, & nullum habent ordinem. cap. indemnitatibus. de elect. in 6. In contrarium eſt text. in cap. cum dilectus. de conſuetud. & ibi gl. propter mixturam inter ordinem & iuriſdictionem eccleſiaſticam. vt enim ibi conſiderat Abb. & videtur per quandam conſequentiam facta ſuſpenſio ab omnibus quæ ſunt fundata ſuper ordine, vt à iuriſdictione ſpirituali, poteſtate eligendi, conferendi, & ſimilibus, niſi ſi qui eſſet ordinatus non eſſet Canonicus non Epiſcopus, non haberet iuriſdictionem eccleſiaſticam. & eligere eſt fructus beneficij. gloſ. in capit. 2. de reſtitutione in integrum. tamen beneficium, & fructus eius habent dependentiam ab ordine cuius ratione eſt aſſignatum beneficium. vt pulchre

per Abb. & alios in dicto cap. cum dilectus. vbi teſtatur de communi opinione. quam tenent gloſ. Ioan. Andr. in d. cap. cum dilectus Innoc. ibi. Zabar. in Clement. vt his de ætat. & qualit. Pro qua faciunt nonnulla iura. d. cap. cum dilectus. & cap. cum inter de elect. & cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbendæ. cap. tantum.de cler.excommunicato miniſtrante. Non obſtant dicta de Abbatiſſa, & monialibus, nam ſunt perſonæ reli-
2 gioſæ, & religio facit eas capaces, ſed in nō religioſis poteſtas eccleſiaſtica eſt fundata ſuper ordine, vt dictum eſt. ſed ſi Epiſcopus eſſet ſuſpenſus tantum à Pontificalibus, intelligitur ſuſpenſus tantum ab illis quæ dependent ab ordine pontificali, & poſſet exercere iuriſdictionem iuxta omnes & ſic ſu-
3 ſpenſus ab officio. ſiue ab ordine, non habebit vocem in Capitulo, iuxta veriorem opinionem. gloſ. in cap. Presbyterum. diſtinct. 28. & hæc eſt communis opinio de qua teſtatur Boer. conſil. 20. vbi diffuſe de hac re.

SVMMARIVM.

1 *Clerici fideiuſſio licet fieri nequeat regulariter, tamen tenet & quando non tenet.*

2 *Fideiuſſio Clerici facta coram iudice incompetenti, non tenet.*

QVÆSTIO 642.

De Clerico fideiuſſore.

1 AN fideiuſſio clerici facta coram iudice incompetenti valeat, vt ſaltem exequutio poſſit fieri contra ipſum in foro eccleſiaſtico per implorationem brachij Epiſcopi. dicendum quod non; ſed eſt nulla nam licet clericus regulariter fideiubere non poſſit. capit. 1. de fideiuſſ. cap. te quidem. 15. quæſt. 1. ſed ſi fuerit præſtita fideiuſſio per clericum teneat, vt in cap. peruenit. & in cap. conſtitutus. de fideiuſſ. Rom. conſ.400. Marſ. in rubr. de fideiuſſ. num.309. tamen hoc procedit, quando fideiubet extra iudicium, vel coram ipſo iudice eccleſiaſtico. at vbi in iudicio coram non ſuo iudice fideiu-
2 bet, non ſuſtinetur fideiuſſio, quia prohibito principali iudicio cenſetur etiam prohibitum acceſſorium. reg. acceſſorium. de reg. iur. in 6. & fideiuſſio de ſoluendo iudicato eſt pars iudicij, & ſublato toto cenſetur annullata pars. ita dicit Anchar. in reg. ea quæ num. 27. quæſt. 21. de reg. iur. ſequitur Surd. conſ. 396. num. 25.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus cum duobus Canonicis an conſtituant maiorem partem Capituli.*

2 *Epiſcopus, & Capitulum faciunt unum corpus, cuius ipſe eſt caput, Canonici membra.*

3 *Epiſcopus cum duobus Canonicis nonnulla diſponit ex Conc. Trid.*

QVÆSTIO 643.

An in negocijs agendis per Epiſcopum cum conſenſu Capituli, vox Epiſcopi cum vno, vel duobus Canonicis faciat maiorem partem; & ſic attendenda.

1 QVæſtio iſta eſt curioſa, & etiam vtilis, an in negocijs agendis per Epiſcopum cum Capitulo, vox eius cum vno vel duobus Canonicis, præferatur alijs. Hoſt. magnus Doctor in cap. poſtulaſtis. de conceſſ. præbend. fuit in opinione, quod ſi Epiſcopus intereſt Capitulo vt Canonicus, tunc eius vox reſpectu numeri non eſt maioris auctoritatibus, quam ſint aliæ voces aliorum, ſed æqualis eſt cum alijs, & cenſetur vnica, ſicut & quælibet alia alterius de Capitulo. tamen aliquantulum eſt ponderoſior alijs, & tanquam ponderoſior cenſetur ſi fiat collatio meriti, iuxta ea quæ habentur in Capitulo in Geneſi de electione. ſi autem interſit tanquam Prælatus, tunc inquit quod tantum valet eius vox ſola, quemadmodum omnes voces totius Capituli per ſe, & ſic cenſetur habere dimidiam partem. quemadmodum in ſimili videmus, quod Epiſcopus ſolus tātum percipit de obuentionibus, quantum omnes alij Canonici. cap. requiſiſti. §. ſi vero. de teſtam. allegat etiam cap. ſcriptum. de elect. vbi interdum aliquis habet tertiam partem electionis, ſeu iuris eligendi. & ſic eodem modo non videtur abſonum quod habeat dimidiam, licet Canonici ſint plures numero. Itē adducit. c. paſtoralis. de reſcr. vbi iudices vnius reſcripti, videntur habere parem poteſtatem cum iudicibus alterius reſcripti, licet illi ſint numero plures, & proinde con-

concludit, quod ſi Epiſcopus habeat vnum, vel duos de Canonicis, licet alij contradicant, valebit electio facta ab Epiſcopo, quia videtur facta à maiori parte. nam ex perſona ſua videtur facta à dimidia parte, & propter vocem vnius Canonici vel duorum, videtur quod habeat maiorem partem, & ſucceſſiue valebit electio, collatio, & ſimilia. in alienationibus autem, quæ accidentaliter quandoque fiunt, dicit, quod requiritur maior pars Capituli. per notat.in cap. ſ. de his quæ fiunt à Prælatis. Contrariam opinionem tenent in dicto capit. poſtulaſtis. Ioannes Andr. Ioannes Calder. Imol. diffuſè, vt requiratur maior pars Canonicorum, & ideò ſi eſſent viginti non ſufficerent decem cum Epiſcopo, quia non eſſet maior pars Capituli, ſed media. Et pro hac opinione facit capit. quanto. & capit. ea noſcitur, de his quæ fiunt à Prælatis: in quibus locis videtur expreſſum, quod Prælatus debeat habere totum Capitulum, vel ſaltem maiorem partem. & hæc eſt communis opinio. vt latius per Innoc. loco citato. Nec ego auderem aliquid dicere cõtra communem, ſed auth. Hoſt. facit me cogitare. & pro eius opinione videtur dicendum, dubium conſiſtere, an Epiſcopus, & Capitulum conſiderentur tanquam duo corpora ſeparata. & tunc non eſſet dubium, quod
2 non poſſet dici Epiſcopus habere totum corpus Capituli niſi haberet ſaltem maiorem partem. ſed difficultas eſt, quod Epiſcopus, & Capitulum faciunt vnum corpus. capit. nouit. de his quæ fiunt à Prælatis, ergo cum ipſe habeat dimidiam, cum vno vel duobus Canonicis faciunt maiorem partem. Hanc difficultatem ſenſit Imola in dicto capit. poſtulaſtis, quod licet Prælatus, & Capitulum dicantur facere vnum corpus, cuius eſt caput & Canonici membra, & quandoque appellatione Capituli veniat Prælatus. cap. poſt electionem. de conceſſ. præben. tamen re vera, ſtrictè ſumpto vocabulo, aliud eſt Prælatus, aliud eſt Capitulum. adducit textus in dicto capit. poſtulaſtis. vbi ponitur copula inter iſta. Sed hæc expoſitio eſt contra textum in dicto capit. nouit. vbi agitur de negocijs peragendis à Prælato cum Capitulo, & dicit facere vnum corpus. nec videntur obſtare iura ſupra allegata, capit. quanto, & capit. ea noſcitur. nam ſanior, & maior pars Capituli poteſt intelligi, vbi concurrit Epiſcopus cum vno vel duobus Canonicis. Et aduerte, quod licet Sac. Conc.
3 Trident. id non determinat, tamen aliqua committit Epiſcopo expedienda cum duobus Canonicis, vt per te videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Canonicorum nomina, an ſint exprimenda in inſtrumentis quæ conficiuntur à Capitulo, vel ſatis ſit dicere Capitulum tale, quod fecit.*

2 *Certum dicitur, quod per circumloquutiones exprimitur à Notario ſolemnitas explicite, vel implicite in inſtrumento ſi fiat mentio à Notario illa præſumitur.*

QVÆSTIO 644.

An nomina Canonicorum ſint exprimenda in inſtrumentis quæ fiunt à Capitulo.

1 QVæritur an in inſtrumentis conficiendis à Capitulo, ſufficiat dicere Capitulum tale quid fecit, vel neceſſe ſit exprimere nomina Canonicorum. Ioannes Andr. & Anton. de Butr. in capit. quanto. de his quæ fiunt à Prælatis, tenent eſſe exprimenda nomina Canonicorum. per textum in dicto capit. quanto. & quia licet actus ſumat originem, & vires à Capitulo cap. in Geneſi de electione. tamen principaliter trahit originem à ſingularibus continentibus Capitulum, & ideo exprimi debent. argum. dicto capit. quanto. Contrariam opinionem tenet Petr. de Anch. ibi, quod ſufficiat dicere Capitulum, vel Collegium talis eccleſiæ, tale quid fecit. quia id dicitur eſſe cer-
2 tum nomine proprio, quod exprimitur per circumloquutiones. l. certum. ff. ſi certum petatur. ſed hic videtur non certum per circumloquutiones, quia Capitulum cenſetur eſſe quædam perſona ficta, & repræſentata. l. mortuo. ff. de fideiuſſ. l. Ciuitas. C. de offic. Rect. Prou. capit. Romana. §. vniuerſitatem. ff. de ſentent. excommunic. in 6. Item quia legatum debet fieri certis perſonis, non incertis. inſtit. de legatis. §. incertis. & tamen ſi fiat collegio ſatis dicitur certum. ff. de rebus dubijs. l. cum ſenatus. l. collegium. C. de hæredibus inſtituen. & quia rei quæ eſt de ſe certa, fruſtra adijcitur. & ita concludit Dominus Petrus Anchar. ſubdens

dens, quod dum Notarius dicit, Capitulum tale quid fecit, intelligitur de maiori parte, cum non poſſit dici aliquid egiſſe Capitulum niſi conſentiat maior pars. & vbi fit mentio de ſolemnitate explicite vel implicite in Inſtrumento; illa debet præſumi. vt voluit gloſ. in l. 1. C. de fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis. lib. 10. & hæc opinio videtur verior. Nec videtur obſtare textus in dicto capit. quanto. quia non dicit littera nomina eſſe inſcribenda, ſed quid ſi inſcribantur, & inſcribatur aliquis abſens pro præſente, inſtrumentum eſt falſum. & vere text. in dicto capit. quanto, neceſſario non concludit pro priori opinione, vt conſiderat etiam Innoc. ibi. ipſe tamen facit quandam diſtinctionem ſatis æquam, quod in caſibus in quibus requiritur ſubſcriptio Canonicorum, vt contingit in alienatione rerum eccleſiæ cap. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. tunc requiratur expreſſio illorum de Collegio, vel de Capitulo. iuxta notata in l. fin. Cod. de vend. rebus Ciuitatibus. lib. 11. & capit. 1. de his quæ fiunt à Prælatis. in alijs autem actibus in quibus non requiritur ſubſcriptio ſatis videtur ſi dicatur Capitulum talis Eccleſiæ conſtituit talem Procuratorem, ſtetur inſtrumento, donec probetur contrarium. tutius tamen eſſet ad euitandas opiniones exprimere nomina ſaltem quando Collegium eſt paruum. & ita communiter dicit practicari Imol. loco citato. hæc ſunt notanda pro ſimplicibus, qui ſæpe mouent quæſtiunculas.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit vti ſtatuto Ciuitatis, quo ad ſucceſſionem, retractum, & alia, ſi non vult illud recipere contra ſe.*

2 *Hæres intra trimeſtre tempus conficiendi inuentarium non poteſt conueniri, ſed alios conuenire.*

3 *Regula quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, procedit quando aliquid fuit conceſſum ad poſtulationem non, quando motu proprio.*

4 *Priuatus qui vtitur iure aliquo participato vtilitatem, tenetur illud recipere contra ſe.*

QVAESTIO 645.

De ſtatutis Ciuitatis, ſucceſſionis bonorum antiquorum decedente aliquo ſine filijs, & alijs ſtatutis nullam mentionem facientem de Clericis, an poſſint Clerici illis vti pro ſe.

1 HAec eſt vtilis quæſtio. ſuper qua variæ à Doctorum ſcripta ſunt, atque variæ deciſiones in tribunalibus. & pro clericis facit, quod eccleſia vtitur præſcriptione decem, vel viginti annorum contra alios, tamen ipſa non cogitur recipere illam contra ſe niſi quadraginta annorum. authent. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. & ibi omnes declarant. Item facit doctrina Abb. cap. conſtitutus. de in integrum reſtitutione. vbi dicit, quod Clerici poſſint vti ſtatutis laicorum pro ſe, licet laici contra eos vti non poſſint. idem gloſ. in capit. nouit. in verbo quicunque. de iudicijs. & ibi Abb. columna 9. quia quod eſt inductum in fauorem eccleſiæ, non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. ff. de legibus. & dicit Bart. in l. fin. §. donec. C. de iure deliberand. quod
2 licet hæres non poſſit conueniri intra trimeſtre, tamen poterit intra illud alios conuenire non obſtante titulo, quod quiſque iuris &c. quia procedit quando priuilegium
3 fuit conceſſum ad poſtulationem, non quando motu proprio. l. 3. ff. quod quiſque iuris. vbi Doctores. etenim ſtatuto Ciuitatis vtitur Clericus quia ciuis. Bartol. in l. 1. ff. ad municipalem. ſed non ligantur ſtatuto, quia exempti. & quamuis non ſubeant onera temporalia, ſubeunt tamen ſpiritualia. & hanc opinionem latiſſimè comprobat Modern. Surd. conſil. 2. volum. 1. vbi loquitur de ſtatuto Retractus, vt non liget Clericos. In contrarium facit doctrina Rocch. de Curte in cap. fin. de conſuet. qui limitans ibi in materia iuris congrui, tenet, Clerico poſſe denegari ius congrui, cum ipſe ſtatutum non recipiat contra ſe. Inſuper videtur æquitas id ſuadere, quæ ſeruanda eſt maxime ab eccleſiaſticis cap. 1. de dolo, & contumac. Aliqui ſequentes hanc opinionem Rocch. reſpondent omnibus ſupra allegatis, vt procedant in his quæ ſunt conceſſa eccleſijs, & clericis in eorum fauorem, & priuilegium, ſecus in his quæ non ſunt conceſſa in priuilegium, vel fauorem eorum, ſed in legibus communibus laicorum, vel ſtatutis aut conſuetudinibus ipſorum. quia tūc ſi vult clericus vti pro ſe, tenetur etiā recipere contra ſe.

ſe. Quid igitur dicendum in hac quæſtione? Primam opinionem videtur expreſſe deciderе text. in cap. fin. de vita, & honeſtate Clericorum. vbi Summus Pontifex facit mentionem de ſtatutis Ciuitatis, quibus Clerici vtebantur, & tamen non compellit illos ad recipiendum ea contra ſe, ex eo ſolo quod recipiebant pro ſe, ſed poſt trinam monitionem in illo caſu negociationis. & ſic regula fallit in clericis, vt poſſunt vti pro ſe, & non contra ſe. & ibi Ioann. Andr. Hoſtien. dicunt, quod quando agitur de re priuati, ſi priuatus
4 vtitur iure de quo quæritur, de facto participando vtilitatem, tunc tenetur illud recipere contra ſe. ſequitur ibi Imol. qui ſingulariter declarat dictum Hoſtien. & Ioan. And. procedere in priuato, qui poteſt renunciare priuilegio ſuo, ſed non in Clerico, qui non poteſt renunciare ſuo priuilegio, niſi ſecundum modos approbatos à Canone. cap. ſi diligenti. de foro competenti. & ideo licet in d. cap. fin. clericus vtatur iure ſtatutario participando vtilitatem, tamen non tenetur recipere contra ſe, niſi demum quando ter monitus non deſiſtit, & hæc ſecundum me eſt vera reſponſio, & replicatio ad obiecta per Rocch. de Curt. quia non prouenit à voluntate Clerici non recipere ſtatutum contra ſe, ſed ex defectu poteſtatis, vt non poſſit renunciare priuilegio ſuo. & ſic videtur mihi verior prima opinio. æquitas etiam ſuadet, vt eccleſiaſtici, qui onera ſpiritualia pro animarum ſalute ſuſtinent, quæ cunctis rebus præfertur fauoribus potiantur. argum. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Leges ciuiles loquentes de Clericis, & Eccleſijs, ſunt ſublatæ ex defectu poteſtatis.*

2 *Clerici tenentur contribuere pro communibus neceſſitatibus, & vtilitatibus Ciuitatis, aliquibus concurrentibus.*

3 *Clerici omnes ſunt vocandi quando agitur de onere omnibus particulariter imponendo circa contributionem pro communibus vtilitatibus, vel neceſſitatibus.*

4 *Clerici quando tenentur contribuere in communibus neceſſitatibus, vel vtilitatibus Ciuitatis, ſunt compellendi per ſuperiores eccleſiaſticos tantum.*

5 *Laici cum gratiarum actione recipient à clericis quicquid contribuunt in communibus vtilitatibus & neceſſitatibus Ciuitatis.*

6 *Clerici ſine auctoritate Summi Pontificis, an poſſint contribuere in oneribus concernentibus pietatem.*

QVAESTIO 646.

Clerici in oneribus Ciuitatis, concernentibus pietatem communem, an poſſint contribuere ſine auctoritate Summi Pontificis.

1 PRo iuuenum introductione notandum, magnam fuiſſe altercationem, an clerici tenerentur contribuere in neceſſitatibus communibus Ciuitatis, nempe pontium reparatione, viarum inſtauratione, & ſimilibus. ſuper qua re emanarunt plura iura ciuilia, & canonita. l. ad inſtructionem. & l. neminem. C. de ſacroſanct. eccleſijs. vbi eccleſiæ tenentur. cap. non minus. cap. aduerſus. de immunitate eccleſ. cap. 1. eodem tit. in ſexto. Clement. vnica. eodem titulo. Extrauag. Benedicti Vndecimi de immunitate eccleſ. Sed de legibus ciuilibus non eſt curandum, cum iuxta veram opinionem Doctorum in cap. eccleſiæ Sanctæ Mariæ. de conſtitut. omnes leges Imperiales loquentes de clericis, & eccleſiaſticis, ſunt ſublatæ ex defectu poteſtatis. Ioann. Andr. & Abb. in dicto capit. non minus. & in conſilio tertio. tanto magis quod in hac materia habemus iura Canonica expreſſa, quibus ſtandum eſt in concernentibus eccleſias, iuxta omnes in cap. 1. de conſtitution. vt pulchrè tradit Bero. conſil. trigeſimoprimo. volum. 1. num. 23. Ex iuribus tamen Canonicis colligitur, eccle-
2 ſias, & eccleſiaſticas perſonas teneri contribuere pro communibus neceſſitatibus, & vtilitatibus, concurrentibus tamen aliquibus.

Primo, quod adſit magna neceſsitas, vt probatur in d. cap. non minus. & in d. capit. aduerſus. & vbique Abb. & in d. Extrauag. Et notandum quod cap. aduerſus. fuit editum in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. anno 1215. cui interfuerunt quinque Reges, Hieruſalem. Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ, & Cypri, Oratores Imperij, alij Græci Principes, & Duces, necnon mille trecenti Epiſcopi cum Patriarchis Hieroſolymitano, & Conſtantinopolitano. cap. non minus. fuit etiam editum in Concilio Lateran. ſub Alexandro Tertio anno 1180.

Secundo requiritur ſaltem communis vtilitas. d. cap. non minus. & d. cap. aduerſus.

Tertio requiritur, quod tale onus ſuſtinere non poſſint laici, quia clerici, & eccleſia ſolum tenentur contribuere cum laicis in ſubſidium, vbi laicorum facultates non ſuppetunt, vt in d. cap. non minus. & d. cap. aduerſus. vt clarius in dicta Extrauag. ibi. Ceterum attendant clerici, & alij Prælati, quod in huiuſmodi ſubuentionibus ſolum caſu neceſſitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non ſuppetunt facultates.

Quarto requiritur, quod ad onus huiuſmodi imponendum, vocetur totus clerus vt conſentiat. nec ſufficeret Epiſcopus cum Capitu-
3 lo ſuo, nam quod omnes tangit particulariter ab omnibus debet approbari. c. quod omnes. de regul. iur. in 6. & probatur in d. c. aduerſus. Abb. in d. c. non minus. ſed clerus non poſſet ſine iuſta cauſa diſſentire.

Quinto requiritur, quod onus imponatur conſulto Romano Pontifice, vt in d. c. aduerſus, & in d. Extrauag.

Sexto, & vltimo requiritur, quod ad hoc
4 onus ſoluendum, clerici, & eccleſiæ cogantur per Epiſcopum, & ſuperiores eccleſiaſticos. Bald. in d. l. ad inſtructionem. cum quo cæteri pertranſeunt, maxime Abb. in d. c. non minus. Guid. Pap q. 28. Bero. d. conſ. 31. Abb. conſ. 3. Quibus præmiſſis requiſitis ſtantibus, videtur quod S. Mater Eccleſia moueatur ex gratia & benignitate. vnde tex in d. c. aduerſus, monet
5 laicos, vt humiliter & deuote recipiant cum gratiarũ actione quod à clericis offertur. Hoſt. in ſumma de immunit. eccl. S. quibus muneribus. in 3. col. verſ. hæc vera. Alberic. in d. l. ad inſtructionem. Et hæc dicta ſint pro inſtructione iuuenum. Non omitto, nonnullos modernos Doctores edidiſſe aliqua conſilia cum nouis conſiderationibus, dando intellectus nouos contra litteram tex. dictorum iurium. c. non minus. & cap. aduerſus, & communes concluſiones & veras intelligentias antiquorum, & celeberrimorum DD. vt eſt videre apud Surdum, & quoſdam alios, quos ego non refero. Sed non eſt recedendum à ſupradictis. Deueniendo igitur ad quæſtionem, an poſſint clerici ſine auctoritate Summi Pontificis contribuere in oneribus concernentibus pietatem cõmunem, ſeruatis tamen alijs re-
6 quiſitis. Abb. in d. c. nõ minus. dicit quod ſic, ratione pietatis, & dicit eſſe dictum nouum. Contrarium tenet gloſ. in §. nouarum. 16. q. 2. & gl. in d. l. ad inſtructionem. Hoſt. in d. S. quibus. in princ. Bero. d. conſ. 31. n. 20. & hæc opinio videtur probari in d. cap. non minus. dum loquitur de foſſatis, quæ ſiunt pro defenſione Ciuitatis, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarũ. & videtur eſſe de mente Bal. in l. omnes. C. ſine cenſu. & omnia concernentia publicam vtilitatẽ, vt refectio pontium, viarum, & ſimilia dicuntur continere piam cauſam, vt late per Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. in præfatione.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an teneantur ad cuſtodiam ciuitatis.*
2 *Intellectus c. peruenit. de immunit. eccl.*
3 *Decretales ſunt communes omnibus, licet dirigantur alicui in particulari.*
4 *Clerici tenentur ad cuſtodiam ciuitatis, vna cũ laicis, quando impugnatur ab infidelibus.*
5 *Clerici tenentur ad cuſtodiam ciuitatis à quibuſcunque impugnetur, ſi adeſt magna neceſſitas, & timor communis, ſubitus, & improuiſus.*
6 *Clerici non tenentur ad cuſtodiam ciuitatis tempore peſtis.*

QVÆSTIO 647.

Clerici an teneantur ad cuſtodiam murorum Ciuitatis. & de intellectu text. cap. peruenit. de immun. eccl.

1 QVæritur, an Clerici teneantur ad cuſtodiam ciuitatis. De hac quæſt. eſt tex. in c. peruenit. de immunit. eccl. vbi deciditur teneri. In contrarium facit tex. in cap. non minus. eod. tit. vbi clerici non debent angariari. quare tex. in d. cap. peruenit.
2 varie à DD. intelligitur. Primus intellectus eſt, quod procedat in Ciuitatibus in quibus temporale dominium exercet Eccleſia, ſicut eſt Ciuitas Terracinæ, cuius Epiſcopo Papa
3 ſcribit. ſed iſte intellectus reijcitur, quia decretales ſunt communes omnibus. c. 1. & fi. de conſtit. Secũdus eſt intellectus, quod procedit
4 quãdo terra impugnatur ab infidelibus, quod tunc tenentur etiam clerici cum laicis ad cuſtodiam ciuitatis. Ratio poteſt eſſe periculum animarum, quod ſequi poſſet ſi ciuitas ab infidelibus occuparetur. c. igitur ſæpe. 2. 3. q. 1. & arg. c. 1. de præſcrip. & c. placuit. 16. q. 3. & hic intellectus communiter tenetur in d. c. 2. tenent etiã Abb. in c. non minus. & in conſ. 3. Alij dicũt, quod loquitur in laicis ſeruiẽtibus eccleſiæ. & alios intellectus refert Bero. conſ. 31. Verum quia ille tex. loquitur generaliter, verior

verior videtur intellectus, vt procedat generaliter,
5 ſiue terra impugnetur ab infidelibus, ſiue fidelibus, quãdo tamen adeſt magna neceſſitas, timor communis ſubitus, & improuiſus, quem tenet Inno. Card. & Abb. Bero. loco citato. Bertran. conſ. 54. vol. 1. part. 2. qui intellectus videtur concordare cum cap. non minus, ſupra allegato, quando adeſt magna neceſſitas, quæ ſine Clericorum auxilio reparari non poteſt. Dicit tamen Bertran. loco citato, quod Clerici non tenentur ad cuſtodiam murorum tempore peſtis, cum per duos
6 cuſtodes in porta prouideri poſſit. & hæc dicta ſint tanquam ſæpe occurrentia.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria, facta pluribus filijs, ſi deceſſerint ſine liberis, an comprehendat Clericum.*

2 *Conditio, quando æque & eodem modo omnibus non conuenit, ſufficit relationem fieri quatenus conuenit.*

QVÆSTIO 648.

De ſubſtitutione fideicommiſſaria facta pluribus filijs, ſi aliquis eorum deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, an comprehendat Clericum in ſacris, qui non poteſt habere tales filios.

1 SI ſunt plures filij, inter quos vnus eſt Sacerdos, & pater ſubſtituat omnes ad inuicem poſt mortem, ſi ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerint, an valeat fideicommiſſum etiam reſpectu Presbyteri. & videtur quod non, quia verba non poſſunt conuenire Presbytero, ergo nec diſpoſitio. ita tenet Paulus in l. 1. §. lex falcidia. ff. ad leg. falcid. Pariſ. conſ. 109. vol. 1. Dec. conſ. 299. Rom. conſ. 483. Bald. conſ. 369. lib. 3. In contrarium facit, quia ex parte actiua continetur Presbyter, vt ſuccedat alijs. ergo & alij debent illi ſuccedere. l. iam hoc iure. & l. Lucius. cum notat. ff. de vulgat. & pupill. Preterea reſpectu Presbyteri non faciunt conditionẽ propriam, tamen verificant, & faciunt conditionem neceſſariam, & ad ipſum etiam refertur conditio, ſeu tempus incertum mortis, ſicut ad cæ-
2 teros. & ſatis eſt quando conditio æque, & eodem modo omnibus non conuenit, relationem fieri quatenus conuenit. l. Seio. §. Caio. vbi Bart. ff. de fundo inſtructo. Inſuper impoſſibilis conditio diſpoſitionem non vitiat. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. Quid dicendum? Pro reſolutione diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus ſi ſubſtitutio ſit facta Presbytero ſi ſine filijs; vel ſine filijs de proprio copore natis, vel alio modo ſimili, vt poſſit dici teſtatorem ſentijſſe de filijs ſpurijs. & hoc caſu communis opinio eſt, fideicommiſſum eſſe nullum reſpectu Presbyteri, quia videtur inuitari ad delinquendum, cum Bart. & Ang. in l. hæredi. §. fin. ff. ad Trebell. Salic. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Aret. in l. ſi quis poſthumos. ff. de liber. & poſthum. & de communi teſtatur Gabr. conſ. 126. lib. 2. Sed an hoc caſu appellatione filij veniat eccleſia, vide in quæſtione particulari de eccleſia.

Secundus caſus, quando inſtitutis pluribus filijs nomine proprio, inter quos eſt presbyter, concepta eſt inſtitutio his verbis, ſi vnus, vel plures ipſorum deceſſerit, vel deceſſerint ſine filijs legitimis & naturalibus, ſubſtituo ſuperuiuentes, & hoc caſu valet fideicommiſſum, non obſtante quod presbyter filios legitimos & naturales habere nequeat, quia non poteſt dici quod inuitetur ad delinquendum, cum tales filios habere non poſſit, & impoſſibilis cõditio diſpoſitionẽ non vitiet. l. 1. C. de inſtitut. & ſubſtit. & ſic videtur expreſſa conditio neceſſaria omnino extitura. quæ conditio propria non eſt, quoniam oportet presbyterum mori ſine filijs legitimis & naturalibus. Bart. in l. 1. de condit. & demonſtr. col. 2. in princ. Salic. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtit. col. fin. idcirco valet fideicõmiſſum, ſicut ſi relictum eſſet poſt mortem, vt ſentit Bald. in d. l. generaliter. §. cum autem, num. 3. clariſſimè Salic. in fin. Aret. in d. c. ſi quis poſthumos, in princ. col. 1. in fin. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebell. n. 19. Bero. conſ. 73. num. 12. lib. 2. Palæot. de noth. & ſpur. cap. 28. num. 9. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 15. tit. 9. in fin. & hæc opinio videtur omnino ſequenda, hanc etiam opinionem tenet Simon de Pret. de interpret. vlt. volunt. interpret. 3. col. 207. quam late defendit Gabr. conſ. 12. lib. 2. & eſt verior, & magis recepta.

SVMMARIVM.

1 *Clerici obtinentes plura beneficia ſine diſpenſatione, debent puniri.*

Mendi-

2 *Mendicantes validi, fingentes ſe inualidos, grauiter puniuntur.*

QVAESTIO 649.

De Clerico poſſidente plura beneficia ſine diſpenſatione Summi Pontificis, an poſsit puniri.

1 EPiſcopus in viſitatione reperit clericum poſsidere plura beneficia ſine diſpenſatione Summi Pontificis, vel quia in impetratione beneficij de alijs mentionem non fecit. Quæritur an vltra declarationem, quod beneficia vacant, poſsit etiam dictus clericus puniri. breuiter dicendum quod ſic. ſiquidem ſi valens ſibi victum præſtare, fingit ſe inualidum, & mendicat, grauiter punitur, cum panem vere indigẽtibus auferat, ac grauiter peccat. c. paſtor. 2. q. 1. & l. vnica. C. de mendicantibus validis. lib. 11. vbi tales effi-
2 ciebantur coloni perpetui denunciantium illos. & ſi erant ſerui, ipſis Dominus carebat, & delatori aſsignabantur. & ibi Bart. vnde Hoſt. ex d. l. vnica. in ſumma. de natis ex libero ventre inquit, quod ſi ſimulatores mendicantes panem, tam grauiter puniuntur, quid putandum eſt de occupantibus plura beneficia in præiudicium pauperum clericorum ſine diſpenſatione S. Sedis Apoſtolicæ. Facit pro hoc dicto tex. not. in cap. ad aures. de reſcript. ibi, pauperes clericos ſuper minoribus beneficijs inquietent. ſequitur Hoſt. Abb. in cap. indicatum. de immunit. eccleſ. quod eſt notandum, & ſæpe occurrit in viſitatione. tales etiam fraudant Sedem Apoſtolicam, cuius diſpenſatio requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus negligens recuperare bona Eccleſiæ, an ſit puniendus.*

QVAESTIO 650.

De Clerico negligente recuperare bona Eccleſiæ puniendo.

1 EPiſcopus in viſitatione, vel extra, reperit Rectorem eccleſiæ fuiſſe negligentem in iuribus, & bonis eccleſiarum recuperandis, an poſſit illum punire pro tali negligentia. Hæc quæſtio eſt vtilis, & ſæpe occurrit, maxime in viſitatione, quando Syndici Terræ ſolent præſtare portionem pro reparatione eccleſiæ, vel ipſius reparatio ad eos pertinet, non ad Rectorem. 1
nam Rector ſe excuſat, quod reparatio non pertinet ad ipſum. Breuiter dicendum, quod poterit puniri, quia tenetur Rector recuperare, vt habetur in Clement. 1. in princ. de relig. domib. & ibi Card. in 5. notab. vltra quod tenetur etiam cum poteſt acquirere de nouo eccleſiæ ſuæ. cap. quicunque. 12. q. 4. & quod debeat puniri ſi non recuperauit, ſeu fuit negligens in non recuperandis bonis eccleſiæ, pulchrè tradit Viuius deciſ. 138. lib. 2. & non poteſt ſe Cu- 2
ratus, vel alius Rector excuſare, quod reparatio pertinebat ad Syndicum, quia debebat ipſe agere contra Syndicum, & facere quantum poterat vt fieret reparatio, alias non excuſatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus condemnatus ad perpetuum carcerem, an poſſit teſtari.*

2 *Hodie nemo bene natus efficitur ſeruus pœna.*

QVÆSTIO 651.

De Clerico condemnato ad perpetuum carcerem, an poſſit facere teſtamentum.

1 AN Clericus condemnatus ad perpetuum carcerem poſſit facere teſtamentum. Abb. in rubr. de teſtam. dicit fuiſſe varie conſultum, aliquos dixiſſe non poſſe teſtari, quia illa pœna æquiparatur pœnæ mortis, aut deportationis, vt notat Innoc. in c. qualiter & quando. el 2. de accuſat. alij dicebant oppoſitum, quia ius canonicum non imponit perpetuum carcerem in pœna, ſed in pœnitentiam. cap. nouimus. de verb. ſignif. cap. penult. de hæretic. cap. quamuis. de pœnis. in 6. Proinde non debet pęna inhabilitatis teſtandi prodire ex pœnitentia. & hæc opinio ſecundum Abb. eſt benignior. idem Abb. tenet eandem opinionem in cap. tua. de pœnis. & pro ſua opinione allegat cap. excommunicamus. §. damnati. de hæreticis. vbi ſpecialiter in hæreſi diſponitur de bonis Clerici damnatorum, ergo ſecus in damnatis pro alio crimine. argum. l. 1. ff. ad municipal. & dicit Bald. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. nullum hodie benè na-
2 tum effici ſeruum pœnæ. auth. ſed hodie. C. de donat. inter virum, & vxor. & quod damnatus

natus ad perpetuum carcerem, non æquiparatur deportato, quia iſtud non eſt lege cautum. Petr.de Anchar.in cap.quamuis.de pœnis.in 6.dicit quod quando genus delicti non reddit delinquentem inhabilè ad teſtandum, ſententia carcerum non facit inhabilem ad teſtandum. Contrariam opinionem dicit eſſe veriorem Philipp. Franch.in rubrica de teſtamen. Pro qua adducit, quod licet perpetuus carcer imponatur pro pœnitentia, tamen dicitur pœna,& imponitur loco pœnæ, vt patet in d.cap. quamuis. & quod ibi in 1.gloſ.& in cap.cum Epiſcopo. verſ. carceri. de offic. ordinar. in 6. & ſic efficitur damnatus ſeruus pœnæ. ergo eſt inteſtabilis. facit ſecundum eum, quia talis pœna eſt quædam ſeruitus. l. incredibile. C.de pœnis. & l.Titio centum. §.Titio centum.ita vt à monumento meo non decedat.ff.de condit.& demonſtrat. ergo talis ſeruus tanquam pœnæ, non poteſt facere teſtamentum.l.filiusfamilias. ff. de teſtam.Facit etiam pro hoc, quod notat gloſ.in cap.diuerſitatem. de conceſſ.præbend.volens quod bona clericorum damnatorum applicantur fiſco eccleſiæ, ergo tanquam non habens bona, teſtari non poteſt. auth.ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. & reſpondet Philip. de Franch. ad authen.ſed hodie. C.de donat.inter vir. & vxor. allegatã per Bald. in l.infra deſignando, quod licet condemnatus ad carcerem perpetuum non efficiatur ſeruus pœnæ, tamen ex quo perdit bona impeditur facere teſtamentum, ſicut dicitur in deportato. l. eius qui, in princ. & ibi gl.de teſtam. Et hæc opinio eſt communis ſecundum ipſum. Bertran.conſ.199. viſo. vol.1.part.2. dicit primo, quod non poſſit teſtari eſſe veriorem, poſtea dicit paſſum eſſe difficilem. Mihi placet opinio affirmatiua, quod poſſit teſtari: quia nullibi probatur quod amittat bona, niſi delictum trahat ſecum confiſcationem. quod an æquiparetur mortuo, vel deportato, hoc ſaltem non eſt verè, ſed fictè; & in pœnalibus non fit extenſio de caſu vero ad fictum. cap.odia.de regul.iur. cum ſimul. cum notat.ibi, & ſimilibus. vnde deportatus ſi aufugiat ab inſula moritur, ſed condemnatus perpetuo ad triremes ſi aufugiat non moritur, licet æquiparetur deportato, quia iſtud eſt fictè, non verè, vt pulchre probat Vinc.de Franch.deciſ......

SVMMARIVM.

1 *Inſtituto hæredi vt presbyter fiat, dato ei ſubſtituto in caſu contrarij, an poſſit ſtatui terminus ad ſuſcipiendum presbyteratum.*

2 *Conditioni meræ poteſtatiuæ, quando ſtatuit terminus non mixtæ.*

QVÆSTIO 652.

De hærede inſtituto ita quod presbyter efficiatur, dato ei ſubſtituto in caſu contrarij; an ſubſtitutus poſſit petere, vt ſtatuatur illi terminus ad ſuſcipiendum presbyteratum.

1 QVæritur, teſtator inſtituit hæredem Franciſcum, voluit tamen quod presbyter efficiatur, & caſu quod non fuerit effectus presbyter, ſubſtituit Sempronium. Quæritur modo an ſubſtitutus poſſit petere ſtatui terminum Franciſco ad ſuſcipiendum ordines ſacros. hæc quæſtio dependet
2 ab illa, an conditioni poteſtatiuæ, vel mixtæ poſſit ſtatui terminus ad implementum.& dicendum, quod ſi conditio eſt mera poteſtatiua, poteſt ſtatui terminus. Bart. in l. ſi quis ſuus hæres. ff. de iure delib. & in l. ſuum quoque. §. ſed & ſi filio. & in l. ſi quis inſtituatur hæres. ff. de hæred. inſtituend. Sed conditio prædicta non videtur merè poteſtatiua, nec talis mixta quæ de facili adimpleri poſſit, cum ad ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & celebrationem miſſæ, ſit opus multis, litteratura, & alijs, ac voluntate Epiſcopi ordinatoris. Bar.in d.l.ſi quis ſuus.videtur velle quod poſſit ſtatui terminus.idem Imo. in d.l.ſi quis inſtituatur. Franc. Aret.in l.quamdiu. ff. de acquir. hæred. videtur velle, quod hæredi inſtituto ſub conditione mixta, vel alia quæ non ſit in poteſtate, non poſſit ſtatui terminus ad inſtantiam ſubſtituti; ſed bene ad inſtantiam creditorum; non quidem vt impleat conditionem; cum implementum ab eius poteſtate non dependeat, ſed ſtatuitur terminus quia niſi infra terminum inſtitutus petat bonorum poſſeſſionem, vel niſi conditio eueniat, & hæreditatem adeat ipſe inſtitutus, permittet Iudex per creditores bona defuncti poſſidere, & quod procedetur ad datione curatoris. Idem voluit Inno. & hanc opinionem ſequitur Bertran.conſ.364.vol.1.part.2. Mihi placet opinio Bart. cum ordinum ſuſceptio dependeat magis à voluntate, & poteſtate ordinandi, quàm Epiſcopi, qui ſemper ſolet ordinare dignos, vel concedere litteras dimiſſoriales, ad not. in ſimili de principe ſolito concedere

aliquid

aliquid in l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de legat. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit inſtituere hæredem nepotem legitimum & naturalem ex filio ſpurio.*
2 *Filij clericorum ſunt ſpurij, non inceſtuoſi.*

QVÆSTIO 653.

Clericus an poſſit inſtituere nepotem legitimum, & naturalem ex eius filio illegitimo.

1 PResbyter habet filium illegitimum, & ex eo nepotem legitimum, an poſſit dictum nepotem hæredem vniuerſalē inſtituere, cum non poſſit eius patrem. & videtur quod non, quoniam filij presbyteri dicuntur inceſtuoſi, quo caſu nepos inſtitui non poteſt. Bald. in l. ſi quis inceſti. C. de inceſtis nuptijs. per illum tex. Alex. de Inno. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſthum. refert dictum Bald. idem tenet Gloſ. in l. 2. C. de Epiſc. & Cler. quam ſequitur Bald. & Paul. de Salci, quod non ſint inceſtuoſi, ſed ſpurij, & ibi Petr. de Bellapertica. & idem videtur tenere Bald. in d. l. ſi quis inceſti, ſi bene conſiderentur eius verba in fine. & idem expreſſe tenet in cap. in præſentia. de probat. & Corſel. in ſingularibus. in verb. fornicatio. dicit gl. in d. l. 2. communiter reprobari, & gl. in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, dicit filios clericorum non eſſe inceſtuoſos, ſed adulterinos. vbi Abb. reddit rationem, quia clericus contraxit matrimonium ſpirituale cum eccleſia per ſuſceptionem ſacri ordinis. & ideo videtur committere adulterium ſpirituale, cum peccat per lapſum carnis. S. Thom. 2. 2. q. 54. art. 1. in reſponſ. ad tertium. Quinimò dicit Innoc. in c. vt clericorum. de vita, & honeſtate clericorum, vbi recitata d. gl. in l. 2. dicit, quod illa non tenetur per Cyn. & Bart. & quod non reperitur iure cautum. & dicit quod coitus clerici in ſacris exiſtentis, dicitur ſimplex fornicatio, dummodo non cum nupta, nec con-
2 ſanguinea, & vocat filios clericorum ſpurios; ſi enim exiſtens in ſacris ſemper committeret inceſtum, nunquam diceretur committere ſimplicem fornicationem, cuius contrarium præſupponunt duæ gl. in cap. Maximilianus. diſtinct. 80. & in cap. lator. 2. q. 7. & gl. in d. l. 2. loquitur ſine lege. & hanc opinionem, quod filij clericorum non ſunt inceſtuoſi, & proinde l. ſi quis inceſti, non procedat, probat Bertran. conſ. 277. ex his. vol. 5. part. 2. Couar. de ſponſal. in 2. part. referr cap. 855. num. 14. Card. Palæot. in tract. de noth. & ſpur. c. 16. Vinc. de Franch. deciſ. 17. qui dicit ita tenere Conſ. Neap. & fuiſſe in eo deciſum, poſſe auum patrem ſpurij, inſtituere nepotem legitimum & naturalem ex ſpurio, ex gl. l. fin. C. de natural. liber. Bart. Alex. & alijs in dict. l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſth. Palæot. q. 53. vbi ſupra. idque procedere, etiam ſi eſt inſtitutus filius ſpurius, & caſu quod non eſſet capax, fuit inſtitutus nepos legitimus & naturalis, ad quem te remitto. & prædicta videntur de iure communi procedere. ſed difficultas eſt poſt Bullam Pij V. quæ prohibet bona patrimonialia relinqui ſpurijs. quare ſi caſus occurreret, recurre ad deciſiones Rotæ nouiſsimas, & ad Vrbem pro vera reſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Clerico pauperi habenti præſumptionem pro ſe, an debeantur litis expenſæ, ſi poſſit ſibi victum quærere ſeruiendo eccleſiæ.*

QVAESTIO 654.

De Clerico paupere, qui habet præſumptionem pro ſe, an poſſit petere alimenta lite pendente, ſi poſſet ſibi victum quærere, ſeruiendo in diuinis.

1 LIte pendente debentur alimenta illi qui habet præſumptionem pro ſe. omnes in l. ſi inſtituta. §. de inoff. ff. de inoff. teſtamen. pone quod Clericus habeat præſumptionem pro ſe, ſed poſſet ſibi victum quærere ſeruiendo in diuinis, celebrando miſſam, an debeantur illi alimenta lite pendente. Aufrer. in addit. ad Capellam Tholoſanam deciſ. 78. dicit non habere, quia non eſt turpe clericum taliter ſibi victum quærere. cap. cum ſecundum. de præbend. ſequitur Baſelius conſ. 116. facit concluſio DD. in cap. tuis. & d. cap. cum ſecundum. de præb. quod non tenetur Epiſcopus præſtare alimenta ordinato ab ipſo ſine titulo, ſi poteſt ſeruiendo diuinis victum quærere. Sed hoc videtur remittendum arbitrio Iudicis quantum poſſet ſibi lucrari pro victu & expenſis litis, maxime ſi lis ſit ardua, quæ multum

multum diſtrahat à ſeruitio diuino, & non poſſit ſacerdos eccleſiæ continuo ſeruire.

SVMMARIVM.

1 *Clericus filiusfamilias an poſſit diſponere de vſufructu, quem habebat pater in eius bonis ante clericatum.*

QVAESTIO 655.

De Clerico filiofamilias an poſsit diſponere de vſufructu quem habebat pater in eius bonis aduentitijs ante clericatum.

1 QVæritur, an filiusfamilias effectus clericus, qui iuxta communem opinionem poteſt teſtari, poſſit diſponere de vſufructu, quem habebat pater in eius bonis ante clericatum. Abb.in cap. in præſentia. num.56.de prob.tenuit quod ſic. idem Benedict.in cap.Raynutius.in verbo matrem.num. 20. de teſtamen. In contrarium eſt veritas, & communis opinio in l.ſacroſanctæ. C.de Epiſcopis & Cler. & faciunt verba illius l. ibi. in eodem gradu Clericatus viuentis. Repugnat enim ratio, vt priuilegium filij auferat patri vſumfructum, quem habebat ante clericatum.l.impuberi.ff.de adminiſtrat.tutorum. & hanc opinionem tenent Dec.in d.cap. in præſentia.num.64.Couar.in cap.quia nos.nu.2. de teſtamen.pulchrè Pinell. in l.1.C.de bonis mater.pat.1.num.43. poſt alios, quos allegat Lup.in rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.42. An autem idem ſit quando filius ingreditur Religionem, vt non præiudicet patri in vſufructu. vide ſupra in quæſt.particulari.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum Clerico pro ſe & filijs, de quibus intelligatur, interpretatio lata facienda eſt, ne diſpoſitio effectu careat.*

QVÆSTIO 656.

De priuilegio conceſſo Clerico pro ſe & filijs, an intelligatur de naturalibus.

1 QVæritur, ſi concedatur priuilegium Clerico pro ſe & filijs, an intelligatur de naturalibus. dicendum quod cum licitè generare non poſſit, intelligitur de adoptiuis, ne nihil ea conceſſio operetur. Bar. in l.ſi quis poſthumos.in princ. ff. de liber. & poſthum.& ibi Paul.& Alex. Eſt enim lata facienda interpretatio regulariter, ne diſpoſitio effectu careat.glo.& Bart. in l.ſæpe.ff.de offic. præſidis. Vaſq.in l.ſi quando.in princ.nu.92. C.de inoff. teſtamen. quemadmodum priuilegium datum Epiſcopo quod poſſit teſtari, intelligitur etiam de bonis eccleſiæ, quia alias nihil operaretur, cũ de patrimonialibus non ſit dubium de iure communi. Anchar. conſil. 182. Vaſq.loco citato nu.96.vide alias quæſtiones, præcipue illam de ſubſtitutione facta, clerico ſi ſine liberis deceſſerit, an eccleſia veniat filiorum appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an conferat cum fratribus impenſam à patre factam pro bullis beneficij.*

2 *Clericus an teneatur conferre libros ſibi donatos à patre.*

QVAESTIO 657.

De Clerico an conferat cum fratribus impenſam à patre factam, vt adipiſcatur beneficium eccleſiaſticum, nempe pro bullis.

1 DIcendum, Clericum non teneri conferre. Bart.in l.1. §.ſed nec caſtrenſe. ff.de collatio.Salic.Ang.Fulgoſ.in l.omnimodo. §. imputari. C.de inoff.teſtam.Alex. Rip. in l.in quartam. ff. ad leg. falcid. quia beneficium nec vendi poteſt, nec ad hæredes tranſire, & ideo non confertur. d.§.imputari.& l.illud.& l.vt liberis. C.de collatio. tum etiam quia eſt loco peculij quaſi caſtrenſis. & ideo non confertur. l.ſacroſanctæ.C.de Epiſc.& Cler. iuncto d.§.ſed nec caſtrenſe.& l.fin. C.de inoffic. teſtam.& l. aduocati.C.de aduocat.diuerſ.iudicior.Vaſq.de ſucceſſ.part.2.lib.2. §.19.nu. 38. vbi pulchrè ponit alias quæſtiones circa

2 hanc materiam. Tenent etiam ſupradicti quod clericus non tenetur conferre libros ſibi donatos à patre.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro defenſione neceſſaria rerum, aliquem interficiens, an ſit irregularis.*

2 *Ratio legis ſemper attendenda eſt, & ibi multa.*

Ratio

3 *Ratio legis noua corrigit antiquam, etiam ſi legiſlator id non dicat.*

QVAESTIO 658.

De Clerico an liceat interficere aliquem pro defenſione rerum.

1 QVæritur, an liceat Clericis pro neceſſaria defenſione rerum occidere alios ſine peccato, & irregularitate: præſuppoſito, quod ſit fur nocturnus, vel diurnus, qui telo ſe defendat, & ſit res magni momenti. Et videtur, quod non. ex cap. ſuſcepimus. de homicid. vbi videtur caſus apertus. & ratio efficax ibi, poſt tunicam relinquere pallium, & rerum ſuſtinere iacturam, quam pro conſeruandis vilibus rebus & tranſitorijs tam acriter in alios exardeſcere. & ita tenet Abb. & alij in cap. 2. de homicid. Marian. Soc. in cap. ad audientiam. de homicid. & eſſe communem teſtatur Couar. in Clem. ſi furioſi. part. 3. §. vnico. In contrarium facit, quod permiſſum eſt clericis iure naturæ ſe & ſua tueri. cap. dilecto. de ſenten. excommun. in 6. cap. olim. de reſtit. ſpoliat. nec reperitur iure humano illis prohibitum ſub peccato. & hanc opinionem tenet S. Antoninus 3. parte. tit. 40. cap. 3. §. 2. Non obſtat tex. in d. cap. ſuſcepimus, quia ibi ille frater commiſit homicidium, non vt res ſuas principaliter defenderet, cum iam latrones eſſent ligati, ſed ob timorem ne ſoluerentur, committerentur, & illum interemit, quia debebat potius fugere, dum ſoluere ſe nitebātur, ſicut Dominus fugit in Aegyptum, cum ab Herode ad interficiendum quæreretur, vt ibi dicit gloſ. Præterea manifeſtè apparet res fuiſſe recuperatas, cum iam latrones fuiſſent capti, & ligati. vnde homicidium non pro recuperatione bonorum, ſed ob mortis timorem fuit ſequutum, & ideo contra eccleſiæ manſuetudinem. Et hanc opinionem quod non inducatur irregularitas, tenent Couar. in dicta Clem. ſi furioſi. §. vnico. infra. dicens Cano-
2 num auctoritate non probari. Loſias de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. dub. 11. Sed in contrarium facit ratio d. cap. ſuſcepimus. vt non liceat pro rebus vilibus tam acriter in alios exardeſcere. & idem eſt habere determinationem ex auctoritate, vel ratione legis. cap. tua nos. il 1. de iureiur. vbi DD. & ratio reſtringit, & ampliat legis diſpoſitionem. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de legat. 2. & ſicut ad inducendum legis correctionem, requiritur lex noua expreſsè corrigens l. præcipimus. C. de appellat. nec ſufficit ſubauditio, vt per gl. in c. cupientes. §. ſi quis. de elect. in 6. tamen ſi ratio
3 poſita in lege noua, eſt apta corrigere antiquam, illam corrigit, etiam ſi tenor legis hoc non dicat. ita notat Bal. in Auth. quas actiones. verſ. ſed ego dico. C. de ſacroſ. eccleſ. & faciunt late tradita per Felin. de ratione legis attendenda in d. cap. tua nos. vnde in d. cap. ſuſcepimus. fuit imputatum monachis, quod furem ligauerunt, ex qua detentione poſtea ob timorem mortis fuit ſequutū homicidium, vt ibi Fel. recte not. 2. dicit, nota quod imputatur clerico, ſi ex actu per quem nititur conſeruare bona, ſequatur homicidium. & id cenſeo fuiſſe conſideratum ab Alexandro III. in ratione ibi, pro rebus vilibus in alios exardeſcere, quia iam res erant recuperatæ, ergo fuit conſiderata ligatura, ex qua deinde fuit occaſio orta, & ſequutum homicidium. & ita cenſeo non eſſe recedendum à communi opinione, quod clerico non liceat aliquem interficere pro defenſione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones relictæ Canonicis qui erunt præſentes in funere, an hæres dabit tantum præſentibus, vel in eis habebit locum ius accreſcendi.*

2 *Ius accreſcendi habet locum in ſummis legatis ſub nomine collectiuo.*

QVÆSTIO 659.

De diſtributionibus relictis Canonicis tempore funerum, an in eis habeat locum ius accreſcendi, vel tantum hæres præſtabit illas his qui fuerunt præſentes.

1 IN hac quæſtione breuiter dicendum, quod aut diſtributiones fuerunt relictæ Canonicis qui præſentes erant tempore ſepulturæ, & habet locum ius accreſcendi, quia propter nomen collectiuum ius accreſcendi habet locum etiam in ſummis legatis. l. qui quartam. §. ſi quis vnam. ff. de legat. 1. aut relictæ fue-
2 runt ſingulis Canonicis qui præſentes fuerint, & non habet locum ius accreſcendi. ſequitur Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 23. idem tenet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum de iure canonico, an ſit validum coram duobus vel tribus teſtibus, ſine præſentia parochi.*

2 *Duo teſtes æquiparantur teſtimonio parochi in teſtamento.*

3 *Teſtamentum ad pias cauſas, an probetur alio modo quam per teſtes.*

QVÆSTIO 660.

De teſtamento facto coram Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus, aliqua.

1 QVamuis de iure ciuili, in teſtamento re-
quirantur ſeptem teſtes, tamen de iure
canonico teſtamentum factum co-
ram presbytero parochiali, & duobus, vel tri-
bus teſtibus, eſt validum, etiam ſi non ſit ad
pias cauſas. c. cum eſſes. vbi omnes. de teſta-
men. in quo textu communiter tenent DD.
præſentiam parochi eſſe neceſſariam. quam-
uis Ant. de Butr. conatus fuerit defendere cõ-
trarium, quod ſufficiant duo, vel tres teſtes
idonei, licet parochus non ſit præſens. ex ra-
tione illius tex. quia in ore duorum, vel trium
ſtat omne verbum. ex qua videtur apparere,
quod etiam ſi fiat corã duobus teſtibus tan-
tum, valet teſtamentũ. & licet Summus Pon-
tifex mentionem faciat de presbytero paro-
chiali, loquitur ſecundum conſuetudinem, &
accidentiam facti, quia de facto contigerat,
quod parochialis presbyter interuenerat, non
autem quod ſit neceſſarium de iure, vt patet
ex ratione litteræ, quæ videtur quod ſuffi-
ciant duo teſtes. Non eſt tamen recedendum
à communi opinione, cum Papa mentionem
fecerit de parocho, & non in narratione fa-
cti, ſed in reſponſione. & ideo videtur, quod
niſi requireretur parochus, mentionem non
feciſſet, vt latius reſpondetur omnibus ratio-
nibus Ant. per Imol. ad quem te remitto, ne
eius dicta tranſcribam, ad Abb. & alios. dicit
tamen Specul. de inſtrum. edit. §. compen-
dioſe. verſ. item per ius canonicum. quod ſi
duo teſtes loco parochi interuenirent, vale-
ret teſtamentum factum coram quatuor te-
2 ſtibus, quia validior eſt vox duorum teſtium,
quam vnius, quantumcunque auctorizabi-
lis perſonæ. c. cum à nobis. c. licet ex quadam.
c. licet vniuerſis. de teſtib. Sed quæritur an
teſtamentum factum coram presbytero pa-
rochiali abſque teſtibus, ſit validum ſi alio
modo probetur teſtamentum, puta per con-
feſſionem partis, vel alias. Corn. conſ. 158. in
hac conſultatione. lib. 3. loquens in teſtamen-
to militis, dicit, quod licet in eo duo teſtes
ſufficiant, non tamen requiruntur pro forma
teſtamenti militaris, ſed tantum ad proba-
tionem. vnde ſi alio legitimo modo proba-
retur, teſtamentum valeret. Nec obſtat l. di-
uus. §. plane. ff. de milit. teſtam. vbi eſt expreſ-
3 ſum exigi duos teſtes etiã rogatos. nam per
rationem expreſſam ibi, lex eſt reſtringenda.
l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. & ratio
eſt expreſſa, ne facile militis iudiciũ ſubuer-
tatur. qua ratione ceſſante quando alias vere
conſtat de militis voluntate, debet ceſſare re-
quiſitum. & quia quinque ad probationem
tantũ deſiderantur, poſſunt impleri per æqui-
pollens. gl. communiter recepta in l. hac con-
ſultiſſima. in verb. iudicia. C. qui teſtam. fac.
poſſ. vnde inquit Corn. idem eſſe in teſtamẽ-
to ad pias cauſas, vt non requirantur duo te-
ſtes, ſi alio legitimo modo vere probaretur 2
voluntas teſtatoris. Quare Vaſq. de ſucceſſ.
creat. lib. 1. §. 24. num. 19. infert, idem fore in
teſtamento facto coram presbytero paro-
chiali, quod teſtamentum ſimiliter non deſi-
derat interuentum duorum teſtium, nec ro-
gitum eorum pro forma eſſentiali, ſed tan-
tum propter probationes, & conſequenter
ſi alio quouis legitimo modo probaretur,
valebit ſine rogitu teſtium, & ſine interuen-
tu eorum.

XXIII. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Clericus maior quatuordecim annis, & minor vigintiquinque, habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio in beneficialibus.*

2 *Clericus maior quatuordecim annis, an in patrimonialibus habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

QVÆSTIO 661.

De Clerico maiore quatuordecim annis.

nis, & minore vigintiquinque, an habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio pro bonis patrimonialibus.

1 QVAERITVR, an quemadmodum Clericus maior quatuordecim annis, & minor vigintiquinque, in cauſis beneficialibus habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio abſque curatore, iuxta c. ſi annum. de iud. in 6. ita habeat etiam,
2 in alijs bonis acquiſitis poſt Clericatum, non ratione beneficij. Et breuiter dicẽdum quod ſic. Specul. de actore. §. 1. verſ. ſed cum Clericorum. Lap. Gemin. & Franch. in d. c. ſi annum. in verb. ſpiritualibus. & in verb. dependentibus. Io. Baptiſta Ferret. conſ. 250. vbi, quod multo magis in penſione, quæ dependet à beneficio. ad notata in cap. ad audientiam. de reſcript.

SVMMARIVM.

1 *Decima à laicis poteſt præſcribi quo ad quotam.*

2 *Clerici poſſunt præſcribere decimã in totum.*

QVAESTIO 662.

An Clerici poſſint præſcribere, ne ſoluant decimam in totum.

1 QVæſtio eſt notabilis, an Clerici poſſint præſcribere, ne ſoluant decimam in totum. dicendum magnam eſſe controuerſiã inter DD. an laici poſsint præſcribere, vt non teneantur ad decimam. & magis communis opinio eſt, quod poſſint præſcribere vt ſoluant quo ad quotam, non in totum. Io. Andr. Abb. Butr. & alij in cap. in aliquibus. de decim. Cin. Bal. Salic. in l. com-
2 perit, C. de præſcript. 50. annorum. nihilominus quo ad Clericos tenent gloſ. & DD. in d. c. in aliquibus. quod in totum præſcribunt. tradit etiam Felin. in c. cauſam quæ, col. 1. de præſcript.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an teneantur præſtare iura Epiſcopalia, quæ nunquam exacta fuerunt.*

2 *Epiſcopus ſi exegit tantum quartam decimarum, an poſſit exigeri quartam mortuorum.*

3 *Iuriſdictionem exercens in vno tantũ capite, an conſeruet ius exercendi in alijs capitibus.*

4 *Conductorum negligentia in exigendo iura Epiſcopalia, non conſtituunt ciues in quaſi poſſeſſione non ſoluendi & immunitatis.*

QVAESTIO 663.

An Clerici poſſint compelli ad præſtandam quartam mortuariorum, vel alia iura Epiſcopalia, ſi Epiſcopus fuit ſolitus exigere tantùm quartam decimarum.

1 QVæſtio eſt notabilis, Epiſcopus fuit ſolitus exigere quartã decimarum tantum, an poſsit exigere quartam mortuariorum, vel alia iura Epiſcopalia, iuxta c. conquerente. de off. ord. quæ non exegit. Et quod non poſsit, facit doctrina Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq. priuato, quod vſus iuriſdictionis in vno capite, ſeu in vna ſpecie, nõ tribuit ius vtendi in alijs
2 capitibus, ſeu ſpeciebus. In contrarium facit doctr. Inno. in c. dilecto. in fin. de off. Archid. quod vbi quis vtitur iure communi, ſi vtatur vno iure, alia omnia iura, ſi quæ ei iure communi debentur, retinere videtur. idem tenet Abb. in c. 1. de relig. domib. Rom. cõſ. 291. vbi quod pro iuriſdictione vniuerſali quæſita conſeruanda, ſufficit vnum actum exercere. per tex. in l. vna eſt via. ff. de ſeruit. ruſt. prædior. & in l. ſi ſellicendium. §. fi. & in l. in parte. ff. eden. idem Innoc. in c. dilectus. col. 3. in verb. poſſeſſoriũ. de capel. monac. vbi inquit, quod ſi Epiſcopus, qui habet iuriſdictionem, vel aliud ius generaliter ſtatutum à iure, vel conſuetudine in aliqua bona vel perſonas, quantocunque tempore ſtet quod in aliquo illorum locorum, vel in aliquas perſonas non vtatur, vel omni iure quod in eis habet, vel aliquo capite, non tamen cõtra eum præſcribitur, quia ſemper poſſidet exercendo vnum caput illius generalis iuris in vno ſolo loco, vel in aliquibus perſonis, niſi amittat poſſeſſionem, vel quia expellatur, vel reuertens nõ admittatur, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. l. 1. §. deijcitur. & l. ſeq. ff. de acquir. poſſ. cũ iura ſint contigua ſufficit in vno prædiorum retinere poſſeſsionem. l. poſſideri. in princ. ff. de acquiren. poſſeſſ. alias ſequeretur abſurdum ſecundum Innoc. quod ſi Epiſcopus per plures annos non exercuiſſet viſitationem, amitteret ius ſuum. Idem tenet Dec. conſ. 27. idem ex prædictis concludit Iacob. Anto. de Mauro vir certè eruditus, alleg. 51. potuiſſe

Archiepi-

QVÆSTIO 668.

De non defendente Clericum ab alio percuſſum, cum potuerit prohibere, & an de iure Canonico quis teneatur alium defendere ſub pœna.

1 TEx. eſt ſingularis in cap. quantæ. de ſent. excommun. vbi Innoc. III. ſtatuit non ſolum percutientes Clericos, ſed etiam conſentientes, eſſe excommunicatos, declarant, eos delinquentibus fauere, qui cum poſſint manifeſto facinori deſinunt obuiare. qui tex. propter iuris ciuilis deciſionem, quo regulariter non punitur qui alium non defendit. l. metum etiam. §. licet. ff. quod metus cauſa. gl. in reg. culpa caret. ff. de reg. iur. variè à DD. intelligitur. Primo quod quilibet teneatur defendere Clericum, quicquid ſit de laicis, quia hoc pertinet ad ius publicum, quod conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtralibus. cap. ius publicum. diſtin. 1. quem intellectum ſimpliciter DD. referunt, & fuit Ioannis antiqui gloſſatoris. vt per Abb. in d. cap. quantæ. Card. Felin. & alios. Secundus intellectus eſt, quod procedat in his, qui poſſunt prohibere ratione alicuius poteſtatis, videlicet pater, maritus, dominus, Magiſtratus, qui tenentur defendere ſubditos. ſed quia tex. non diſtinguit, datur alius
2 intellectus à DD. quamuis iſte non improbetur, quod tex. procedat in eo, qui doloſe cum potuerit non prohibet offendentem clericum, ſiue habeat poteſtatem, ſiue non. ita dicit Innoc. ibi. quem ſequitur Hoſt. Card. Abb. Felin. & alij communiter. quia etiam ſi quis ſuadente. requirit dolum. ibi. ſuadente Diabolo. & dolus præſumitur ex coniecturis. vt quia cum videret clericum percuti, vel quid ſimile, riſerit. vel ſecundum Card. ſi erat tantæ reuerentiæ, quod ſi ſolo ſermone prohibuiſſet, percutiens deſtitiſſet. in dubio autem præſumitur dolus eo ipſo quod non obuiat qui poteſt obuiare, vt innuit littera tex. quæ interpretatur dolum, & fauorem, eo ipſo quod non obuiat, & poteſt obuiare, vt ibi Abb. Felin. & alij. Habes igitur, clericorum fauore, non obuiantes offendentibus ipſos, eſſe excommunicatos, requiri tamen dolum. & hæc multo magis procedere in habentibus aliquam poteſtatem. An autem videns percuti clericum, vltra excommunicationem poſſit alia pœna puniri ſi non obuiet dependet ab illa quæſtione, an de iure Ca-
3 nonico, ſaltem non defendens proximum cum poſſit, debeat puniri. etenim de iure ciuili. vt diximus, non tenetur regulariter, niſi in aliquibus caſibus. ex relatis à Felin. in d. cap. quantæ. & in cap. 1. de off. deleg. vbi Dec. & alij. Sed de iure canonico tenetur quis aliũ defendere. iuxta glo. communiter receptam in d. reg. culpa caret. probatur in d. cap. quantæ. ibi. eos delinquentes fauere interpretans, qui cum poſſint manifeſto facinori deſinunt obuiare. & in cap. ſicut dignum. §. ille etiam de homicidio. & in cap. dilecto. de ſent. excomm. in 6. & in cap. non inferenda. 23. q. 3. tradit Abb. Fel. & Dec. in d. cap. 1. de off. deleg. Eſt tamen altercatio an teneatur in foro conſcientiæ tantum, ita quod ſolum peccet quo ad Deum, vel poſſit etiam puniri in foro exteriori. Ant. de Butr. in d. cap. quantæ. tenet non defendẽtem, ſolũ peccare quo ad Deum. idem ibi Felin. Salicet. in l. quiſquis. C. ad l. iuliam maieſtatis. Abb. in cap. 1. de reſtitut. ſpoliat. Io. de Anania in cap. 2. de hæreticis. Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugit. & ex modernioribus Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 2. nu. 30. vbi dicit hanc opinionem ſummam habere rationem, & æquitatem. quia variæ ſunt hominum voluntates, ſententiæ, & opiniones quorumdam non timentium rixas, tumultus, ſeditiones, odia, inimicitias, quidam ſunt timidiores quam ſit neceſſe, quidam audaciores quam expediat. ſecundum quæ inquit ipſe, impoſſibile eſt quod in foro contentioſo, canonico aut ciuili, quis ob huiuſmodi cauſas puniatur, & ab omni ratione videtur alienum quod timidus non audens ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti, quam periculoſam putat, puniatur. & ſi re vera ob iniuriam detij ſe immiſcere quiſnam animi ſui poterit eſſe teſtis præter Deum & ſubdens, in hoc caſu ſequendam eſſe rationem naturalem, & eſſe infirmitatem intellectus, ſecundum Philoſophum, quærere legem vbi habemus naturalem rationem. præſertim quod in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. Et hæc eſt communis opinio, quæ mihi non videtur procedere abſque difficultate. quia iura canonica ſupra allegata, non diſtinguunt inter forum contentioſum, & pœnitentialem. ergo nec nos diſtinguere debemus. vulgata l. de pre-
4 tio. ff. de publiciana. Præterea quando iura canonica aliter in foro conſcientiæ quam in foro contentioſo intendunt diſponere, ſolent hoc exprimere. cap. quicumque. 17. q. 4. cap.

Digitized by Google

Tertio requiritur, quod tale onus ſuſtinere non poſſint laici, quia clerici, & eccleſiæ ſolum tenentur contribuere cum laicis in ſubſidium, vbi laicorum facultates non ſuppetunt, vt in d.cap.non minus. & d. cap. aduerſus. vt clarius in dicta Extrauag.ibi. Ceterum attendant clerici, & alij Prælati, quod in huiuſmodi ſubuentionibus ſolum caſu neceſſitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non ſuppetunt facultates.

Quarto requiritur, quod ad onus huiuſmodi imponendum, vocetur totus clerus vt conſentiat. nec ſufficeret Epiſcopus cum Capitulo ſuo, nam quod omnes tangit particulariter ab omnibus debet approbari. c.quod omnes. de regul.iur.in 6.& probatur in d.c.aduerſus. Abb.in d.c.non minus. ſed clerus non poſſet ſine iuſta cauſa diſſentire.

3

Quinto requiritur, quod onus imponatur conſulto Romano Pontifice, vt in d.c. aduerſus, & in d.Extrauag.

Sexto, & vltimo requiritur, quod ad hoc

4 onus ſoluendum, clerici, & eccleſiæ cogantur per Epiſcopum, & ſuperiores eccleſiaſticos. Bald.in d.l.ad inſtructionem. cum quo cæteri pertranſeunt, maxime Abb.in d.c.non minus. Guid. Pap q.28.Bero.d.conſ.31.Abb.conſ.3. Quibus præmiſſis requiſitis ſtantibus, videtur quod S.Mater Eccleſia moueatur ex gratia & benignitate. vnde tex in d.c.aduerſus, monet

5 laicos, vt humiliter & deuote recipiant cum gratiarū actione quod à clericis offertur. Hoſt. in ſumma de immunit.eccl. §.quibus muneribus.in 3.col.verſ.hæc vera. Alberic.in d.l.ad inſtructionem. Et hæc dicta ſint pro inſtructione iuuenum. Non omitto, nonnullos modernos Doctores edidiſſe aliqua conſilia cum nouis conſiderationibus, dando intellectus nouos contra litteram tex. dictorum iurium. c. non minus. & cap.aduerſus, & communes concluſiones & veras intelligentias antiquorum, & celeberrimorum DD. vt eſt videre apud Surdum, & quoſdam alios, quos ego non refero. Sed non eſt recedendum à ſupradictis. Deueniendo igitur ad quæſtionem, an poſſint clerici ſine auctoritate Summi Pontificis contribuere in oneribus concernentibus pietatem cōmunem, ſeruatis tamen alijs re-

6 quiſitis. Abb.in d.c.nō minus. dicit quod ſic, ratione pietatis, & dicit eſſe dictum nouum. Contrarium tenet gloſ.in §.nouarum, 16.q. 2.& gl. in d.l.ad inſtructionem. Hoſt.in d. §. quibus. in princ. Bero.d.conſ.31.n.20. & hæc opinio videtur probari in d. cap. non minus. dum loquitur de foſſatis, quæ fiunt pro defenſione Ciuitatis, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarū. & videtur eſſe de mente Bal.in l.omnes.C.ſine cenſu.& omnia concernentia publicam vtilitatē, vt refectio pontium, viarum, & ſimilia dicuntur continere piam cauſam, vt late per Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. in præfatione.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici an teneantur ad cuſtodiam ciuitatis.*

2 *Intellectus c.peruenit.de immunit. eccl.*

3 *Decretales ſunt communes omnibus, licet dirigantur alicui in particulari.*

4 *Clerici tenentur ad cuſtodiam ciuitatis, vna cū laicis, quando impugnatur ab infidelibus.*

5 *Clerici tenentur ad cuſtodiam ciuitatis à quibuſcunque impugnetur, ſi adeſt magna neceſſitas, & timor communis, ſubitus, & improuiſus.*

6 *Clerici non tenentur ad cuſtodiam ciuitatis tempore peſtis.*

QVÆSTIO 647.

Clerici an teneantur ad cuſtodiam murorum Ciuitatis.& de intellectu text. cap.peruenit. de immun. eccl.

1 QVæritur, an Clerici teneantur ad cuſtodiam ciuitatis. De hac quæſt. eſt tex.in c.peruenit.de immunit.eccl. vbi deciditur teneri. In contrarium facit tex. in cap.non minus.eod. tit. vbi clerici non debent angariari. quare tex.in d.cap. peruenit.

2 varie à DD. intelligitur. Primus intellectus eſt, quod procedat in Ciuitatibus in quibus temporale dominium exercet Eccleſia, ſicut eſt Ciuitas Terracinæ, cuius Epiſcopo Papa

3 ſcribit. ſed iſte intellectus reijcitur, quia decretales ſunt communes omnibus.c.1.& ſi.de conſtit. Secūdus eſt intellectus, quod procedit

4 quādo terra impugnatur ab infidelibus, quod tunc tenentur etiam clerici cum laicis ad cuſtodiam ciuitatis. Ratio poteſt eſſe periculum animarum, quod ſequi poſſet ſi ciuitas ab infidelibus occuparetur. c. igitur ſæpe.2.3.q.1. & arg.c.1.de præſcrip.& c.placuit.16. q.3. & hic intellectus communiter tenetur in d. c. 2. tenent etiā Abb.in c.non minus.& in conſ. 3. Alij dicūt, quod loquitur in laicis ſeruientibus eccleſiæ, & alios intellectus refert Bero.conſ. 31. Verum quia ille tex. loquitur generaliter, verior

verior videtur intellectus, vt procedat gene-
5 raliter, ſiue terra impugnetur ab infidelibus, ſiue fidelibus, quãdo tamen adeſt magna neceſſitas, timor communis ſubitus, & improuiſus, quem tenet Inno. Card. & Abb. Bero. loco citato. Bertran. conſ. 54. vol. 1. part. 2. qui intellectus videtur concordare cum cap. non minus, ſupra allegato, quando adeſt magna neceſſitas, quæ ſine Clericorum auxilio reparari non poteſt. Dicit tamen Bertran. loco citato, quod Clerici non tenentur ad cuſtodiam murorum tempore peſtis, cum per duos
6 cuſtodes in porta prouideri poſſit. & hæc dicta ſint tanquam ſæpe occurrentia.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria, facta pluribus filijs, ſi deceſſerint ſine liberis, an comprehendat Clericum.*

2 *Conditio, quando æque & eodem modo omnibus non conuenit, ſufficit relationem fieri quatenus conuenit.*

Q V Æ S T I O 648.

De ſubſtitutione fideicommiſſaria facta pluribus filijs, ſi aliquis eorum deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, an comprehendat Clericum in ſacris, qui non poteſt habere tales filios.

1 SI ſunt plures filij, inter quos vnus eſt Sacerdos, & pater ſubſtituat omnes ad inuicem poſt mortem, ſi ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerint, an valeat fideicommiſſum etiam reſpectu Presbyteri. & videtur quod non, quia verba non poſſunt conuenire Presbytero, ergo nec diſpoſitio. ita tenet Paulus in l. 1. §. lex falcidia. ff. ad leg. falcid. Pariſ. conſ. 109. vol. 1. Dec. conſ. 299. Rom. conſ. 483. Bald. conſ. 369. lib. 3. In contrarium facit, quia ex parte actiua continetur Presbyter, vt ſuccedat alijs. ergo & alij debent illi ſuccedere. l. iam hoc iure. & l. Lucius. cum notat. ff. de vulgar. & pupill. Preterea reſpectu Presbyteri non faciunt conditionẽ propriam, tamen verificant, & faciunt conditionem neceſſariam, & ad ipſum etiam refertur conditio, ſeu tempus incertum mortis, ſicut ad cæ-
2 teros. & ſatis eſt quando conditio æque, & eodem modo omnibus non conuenit, relationem fieri quatenus conuenit. l. Seio. §. Caio. vbi Bart. ff. de fundo inſtructo. Inſuper impoſſibilis conditio diſpoſitionem non vitiat. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. Quid dicendum? Pro reſolutione diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus ſi ſubſtitutio ſit facta Presbytero ſi ſine filijs, vel ſine filijs de proprio copore natis, vel alio modo ſimili, vt poſſit dici teſtatorem ſentiſſe de filijs ſpurijs. & hoc caſu communis opinio eſt, fideicommiſſum eſſe nullum reſpectu Presbyteri, quia videtur inuitari ad delinquendum, cum Bart. & Ang. in l. hæredi. §. fin. ff. ad Trebell. Salic. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Aret. in l. ſi quis poſthumos. ff. de liber. & poſthum. & de communi teſtatur Gabr. conſ. 126. lib. 2. Sed an hoc caſu appellatione filij veniat eccleſia, vide in quæſtione particulari de eccleſia.

Secundus caſus, quando inſtitutis pluribus filijs nomine proprio, inter quos eſt presbyter, concepta eſt inſtitutio his verbis, ſi vnus, vel plures ipſorum deceſſerit, vel deceſſerint ſine filijs legitimis & naturalibus, ſubſtituo ſuperuiuentes, & hoc caſu valet fideicommiſſum, non obſtante quod presbyter filios legitimos & naturales habere nequeat. quia non poteſt dici quod inuitetur ad delinquendum, cum tales filios habere non poſſit, & impoſſibilis cõditio diſpoſitionẽ non vitiet. l. 1. C. de inſtitut. & ſubſtit. & ſic videtur expreſſa conditio neceſſaria omnino extitura. quæ conditio propria non eſt, quoniam oportet presbyterum mori ſine filijs legitimis & naturalibus. Bart. in l. 1. de condit. & demonſtr. col. 2. in princ. Salic. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtit. col. fin. idcirco valet fideicõmiſſum, ſicut ſi relictum eſſet poſt mortem, vt ſentit Bald. in d. l. generaliter. §. cum autem. num. 3. clariſſimè Salic. in fin. Aret. in d. c. ſi quis poſthumos, in princ. col. 1. in fin. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebell. n. 19. Bero. conſ. 73. num. 12. lib. 2. Palæot. de noth. & ſpur. cap. 28. num. 9. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 15. tit. 9. in fin. & hæc opinio videtur omnino ſequenda, hanc etiam opinionem tenet Simon de Pret. de interpret. vlt. volunt. interpret. 3. col. 207. quam late defendit Gabr. conſ. 12. lib. 2. & eſt verior, & magis recepta.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici obtinentes plura beneficia ſine diſpenſatione, debent puniri.*

Mendi-

2 *Mendicantes validi, fingentes ſe inualidos, grauiter puniuntur.*

QVAESTIO 649.

De Clerico poſſidente plura beneficia ſine diſpenſatione Summi Pontificis, an poſsit puniri.

1 EPiſcopus in viſitatione reperit clericum poſsidere plura beneficia ſine diſpenſatione Summi Pontificis, vel quia in impetratione beneficij de alijs mentionem non fecit. Quæritur an vltra declarationem, quod beneficia vacant, poſſit etiam dictus clericus puniri: breuiter dicendum quod ſic. ſiquidem ſi valens ſibi victum præſtare, fingit ſe inualidum, & mendicat, grauiter punitur, cum panem vere indigẽtibus auferat, ac grauiter peccat. c. paſtor. 2. q. 1. & l. vnica. C. de mendicantibus validis. lib. 11. vbi tales efficiebantur coloni perpetui denunciantium illos. & ſi erant ſerui, ipſis Dominus carebat, & delatori aſsignabantur. & ibi Bart. vnde Hoſt. ex d. l. vnica. in ſumma. de natis ex libero ventre inquit, quod ſi ſimulatores mendicantes panem, tam grauiter puniuntur, quid putandum eſt de occupantibus plura beneficia in præiudicium pauperum clericorum, ſine diſpenſatione S. Sedis Apoſtolicæ. Facit pro hoc dicto tex. not. in cap. ad aures. de reſcript. ibi, pauperes clericos ſuper minoribus beneficijs inquietent. ſequitur Hoſt. Abb. in cap. indicatum. de immunit. eccleſ. quod eſt notandum. & ſæpe occurrit in viſitatione. tales etiam fraudant Sedem Apoſtolicam, cuius diſpenſatio requiritur.

2

SVMMARIVM.

1 *Clericus negligens recuperare bona Eccleſiæ, an ſit puniendus.*

QVAESTIO 650.

De Clerico negligente recuperare bona Eccleſiæ puniendo.

1 EPiſcopus in viſitatione, vel extra, reperit Rectorem eccleſiæ fuiſſe negligentem in iuribus, & bonis eccleſiarum recuperandis, an poſſit illum punire pro tali negligentia. Hæc quæſtio eſt vtilis, & ſæpe occurrit, maxime in viſitatione, quando Syndici Terræ ſolent præſtare portionem pro reparatione eccleſię, vel ipſius reparatio ad eos pertinet, non ad Rectorem. nam Rector ſe excuſat, quod reparatio non pertinet ad ipſum. Breuiter dicendum, quod poterit puniri, quia tenetur Rector recuperare, vt habetur in Clement. 2. in princ. de relig. domib. & ibi Card. in 5. notab. vltra quod tenetur etiam cum poteſt acquirere de nouo eccleſiæ ſuæ. cap. quicunque. 12. q. 4. Et quod debeat puniri ſi non recuperauit, ſeu fuit negligens in non recuperandis bonis eccleſiæ, pulchrè tradit Viuius deciſ. 138. lib. 2. & non poteſt ſe Curatus, vel alius Rector excuſare, quod reparatio pertinebat ad Syndicum, quia debebat ipſe agere contra Syndicum, & facere quantum poterat vt fieret reparatio, alias non excuſatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus condemnatus ad perpetuum carcerem, an poſſit teſtari.*

2 *Hodie nemo bene natus efficitur ſeruus pœnæ.*

QVÆSTIO 651.

De Clerico condemnato ad perpetuum carcerem, an poſſit facere teſtamentum.

1 AN Clericus condemnatus ad perpetuum carcerem poſſit facere teſtamentum. Abb. in rubr. de teſtam. dicit fuiſſe varie conſultum. aliquos dixiſſe non poſſe teſtari, quia illa pœna æquiparatur pœnæ mortis, aut deportationis, vt notat Innoc. in c. qualiter & quando. el 2. de accuſat. alij dicebant oppoſitum, quia ius canonicum non imponit perpetuum carcerem in pœna, ſed in pœnitentiam. cap. nouimus. de verb. ſignif. cap. penult. de hæretic. cap. quamuis. de pœnis. in 6. Proinde non debet pęna inhabilitatis teſtandi prodire ex pœnitentia. & hæc opinio ſecundum Abb. eſt benignior. idem Abb. tenet eandem opinionem in cap. tua. de pœnis. & pro ſua opinione allegat cap. excommunicamus. S. damnati. de hæreticis. vbi ſpecialiter in hæreſi diſponitur de bonis Clerici damnatorum, ergò ſecus in damnatis pro alio crimine. argum. l. 1. ff. ad municipal. & dicit Bald. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. nullum hodie benè na-
2 tum effici ſeruum pœnæ. auth. ſed hodie. C. de donat. inter virum, & vxor. & quod damnatus

natus ad perpetuum carcerem, non æquiparatur deportato, quia iſtud non eſt lege cautum. Petr. de Anchar. in cap. quamuis. de pœnis. in 6. dicit quod quando genus delicti non reddit delinquentem inhabile ad teſtandum, ſententia carcerum non facit inhabilem ad teſtandum. Contrariam opinionem dicit eſſe veriorem Philipp. Franch. in rubrica de teſtamen. Pro qua adducit, quod licet perpetuus carcer imponatur pro pœnitentia, tamen dicitur pœna, & imponitur loco pœnæ, vt patet in d. cap. quamuis. & quod ibi in 1. gloſ. & in cap. cum Epiſcopo. verſ. carceri. de offic. ordinar. in 6. & ſic efficitur damnatus ſeruus pœnæ. ergo eſt inteſtabilis. facit ſecundum eum, quia talis pœna eſt quædam ſeruitus. l. incredibile. C. de pœnis. & l. Titio centum. §. Titio centum. ita vt à monumento meo non decedat. ff. de condit. & demonſtrat. ergo talis ſeruus tanquam pœnæ, non poteſt facere teſtamentum. l. filiusfamilias. ff. de teſtam. Facit etiam pro hoc, quod notat gloſ. in cap. diuerſitatem. de conceſſ. præbend. volens quod bona clericorum damnatorum applicantur fiſco eccleſiæ, ergo tanquam non habens bona, teſtari non poteſt. auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. & reſpondet Philip. de Franch. ad authen. ſed hodie. C. de donat. inter vir. & vxor. allegatã per Bald. in l. infra deſignando, quod licet condemnatus ad carcerem perpetuum non efficiatur ſeruus pœnæ, tamen ex quo perdit bona impeditur facere teſtamentum, ſicut dicitur in deportato. l. eius qui, in princ. & ibi gl. de teſtam. Et hæc opinio eſt communis ſecundum ipſum. Bertran. conſ. 199. viſo. vol. 1. part. 2. dicit primo, quod non poſſit teſtari eſſe veriorem, poſtea dicit paſſum eſſe difficilem. Mihi placet opinio affirmatiua, quod poſſit teſtari: quia nullibi probatur quod amittat bona, niſi delictum trahat ſecum confiſcationem. quod an æquiparetur mortuo, vel deportato, hoc ſaltem non eſt verè, ſed fictè, & in pœnalibus non fit extenſio de caſu vero ad fictum. cap. odia. de regul. iur. cum ſimul. cum notat. ibi, & ſimilibus. vnde deportatus ſi aufugiat ab inſula moritur, ſed condemnatus perpetuo ad triremes ſi aufugiat non moritur, licet æquiparetur deportato, quia iſtud eſt fictè, non verè, vt pulchre probat Vinc. de Franch. deciſ.......

SVMMARIVM.

1 *Inſtituto hæredi vt presbyter fiat, dato ei ſubſtituto in caſu contrarij, an poſſit ſtatui terminus ad ſuſcipiendum presbyteratum.*

2 *Conditioni meræ poteſtatiuæ, quando ſtatuit terminus non mixtæ.*

QVÆSTIO 652.

De hærede inſtituto ita quod presbyter efficiatur, dato ei ſubſtituto in caſu contrarij; an ſubſtitutus poſſit petere, vt ſtatuatur illi terminus ad ſuſcipiendum presbyteratum.

1 QVæritur, teſtator inſtituit hæredem Franciſcum, voluit tamen quod presbyter efficiatur, & caſu quod non fuerit effectus presbyter, ſubſtituit Sempronium. Quæritur modo an ſubſtitutus poſſit petere ſtatui terminum Franciſco ad ſuſcipiendum ordines ſacros. hæc quæſtio dependet
2 ab illa, an conditioni poteſtatiuæ, vel mixtæ poſſit ſtatui terminus ad implementum. & dicendum, quod ſi conditio eſt mera poteſtatiua, poteſt ſtatui terminus. Bart. in l. ſi quis ſuus hæres. ff. de iure delib. & in l. ſuum quoque. §. ſed & ſi filio. & in l. ſi quis inſtituatur hæres. ff. de hæred. inſtituend. Sed conditio prędicta non videtur merè poteſtatiua, nec talis mixta quæ de facili adimpleri poſsit, cum ad ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & celebrationem miſſæ, ſit opus multis, litteratura, & alijs, ac voluntate Epiſcopi ordinatoris. Bar. in d. l. ſi quis ſuus. videtur velle quod poſſit ſtatui terminus. idem Imo. in d. l. ſi quis inſtituatur. Franc. Aret. in l. quamdiu. ff. de acquir. hæred. videtur velle, quod hæredi inſtituto ſub conditione mixtà, vel alia quæ non ſit in poteſtate, non poſſit ſtatui terminus ad inſtantiam ſubſtituti, ſed bene ad inſtantiam creditorum; non quidem vt impleat conditionem; cum implementum ab eius poteſtate non dependeat, ſed ſtatuitur terminus quia niſi infra terminum inſtitutus petat bonorum poſſeſſionem, vel niſi conditio eueniat, & hæreditatem adeat ipſe inſtitutus, permittet Iudex per creditores bona defuncti poſſidere, & quod procedetur ad dationẽ curatoris. Idem voluit Inno. & hanc opinionem ſequitur Bertran. conſ. 364. vol. 1. part. 2. Mihi placet opinio Bart. cum ordinum ſuſceptio dependeat magis à voluntate, & poteſtate ordinandi, quàm Epiſcopi, qui ſemper ſolet ordinare dignos, vel concedere litteras dimiſſoriales, ad not. in ſimili de principe ſolito concedere

aliquid

aliquid in l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de legat. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit inſtituere hæredem nepotem legitimum & naturalem ex filio ſpurio.*

2 *Filij clericorum ſunt ſpurij, non inceſtuoſi.*

QVÆSTIO 653.

Clericus an poſſit inſtituere nepotem legitimum, & naturalem ex eius filio illegitimo.

1 PResbyter habet filium illegitimum, & ex eo nepotem legitimum, an poſſit dictum nepotem hæredem vniuerſalẽ inſtituere, cum non poſſit eius patrem. & videtur quod non, quoniam filij presbyteri dicuntur inceſtuoſi, quo caſu nepos inſtitui non poteſt. Bald. in l. ſi quis inceſti. C. de inceſtis nuptijs. per illum tex. Alex. de Inno. in l. Gallius. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſthum. refert dictum Bald. idem tenet Gloſ. in l. 2. C. de Epiſc. & Cler. quam ſequitur Bald. & Paul. de Salci, quod non ſint inceſtuoſi, ſed ſpurij, & ibi Petr. de Bellapertica. & idem videtur tenere Bald. in d. l. ſi quis inceſti, ſi bene conſiderentur eius verba in fine. & idem expreſſe tener in cap. in præſentia. de probat. & Corſel. in ſingularibus. in verb. fornicatio. dicit gl. in d. l. 2. communiter reprobari. & gl. in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, dicit filios clericorum non eſſe inceſtuoſos, ſed adulterinos. vbi Abb. reddit rationem, quia clericus contraxit matrimonium ſpirituale cum eccleſia per ſuſceptionem ſacri ordinis. & ideo videtur committere adulterium ſpirituale, cum peccat per lapſum carnis. S. Thom. 2. 2. q. 54. art. 1. in reſponſ. ad tertium. Quinimò dicit Innoc. in c. vt clericorum. de vita, & honeſtate clericorum, vbi recitata d. gl. in l. 2. dicit, quod illa non tenetur per Cyn. & Bart. & quod non reperitur iure cautum. & dicit quod coitus clerici in ſacris exiſtentis, dicitur ſimplex fornicatio, dummodo non cum nupta, nec con-
2 ſanguinea, & vocat filios clericorum ſpurios; ſi enim exiſtens in ſacris ſemper committeret inceſtum, nunquam diceretur committere ſimplicem fornicationem, cuius contrarium præſupponunt duæ gl. in cap. Maximilianus. diſtinct. 80. & in cap. lator. 2. q. 7. & gl. in d. l. 2. loquitur ſine lege. & hanc opinionem, quod filij clericorum non ſunt inceſtuoſi, & proinde l. ſi quis inceſti, non procedat, probat Bertran. conſ. 277. ex his. vol. 5. part. 2. Couar. de ſponſal. in 2. part. refert cap. 855. num. 14. Card. Palæor. in tract. de noth. & ſpur. c. 16. Vinc. de Franch. decis. 17. qui dicit ita tenere Conſ. Neap. & fuiſſe in eo deciſum, poſſe auum patrem ſpurij, inſtituere nepotem legitimum & naturalem ex ſpurio, ex gl. l. fin. C. de natural. liber. Bart. Alex. & alijs in dict. l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſth. Palæot. q. 53. vbi ſupra. idque procedere, etiam ſi eſt inſtitutus filius ſpurius, & caſu quod non eſſet capax, fuit inſtitutus nepos legitimus & naturalis, ad quem te remitto. & prædicta videntur de iure communi procedere. ſed difficultas eſt poſt Bullam Pij V. quæ prohibet bona patrimonialia relinqui ſpurijs. quare ſi caſus occurreret, recurre ad deciſiones Rotæ nouiſsimas, & ad Vrbem pro vera reſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Clerico pauperi habenti præſumptionem pro ſe, an debeantur litis expenſæ, ſi poſſit ſibi victum quærere ſeruiendo eccleſiæ.*

QVAESTIO 654.

De Clerico paupere, qui habet præſumptionem pro ſe, an poſſit petere alimenta lite pendente, ſi poſſet ſibi victum quærere, ſeruiendo in diuinis.

1 LIte pendente debentur alimenta illi qui habet præſumptionem pro ſe. omnes in l. ſi inſtituta. §. de inoff. ff. de inoff. teſtamen. pone quod Clericus habeat præſumptionem pro ſe, ſed poſſet ſibi victum quærere ſeruiendo in diuinis, celebrando miſſam, an debeantur illi alimenta lite pendente. Aufrer. in addit. ad Capellam Tholoſanam deciſ. 78. dicit non habere, quia non eſt turpe clericum taliter ſibi victum quærere. cap. cum ſecundum. de præbend. ſequitur Baſethus conſ. 116. facit concluſio DD. in cap. tuis. & d. cap. cum ſecundum. de præb. quod non tenetur Epiſcopus præſtare alimenta ordinato ab ipſo ſine titulo, ſi poteſt ſeruiendo diuinis victum quærere. Sed hoc videtur remittendum arbitrio Iudicis quantum poſſet ſibi lucrari pro victu & expenſis litis, maxime ſi lis ſit ardua, quæ

multum

multum diſtrahat à ſeruitio diuino, & non poſſit ſacerdos eccleſiæ continuo ſeruire.

SVMMARIVM.

1 *Clericus filiusfamilias an poſſit diſponere de vſufructu, quem habebat pater in eius bonis ante clericatum.*

QVAESTIO 655.

De Clerico filioſamilias an poſsit diſponere de vſufructu quem habebat pater in eius bonis aduentitijs ante clericatum.

1 QVæritur, an filiusfamilias effectus clericus, qui iuxta communem opinionem poteſt teſtari, poſſit diſponere de vſufructu, quem habebat pater in eius bonis ante clericatum. Abb. in cap. in præſentia. num. 56. de prob. tenuit quod ſic. idem Benedict. in cap. Raynutius. in verbo matrem. num. 20. de teſtamen. In contrarium eſt veritas, & communis opinio in l. ſacroſanctæ. C. de Epiſcopis & Cler. & faciunt verba illius l. ibi. in eodem gradu Clericatus viuentis. Repugnat enim ratio, vt priuilegium filij auferat patri vſumfructum, quem habebat ante clericatum. l. impuberi. ff. de adminiſtrat. tutorum, & hanc opinionem tenent Dec. in d. cap. in præſentia. num. 64. Couar. in cap. quia nos. nu. 2. de teſtamen. pulchrè Pinell. in l. 1. C. de bonis mater. par. 1. num. 43. poſt alios, quos allegat Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 42. An autem idem ſit quando filius ingreditur Religionem, vt non præiudicet patri in vſufructu, vide ſupra in quæſt. particulari.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum Clerico pro ſe & filijs, de quibus intelligatur, interpretatio lata facienda eſt, ne diſpoſitio effectu careat.*

QVÆSTIO 656.

De priuilegio conceſſo Clerico pro ſe & filijs, an intelligatur de naturalibus.

1 QVæritur, ſi concedatur priuilegium Clerico pro ſe & filijs, an intelligatur de naturalibus. dicendum quod cum licitè generare non poſſit, intelligitur de adoptiuis, ne nihil ea conceſſio operetur. Bar. in l. ſi quis poſthumos. in princ. ff. de liber. & poſthum. & ibi Paul. & Alex. Eſt enim lata facienda interpretatio regulariter, ne diſpoſitio effectu careat. glo. & Bart. in l. ſæpe. ff. de offic. præſidis. Vaſq. in l. ſi quando. in princ. nu. 92. C. de inoff. teſtamen. quemadmodum priuilegium datum Epiſcopo quod poſſit teſtari, intelligitur etiam de bonis eccleſiæ, quia alias nihil operaretur, cũ de patrimonialibus non ſit dubium de iure communi. Anchar. conſil. 182. Vaſq. loco citato nu. 96. vide alias quæſtiones, præcipue illam de ſubſtitutione facta clerico ſi ſine liberis deceſſerit, an eccleſia veniat filiorum appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an conferat cum fratribus impenſam à patre factam pro bullis beneficij.*

2 *Clericus an teneatur conferre libros ſibi donatos à patre.*

QVAESTIO 657.

De Clerico an conferat cum fratribus impenſam à patre factam, vt adipiſcatur beneficium eccleſiaſticum, nempe pro bullis.

1 DIcendum, Clericum non teneri conferre. Bart. in l. 1. §. ſed nec caſtrenſe. ff. de collatio. Salic. Ang. Fulgoſ. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. teſtam. Alex. Rip. in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. quia beneficium nec vendi poteſt, nec ad hæredes tranſire, & ideo non confertur. d. §. imputari. & l. illud. & l. vt liberis. C. de collatio. tum etiam quia eſt loco peculij quaſi caſtrenſis. & ideo non confertur. l. ſacroſanctæ. C. de Epiſc. & Cler. iuncto d. §. ſed nec caſtrenſe. & l. fin. C. de inoffic. teſtam. & l. aduocati. C. de aduocat. diuerſ. iudicior. Vaſq. de ſucceſſ. part. 2. lib. 2. §. 19. nu. 38. vbi pulchrè ponit alias quæſtiones circa
2 hãc materiam. Tenent etiam ſupradicti quod clericus non tenetur conferre libros ſibi donatos à patre.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro defenſione neceſſaria rerum, aliquem interficiens, an ſit irregularis.*

2 *Ratio legis ſemper attendenda eſt, & ibi multa.*

Ratio

3 *Ratio legis noua corrigit antiquam, etiam ſi legislator id non dicat.*

QVAESTIO 658.

De Clerico an liceat interficere aliquem, pro defenſione rerum.

1 QVæritur, an liceat Clericis pro neceſſaria defenſione rerum occidere alios ſine peccato, & irregularitate: præſuppoſito, quod ſit fur nocturnus, vel diurnus, qui telo ſe defendat, & ſit res magni momenti. Et videtur, quod non. ex cap. ſuſcepimus. de homicid. vbi videtur caſus apertus. & ratio efficax ibi, poſt tunicam relinquere pallium, & rerum ſuſtinere iacturam, quam pro conſeruandis vilibus rebus & tranſitorijs tam acriter in alios exardeſcere. & ita tenet Abb. & alij in cap. 2. de homicid. Marian. Soc. in cap. ad audientiam. de homicid. & eſſe communem teſtatur Couar. in Clem. ſi furioſi. part. 3. §. vnico. In contrarium facit, quod permiſſum eſt clericis iure naturæ ſe & ſua tueri. cap. dilecto. de ſenten. excommun. in 6. cap. olim. de reſtit. ſpoliat. nec reperitur iure humano illis prohibitum ſub peccato. & hanc opinionem tenet S. Antoninus 3. parte. tit. 40. cap. 3. §. 2. Non obſtat tex. in d. cap. ſuſcepimus, quia ibi ille frater commiſit homicidium, non vt res ſuas principaliter defenderet, cum iam latrones eſſent ligati, ſed ob timorem ne ſoluerentur, cummiterentur, & illum interemit, quia debebat potius fugere, dum ſoluere ſe nitebātur, ſicut Dominus fugit in Aegyptum, cum ab Herode ad interficiendum quæreretur, vt ibi dicit gloſ. Præterea manifeſtè apparet res fuiſſe recuperatas, cum iam latrones fuiſſent capti, & ligati. vnde homicidium non pro recuperatione bonorum, ſed ob mortis timorem fuit ſequutum, & ideo contra eccleſiæ manſuetudinem. Et hanc opinionem quod non inducatur irregularitas, tenent Couar. in dicta Clem. ſi furioſi. §. vnico. infra. dicens Cano-
2 num auctoritate non probari. Loſias de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. dub. 11. Sed in contrarium facit ratio d. cap. ſuſcepimus. vt non liceat pro rebus vilibus tam acriter in alios exardeſcere. & idem eſt habere determinationem ex auctoritate, vel ratione legis, cap. tua nos. il 1. de iureiur. vbi DD. & ratio reſtringit, & ampliat legis diſpoſitionem. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de legat. 2. & ſicut ad inducendum legis correctionem, requiritur lex noua expreſsè corrigens l. præcipimus. C. de appellat. nec ſufficit ſubauditio, vt per gl. in c. cupientes. §. ſi quis. de elect. in 6. tamen ſi ratio
3 poſita in lege noua, eſt apta corrigere antiquam, illam corrigit, etiam ſi tenor legis hoc non dicat. ita notat Bal. in Auth. quas actiones. verſ. ſed ego dico. C. de ſacroſ. eccleſ. & faciunt late tradita per Felin. de ratione legis attendenda in d. cap. tua nos. vnde in d. cap. ſuſcepimus. fuit imputatum monachis, quod furem ligauerunt, ex qua detentione poſtea ob timorem mortis fuit ſequutū homicidium, vt ibi Fel. recte not. 2. dicit, nota quod imputatur clerico, ſi ex actu per quem nititur conſeruare bona, ſequatur homicidium. & id cenſeo fuiſſe conſideratum ab Alexandro III. in ratione ibi, pro rebus vilibus in alios exardeſcere, quia iam res erant recuperatæ, ergo fuit conſiderata ligatura, ex qua deinde fuit occaſio orta, & ſequutum homicidium. & ita cenſeo non eſſe recedendum à communi opinione, quod clerico non liceat aliquem interficere pro defenſione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones relictæ Canonicis qui erunt præſentes in funere, an hæres dabit tantum præſentibus, vel in eis habebit locum ius accreſcendi.*

2 *Ius accreſcendi habet locum in ſummis legatis ſub nomine collectiuo.*

QVÆSTIO 659.

De diſtributionibus relictis Canonicis tempore funerum, an in eis habeat locum ius accreſcendi, vel tantum hæres præſtabit illas his qui fuerunt præſentes.

1 IN hac quæſtione breuiter dicēdum, quod aut diſtributiones fuerunt relictæ Canonicis qui præſentes erant tempore ſepulturæ, & habet locum ius accreſcendi, quia propter nomen collectiuum ius accreſcendi habet locum etiam in ſummis legatis. l. qui quartam. §. ſi quis vnam. ff. de legat. 1. aut relictæ fue-
2 runt ſingulis Canonicis qui præſentes fuerint, & non habet locum ius accreſcendi. ſequitur Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 23. idem tenet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum de iure canonico, an ſit validum coram duobus vel tribus teſtibus, ſine præſentia parochi.*

2 *Duo teſtes æquiparantur teſtimonio parochi in teſtamento.*

3 *Teſtamentum ad pias cauſas, an probetur alio modo quam per teſtes.*

QVÆSTIO 660.

De teſtamento facto coram Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus, aliqua.

1 QVamuis de iure ciuili, in teſtamento requirantur ſeptem teſtes, tamen de iure canonico teſtamentum factum coram presbytero parochiali, & duobus, vel tribus teſtibus, eſt validum, etiam ſi non ſit ad pias cauſas. c. cum eſſes. vbi omnes. de teſtamen. in quo textu communiter tenent DD. præſentiam parochi eſſe neceſſariam. quamuis Ant. de Butr. conatus fuerit defendere cōtrarium, quod ſufficiant duo, vel tres teſtes idonei, licet parochus non ſit præſens. ex ratione illius tex. quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. ex qua videtur apparere, quod etiam ſi fiat corã duobus teſtibus tantum, valet teſtamentũ. & licet Summus Pontifex mentionem faciat de presbytero parochiali, loquitur ſecundum conſuetudinem, & accidentiam facti, quia de facto contigerat, quod parochialis presbyter interuenerat, non autem quod ſit neceſſarium de iure, vt patet ex ratione litteræ, quæ videtur quod ſufficiant duo teſtes. Non eſt tamen recedendum à communi opinione, cum Papa mentionem fecerit de parocho, & non in narratione facti, ſed in reſponſione. & ideo videtur, quod niſi requireretur parochus, mentionem non feciſſet, vt latius reſpondetur omnibus rationibus Ant. per Imol. ad quem te remitto, ne eius dicta tranſcribam, ad Abb. & alios. dicit tamen Specul. de inſtrum. edit. §. compendioſe. verſ. item per ius canonicum. quod ſi duo teſtes loco parochi interuenirent, valeret teſtamentum factum coram quatuor te-
2 ſtibus, quia validior eſt vox duorum teſtium, quam vnius, quantumcunque auctorizabilis perſonæ. c. cum à nobis. c. licet ex quadam. c. licet vniuerſis. de teſtib. Sed quæritur an teſtamentum factum coram presbytero parochiali abſque teſtibus, ſit validum ſi alio modo probetur teſtamentum, puta per confeſſionem partis, vel alias. Corn. conſ. 158. in hac conſultatione. lib. 3. loquens in teſtamento militis, dicit, quod licet in eo duo teſtes ſufficiant, non tamen requiruntur pro forma teſtamenti militaris, ſed tantum ad probationem. vnde ſi alio legitimo modo probaretur, teſtamentum valeret. Nec obſtat l. diuus. §. plane. ff. de milit. teſtam. vbi eſt expreſ-
3 ſum exigi duos teſtes etiã rogatos. nam per rationem expreſſam ibi, lex eſt reſtringenda. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. & ratio eſt expreſſa, ne facile militis iudiciũ ſubuertatur. qua ratione ceſſante quando alias vere conſtat de militis voluntate, debet ceſſare requiſitum. & quia quinque ad probationem tantũ deſiderantur, poſſunt impleri per æquipollens. gl. communiter recepta in l. hac conſultiſſima. in verb. iudicia. C. qui teſtam. fac. poſſ. vnde inquit Corn. Idem eſſe in teſtamẽto ad pias cauſas, vt non requirantur duo teſtes, ſi alio legitimo modo vere probaretur voluntas teſtatoris. Quare Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 24. num. 19. infert, idem fore in teſtamento facto coram presbytero parochiali, quod teſtamentum ſimiliter non deſiderat interuentum duorum teſtium, nec rogitum eorum pro forma eſſentiali, ſed tantum propter probationes, & conſequenter ſi alio quouis legitimo modo probaretur, valebit ſine rogitu teſtium, & ſine interuentu eorum.

XXIII. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Clericus maior quatuordecim annis, & minor vigintiquinque, habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio in beneficialibus.*

2 *Clericus maior quatuordecim annis, an in patrimonialibus habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

QVÆSTIO 661.

De Clerico maiore quatuordecim an-

nis.

QVÆSTIO 668.

De non defendente Clericum ab alio percuſſum, cum potuerit prohibere, & an de iure Canonico quis teneatur alium defendere ſub pœna.

1 TEx. eſt ſingularis in cap. quantæ. de ſent. excommun. vbi Innoc. III. ſtatuit non ſolum percutientes Clericos, ſed etiam conſentientes, eſſe excommunicatos, declarant, eos delinquentibus fauere, qui cum poſſint manifeſto facinori deſinunt obuiare. qui tex. propter iuris ciuilis deciſionem, quo regulariter non punitur qui alium non defendit. l. metum etiam. §. licet. ff. quod metus cauſa. gl. in reg. culpa caret. ff. de reg. iur. variè à DD. intelligitur. Primo quod quilibet teneatur defendere Clericum, quicquid ſit de laicis, quia hoc pertinet ad ius publicum, quod conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtralibus. cap. ius publicum. diſtin. 1. quem intellectum ſimpliciter DD. referunt, & fuit Ioannis antiqui gloſſatoris. vt per Abb. in d. cap. quantæ. Card. Felin. & alios. Secundus intellectus eſt, quod procedat in his, qui poſſunt probibere ratione alicuius poteſtatis, videlicet pater, maritus, dominus, Magiſtratus, qui tenentur defendere ſubditos. ſed quia tex. non diſtinguit, datur alius
2 intellectus à DD. quamuis iſte non improbetur, quod tex. procedat in eo, qui doloſe cum potuerit non prohibet offendentem clericum, ſiue habeat poteſtatem, ſiue non. ita dicit Innoc. ibi. quem ſequitur Hoſt. Card. Abb. Felin. & alij communiter. quia c. non ſi quis ſuadente. requirit dolum. ibi. ſuadente Diabolo. & dolus præſumitur ex coniecturis. vt quia cum videret clericum percuti, vel quid ſimile, riſerit: vel ſecundum Card. ſi erat tantæ reuerentiæ, quod ſi ſolo ſermone prohibuiſſet, percutiens deſtitiſſet. in dubio autem præſumitur dolus eo ipſo quod non obuiat qui poteſt obuiare, vt innuit littera tex. quæ interpretatur dolum, & fauorem, eo ipſo quod non obuiat, & poteſt obuiare, vt ibi Abb. Felin. & alij. Habes igitur, clericorum fauore, non obuiantes offendentibus ipſos, eſſe excommunicatos, requiri tamen dolum. & hæc multo magis procedere in habentibus aliquam poteſtatem. An autem videns percuti clericum, vltra excommunicationem poſſit alia pœna puniri ſi non obuiet dependet ab illa quæſtione, an de iure Ca-
3 nonico, ſaltem non defendens proximum cum poſſit, debeat puniri. etenim de iure ciuili, vt diximus, non tenetur regulariter, niſi in aliquibus caſibus. ex relatis à Felin. in d. cap. quantæ. & in cap. 1. de off. deleg. vbi Dec. & alij. Sed de iure canonico tenetur quis aliū defendere. iuxta glo. communiter receptam in d. reg. culpa caret. probatur in d. cap. quantæ. ibi. eos delinquentes fauere interpretans, qui cum poſſint manifeſto facinori deſinunt obuiare. & in cap. ſicut dignum. §. ille etiam de homicidio. & in cap. dilecto. de ſent. excomm. in 6. & in cap. non inferenda. 23. q. 3. tradit Abb. Fel. & Dec. in d. cap. 1. de off. deleg. Eſt tamen altercatio an teneatur in foro conſcientiæ tantum, ita quod ſolum peccet quo ad Deum, vel poſſit etiam puniri in foro exteriori. Ant. de Butr. in d. cap. quantæ. tenet non defendētem, ſolū peccare quo ad Deum. idem ibi Felin. Salicet. in l. quiſquis. C. ad l. iuliam maieſtatis. Abb. in cap. 2. de reſtitut. ſpoliat. Io. de Anania in cap. 2. de hæreticis. Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugit. & ex modernioribus Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 2. nu. 30. vbi dicit hanc opinionem ſummam habere rationem, & æquitatem. quia variæ ſunt hominum voluntates, ſententiæ, & opiniones quorumdam non timentium rixas, tumultus, ſeditiones, odia, inimicitias, quidam ſunt timidiores quam ſit neceſſe, quidam audaciores quam expediat. ſecundum quæ inquit ipſe, impoſſibile eſt quod in foro contentioſo, canonico aut ciuili, quis ob huiuſmodi cauſas puniatur, & ab omni ratione videtur alienum quod timidus non audens ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti, quam periculoſam putat, puniatur. & ſi re vera ob iniuriam depulſe ſe immiſcere quiſnam animi ſui poterit eſſe teſtis præter Deum? ſubdens, in hoc caſu ſequendam eſſe rationem naturalem, & eſſe infirmitatem intellectus, ſecundum Philoſophum, quærere legem vbi habemus naturalem rationem. præſertim quod in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. Et hæc eſt communis opinio, quæ mihi non videtur procedere abſque difficultate. quia iura canonica ſupra allegata, non diſtinguunt inter forum contentioſum, & pœnitentialem. ergo nec nos diſtinguere debemus. vulgata l. de pre-
4 tio. ff. de publiciana. Præterea quando iura canonica aliter in foro conſcientiæ quam in foro contentioſo intendunt diſponere, ſolent hoc exprimere. cap. quicumque. 17. q. 4. cap.

 inqui-

inquiſitioni. de ſent. excommun. notatur in cap. tua nos. de ſponſal. facit tex. in d. cap. quantæ. vbi Eccleſia condemnauit facientes & conſentientes pari pœna, & hoc primum dictum clarum eſt habere locum in foro contentioſo. Poſtea textus declarat conſentientes intelligi illos, qui cum poſſint, manifeſto facinori non obuiant. vnde ſi cum primum dictum illius textus procedit de iure canonico in foro contentioſo, ita etiam debet intelligi ſecundum, quia lex interpretans intelligitur ſecundum legem interpretatam. §. 1. in auth. de fil. ante dot. inſtr. natis. Et hanc opinionem, quæ mihi verior videtur, late defendit Dec. in d. cap. 1. num. 39. de off. deleg. pro qua opinione videtur mihi irrefragabiliter facere tex. in d. c. quantę. dum pœna excommunicationis punit non obuiantem, & excommunicatio dicitur pœna grauiſſima, & appellatur mors de iure canonico. cap. per venerabilem. qui fil. ſint legit. Nec poteſt reddi ratio diuerſitatis cum non obuians poſſit puniri pœna grauiſſima excommunicationis, & non alia pœna, ergo idem ius. l. illud. ff. ad l. aquiliam. quinimò caſus excepti ex identitate rationis extenduntur. cap. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. cap. 2. de tranſlat. Prælat. cum ſimilibus. Facit etiam præceptum Domini; *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*. Non obſtat conſideratio. Vaſques quod animus cognoſcitur ſolum à Deo, & ignoratur an quis ob timorem, vel iniuriam deſierit obuiare, quia iſta conſideratio eſt cōtra textum apertum in d. cap. quantæ, vbi Papa excommunicat non obuiantes, & ſic ponit in foro exteriori, & declarat illos intelligi conſentientes, quia cum poſſint non obuiant. Præterea animus ſiue dolus cognoſcitur ex coniecturis. l. dolum. C. de dolo. cum ſimilibus. & poterit iudex conſiderare qualitates perſonæ non prohibentis. maxime in delictis grauibus vt ei proximus vulneretur, interficiatur, & grauiter offendatur ſi non adiuuetur, tanto magis quod canon d. cap. quantæ præſumit dolum in non adiuuante. & hæc noto. & hanc opinionem ſequi ſolent principes in eorum ſtatutis, vt quilibet teneatur auxilium præſtare vi oppreſſis, ſaltem clamando, vt in conſtitut. Regni mulierem, & ibi Andr. de Iſernia. & Affl. & abſque dubio procedit in Prælato.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo Bulgari, quod relicto aliquo domino & vſufructuario, alio hærede inſtituto, cenſeatur illi relicta alimenta, vel etiam vſusfructus, an habeat locum Clerico relicto vſufructuario, vel in teſtamento Clerici.*

2 *Conſuetudo promiſcua laicorum vel Clericorum, eſt ſeruanda etiam à Clericis.*

3 *Conſuetudo interpretatur voluntates teſtatorum.*

QVÆSTIO 666.

Clericus ſi inſtituat in teſtamento filium legitimum quem ante Clericatum genuerat hæredem, & relinquat alium dominum & vſufructuarium, an cenſeatur illi reliquiſſe alimenta tantum, & conſuetudo Bulgari habeat locum in teſtamento Clerici.

1 QVæritur notabiliter, an conſuetudo Bulgari procedat in teſtamento Clerici, nempe quod ſi inſtituatur filius hæres, & alteri relinquatur vſusfructus omnium bonorum vita durante, cenſeantur ei relicta alimenta, de qua teſtatur Bart. in l. Titia. §. Titia. ff. de leg. 2. in illa quæſtione quando vxor relinquitur domina & vſufructuaria, & relicto hærede filio, vel extraneo. In hac quæſtione videtur diſtinguendi duo caſus. Primus quando laicus inſtituit filium hæredem, & Clericum fratrem maiorem, qui ſolebat habere regimen domus relinqueret dominum & vſufructuarium, ſi non eſſet Clericus, clarum eſt quod conſuetudo haberet locum. ſed dubium eſt, quia agitur de legato facto Clerico, & conſuetudines ſiue ſtatuta laicorum non ligant Clericos. Paul. de Monte Pico in d. §. Titia. nu. 58. in hoc caſu concludit, quod ſi conſuetudo Bulgari fuit primitiua ſeu inducta in loco tam per Clericos quam per laicos, abſq; dubio haberet locum etiam quo ad Clericos, & quod fortius eſt in teſtamento Clericorum. puta ſi habuiſſent li-
2 beros & vxorem, deinde mortua vxore effecti ſunt Clerici, & poſtea inſtituerant filios. ratio eſt, quia conſuetudo promiſcua Clericorum & laicorum, eſt ſeruanda ab omnibus. idem Ant. de Butr. in d. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. & ibi Felin. col. 33. Imola in cap. ad noſtrum. per illum tex. do probat. Sed an dicta conſuetudo Bulgari fuerit promiſcua, eſt quæſtio facti, & eſt probandum, alias non

cen-

3 Archiepiſcopum Neapolitanum quartam Epiſcopalem de legatis pijs à religioſis exigere, quamuis fuiſſet ſolitus exigere tantum quartam funeralium, non obſtante doctrina Bart. in d. §. ſi quis hoc interdicto.quia procedit vbi agitur de iuriſdictione quærenda per præſcriptionem. tunc enim vlus iuriſdictionis in vno capite non tribuit ius in altero: ſecus vbi agitur de iuriſdictione competenti ex iuris communis diſpoſitione conſeruanda; tunc exercitium in vno capite conſeruat ius in omnibus alijs capitibus.Rom.conſ.291. Fel.in cap.auditis.col.6. de præſcript. Non obſtat,quod nunquam fuerit exactum tale ius, quia in actibus negatiuis nunquam requiritur ius,niſi tempore prohibitionis,etiam ſi per mille annos non fuerit petitum, iuxta gl.Bart. & Bald.in l.1. C. de ſeruitutibus. Innoc.in d.cap.dilectus. Et ex his poteſt inferri ad multa iura quæ competunt Epiſcopis de iure communi,quæ forte negligentia,vel procuratorum culpa non fuerunt exacta. Item adde, quod negligentia conductorum nolentium exigere iura debita Epiſcopo, non conſtituit Ciues non ſoluentes,in quaſi poſſeſſione immunitatis in præiudicium Epiſcopi. l. quamuis. §. conductor. ff. de acquir. poſſ.
4 tanto minus dolus, aut colluſio. ita ſingulariter Ripa reſponſo ſexto. de diuerſ.reſcrip. num. 8. alleg. l. fin. C. de acquiren. poſſeſſ. Baldum in conſilio 330. ſtatutum cauetur. libro 1.

SVMMARIVM.

1 *Deceptio citra dimidiam iuſti pretij, in clericis, eſt illicita etiam in foro exteriori.*
2 *Eccleſia cultrix iuſtitia non patitur aliquid contra iuſtitiam fieri in ſe, vel in alios.*
3 *Clerici temporalibus lucris inhiare non debent.*

QVÆSTIO 664.

Deceptionem citra dimidiam iuſti pretij,in Clericis eſſe omnino illicitam traditur.

1 QVæritur,an deceptio citra dimidiam iuſti pretij, in emptione & venditione toleretur in perſonis eccleſiaſticis in foro exteriori, iuxta l.2. C. de reſcind. vend. & concludunt multi id omnino illicitum eſſe in perſonis eccleſiaſticis.per cap.per tuas.de donation. gl.in c.hoc ius porrectum. 10.q.2.Dec.conſ.131.vol. 3. in fin. Gozad. conſ.14.num.4.ſequitur Mant.de tac.& ambig. lib.3.tit.10.num.16.& ſeq. Nam Eccle-
2 ſia eſt cultrix & auctrix iuſtitiæ, & non debet pati contra iuſtitiam aliquid fieri, in ſe vel in alium. cap.1.§.ſed diuerſum. de alien. feud. Bald.in Auth. niſi rogati. C. ad Trebell. nu. 15. & conſ.24.lib.2. Anchar. conſ.231. nu. 3. Rom.conſ.398. n.2.in fin.Paul. conſ.106.
3 lib.1.num.2.& quia viri eccleſiaſtici non debent lucris temporalibus inhiare. c.ex parte. in fin.de cenſib. Rom.in auth.ſimiliter.nu.6. C.ad l.falcid.& conſ.363. nu.3. Qua ratione etiam Clerici prohibentur negotiari.c.Clerici.de vit.& honeſt. Cler. Ruin.conſ.127. nu. 10. verſ.non obſtat, lib.4. Propter hoc enim eis beneficia conceduntur,vt alijs opibus derelictis, Omnipotentis Dei myſterijs inhæreant. l.generaliter,in fin.C.de Epiſc.& Clericis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus vſurarius, magis punitur quam laicus.*
2 *Contractus non præſumitur vſurarius in Clericis ob pactum de retrouendendo, cum modicitate pretij.*

QVÆSTIO 665.

In perſonis Eccleſiaſticis pactum de retrouendendo cum modicitate pretij, non facit præſumi contractum vſurarium.

1 AN pactũ de retrouendendo cum modicitate pretij, faciat præſumi pactũ vſuratiũ in perſonis eccleſiaſticis. Bero.conſ.84. lib.1.putat,contractum magis præſumi vſurariũ in Clerico conſtituto in ſacris, quã in laicis, quia Clericus in ſacris grauius punitur, propter crimen vſurarium.c.1.c.quoniam. 14.q.4.c.1.& 2.cum gloſ.47. diſt. In contra-
2 rium eſt veritas, quod à Clericis presbyteris, Canonicis præſertim eccleſiæ Cathedralis, omnis fœnoris ſuſpicio excluditur. nam de illis ob vitæ honeſtatem, de hoc crimine non eſt ſuſpicandum, toto titulo de vita, & honeſtate Clericorum. & hac ratione vtitur Corn. conſ.4.num.12. libro 1. Et in ſpecie quæſtionis de pacto de retrouendendo cum mo-

eum Apoſtolo ſcio & abundare, & eſurire. 41. diſt. 21. quæſt. 1. Clericus. ita gloſ. notab. arguit & reſpondet in d. cap. clericus victum, vbi addit quod debet ei eccleſia auferri, eo quod ad tenue beneficium ſe promoueri conſentit. cap. fin. de præbend. ſi tamen eccleſia à principio erat diues, & poſtea effecta eſt pauper, poterit eam Epiſcopus vnire alijs. c. vnio. 10. quæſt. 3. ita notabiliter gloſ. & DD. in d. cap. Clericus victum. Sed hic quæritur an clericus locans operas ſuas ad colendos agros, debeat puniri tanquam exercens ſordidum munus. & videtur quod ſit puniendus. omnes enim concludunt, quod artificium clerici debeat eſſe honeſtum non ſordidum, vt emere vimina, & facere caniſtra, emere cartam & conficere libros, emere filum vt faciat retia, & ſimilia honeſta permittuntur, non tamen ſordida, vt eſſe carnifex publicus, faber, pelles, vel coria aptare, & ſimilia. vt dicunt Ant. Abb. Imol. in c. fin. de vit. & honeſt. cleric. & in ſpecie quod poſſit ligonizare, & arare in propria vinea, ſed non locare operas ſuas ad arandum, vel fodiendum tradit Spec. de cler. coniug. n. 6. & ſequenti. Imol. in d. c. fin. Nobilis etiam manibus proprijs exercens agriculturam in prædijs ſuis, retento decore, non amittit nobilitatem, vt tradit Tiraq. de nobilitate cap. 32. Sed quo ad agriculturam in alienis agris videtur obſtare textus in d. c. clericus victum. vbi in ſpecie dicitur, quod poteſt clericus victum ſibi quærere artificio, vel agricultura, & non diſtinguit de agricultura in prædijs proprijs, vel alienis. imo tex. videtur intelligendus de prædijs alienis, cum præſupponat clericum eſſe pauperem, qui non habet nec prædia eccleſiæ, nec ſua. quia ſi haberet prædia propria quorum redditus ſufficerent pro victu, non diceretur pauper ſi tantum eius induſtria, & opera incolendo requireretur. etenim paupertas remittitur arbitrio iudicis. iuxta gl. & comm. in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. Et hanc opinionem videtur tenere aperte gl. in d. cap. clericus in verb. officij, ibi. ergo clericus non poteſt operas ſuas per totam diem locare cum non debeat officio deeſſe. & ſic gl. intelligit textum de locatione operarum in alienis agris. quare videtur dubitandum. ſed nullo modo debet tolerari clericus locans operas ſuas ad agros colendos, ſi in loco oriretur ſcandalum. nihil enim cum ſcandalo fieri debet. cap. nihil. de præſcript. alia de clerico negociatore vide in praxi Neapol. cap. 76.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum factum coram Epiſcopo abſque ſolemnitatibus, an valeat quemadmodum ſi fieret coram iudice.*

QVAESTIO 674.

De teſtamento facto coram Epiſcopo abſque ſolemnitatibus.

1 QVæritur an quemadmodum teſtamentum factum coram iudice ſine ſolemnitatibus ſuſtinetur. l. omnium. C. de teſtam. ita ſuſtineatur ſi fieret coram Epiſcopo. & quod idem ſit dicendum tenet gl. in d. l. omnium. ſiquidem teſtamentum factum coram iudice, ea ratione ſubſtinetur abſque teſtium ſolemnitate, quia ibi præſumitur eſſe multitudo perſonarum; eadem ratione idem erit dicendum in teſtamento facto coram Epiſcopo, apud quem ſemper præſumitur eſſe multitudo perſonarum. allegat gloſ. tex. in §. illud. in auth. quomodo oporteat Epiſcopos. & cap. peruenit. & cap. Epiſcopus. 2. q. 7. & cap. fin. 86. diſtinct.

SVMMARIVM.

1 *Canonici non poſſunt facere ſtatuta concernentia Epiſcopum, vel ſtatum Eccleſiæ.*
2 *Canonici quæ ſtatuta facere poſſunt.*
3 *Statuta non poſſunt facere Canonici præiudicialia voluntati defunctorum.*

QVAESTIO 675.

De Canonicis, an poſſint facere ſtatuta.

1 AN ſit verum, quod Canonici poſſunt facere ſtatuta ſine Epiſcopo, ſuper his quæ non tangunt Epiſcopum, nec ſtatum eccleſiæ, ſed ſua negocia ſingularia, puta quod certis modis quotidianas obuentiones diſtribuant, vel quod certo modo ad Capitulum vocentur, puta per talem Campanam, vel iis ſimilia. iuxta gl. in c. 2. in verbo ſtatutum. de verb. ſignif. in 6. vt per not. in cap. vnico. verſ. ſtatuimus ibi. tribuantur iuxta eccleſiæ cuiuſlibet ordinationem rationabilē. & dicendum quod Capitulum poteſt facere talia ſtatuta, niſi præiudicaretur voluntati defunctorum, qui mandarunt certis horis Canonicis fieri diſtributiones, quia voluntas eorum ſeruanda eſt.

eſt. cap. vltima voluntas. 13. quæſt. 2. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. & ita tenet Bertran. conſ. 162. vol. 8. vbi limitat alio modo, quando in eccleſia ſunt duo corpora, vnum Capituli, quod habet iura ſuæ menſæ, & aliud corpus, nempe vniuerſitatis, vt per multa probat.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes in Miſſa, quando debeantur, & ſint in præcepto.*
2 *Conſuetudo laudabilis, eſt à laicis obſeruãda.*
3 *Presbyteri an poſſint intereſſe conuiuijs nuptiarum.*
4 *Conſuetudo quod parochus vendat panem benedicendum parochianis valet.*

QVÆSTIO 676.

De conſuetudine faciendi oblationes in Miſſa, an ſit valida, & de oblationibus, an ſint in præcepto.

1 CONſuetudo eſt in aliqua parochia, quod hęredes defuncti in diebus Dominicis faciant oblationes in Miſſa, quæ perueniant ad Curatum, an poſſint compelli ad talem conſuetudinem ſeruandam, maximè ſi curatus ſit pauper. dicendum, eſſe altercationem inter DD. an oblationes quæ fiunt in Miſſa, ſint de præcepto. vt per Archidiac. & alios in c. omnis Chriſtianus. de conſecrat. diſt. 1. & communiter tenetur non eſſe in præcepto niſi ex conſuetudine. ita Archid. S. Thom. 22. quæſt. alium caſum ponit Ludouic. Rom. conſ. 347. quando rector aliunde non habet vnde ſuſtentetur. cum enim populo miniſtret ſpiritualia, debet ei populus miniſtrare corporalia, vt latiſſime dicitur in cap. eccleſias. §. ſcis ita. 13. quæſt. 1. Non obſtat quod clericus pauper debet artificio ſibi victum quærere. c. clericus victum. diſtinct. 91. quia non excluditur quin poſſit oblationes quærere ſibi à populo debitas, quemadmodum fundator eccleſiæ pauper poteſt licitè ab eccleſia alimenta exigere. 16. quæſt. 7. c. quicunque. de iurepatr. cap. nobis. ita notabiliter Rom. loc. cit. qui ex his concludit, conſuetudinem prædicandi, recipiendi oblationes diebus Dominicis ab hæredibus defuncti eſſe validam, & prædicta maximè procedere, quando ex pecunia ipſius oblationis pro populo non exiſtit oneroſus. vbi etiam concludit valere conſuetudinem, quod de bonis parochiani defuncti poſſit ad arbitrium aliquid recipere; nam facto proprio poteſt quis eſſe arbitrator. cap. quintauallis. de iureiur. l. fin. §. libertus. ff. de oper. libert. & conſuetudo etiam poteſt alicui in cauſa propria tribuere iuriſdictionem. cap. 1. de pœn. in 6. Superior igitur poteſt cōpellere ad conſeruandas laudabiles conſuetudines. iuxta cap. ad Apoſtolicam. de ſymonia. Et ex his poteſt inferri ad alias conſuetudines laudabiles, vt præſtandi partem conuiuij nuptialis curato, qui celebrauit matrimonium.
1 ſed an valeat conſuetudo, quod Archipresbyter interſit conuiuijs
3 nuptiarum. tex. in cap. presbyter. diſtinct. 34. prohibet presbyteros, diaconos, ſubdiaconos intereſſe conuiuijs nuptiarum, ne propter turpia cantica, & obſcenos motus corporum oculi & aures miniſtrorum ſacrorū polluantur. ſed dicit ibi Archidiac. quod ceſſante cauſa prohibitionis, non videtur eis prohibitum. vnde dicit, quod poſſunt intereſſe, & ibi comedere, ſi ſint in loco priuato, & ſegregato à ſtrepitu, & ludis. Valet igitur talis cōſuetudo ſeruata tali modeſtia. maximè quia præſentia parochi ſolet potius deuotionem, honeſtatem, & timorem reuerentialem pa-
4 tris ſpiritualis ſecum præferre. Item valet conſuetudo, quod parochus vendat panem benedicendum parochianis. Bertrand. conſ. 64. par. 2. abſque tamen ſcandalo.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo neganti ſe fuiſſe citatum à Nuncio, an ſit credendum.*
2 *Nuncij relationi ſtatur, niſi qui aſſeritur citatus eſſet perſona valde notabilis negaret.*

QVAESTIO 677.

Epiſcopus ſi neget fuiſſe citatum à Nuncio, cui magis credendum.

1 EPiſcopus negat ſe fuiſſe citatum à Nuncio, an ſtandum ſit eius dicto, vel Nuncij aſſerentis ſe illum citaſſe. breuiter dicendum, eſſe credendum magis Epiſcopo, niſi fuerint præſentes alij teſtes: ex DD. concluſione, quod regulariter ſtatur relationi Nuncij, niſi ille qui aſſeritur citatus eſſet perſona valde grauis, & egregia, tunc ex negatione derogaretur fidei officialis. Abb. Franc. in c. cum parati. de appell. Tiraq. de retract. lign. §. 4. gl. 1. n. 6. Seſſa deciſ. 19. Regni Aragoniæ.

SVM-

cenſetur promiſcua, & conſuetudo laicorum non aſtringit clericos. cap. illud. diſt. 12. maxime ſi ſit clericis oneroſa. poſtea concludit Picus, quod ſi laicus eſt ille qui facit teſta-
3 mentum, conſuetudo eſt ſeruanda, dato quod clericus ſit relictus Dominus & vſufructuarius, quia tale legatum reſtringitur ex præſumpta voluntate teſtatoris ſic interpretata. & non eſt dubium, quod conſuetudo vel ſtatutum poteſt interpretari voluntatem ſuorum ciuium ſubditorum. l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Barbat. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm. & in hoc caſu conſuetudo interpretatur voluntatem non clerici, ſed laici, nec clericus dicitur pati præiudicium ex quo iſta eſt voluntas defuncti. & hæc eſt opinio Pici, quæ non eſt ſine dubio, nec modo intendo eam pertractare. deueniendo tamen ad caſum propoſitæ quæſtionis, quando clericus facit teſtamentum, & tunc idem Picus concludit quod conſuetudo laicorum non habet poteſtatem interpretandi clericorum teſtamenta, niſi eſſet promiſcua. iuxta ſupradictos DD. cuius opinio videtur rationabilis, & ideo nihil occurrit addendum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici poſſunt recipi in teſtes poſt concluſum in cauſa.*
2 *Nobiles recipiuntur in teſtes poſt concluſum in cauſa.*
3 *Clerici ſunt nobiles, & digniores quocunque conſtituto in quauis dignitate ſeculari.*
4 *Teſtes ſingulares nobiles probant.*
5 *Iudex poteſt non adhibere fidem teſtibus clare deponentibus.*

QVAESTIO 670.

Clerici ſunt nobiles, & recipiuntur in teſtes poſt concluſum in cauſa, & an probent ſi ſint ſingulares.

1 QVæritur an clerici poſſint recipi in teſtes poſt concluſum in cauſa. breuiter dicendum quod ſic, quia nobiles recipiuntur cum in eis non ſit ſuſpicio ſubornationis. vt tradit Arnon. ſolliloq. 34. quem refert & ſequitur Dominus Scipio Rouitus Regius Conſiliarius ſuper pragmatica 14. Cle-
2 rici autẽ ſunt nobiles, & clericatus eſt maior dignitas quocunque honore ſeculari. Bart.
3 conſ. 180. ſi aliqua. vbi quod ſicut conſtitutis in dignitate non imponitur collecta, ſic nec clericis vltra exemptionem. Gemin. conſ. 65. Horat. Mand. late in conſ. Rom. 265. poſt Rom. probatur in l. atrocem. C. de iniurijs. cap. denique. & ibi gl. diſt. 4. Tiraq. de nobilitate cap. 9. & Illuſtriſſimus Card. Tuſchus tom. 1. concl. 384. & diximus in praxi c. 91. de pœna fuſtigationis non imponenda clericis. & cap. 36. vbi ſcripſimus alios effectus nobilitatis clericorum. Non tamen eſt hic omit-
4 tendum, quod clerici teſtes ſingulares probant, ex illo aureo dicto Pauli de Caſtro in l. admonendi. ff. de iureiurando. in l. Lutius. ff. qui notantur infamia, vbi dixit quod licet teſtes ſingulares non probent, ſi tamen ſunt ita nobiles quod iudicem adducunt ad indubitatam fidem iudex non debet curare de illa ſingularitate, ſed ſecundum eos iudicare, quod dictum extollit, & pro ſingulari ponit Hipp. de Marſil. in ſing. 114. & idem dicit tenere Io. Baptiſtam de Caccialupis in d. l. admonendi. & Brun. de indicijs. & tortura. quod
5 ſecundum me procedit, vt probent plus & minus arbitrio iudicis. & è contra, poteſt iudex non adhibere fidem teſtibus etiam clare deponentibus, ſed debet exprimere cauſam ne poſtea teneatur in ſyndicatu, iuxta notabilem doctrinam Bart. in d. l. Lucius.

SVMMARIVM.

1 *Clericus allegans ſuſpectum iudicem laicum non ſoluit pœnam pragmatica.*

QVAESTIO 671.

De Clerico allegante ſuſpectum iudicem laicum, an ſoluat pœnam non probantis ſuſpicionem.

1 QVæritur an clericus litigans in foro ſeculari, allegans ſuſpectum iudicem, ſoluat pœnam impoſitam non probanti ſuſpicionem. & videtur quod ſic, quia in ordinatorijs tenetur ſeruare ſtylum Curiæ ſecularis. vt per DD. in cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de conſtitut. dicendum contrarium, quia circa pœnam non ſubiacet dictæ conſtitutioni, vel alijs. ita Minad. deciſ. 4. in ſimili materia.

SVMMARIVM.

1 *Clericus occidens, vel mandans occidi bannitum, an vltra irregularitatem debeat puniri pœna homicidij.*

Ban-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſolius teſtimonio creditur in foro ſeculari.*

2 *Imperator aliquando miniſtrauit Epiſcopo celebranti Miſſam, gerens officium Subdiaconi.*

QVAESTIO 678.

De Epiſcopi teſtimonio plenam fidem faciente in iudicio ſeculari.

1 QVæritur quã fidem faciat teſtimonium Epiſcopi in foro ſeculari. dicendum, quod licet regulariter vnius teſtimonio non credatur. cap. cum à nobis. de teſtib. tamen ſolius Epiſcopi teſtimonio creditur in foro ſeculari ex priuilegio ex Imperatore Epiſcopis ob reuerentiam conceſſo. vt habetur in c. quicunque. 11. q. 1. ita Innoc. in c. cum ſuper. de teſtib. qui tex. ſecundum ipſum non loquitur in cauſis fori eccleſiaſtici. ſequitur etiam Hoſtien. Et quamuis Specul. in tit. de teſte. §. reſtat, dicat c. quicunque eſſe correptum per d. c. vt à nobis. tamen contrarium eſt verius, vt firmatur in d. c. ſuper Innoc. Ant. Card. Abb. Fel. Eſt enim priuilegium
2 conceſſum ab Imperatore Epiſcopis quo ad forum ſeculare. ex quo priuilegio notanda eſt affectio, & reuerentia Imperatoris erga Epiſcopos. vt notat gl. in d. cap. quicunque. imò alias Imperatores Epiſcopo celebranti miniſtrare voluerunt, & gerere officium Subdiaconi. vt teſtatur gl. in c. Valentinianus. diſt. 63. quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poſſint præſcribere iuſpatronatus ſpatio 40. annorum.*

QVÆSTIO 679.

Clerici acquirunt iuſpatronatus in Eccleſia libera, præſcriptione quadraginta annorum, quod non eſt in laicis.

1 CLarum eſt, laicos non poſſe acquirere iuſpatronatus in eccleſia libera, præſcriptione, niſi illa fuerit immemorabilis. vt poſt DD. in c. querelã. de elect. latiſſimè tradit Lambert. de iurepatr. art. 5. 10. q. princip. 1. par. 1. lib. & hodie eſt expreſſum in Sacr. Conc. Trident. c. 9. ſeſſ. 25. de reform. Vnum tamen annotandum cenſui, quod ſi aliqua perſona eccleſiaſtica vellet præſcribere iuſpatronatus in aliqua eccleſia quamuis libera poſſet præſcribere etiam ſpatio quadraginta annorum dummodo adſit bona fides. ratio eſt, quia perſona eccleſiaſtica eſt capax huius iuris, & in ea non militant adducta de incapacitate laicorum. vt per DD. in locis cit. imò militant pro Clericis. ita ſingulariter tradit Lambert. in art. cit. nu. 42. quod eſt menti tenendum. verum ſi caſus occurreret recurre ad Sacram Congregationem Conc. Trident. quia poſt Conc. Trid. videtur dubitandum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an teneantur recipere tutelam.*

2 *Clerici poſſunt ſuccedere ab inteſtato, & non tenentur recipere tutelam.*

QVAESTIO 680.

Clerici poſſunt ſuccedere ab inteſtato, non tenentur recipere tutelam.

1 QVæſtio eſt antiqua, an Clerici poſſint eſſe tutores. & communis reſolutio eſt, quod non poſſunt eſſe tutores teſtamentarij, vel datiui, ſed poſſunt recipere legitimam tutelam ſi volunt. cap. peruenit. & ibi gloſ. & omnes. & hoc eſt priuilegium cle-
2 ricorum, quod poſſunt ſuccedere alicui ab inteſtato, non tamen tenentur recipere tutelam. quod ſecus eſt in alijs. inſtit. de legitima patronorum tutela, vt pulchrè per gl. & DD. in d. cap. peruenit. An autem poſſint compelli ad ſuſcipiendam legitimam tutelam in aliquo caſu. & breuiter dicendum quod non, niſi eſſet miſerabilium perſonarum. cap. 1. & cap. Epiſcopus. diſt. 88. gl. & DD. in d. cap. peruenit. faciunt notata per DD. in cap. 1. de empt. & vend. vbi concludunt omnes, poſſe compelli ad opera charitatis in caſu neceſſitatis.

DE

DE FORO ECCLESIAE.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio excommunicati (vt vitetur ab alijs) an dicatur facta per ſententiam excommunicationis latam in Tribunali, vel requiratur publicatio in Eccleſia, vel alijs locis publicis:*

2 *Sententia facit notorium.*

3 *Publicum dicitur, quod fit coram ſex perſonis.*

4 *Excommunicatio ſi probetur per viam exceptionis, an alij teneantur euitare excommunicatum.*

QVAESTIO 681.

Publicè declaratus excommunicatus, an dicatur, ſi ſententia excommunicationis fuit lata in Tribunali, vel requiratur affixio Cedulonum, vel publicatio in Eccleſia, aut alijs locis publicis.

1 ISTA quæſtio eſt vtilis, & difficilis. & multi DD. tenent non ſufficere, ſententiam excommunicationis fuiſſe latam in Tribunali coram aliquibus teſtibus, ſed debere publicari in Eccleſia, vel in alijs locis publicis Ciuitatis, In prædicatione, aut per Cedulonum affixionẽ, ita quod tranſeat in notitiam populi. & ita tenent Ant, & Ioan. Andr. in cap. illa, de elect. vbi dicunt, illum dici notoriè excommunicatum, qui excommunicatur in publica communicatione, vel in prædicatione, aut in Eccleſia, præcipuè in ſolemnibus feſtiuitatibus. quos ſequitur Fel. in cap. exceptionem. col. fin. de except. vbi dicit, dictos DD. ſentire expreſsè quod excommunicatio lata pro Tribunali non faciat propriè notorium excommunicatum. adducit cap. 1. de poſtulat. Prælator. in verbo, publicè promulgatur, per quem tex. dicit Feder. de Senis conſ. 212. ſuper themate. quod bannimentum dicitur fieri publicè, quando fit in locis publicis Ciuitatis. Eandem opinionem tenet gl. in pragmat. ſanctione ſuper Extrauag. Martini V. ad euitanda in verbo, generaliter. & ita ſe habere praxis teſtatur Nauar. in cap. 1. §. laboret. de pœnit. diſtinct. 6. nu. 23. & in Manual. cap. 27. num. 35. Couar. in cap. alma mater. 1. part. §. 2. nu. 7. Gutierez lib. 1. quæſt. Canonic. cap. 1. nu. 29. & ſeq. facit Clem. quamuis. in §. ſi vero. de foro compet. & in Clem. cauſa. de electíon. in verbo ſolemniter. In contrarium facit, quod illud dicitur publicum, & publicè fieri, quod fit coram ſex perſonis. cap. aliquando. de pœnitent. diſt. 6. ergo videtur ſufficere, quod ſententia ſit lata coram ſex perſonis in Tribunali, vt dicatur quis declaratus excommunicatus. Secundo facit tex. ineuitabilis in c. fin. de cohabit. Cleric. & mulier. vbi habetur Miſſam non eſſe audiendam à notorio concubinario. poſtea tex. declarat, notoriũ concubinarium dici per ſententiam, aut per confeſſionem factam in iudicio, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit. & ſic declaratus per ſententiam excommunicatus in Tribunali, dicitur declaratus non ſolum publicè, ſed notoriè. Nec ſatisfacit reſponſio Fel. in d. cap. exceptionem. vbi dicit, non nego quod ſententia excommunicationis lata pro Tribunali, Inducat notorium. per c. fin. de cohabitat. cleric. & mulier. ſed non debet quis puniri pœna facientis actum cum publicè excommunicato, quia illa qualitas requirit notorietatem non iuris tantum, ſed facti, inſpecta verbi natura, & ſumma æquitate. non, inquam, ſatisfacit, quia tex. in dict. cap. fin. loquitur de pœna quo ad alios, vt non poſſint audire Miſſam ſub peccato. Præterea extrauagans ad euitãda, mandat publicè denunciari excommunicatos, vt euitentur, nec ſe reſtringit ad modum denunciandi. vnde videntur ſufficere ſex teſtes, vel ſententia, quia ita ius intelligit publicum, & notorium, ad euitãdam correctionem iurium c. cum expediat. de elect. in 6. l. præcipimus. C. de appell. gl. in d. cap. exceptionem, inquit, publicè excommunicatum dici, quando Iudex tulit ſententiam in loco vbi publicè iudicare conſueuit, præſentibus officialibus, vel partibus, vel altera abſente per contumaciam. & ſic videtur ſecundum ipſam, ſufficere ſententiam latam in iudicio, quia de facili non habetur notitia de eo quod Iudex facit in banco ſuo coram paucis, niſi ſciretur Iudicis ſententia. & ſic quo ad ſcientes videtur

detur ſufficere ſententia lata. Idẽ videtur ſentire gl. in Clem. de ſepult. in verb. publicè, dũ inquit, nõ tamen fateor, quod hoc ipſo quod excommunicatus eſt per iudicẽ in loco quo iudicare cõſueuit, pręſẽtibus officialibus ſuis, & partibus, vel altera contumaciter abſente, dicatur publicè excõmunicatus, ſed ex qualitate fori, multitudine, vel paucitate officialiũ peraſtãtiũ dicatur publica, vel nõ publica. ita quod in hoc veritas rei ponderetur, an præſumatur ſcientia, an pręſumãtur ſepeliẽtes ſcire excommunicatũ, vel ſaltẽ ſit caſus in quo ſit eis imputandum, ſi ignorauerit quod publicè ſciebatur. 12. q. 2. c. qui & humanis. alias poſſet eſſe occultus, licet per iudicẽ in banco, corã duobus, vel tribus fuerit promulgata. facit Auth. de litig. §. omnẽ verò. mens enim & ratio iuris præponderat verbis. hæc ſunt verba gloſ. Ex quibus omnibus videtur tenendum, quod ſi ſentẽtia excommunicationis fuit lata pro Tribunali coram pluribus perſonis, ſaltẽ ſex, dicatur denũciatio publicè facta. quia ſententia nõ ſolum ex ſe facit publicũ, ſed etiam notoriũ, etiam quod eſſet lecta coram paucis teſtibus, cum ius non dicat contrariũ. Verum ex quadã æquitate, & benigna interpretatione debet eſſe lata corã pluribus perſonis, non duobus, vel tribus, ita vt arbitrio iudicis præſumatur vel non præſumatur ſciẽtia in populo. Niſi dicas, notitiã nõ facilè præſumi in Ciuitate inſigni, in qua eſt populus magnus, vt in Vrbe, in Ciuitate Mediol. Neap. & ſimilib. quod arbitrio iudicis remittitur. Sed an pro-
4 batio excõmunicationis per viã exceptionis, operetur vt excommunicatus debeat euitari. gl. in c. cum dilectus. tenet quod non, niſi ex tali facto publica laboraret infamia; quam ſequuntur Io. And. & Innoc. contra Hoſt. Abb. videtur ſentire cum Innoc. videtur dicendum quod requiratur ſententia iudicis, declaratis exceptionem excommunicationis ſubſiſtere, & quod ſit lata coram pluribus perſonis, vt ſupra dictum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Notorius percuſſor Clerici, an probetur per vehementem populi opinionem.*
2 *Notorium an poſſit probari ſine teſtibus.*
3 *Fama generalis in loco an inducat notorium.*

Q V Æ S T I O 682.

Percuſſor Clerici an dicatur notorius vt euitetur à fidelibus abſque declaratione, ſi non probetur percuſſio per teſtes, ſed per vehemẽtẽ populi opin.

1 Clarum eſt, quod notoriè percuſſor Clerici eſt euitandus, etiã ſi non fuerit per Curiã Eccleſiaſticã declaratus excõmunicatus, vt in Extrau. Martini V. ad euitanda ſcãdala, & communẽ ſententiã. Quæritur modo, pone, quod percuſſio nõ probetur de viſu, ſed per populi vehementẽ opin. qui pro certo id tenet, & affirmat, an dicatur probatum notorium ad finẽ euitandi. & quod probetur facit ſingularis doctr. Bal. in rub. C de prob. col. 2.
2 vbi dicit, per vehementem opinionem poteſt probari notorium ſine probatione ſubſtãtiæ, ideſt, abſque eo quod probetur ſubſtantia pet ſenſum corporis. & Bald. doctr. tanquam ſingularem ſequitur Hieron. de Tortis in eius conſ. ſub nu. 27. quod eſt impreſſum poſt conſ. Ant. de Butr. Idem dicit Calder. relatus ab Ant. de Butr. in c. veſtra. de cohabit. cleric. & mulier. ſub n. 48. vbi dicit, quod ſufficit ſic deponere, ſcio quod eſt notorium, quod maiors pars populi hoc aſſerit pro certo, publicè illud factum fuiſſe, vel eſſe; nec etiam inficiationi locus fuit, vel eſt, nec contrarium aſſeritur ab aliquo. Idem dicit Hoſt. in c. cum dilectus. de purgar. canonic. probari notorium, ſi teſtis dicat, ſcio quod eſt notoriũ, quia ſi quęratur à quocũque ſene vel iuuene, dicit quod ſic erat, & quod non eſt neceſſe deponere teſtem aliquid de viſu, eſt enim notorium, etiam ijs qui non fuerunt, quod Bononiæ eſt ſtudiũ. & licet aliud aliqui ſentiãt, eſt tamen magna auctoritas ſupradictorum DD. Facit dictum Ripæ in l. rem quæ nobis. ſub n. 69. ff. de acq. poſſ. quod fama generalis in loco, inducit notorium. ad not. etiam per Bald. & Salic. in l. ſi proprietaris. C. de probat. ex quibus videtur concludendum, quod vehemens opinio populi pro certo affirmans percuſſionem Clerici, nemine contradicente, inducat notoriam percuſſionem ad finem vt euitetur.

S V M M A R I V M.

1 *Tortura de iure canonico an poſſit inferri in cauſa ciuili.*
2 *Tortura de iure ciuili non infertur in cauſa ciuili, nec in criminali, quando pœna eſt pecuniaria, vel exilij.*
3 *Epiſcopus debet vti virga, eo modo quo magiſtri & patres vtuntur.*
4 *Ratio Canonis amplior extendit Canonem.*
5 *Accuſatores maledici, qui alijs ſolent detrahere, torquentur de iure canonico.*
6 *Mortis appellatione de iure canonico venit excommunicatio.*
7 *Excommunicatio eſt maior pœna quam ſit in Eccleſia Dei.*

Tt *Excom-*

8 *Excommunicationis multa mala referuntur.*

QVÆSTIO 683.

Tortura an poſſit inferri in cauſa ciuili, de iure canonico, vel ſaltem in delictis leuibus.

1 PVlchra eſt quæſtio, an in foro canonico poſſit inferri tortura in cauſa ciuili, & pecuniaria. eſt enim clarum id non licere de iure ciuili.l.diuua.ff.de quæſtio. quo iure nec eſt locus torturæ quando criminaliter agitur, & pœna eſt pecuniaria, vel exilij, iuxta magis communem opinionem, de qua teſtatur Ant. Gomeſ.variar.reſol.tom.3.de tortur.reor. n. 2.DD.in l.editur.ff.de quæſtione. Clar. §.fi. q.64.cum alijs adductis per Farinac.q.42. de indic.& tortur, n. 15. qui alios cumulat. Li-
2 mitant ſupradicti, quando cauſa ciuilis & pecuniaria haberet annexum crimen. per text. in c.1.de depoſito, vbi Summus Pontifex loquens de quodam Belia, qui pecuniã ſibi depoſitam ab Epiſcopo Ladonenſi denegabat, & tamen furem appellans, inquit, nam iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum ſub quæſtionibus ad rationem ponant, & ſi oportuerit vinculis alligatum, vt dictam pecuniam reddere compellatur. & ſic in d. tex. agebatur de actione ciuili depoſiti. quia tamen habens crimen annexum propter illius negationẽ, quæ ſapit furtum, idcirco quæſtionibus locum eſſe creditur. & ita communiter d tex.intelligi tradit Farin.loc.cit.n.33.alios allegans. Cõtrariam opin.tenet Luc.de Pen. Doctor magnę auctoritatis in l.1.C.de numerarijs act.lib.10.vbi inquit, de iure vero canonico, ex quo mitiora etiam ſtatuuntur. c.circumcelliones. 23.q. 2. poteſt haberi quæſtio etiam in ciuili, allegat not, 29. 6.non ſolet. & cap.illi qui. 5. q.5. quæ iura videntur aliquantulum facere. nam in d.cap.circumcel-
3 liones habetur, Epiſcopos debere vti virga, & verberibus, eo modo quo magiſtri artium liberalium, vel patres vtuntur, qui etiam in leuibus & ciuilibus, filios & diſcipulos corporaliter caſtigant. ergo videtur quod etiam in cauſa ciuili poſſit Eccleſia aliquem torquere, & licet text. in d. cap. circumcelliones loquatur in cauſa criminali, tamen ſupradicta ratio Auguſt. eſt generalia, & ideo ſuccedit regula, quod quandocunque ratio
4 legis vel canonis, eſt amplior vel generalior dicto, tunc extendit legis, & canonia diſpoſitionẽ regula.§.fin.& ibi DD.ff.de iur. & fact. ignor.l.2.ff.ad Tertull. cum ſimilib. in c. illi qui, habetur quod abſque aliquo delicto &
5 ex leuiſſima cauſa tortura infertur de iure canonico. nam illi qui alios accuſant, & vera crimina deferunt, ſi ſolent alijs paſſim detrahere, torquentur propter ſuſpicionem, forte ne falſa crimina detulerint. tanto magis videtur dicendum in cauſa ciuili, in qua agitur de periculo animæ ob non reſtitutionem, & etiam de alterius damno. Præterea poſſumus
6 addere, quod in cauſa ciuili poteſt ferri excommunicatio, quæ dicitur mors.c.per venerabilem, qui fil. ſint legit. vbi quod iudicium Eccleſiæ non audierit inter leprã & lepram, cauſam & cauſam, ſanguinem & ſanguinem,
7 ideſt in iudicio criminali, ciuili, & mixto Eccleſiæ nõ obedierit, mori præcipitur, ideſt per excommunicationis ſententiã, velut mortuua à cõmunione fideliũ ſeparari. ergo multo minus poteſt in cauſa ciuili inferri tortura, quæ abſque dubio eſt leuiſſima, ad excommunicationem comparata. inquit enim Auguſt.in c. nihil.15.q.3.nihil debere magis formidare Chriſtianũ, quam excommunicationẽ. & ibi Card.de Turrecr.refert eundem Aug.dicentem, grauius eſſe homini excõmunicari, quam
8 ſi feriretur gladio, ſi à feris deuoraretur, ſi flãmis vreretur. & excõmunicatus dicitur poſſideri à Diabolo, qui viuit eo tãquam ruſticus pecore ſuo. gl.in c.audi.11. q.3.nihil enim aliud eſt excõmunicare, quam tradere hominem Sathanæ.d.c.audi. & c.omnis Chriſtianus trad.cauſa & q.& traditur Sathanę in interitum carnis, vt Epiſcopus ſaluus fiat, exemplo Apoſt.habetur in d.c.audi. In quo loco dicit Card.de Turrecr. quod licet hodie excommunicari non vexentur à dæmone, id tamen euenit, quia dæmones nolũt, ne homines multum timeant excõmunicationem, & ſubtrahatur via lucrandi animas multorum ob contemptum excommunicationis. excommunicatus etiam ſolet citius mori. c. Epiſcopi. d. cauſa & q. eſt homo valde infirmus, & ſolus, cum non habeat remedium ſacramentorum, priuetur communione fidelium, ſuffragijs eccleſiæ, quæ pro illo non orat. & dicitur maior pœna in Eccleſia Dei.d.c.nihil.vbi DD. Nec videtur irrationabile, quod pro cauſa ciuili poſſit quis excommunicari, cum principalis intentio Eccleſiæ, ſit ſalus animarum. cap.canon.cap.regula.diſt.3. Abb.in rubr. procem. decretalium. nu. 16. ſalus animarum cunctis rebus, & perſonis mũdi præfertur.l.ſancimus. C.de ſacroſ.eccl. quare ſi pro d. cauſa ſalutis remediũ tã formidabile fuit inuentum, multo minus

Digitized by Google

minus erit abſque aliqua cõparatione ponere ad torturã. Item pro hac opin. facit tex. in d. c. de depoſito. vbi depoſitũ continebat cauſam ciuilem, & Papa mãdat torqueri, vt reſtituat depoſitum, & ſic pro debito. nec illa conſideratio DD. quod in d. tex. erat admixtum crimen, ex quo negabat depoſitum, videtur probari, cum nullum in d. tex. ſit verbum de negatione depoſiti, ſed tamẽ quod depoſitarius aſportauerat de loco ad locũ, quod non videtur abſque negatione cõtinere delictum. niſi dicatur quod præſumebatur negatio, dũ erat quæſtionibus ſupponendus. Non obſtat quod de iure ciuili cõtrarium repetitur deciſum, cum ius ciuile nõ attendatur in his, quæ concernunt correctionem eccleſiaſticorum, iuxta not. per DD. in c. 1. de op. nou. nunc. & in c. eccleſiæ S. Mariæ. de conſtit. Cenſeo tamen vſum eccleſiarum ſeruandũ eſſe. & hãc quæſtionem poſui occaſione opinionis Luc. de Penn. cuius auctoritas in hoc Regno eſt magna. Sed non recedendum à communi obſeruantia. & Clerici etiam in criminalibus ſunt leuiter torquendi propter dignitatem. Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſe facturum, & curaturum, quod tertius faciat, non tenetur niſi curare quantum poteſt, & liberatur à pœna.*

2 *Promittens factum alienum, de iure ciuili non tenetur niſi promittatur pœna qua ſuſtinuit ſtipulantem.*

3 *Promittens factum alienum ſub pœna, de iure canonico tenetur tantum curare, & facere quantum poteſt.*

4 *Ius canonicum æquiparatur iuri pretorio potius quam ciuili propter æquitatem quam ſequitur prætor, imo maior eſt æquitas canonica.*

5 *Ius canonicum ſemper accipit interpretationem, per quam pœna euitatur.*

QVÆSTIO 684.

Promittens factum alienum ſub pœna ſoluendi de proprio, vel alio, an teneatur de iure canonico, & ad quid teneatur.

1 Difficilis eſt iſta quæſtio, pro cuius reſolutione diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Primus eſt quando aliquis promittit factum proprium ſimpliciter, nempe ſe facturum, & curaturum quod tertius aliquid tale faciat, & ſubijcit ſtipulationem pœnalem. & in tali caſu ſi fecit quod potuit, adhibendo omnem diligentiam, vt tertius faceret, liberatur, quia difficultas eum excuſat. ita glo. in c. ex reſcripto. de iureiuran. vbi Abb. Felin. & alij. Bart. conſ. 236. Feder. de Sen. conſ. 122. Ant. de Butr. & Præpoſ. in cap. gemma. de ſponſal. & eſt communis ratio, quia verba hoc important, cum enim promiſerit facere, & curare, ſatis eſt ſi facit, & curet quantum poteſt.

2 Alius caſus eſt quando quis promiſit de directo factum alienum, nempe promitto quod talis tertius faciat. & tunc promiſſio non tenet. l. ſtipulatio iſta habere licere. ff. de verb. obligat. niſi promittatur factum alienum ſub pœna, quo caſu niſi ille tertius præciſe faciat, committitur pœna. vt in d. l. ſtipulatio iſta habere licere. in princ. & l. ſancimus. C. de fideiuſſ. Et eſt ratio, quia quando quis promittit factum alienum ſub pœna illa promiſſio tenet, non quod reſoluatur in promiſſionem curandi, ſed tenet propter pœnam, & expreſſe probatur in dict. l. ſtipulatio iſta. & ibi Bart. Alciat. qui optime declarat in l. 4. §. Cato. num. 115. ff. de verb. obligat.

3 Difficultas eſt an id procedat de iure canonico, vt debeatur pœna quando promittitur abſolute factum alienum. Negatiuam partem, quod de iure canonico ſufficit, ſi fiat quod poteſt, tenent Ant. de Butr. in cap. ſicut. & cap. ex litteris, il 2. de ſponſ. Abb. in c. gemma. eodem tit. Felin. in d. c. ex reſcripto. Alex. in d. l. ſtipulatio iſta habere licere. Ratio eſt ſecundum prędictos, quia promiſſio facti alieni ſemper reſoluitur in promiſſionem curandi de iure canonico. vnde eo iure ſi quis promittat quod Titius faciat indiſtincte, intelligitur quod curabit. quæ interpretatio non procedit in foro ciuili. quia quando eſt ſubdita pœna, nunquam capitur illa intelligentia quod curabit, nec recedimus à verbis. Alciat. loco cit. dicit, quod in puncto iuris iſta opinio Canoniſtarum non videtur ſibi vera, idq. probat inferius num. 119. quia non reperitur expreſſa hæc differentia inter ius ciuile, & canonicum. ergo ſtandum eſt iuri ciuili, iuxta notata in cap. 1. de noui operis nunc. & gl. in d. cap. ex reſcripto. loquitur quando quis promiſit factum proprium, nempe ſe curaturum, & facturum, non quando promiſit factum alienum. deinde Alciat. relinquit cogitandum, quia Doctores, præſertim anti-

qui, non ſe declarant. Idem quod non ſit
conſtituenda talis differentia tenent Crot. in
d. §.Cato.n.43. Rim.iun.conſ.553.n.7.lib.5.
nihilominus mihi videtur in pũcto iuris vera
opinio Ant. de Butr. quia in ſtipulationibus
4 prætorijs, promiſſio facti alieni reſoluitur in
promiſſionẽ facti proprij de curãdo.l.quoties.
ff.de verb.obl.Et ſi hoc operatur ęquitas prę-
toria, nam ſemper prætor ſequitur æquitatẽ.l.
quod ſi Epheſi.ff.de eo quod cer.loc. fortius
hoc operabitur æquitas canonica, vt optime
conſiderat Ant.de Butr.Ius enim canonicum
propter magnã æquitatẽ,qua vtitur, æquipa-
ratur potius iuri prætorio,quam ciuili,vt col-
ligitur ex Ant.loc.cit.& tradit latè Zãnectin.
in tract.de differẽtijs iuris canonici & ciuilis.
Eſt verum quod de iure canonico promittẽs
factum alterius, intelligitur promittere ſe cu-
raturum,ſed non ſubauditur pœnæ commiſ-
ſio,prout aliqui intelligunt in ſtipulationibus
prætorijs,& iudicialibus:quia ius canonicum
in dubio ſemper accipit interpretationem per
quam pœnæ euitantur.c.ſuam.de pœn. gl. in
5 c.fraternitatis.12.q.7.vt per Ant. Alex.& Al-
ciat.in locis cit. Et ſic ex prædictis colligũtur
duo ſingularia in materia canonica. Primum
quod promiſſio facti alieni ſub pœna, reſolui-
tur in promiſſionem de curando,& faciendo,
vt tertius faciat de iure canonico. & ſatis eſt
quod quis faciat quantum poteſt, & pœna
nõ committitur. Aliud, quod de iure canoni-
co poteſt promitti factum alienũ, quia reſol-
uitur in promiſsionem de curando. quæ ſunt
notabilia. alia circa hanc materiam promiſ-
ſionis facti alieni, vide in concluſionibus
Ant. Gabriel. concl. 2. de pactis & conuent.
vbi ampliat,& limitat, licet non declaret ſu-
pradicta tangentia ius canonicum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contrauentionis, in totum ne, an in par-
tem committatur.*
2 *Pœnam committi in totum, non procedere de
æquitate canonica.*
3 *Ius canonicum, mitius procedit in pœnis,
quam ciuile. & num.6.*
4 *Emphyteuta alienans, de iure canonico cadit
in partem tantum quam alienauit, de ciui-
li verò, in totum.*
5 *Purgatio moræ, à viris pijs ſemper admitti-
tur.*
7 *Fides ſeruari iubetur arctius à iure canonico
quam ciuili.*

QVÆSTIO 685.

An ſit verum, quod de iure canonico
tam in obligationibus dandi, quam
facti diuidui, per contrauentionem
partis committatur pœna pro parte
tantum, & non in totum, prout de
iure ciuili.

1 BArt.in §.Cato.l.4.ff.de verb.obl.in vlti-
ma oppoſit.concludit, quod tam in obli-
gationibus dandi, quam facti diuidui, com-
mittitur ſtipulatio ad pœnam ſolum pro ea
parte pro qua fuit contrauentũ, de iure cano-
nico,& non in totũ prout de iure ciuili, iuxta
tamen diſtinctionẽ quam facit ipſe Bart.in d.
§.Cato.aut ſumus in principali, aut in obliga-
tione dandi, vel faciẽdi, vt latius per eum, di-
cens, Canoniſtas non tam ſubtiliter intueri,
nec facere differentiã inter obligationẽ dan-
di,& faciendi.per tex.in cap.ſuam. de pœnis.
idem dicit in l.ſi ſeruus.§.ſi plurium.ff.ſi quis
cautionib.& in l.5.§.fin. de verb.oblig. vnde
Alex.dicit, diſpoſitionem d.§.Cato.ac omnia
2 iura dictẽtia, quod per contrauentionẽ partis
committitur pœna in totum, non procedere
de æquitate canonica. per tex.in d.c.ſuam.&
Alex.teſtatur de cõmuni opinione. & Alciat.
in d.§.Cato.n.125.teſtatur etiam de commu-
ni opinione Canoniſtarum. Et videtur ratio,
3 quod ius canonicum mitius procedit in pœ-
nis. videmus etiam quod de iure canonico li-
citum eſt emphyteutæ, qui non ſoluit debi-
tum canonem, celeri ſatisfactione poſt tem-
pus ſtatutum moram purgare. cap.potuit.de
locat. quod non eſt de iure ciuili. dicit etiam
Ioan.And.in c.2.de feudis.in nouell.Iaſ.in l.
3.penul. C.de iur.emphyt. quod de iure ca-
nonico emphyteuta alienans, nũquam cadit
niſi pro parte alienata, quod ſecus eſt de iure
ciuili. item facit in c.fraternitatis.12.q.2. vbi
in foro conſcientiæ pœna legalis furti nõ ha-
bet locum,& ſatis eſt reſtituere rẽ.& ſic qua-
5 tenus intereſt damnum paſſi. item, quia à ſa-
cerdotibus, & hominibus qui tenentur con-
ſcientiam ſequi, ſemper admittitur purgatio
moræ, dũmodo non interſit, etiã poſt litẽ con
teſtatam, ad finẽ euitandi pœnã, vt conſuluit
Bald.conſ.114. ſuper primo. in 6.vol.& alijs
6 omiſſis, quia regula eſt generalis, quod in fo-
ro canonico ſemper attenditur æquitas, non
autem rigor.c dilecti.de iudic.c.1.de dolo &
contum.cũ ſimil. ſed iſtę pęnæ videtur quod
debean-

Digitized by Google

debeantur de quodam rigore. Et ex prædictis
videtur confirmari communis opinio legiſta-
rum & canoniſtarum, vt tradit Alciat.loc.cit.
Nihilominus Alc. videtur hæc cõmunis opi-
nio valde dubia, quia iſtæ pœnæ debentur in
totum, quamuis contra fiat pro parte, ex vo-
luntate contrahentium, quia videntur cõtra-
hentes hoc egiſſe. l.inter cohæredes.§. quod
ex facto. ff. famil.erciſc.l.5. §.fin. ff. de verb.
obl. ergo videtur quod de iure canonico de-
bentur, quia maxima eſt æquitas, vt ſeruentur
promiſſa.l.1.ff.de pact. & vbi agitur de atten-
7 dendis promiſſis ius canonicũ magis obligat,
quam ciuile. c. 1. de pact. vbi ex pacto nudo
oritur actio. & facit tex. in c.Syluester. 11.q.
1. vbi magis punitur filius, qui non adimplet
voluntatem patris defuncti de iure canonico,
quia amittit omnem hęreditatem, ſed de iure
ciuili ſaltem retinet legitimam. auth.hoc am-
plius. C.de fideicomm. Bar.in tract. differen-
tiarum iuris ciuilis, & canonici.diff. 7. Præte-
rea tex.in d.c.ſuam, habet alios intellectus, &
ideo non poteſt dici communis opinio cano-
niſtarum. Nihilominus nõ videtur à ſupradi-
cta cõmuni opinione, ſiue legiſtarum ſiue ca-
noniſtarum recedẽdum. Et adductis per Alc.
facilis eſt reſponſio. nã æquitas canonica quo
ad pœnas mitius procedit vt in iuribus ſupra
allegatis. & licet magis liget ad obſeruandum
promiſſa, quam ius ciuile, non tamen negatur
quod in aliquibus caſibus etiam ius canoni-
cum vult ſeruari rigorem. vt probatur in c.fi.
de tract. vbi æquitas non ſcripta nõ præfertur
rigori ſcripto. Cũ itaq; non ſimus in caſibus
expreſſis de rigore ſeruandis, nõ debemus re-
cedere à canonica æquitate regulariter ſer-
uanda, & toties à ſacris canonibus in pluribus
locis, & à DD. vbique allegata. Præterea tex.
in c. ſuam. allegatus à Bar. videtur allegatus
in ſui ratione, & ſubſtantia. videlicet quod ca-
nones procedunt benigne circa exactionem
pœnarum, & hoc eſt de natura canonum, vt
attendant medullam & rationem, non corti-
cem. c.March. 1.q.2. limitatur itaque ſupra-
dicta opinio DD. de iure canonico, ita quod
pœna cõmittitur pro parte tantũ in quacun-
que oblig. dandi, vel facti diuidui. cum diſtin-
ctione tamẽ quã in d.§. Cato facit Bar. & alij.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna conuentionalis, an poſſit exigi de iure canonico.*

2 *Intellectus plures ad c. ſuam. de pœnis.*

3 *Eccleſiaſtica perſona non exigunt pœnam conuentionalem vltra intereſſe, & omnes alij ſecundum æquiorem opinionem.*

4 *Eccleſia non exigit pœnam conuentionalem vltra intereſſe.*

Q V Æ S T I O 686.

An de iure Canon. poſſit exigi pęna conuentionalis, intellectu c.ſuam. de pęn.

1 QVæritur notabiliter, an de iure canoni-
co poſſit exigi pœna conuentionalis. &
de iure ciuili non reſpicitur regula-
riter, an interſit. l.ſtipulatio iſta §. alteri. ff.de
verb.oblig. nihilominus de iure canonico ſunt
variæ opin. propter varios intellectus qui dã-
2 tur ad c. ſuam. de pœn. quos ſingul. recenſet
Imol.in d.c.ſuam. & etiam refert Alc. in l.4.§.
Cato. ff.de verb.obl. eſt tamen verior opinio
ſecundum aliquos, quod pœna poſſit exigi ſi
non ſeruentur promiſſa. quã tenent Inn. Abb.
Imo. ibi. & in c.dilecti. de arbit. Nihil enim eſt
tam naturale, quã quod ſeruetur id quod in-
ter partes conuentum eſt. l.1.ff de pact. idem
tradit Alc. in d.§.Cato.n.127. quæ concluſio
poteſt limitari ſecundũ varios intellectus qui
dantur ad d. c.ſuam. vt limitat Alc. Et primo
quando quaſi totum principale debitum eſſet
ſolutũ. & ita intelligit Abb. d.c.ſuã. Secundo
fallit quando nihil intererat creditoris, ſecun-
dum intellectum Hoſt.ibi. Tertio fallit quãdo
in perſona debitoris ſuperuenit difficultas de
ęquitate canonica, ſecundũ alium intellectum
quem refert Imol.in d.c.dilecti. nam licet de
iure ciuili difficultas ſuperueniens nõ excuſet
debitorẽ quantitatis. vt per Bar in l. continẽs.
§.illud.ff.de verb.obl. tamẽ eſt de benignitate
3 iuris canonici pro d. c. ſuã. Quarto fallit quo
ad perſonas eccleſiaſticas, quia ſi exigãt inte-
grã pęnã, redduntur ſuſpecti auaritię, ſecundũ
aliũ intellectum quẽ refert Imo. in d.c.dilecti.
quẽ ſequitur Alc. Aret.in d.§.Cato. & And.Si
culus. Alias autẽ fallentias refert Alc.loc.cit.
Illa tamen non eſt prætermittenda, tanquam
magis notabilis, quod non poteſt exigi pœna,
quando eſt appoſita in fraudẽ vſuratũ. vt di-
cit Imo. ac etiam Abb. in d.c.dilecti. & iſte in-
tellectus datur ab Alc. ad d.c.ſuam. cum arbi-
ter ibi condemnaſſet illos clericos ad dãdum
quadraginta libras Epiſcopo ſub pœna. nam
Epiſcopus non potuit exigere pœnã, quia cen
ſebatur appoſita in fraudem vſurarum, ex quo
erat appoſita dationi quãtitatis. l.Iul.§.idẽq.
ff.de act.emp. Et licet pœna appoſita in cõpro
miſſo, cenſeatur adiecta propter cõtemptum.
l.ſi quis rẽ.ff.de arb. tamẽ ſecus videtur in pę-

na appoſita in laude ſecundũ Alc. ſed tu an &
quãdo cẽſeatur pęna adiecta in fraude vſura-
rũ vide plenius. per Abb. & Imo. in d. c. dilecti
Mihi verior videtur opinio, quod pęna conuẽ-
tionalis nõ debeatur niſi quatenus cũ intereſ-
ſe concurrat. & iſtæ videtur verior intellectus
ad d. c. ſuã. fundatũ in æquitate canonica, cũ
enim nullum intereſſe paſſus fuiſſet ille Epi-
ſcopus, æquum erat quod non exigeret pœ-
nam. & hanc opinionem ſeruat Conſ. Neap.
quod ſemper diligit æquitatem, vt non con-
demnet ad pęnã, niſi quatenus cum intereſſe
concurrat, ſiue pęna ſit appoſita dationi quã-
titatis, ſiue facti. ita habetur in dec. Affl. 135.
vbi Vrſill. dicit, Conſ. Neap. ſemper ſequi ius
canonicum, ideſt eius æquitatem, & iſte eſt
verior, & benignior intellectus. tradit etiam
4 Rot. Rom. in eccleſia, quod non poſſit exigere
poenam conuentionalem vltra intereſſe. ita
habetur in deciſ. Card. Seraph. 819. & 794.
& hæc ſunt notanda.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus bonæ fidei & ſtricti iuris, in quibus differant.*

2 *Vſuræ in contractibus bonæ fidei, non debentur, niſi quatenus intereſt.*

3 *Dolus, an & quando contractum annullet.*

4 *Intereſſe in contractibus ſtricti iuris, quando veniat.*

5 *Contractus bonæ fidei qui ſint, & qui ſtricti iuris, remiſſiuè.*

6 *Aequitas à ſtricto iure quid differat.*

7 *Contractus omnes de iure canonico ſunt bonæ fidei.*

8 *Aequitas Canonica maior eſt quam Prætoria.*

QVÆSTIO 687.

An de iure Canonico omnes contractus ſint bonæ fidei.

1 PVlchra, & vtiliſſima eſt iſta quæſtio pro-
pter nonnullas differẽtias, quæ ſunt inter
contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, quas pro
iunioribus deſcribam. Prima, quod in contra-
ctibus bonæ fidei, vſuræ ex mora debentur. l.
Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. l. mora.
§. in bonæ fidei. ff. de vſur. l. curabit. C. de act.
empt. ſed in contractibus ſtricti iuris vſurę nõ
veniunt ex mora, niſi ſpecialiter ſint promiſſę.
l. 2. 3. C. de vſur. gloſ. in c. cum venerabilis ex-
cept. vbi Abb. intelligit in contractibus bonę
2 fidei, hodie non deberi vſuram de iure cano-
nico quatenus petũtur & vſuræ, ſed ſi petan-
tur vt intereſſe, tunc quatenus intereſt peti
poſſunt. gl. in d. l. curabit. & in c. conqueſtus.
de vſur. Alia eſt differentia, quia in contracti-
bus bonæ fidei, dolus dans cauſam contractui
reddit ipſo iure nullum contractum. l. & ele-
ganter. & ibi gl. & Bar. ff. de dolo. ſed ſi dolus
dederit cauſam contractui ſtricti iuris, non ef-
ficit illum ipſo iure nullum, ſed debet reſcin-
di. l. dolo vel metu. C. de inut. ſtip. d. l. & ele-
ganter. §. non ſolum. gl. in cap. cum dilecti. de
empt. & vendit. Item datur alia differentia,
4 quod in contractibus ſtricti iuris nõ venit in-
tereſſe, ſi rem mihi dari eſt in obligatione, ſe-
cus ſi rem tradi, ſeu aliud factum. l. vbi autẽ.
ff. de verb. obligat. & l. ſi quis ab alio. ff. de re
iud. ſed in contractibus bonæ fidei venit in-
tereſſe, etiam ſi datio ſit in obligatione. l. 1. ff.
de action. empti. gl. in d. c. cum venerabilis. &
ibi Abb. eam declarat. Item ſecundum Bart.
& multos ſequaces, diſpoſitio. l. 9. §. Cato. ff.
de verb. oblig. non procedit in contractibus
bonæ fidei, ſed tantũ ſtricti iuris. Hæ ſunt præ-
cipuę differentię quas declarat Iaſ. in §. actio-
num inſtitutionibus de actionibus. vbi enu-
merantur omnes contractus bonę fidei, & vl-
5 tra illos non expreſſos ibi, omnes ſunt ſtricti
iuris. eos declarat Card. Mant. de tac. & amb.
lib. 1. tit. 9. Dicuntur autem contractu bonæ fi-
dei, non quia mala fides poſſit adeſſe in alijs,
nam ab omnibus contractibus mala fides &
dolus reijciuntur. l. bonam fidem. C. de act. &
oblig. ſed in illis magis exuberat bona fides,
& æquitas, & non oportet de iuris apicibus
diſputare, ſed ſolum de naturali æquitate. l. ſi
fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati. & æquitas
naturalis contractus bonę fidei interpretatur.
l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. Quæ igitur eſt
differentia inter æquitatem & ſtrictum ius, ea
6 eſt inter cõtractus bonę fidei & ſtricti iuris. nã
æquitas admittit benignam interpretationem
quam ſtrictũ ius excludit ſequitur enim ver-
borum figuram, & iuris ſubtilitatẽ amplecti-
tur. l. Pantonius. in princ. ff. de acquir. hæred.
l. ſi alij. ff. de vſufruct. legato. vt latius declarat
Card. loc. cit. Iaſ. in d. §. actionum. His pro in-
telligentia iuniorũ pręmiſſis, deuenio ad quę-
7 ſtionem, An omnes contractus de iure cano-
nico ſint bonæ fidei, vel ſit admittenda diffe-
rentia inter contractus bonę fidei, & ſtricti iu-
ris. & quod omnes ſint bonæ fidei tradit Bal.
in c. 1. in fi. de mutuis petitionibus his verbis,
ego puto quod de æquitate canonica omnes
contractus mundi ſint bonæ fidei, non dico
quan-

quantum ad titulum actionis; ſed quo ad mentem,& ſubſtantiam intentionis. & ideo ſi dolus dat eis cauſam,alias non contracturis, quod contractus ſit nullus ipſo iure, quia Deus,qui regulat,& tegit omnia,reſpicit cor hominis.& in iure canonico, nõ memini hoc notaſſe in textu aliquo differentiam ſubſtantialem inter contractum bonæ fidei, & ſtricti iuris. Hactenus Bald. quem ſequuti ſunt Iaſ. in §.actionum. num.4.& in §.quadrupli.de actionibus. Galiau. in l. 44. §. Cato Decia. conſil.10.nu.16.lib.1. Riminald.Iun. conſil. 363. num. 30. Contrariam opinionem tenet idem Iaſ.in leg.cum poſtea.num.3.C.de pact. & l.quod ſi mihi. ff.ſi certum petat. Alciat.in d.§.Cato. num.85.& 97. Couar. in cap. poſſeſſor. in 2.par.n.50.de regul.iur. in 6.dicens opinionem Baldi eſſe falſam, neque iure canonico probari, & ideo non eſt recedendum à iure ciuili. ex cap. 1. de operis noui nunc. Et hęc eſt omniũ ſupradictorum Doctorum negantium ratio. idem tenet Card. Mantica d.tit.9. num. 42. dicens, diſtinctionem inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris, videri receptam in d. c. cum venerabili. de emptionibus.dicit etiam,Baldum in d.cap.1.de plus petitionibus. loqui in foro conſcientiæ, dum inquit omnes contractus mundi de æquitate Canonica eſſe bonæ fidei, non quo ad titulum actionis, ſed quo ad mentem, & ſubſtantiam intentionis, quia Deus qui regit omnia reſpicit cor hominis. & ſic Bald. videtur loqui de foro conſcientiæ, qui ſequitur rectam rationem, & inhæret puræ veritati, vt ſcribit idem Bald. in l.rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum pet. & in foro conſcientiæ non eſt differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, & non conſideratur an dolus dederit cauſam contractui bonæ fidei & ſtricti iuris, quia eſt nullus, vt tradit Couar. loco citato, quem refert, & ſequitur Mantica d. tit. num. 33. Quid igitur dicendum in hac quæſtione? Prima opinio Baldi mihi videtur verior. pro qua adduco primo, quod ius canonicum vtitur maxima æquitate,ita quod vbique æquitas canonica celebratur.in pœnis. cap.ſuam. de pœnis. in moræ purgatione. cap.potuit.de locato. ſequitur naturalem rationem, ita quod etiam ex pacto nudo dat actionem.cap. 1.de pactis. in iudicijs vult ſeruari æquitatem. cap. dilecti. de iudicijs. cap. 1. de dolo & contum. reducit aliquando ſubtilitatem iuris ciuilis ad ius naturæ, mandans alimenta præſtari ſpurijs. cap.cum haberet. de eo, qui duxit in vxorem quam pollu. ſequitur non corticem verborum, prout ius ſtrictum, ſed rationem, ac ſenſum. c. Marchio. q. 1. mandat etiam in contractu attendendam eſſe intentionem. cap. cum dilecti. de donationib. & ſucceſſiuè bene dicit Bald. quod quamuis ius canonicum non tollat differentiam inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris quo ad nomen, tamen cum ſumma æquitate, & non rigore ſeu ſtricto iure vtatur, non datur differentia quo ad ſubſtãtiam inter dictos contractus. Secundo id videtur probari in d.cap. cum dilecti. vbi in contractu donationis qui eſt ſtricti iuris, cum non numeretur in §. actionum. ſit pleniſſima interpretatio. Et ex his verior videtur Baldi opinio, conſiderata
8 æquitate ſecundum ius canonicum, quæ eſt maior æquitate prætoria. vt dicit Ant. de Butr. in cap. ſicut. de ſponſalibus. Non obſtant adducta in contrarium, & primo quod non eſt recedendum à iure ciuili in foro canonico, ſi non reperiatur expreſſe deciſum contrarium. nam ſatis videtur deciſum, inſpecta æquitate ſeruanda, vt dictum eſt. neque obſtat tex. In cap. cum venerabilis. quia ibi pars allegabat permutationem eſſe contractum bonæ fidei, & allegatio partium non facit ius, & verba enunciatiua Summi Pontificis non diſponunt. cap. ſi Papa. de priuileg. in 6. gl.in l. 1. C.quando non petentium partes. Præterea ille textus non infert alios contractus eſſe ſtricti iuris, imò ſi rectè conſiderentur verba Baldi, dicit non eſſe differentiam quo ad ſubſtantiam propter æquitatem canonicam ſeruandam, non quo ad nomen. & Bald. loquitur in foro exteriori, vt apparet in principio quæſtionis. nec quia loquitur de mente,& intentione, videtur loqui in foro conſcientiæ, vt clarè patet in d. cap.cum dilecti.de donationibus. vbi in contractibus, mens & intentio inſpicitur etiam in foro exteriori. probatur etiam in cap. mulieres. de ſententia excomm. vbi mandans percuti Clericum, dicitur vere percutere quod intelligitur, conſiderata intentione à iure canonico, & imponitur pœna excommunicationis in vtroque foro. & hæc ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum de iure Canonico obligat. ex cauſa tamen. Praterquam ſi ſit correſpectiuum. num. 3. vel ſuſpicioſum. num. 4.*

2 *Stipulari alteri nemo poteſt.*

Iura-

5 *Iuramentum ſub fide humana, nihil operatur.*

QVAESTIO 688.

Pactum nudum, an & quando producat actionem de iure Canonico.

1 Concluſio eſt clara, quod pactũ nudum de donando, vel ſimile, de iure canonico obligat, & producit actionem.cap.1.& 3.de pactis. quamuis de iure ciuili ſit ineffícax. l.iuriſgentium. §.igitur nuda.ff.de pact. quæ iuris canonici diſpoſitio procedit etiam in foro ſeculari in terris Eccleſiæ,inter Clericos & laicos, vt tradit Iaſ.cum d. l. iuriſgentium. §.ſed cum nudum. num.6.Imo.in cap. quæ in eccleſiarum. col.23. de conſtit. Bald. in auth. ad hæc. C.de.... Hæc tamen Concluſio patitur aliquas limitationes. Prima vt procedat in pacto nudo verbis, ſecus ſi eſſet nudum verbis & cauſa. tunc nec de iure Canonico pareret actionem, quia non plus poteſt pactum nudũ de iure canonico, quam ſtipulatio de iure ciuili, quæ ſine cauſa non valet quo ad effectum obligationis, quia obſtat exceptio doli. l. 2. §. circa. ff. de doli except.ita limitat Bald.in l.ſi diuiſionem. C.familiæ herciſcundæ, & in l. cum quis. & in l. petens. C.de pact. Iaſ.in d.§.ſed cum nuda. Riminal.iun.conſ.521.num. 4. l.5. Secundo limitatur, vt procedat cum pacto inito inter præſentes, ſecus inter abſentes. ex illa opi-
2 nione, quod etiam de iure canonico nemo poteſt alteri ſtipulari,in cap.quicunque. de vſuris. in 6. de quo facimus particularem quæſtionem. ita limitat Rim. Sen. conſ.277. & Rim. Iun. vbi ſupra. Hæc limitatio non eſt ſine dubio.& ideo recurre ad quæſtionem particularem, & declara iuxta illam. Tertio
3 limitatur diſpoſitio iuris canonici in pacto correſpectiuo. ita Bald.in l.cum quis.C.de iuris & facti ignorantia. Aret. in §. in perſonam iuſſit. de actio. ita Bald. notabiliter in l. ſiue apud acta.2. C. de tranſact. vbi inquit, quod omnia iura ciuilia loquentia de contractibus innominatis, procedunt etiam de iure canonico, & non pariunt actionem, niſi poſt implementum.cap.cum inter R. de elect. ſequitur Bald.Iaſ.in d.§.ſed cum nuda. Iſta limitatio non videtur tuta, ex dicendis in ſequenti quæſt. Limitat quarto Iaſ. quando
4 militarent in pacto aliquæ ſuſpectiones, quia tunc nec de iure canonico datur actio, ac etiam limitat, vt procedat iuris canonici diſpoſitio, quando adeſt iuramentum. & non erit iuramentum, ſi promiſſio fiat ſub fide humana, vt notabilitatis, vel id genus, ſed
5 ſub fide Chriſtiana. Cou. in cap. quamuis. de pactis.in 6.in 3.parte.§.2.num.2.& in dubio intelligendum eſt de fide humana, non de fide vt eſt virtus Theologica. Gaet.in 2. 2.quæſt.89.art.6.Arius Pinell. in l. 2. C. de reſcindenda vendit.2.par.cap.1.num.13. Riminald.Iun. vbi ſupra. Hæ ſunt limitationes quæ afferuntur à DD. & ſunt notandæ in praxi. an autem omnes ſint veræ, videbimus Deo dante.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiæ an ſit locus in contractibus innominatis de iure Canonico.*
2 *Ius Canonicum ſequitur naturalem æquitatem iuris gentium, vt fides ſeruetur.*
3 *Pœnitentiæ eſt locus in contractibus innominatis de iure canonico, quando altera pars non vult adimplere.*

QVAESTIO 689.

An de iure Canonico in contractibus innominatis ſit locus pœnitentiæ?

1 Vtilis eſt quæſtio, an de iure canonico in contractibus innominatis ſit locus pœnitentiæ quemadmodum de iure ciuili.l. ſi pecunias. ff.de condictione cauſa data. & eſſe locum pœnitentiæ, tenent aliqui DD. quia non debet conſtitui differentia inter ius canonicum & ciuile, niſi reperiatur expreſſum, ſed debet ſeruari ius ciuile. cap.1. & 2. de operis noui nunciat. cap.cum expediat.de elect.in 6. ita tenet Rom.in l. ſi pecuniam. ff. de condit. ob cauſam. Berous conſ. 184. nu. 11.lib.1.Contraria opinio, quod de iure canonico in contractibus innominatis non ſit locus pœnitentiæ, tenent Bald. in Rubr. C. de rerum permut.& in l.cum quis. C.de iuris & facti ignorantia, & in l. ſi apud acta. C. de tranſact. Alex. in d. l. ſi pecuniam. Galiau. in rubt.de verb.oblig. Card.Mant. de tac. & ambig.conuen. lib. 1.tit.8.n.18. Et huius poſterioris opinionis ratio eſt, quia de iure canonico ex nudo pacto oritur actio, ſicut ex ſtipulatione. cap. 1.de pactis. vbi DD. Sed ſi in contractibus innominatis intercedit ſtipulatio, pœnitentiæ non eſt locus.l.ex placito.

to. C.de rerum permut. & ibi Bald. ergo patet, quod de iure canonico, ſi contractus innominatus nudo pacto eſt celebratus, pœnitentiæ locus eſſe non poſſit, cum ius canonicum ad producendam actionem, non exigat ſolemnitatem ſtipulationis. item quia ſicut olim de iure gentium contractus innominati ſuum ſortiebantur effectum, & pœnitentiæ locus non erat, ita hodie de iure canonico pœnitentia locum non habet. quia ius canonicum ſequitur naturalem æquitatem iuris gentium, quæ vult fidem promiſſam ſeruari, & ideo ſufficit ante implementum oriri actionem, iuxta gloſ. communiter receptam in l. petens.in gl.magna. C. de pactis. Eſt tamen hæc Concluſio intelligenda ſecundum Galiau.quãdo quis ex parte ſua implet, vel dicit ſeparatum eſſe adimplere, alias non orirerur naturalis obligatio ante implementum, nec ſubeſt æquitas fidei ſeruandæ. ſed ſi paratus ſit reipſa adimplere, naturalis æquitas ſuccedit, vt alter debet pro parte ſua adimplere, cum inter eos ita cõuenerit. quemadmodum de rigore iuris ciuilis ſola oblatio de implendo in contractibus nominatis, ſufficit ad producendum actionem. gl.in l.iuriſgentium. §. ſed cum nuda. in verb.facias.ff.de pactis. vbi Iaſ.& alij. Sed quando alter non vult adimplere, licet à contractu recedere, & ſolutum repetere. l.1.§.1.ff.de cond.ob cauſam.vnde ſi promiſi tibi decem propterea quod tu mihi promiſiſti pro me ire Romam, & ego dedi tibi decem, & tu non adimpleuiſti, poſſum à contractu recedere ex capite cauſæ non ſequutæ, & à te poſſum repetere, etiam ſi non agam contra te vt impleas ex parte tua, vel quod mea intereſt ſoluas. d.l.dedi. hoc enim caſu tam ex æquitate iuris canonici, quam iuris gentium, locus eſt pœnitentiæ, quia alia pars fidem non impleuit. ita Bald.Nouell.in rubr.de verbor.obligat.num.17. aliud eſt, ſi ipſe velit & poſſit adimplere. quod ſi ex caſu fortuito non poſſit vide Bart. Nouell. in loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Vir à quo vxor aufugit propter ſæuitiam, quibus ex cauſis poſſit ſe excuſare, vt non ſequatur diuortium.*

2 *Sæuitia viri quomodo probetur, vt ſequatur ſeparatio thori.*

3 *Sæuitia viri non probatur, ſi vxor prouocauit virum.*

QVAESTIO 690.

De viro à quo vxor aufugit propter ſæuitiam, quibus ex cauſis poteſt ſe excuſare vt non ſequatur ſeparatio.

1 MVlier aufugit à domo mariti propter ſæuitiam: maritus petit ſibi reſtitui vxorẽ, vxor petit ſeparationẽ thori, an ſit audienda antequam reuertatur ad domum viri. & videtur quod ſic. & pro vxore facit cap. litteras. de reſtitut.ſpoliat. & ibi Abb.& alij. non obſtante oblata cautione, quãdo odium eſt capitale, & timetur de ſæuitia. Bald.conſ. 290. vol 3. Crauett.conſ.31. & hæc eſt veritas. nihilominus aliqua poſſent repellere vxorem, quæ cum in praxi occurrant, recenſenda putaui. Primum, vt ſæuitia probetur per teſtes omni exceptione maiores, cum cauſa ſeparationis thori ſit grauis & ardua. Specul. de reſcript. §. ratione formæ. verſ. nunc ad inſtitutionem. Butr. Abb. in cap.ſi pro debilitate.& in cap.cauſam matrimonij.de offic. de-
2 legati. & quod talis qualitas requiratur in teſtibus, dicunt gl. Abb.Præpoſit. in cap.1.de conſanguinitate & affin. Pariſ.conſ.59.vol.4. Rimin.conſ.174.nu.17.lib.2. qui multos allegat. quæ qualitas eſt articulanda & probãda. Bar.in l.1.§.ſi quis neget.ff.quemadm. teſtam. aperiantur. Secundo poteſt excuſare competens correctio, quam maritus facere poteſt, etiam verberando vxorem. c. quemadmodum, & ibi Abb.de iureiur. Iaſ.in l.miles.§.qui iudicati. ad finem.ff.de iudic.Pariſ. d. conſ.54.num.33. Rimin. latè loco citato.
3 Bald.conſ.176.vol.1. Tertio excuſat virum ſi fuit ab vxore prouocatus pudore. Rimin. loco citato. vbi ponit de marito qui ſalutauit vxorem, & illa non reſpondit, ſed cœpit dicere, quod meretrices domi tenet, & quod erat proditor, & aſſaſſinus, & ſe ad faciem viri cum manibus traxit; vir autem verberauit eam. quamuis enim potuiſſet iniurias repellere mentiendo. Bart. in l.quæ omnia. ff. de procurat. Alex.& alij. l.fi.ff.quod quiſque iuris. Butr.conſ.4.nu.29.Soc.Iun. conſ.127. vol.2.Felin.in cap. dilecti. num.2. de except. Dec. conſ. 487. & poterat non percutiendo repellere iniuriam, tamen ob prouocationem ſaltem ex parte excuſatur, quamuis vxorem occidiſſet, nedũ verberaſſet, quod minus eſt. Aret.in tract.de malefic. in gl. & verba contumelioſa. Grammat. conſ. 29. Marſ. in pract. §. quando. num. 62. late Rimin. loco citato.

citato, num. 35. Quarto poteſt excuſare virum, ſi iniuria non fuit ad animum reuocatam, vt ſi poſt iniuriam ſimul pacifice habitauerunt. nam poſtea pœnitendo non poteſt recolere, & ad ſeparationem agere. l.non ſolum.§.1.ff.de iniurijs. Specul.eod.tit.§.1.Rimin. nu. 28. Et prædicta tanto magis procedit, ſi probetur bona vita, & fama mariti, quoniam per eam ceſſat præſumptio delicti, vt tradit Bald.in l.1.C.locati. Crauett.conſ. 21.num.9.& conſ.65.col.fin. tradit Riminal. conſ. 81. vol. 1. matrimonialium. Quinto, quando non fuit probatum, quod voluerit gladio, vel veneno interficere vxorem, & habet plures filios, qui mendici remanerent ſi vxorem interficeret ob publicationem bonorum, vel aliam cauſam, vt quia quærebat illis victum, ipſe vel vxor, quemadmodum fit, quod non ſit vxori nociturus, vt tradit Alba.conſ.46.vol.2.quem refert,& ſequitur Rimin.d.conſ.174.nu.41.vol.2. & conſ.81. ſupra allegato. Sexto eſt aduertendum, quod in dubio non præſumitur ſæuitia, ſed potius correctio. Roland.conſ.15.lib.3.& dicit Guido Papa q........ quod ſi maritus caſtigando vxorem, eam percuſſit baculo, ita quod ſanguinem emittat, non poteſt inquietari, quia præſumptio non eſt quod doloſe, vel animo iniuriandi eam percuſſerit, conſiderato quod ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus. l.aduerſus. C.de crimin.expilatæ hæred. & quia vna caro ſunt. l.quia parentes. cum gloſ. ff.ſolut. matri. Nec obſtat l.1.C.de emendat.propinquorum.quia intelligitur vbi cum enormitate fit caſtigatio animo doloſo,quod præſumitur ex atrocitate vulneris. §. atrox. inſtit. de iniurijs. refert,& ſequitur Rol.conſ.27.lib.3. & ſi teſtes dicunt, quod maritus ſemel vxorem verberauit, non probatur ſæuitia, ſed correctio. Bald. conſ. 176. vol. 1. ſæuitia tamen an dicatur probata remittitur arbitrio iudicis, inſpecta qualitate perſonarum, & cauſis ſuſpectionis iterum ſæuiendi. Bald.loco citato. Rol.d.conſ.27. qui multa notabilia dicit in hac materia.

XXIV. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Rapiens ſponſam, an euitet de iure canonico pœnas raptus.*

2 *Rapiens ſponſam inuitis parentibus, non euitat pœnas raptus, ſi non ſequatur matrimonium.*

3 *Raptus inducitur ex perſuaſione doloſa.*

4 *Rapta doloſis perſuaſionibus an dicatur, quæ non eſt ſub regimine alicuius.*

QVÆSTIO 691.

De raptore ſponſæ vt euitet pœnas raptoris quæ requirantur.

1 RAPTOR an dicatur qui rapit ſponſam de futuro, inuitis parentibus ad incurrendam cenſuram, & alias pœnas ſtatutas in Concilio Tridentin. cap. 6. ſeſſ. 24. de reformat. matrim.& pœnas iuris ciuilis. l. vnica. C.de raptu virginū. Dicendum quod de iure ciuili rapiens etiam ſponſam, inuitis parentibus, & rectoribus, punitur pœna capitis. d.l. vnica.C.de rapt. virg. ſed de iure canonico videtur id correctum in cap.pen.de ſponſalib. vbi id expreſſe deciditur. verum quia diſpoſitio iuris canonici eſt in fauorem libertatis matrimonij, vt ſponſa volens poſſit libere contrahere ſine aliorum conſenſu, propterea aliqua in praxi annotāda cenſui, quæ iuxta crebriorem DD. ſententiam debent concurrere, ſine quibus remanet firma diſpoſitio iuris ciuilis, per quam ſponſa ſit volens non ſolum in ſponſalibus, ſed etiam in ipſa traductione, alias non euitatur raptus. Salic.in d.l. vnica. Aman.in d.c.pen.Boſſ.de raptu mulier. n.17. & exploratiſſimum eſſe tradit Gab. conſ.123.

2 vol.1.Secundū, quod in effectu ſequatur matrimonium, alias ſi auctoritate iuris canonici aliquis raperet puellam, præmiſſo tractatu, & eam deluderet non contrahendo, habebunt locum pœnæ contra raptores, nec eſſet ſatisfactum iuri canonico, quod dicendum non eſt. vnde Marian.Soc. in d.cap. penult. dicit, quod de iure canonico nō datur raptus ſponſæ, dummodo poſtea ſequatur matrimo-

3 nium, alias ſtaremus iuri ciuili, Menoch. de præſumpt. lib.3.præſumpt.1.fin. Peguer. deciſ.42.late probat Seſſa deciſ.Regni Aragon. 96.Sed

Digitized by Google

96. Sed an dicatur volens, vel inuita, ſi probatur tantum doloſa perſuaſio. & dicendum eſt quod ſic. nam perſuaſio doloſa plus eſt, quam violenta coactio. l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto. quando ſuaſiones, munera, preces, & alia huiuſmodi, quę alliciunt voluntatem, æquiparantur violentiæ. Decian. in tract. de rapt. virg. cap. 7. num. 7. Nauar. not. conſ. 1. de raptor. Maſcard. concl. violentia. nu. 28. & concl. raptus. nu. 27. Dicunt tamen
4 aliqui, quod ſi rapta doloſis perſuaſionibus non eſt ſub gubernio alicuius, dicitur vera rapta, vt Maſcard. loc. cit. & alij relati per Theſaur. deciſ. 217. nu. 5. ſed alij tenent quod quando non eſt ſub alicuius gubernio dicitur rapta, ſed mitius punitur. niſi eſſet magna fraus & dolus, vt per eund. Theſaur. & Seſſa loc. cit. Requiruntur igitur primo ſponſalia, ſecundo quod volens ſponſa ſequatur ſponſum, tertio quod cum effectu ſequatur matrimonium, & quod non fuerit ſeducta, alias non eſt correctum ius ciuile, nec ſublatæ pœnæ contra raptores. & hæc ſunt notanda in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia per verba de præſenti contracta inter impuberes, an adueniente pubertate tranſeant in matrimonium ſine copula.*
2 *Voluntatis perſeuerantia præſumitur.*

QVAESTIO 692.

De ſponſalibus per verba de præſenti contractis inter impuberes, quædam in praxi notabilia.

1 QVæſtio eſt notabilis ſolita occurrere inter magnos Principes. pubes contraxit ſponſalia per verba de præſenti cum puella impubere, octo vel nouem annorum, quæ tandem cum perueniſſet ad pubertatem perſeuerauerit in eodem propoſito, tacite tamen illud oſtendens, mittendo ad inuicem litteras, & munera tanquam coniuges, non tamen conſumauerunt matrimonium, ſed per aliquos annos, vel notabile tempus ſe pro coniugibus, litteris, muneribus, & nuncijs tractauerunt, deinde ante conſumationem ſponſus contraxit matrimonium cum alia. Quæritur an valeat idem matrimonium, vel ſit nullum. & videtur quod ſit validum. Primo quia ſponſalia per verba de præſenti, ſiue matrimonium, tollit ſponſalia per verba de futuro. cap. tua. de deſponſal. impuberum. & cap. 1. eodem. Secundo quia ſponſalia de futuro, etiam ſi ſupeueniente ætate, ſponſi perſeuerauerint in amplexibus & oſculis, non inducunt matrimonium, ſed cenſentur interueniſſe ratione præcedentium ſponſalium de futuro. Io. And. & alij in c. 1. de matrim. contract. cont. interdictum Eccleſiæ. Abb. in cap. fin. de ſponſal. Io. Andr. Hoſt. Stul. in cap. is qui. eodem. Philip. Corn. conſ. 116. incip. decreuerat prius. vol. 3. & dicit Aret. conſ. 142. incip. ex facto proponitur. verſ. nemo igitur. vbi dicit, quod ſponſalia de futuro non trãſeant in matrimonium, nec per cohabitationem, nec per traductionem ad domum, nec per oſcula, nec per nixum ad copulam. ad not. in cap. fin. de ſponſalib. Tertio adducitur Rota deciſ. 450. incip. ſi pubes. in nouis. vbi deciditur, quod ſi pubes in facie Eccleſiæ contrahat matrimonium per verba de præſenti cum impubere, & poſtea etiam contra prohibitionem Epiſcopi contrahat cum alia, valet hoc ſecundum matrimonium, quia primum fuit nullum ex defectu ætatis, ſolum tenebatur ratione promiſſionis, contra quam veniendo, ſi contrahat cum alia, matrimonium tenet, etiam ſi interueniſſet iuramentum. per cap. ſi inter. de ſponſal. In contrarium facit, quod quando puella impubes, quæ per verba de præſenti contraxerat, peruenit ad ætatem habilem, & oſtenderit, tacitè vel expreſsè, ſe perſeuerare in eodem conſenſu, tum cum tranſiuerint ſponſalia de futuro iuris interpretatione in matrimonium, nullo modo poteſt aliquis eorum diſſentire, & ſecundum matrimonium eſt nullum ipſo iure. & ſufficit, quod oſtendatur iſta perſeuerantia, non ſolum copula ſed alio modo. tex. eſt in c. 1. §. idem quoque ſi pubes. verſ. vel aliquem modũ. de deſponſ. impub. in 6. & ibi Io. Andr. Philipp. Franch. Domin. Alex. conſ. 149. incip. viſo proceſſu. in fi. vol. 5. & in l. quod ſeruus. ff. de condict. ob cauſam. Gozad. latè conſ. 2. nu. 12. Cum igitur per litteras, nuncios, & munera, appareat de perſeuerantia, & conſenſu in matrimonio, intelligitur perfectum matrimonium. Non obſtant adducta in contrarium, nam procedunt quando puella adueniente pubertate non oſtendit conſenſum aliquo modo. neque obſtat, quod ſponſalia de futuro, per munera & oſcula, non tranſeunt in matrimonium. nam reſpondent DD. quod aut fuerunt

runt contracta ſponſalia per verba de futuro, & tunc non tranſeunt, aut fuerunt ſponſalia per verba de præſenti, ſed iuris interpretatione erant de futuro propter defectum ætatis, & tunc adueniente pubertate per munera, amplexus, & oſcula, tranſeunt in matrimonium. & ita procedit tex. in dict. cap. 1. & ibi omnes declarant. Philip. Corn. pulchrè in conſ. 116. vol. 3. col. 2. verſ. nec prædictis obſtat. vbi dicit, quod quando fuerunt contracta ſponſalia de præſenti per impuberes, ſuperueniente pubertate per tales actus dicitur contractum matrimonium, quia ille conſenſus ab initio fuit per verba de præſenti, ſed propter defectum ætatis præſumptione interpretantur de futuro. quia tamen animus ab initio fuit cōſentire in matrimonium de præſenti, ideo cenſentur perſeuerare in eodem animo adueniente pubertate. argum. tex. in l. ſcire poſſidetis. C. de probat. l. cum qui. ff. eodem. & dicit, iſtam eſſe rationem deciſionis c. 1. §. idem quoque. de deſponſ. impub. in 6. ſequitur Gozad. loc. citat. Non obſtant dicta per Atetin. quia Atetin. diſtinguit aliquos caſus. & in ſpecie dicit, quod quando matrimonium contrahitur per verba de præſenti inter impuberes purè & ſine conditione, tunc quia ex verbis & mente contrahentium eſt matrimonium de præſenti, licet iuris interpretatione dicatur de futuro, tamen per tacitum conſenſum, & perſeuerantiam factam in pubertate, tranſeunt in matrimonium de præſenti. ſecus dicit Aret. quando ſunt contracta ſponſalia per verba de futuro. Idem dicit quando per verba de præſenti, ſed ſub conditione, quia per oſcula, & ſimiles actus non intelligitur receſſum à conditione. idem. quando poſt pubertatem fuit facta proteſtatio, quod tales actus non intelligantur facti animo contrahendi de præſenti. Et quia hodie per Concil. Trident. requiritur præſentia parochi, ſupradicta omnia intelligenda ſunt quando in ſponſalibus de præſenti interuenit præſentia Parochi. Concilium enim non diſtinguit, an contrahantur inter puberes, vel impuberes. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand. & hæc nota.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex octuagenario, an legitimetur per ſubſequens matrimonium.*

2 *Leges adaptantur ad ea quæ ſunt poſſibilia ſecundum communiter accidentia, non ſecundum ea quæ raro accidunt.*

3 *Natus ex vxore, quæ expulſa à viro degit in lupanari, præſumitur legitimus.*

4 *Filius præſumitur legitimus, etiam ſi aſſimiletur adultero.*

QVAESTIO 693.

De filio genito ex octuagenario, an legitimetur per ſubſequens matrimonium.

1 AN natus ex octuagenario, maximè ſi mater ab alijs fuit cognita, legitimetur per ſubſequens matrimonium. Iſta quæſtio dependet ab alia quæſtione, an talis præſumatur generatus ab octuagenario, quia ſi non præſumitur filius, clarum eſt poſſe legitimare. DD. in materia ſucceſſionis, quando eſt dubium an aliquis ſit generatus ab alio, dicunt neceſſe eſſe quod potuerit generari naturaliter ſecundum communiter accidentia, & non ſufficit quod ſecundum poſſibilia accidentia. Bart. Soc. in l. Gallus. in princip. Hipp. quod partus non poteſt tranſgredi decem menſes. ſed Ariſt. & Auicen. dicūt, quod vndecimo, duodecimo, & decimotertio menſe naſci poteſt. Sed quia iſta opinio non procedit ſecūdum communiter accidentia, licet poſſibile ſit, tamen legiſlator approbat opinionem Hippocr. in materia ſucceſſionis. d. l. inteſtato. §. fin. quoniam leges vt plurimum adaptantur ad ea quæ frequentius accidunt. 1 l. nam ad ea. ff. de legib. ita quod de iure ciuili ad ſucceſſionem admittitur natus poſt decem menſes & duos dies, non vltra. vnde ſi in aliqua regione ſecundū communiter accidētia non ſolent octuagenarij generare, præſumendum eſt non eſſe filium, licet de raro poſſibile ſit generare, vt optime probat Socin. conſ. 65. ſuper propoſita quæſt. lib. 3. Redeūdo igitur ad quæſt. quamuis prædicta procedant quo ad ſucceſſionem de iure ciuili, tamen quo ad legitimationem per ſubſequens matrimonium, etiam cenſeo illam valere. nam ſecundum communem opinionem DD. valet matrimonium inter ſenes decrepitos, dummodo poſſint ſeminare, licet raro generent. Abb. in cap. quod ſedem. de ſponſ. Subſiſtente itaque matrimonio, ſuccedit filius, quia ſucceſſio eſt conſequutiua. Io. Andr. & alij communiter in cap. per venerabilem. qui filij ſint legit. Pro hac opinione facit, quod ſi vxor expulſa à viro, iuit ad lupanar, & peperit 2

perit filiũ, iudicabitur legitimus partus, quia poſſibile eſt natũ eſſe ex matrimonio, & maritus potuit ire ad lupanar, & vxorem cognoſcere. Cyn. communiter receptus in l. ſi vicinis. C. de nuptijs. Rota diuerſ. 2. p. deciſ. 135. Item filius præſumitur natus ex viro, etiam ſi aſſimiletur adultero, quia potuit mater cogitare de adultero. gl. in l. quæret aliquis. ff. de verb. ſignif. Gabr. de præſumpt. concluſ. 14. Semper igitur præſumptio capienda eſt pro matrimonio, quando commodè capi poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Probationes imperfectæ an coniungantur in cauſa matrimoniali.*

2 *Præſumptiones plures à iure approbatæ, faciunt plenam probationem in cauſa matrimoniali.*

QVÆSTIO 694.

An in cauſa matrimoniali præſumptiones imperfectæ coniungantur.

1 QVæritur, an in cauſa matrimoniali imperfectæ probationes coniungantur. & videtur quod non. quia æquiparatur criminali, in qua non coniunguntur. Contrarium tenet Dec. conſ. 63. nu. 28. & 48. Decian. reſp. 80. lib. 2. dicentes, hãc eſſe veriorem opin. & procedere ſine difficultate, quando ſaltem vnus actus probans matrimonium, legitime probatus fuit, vt anuli impoſitio. nam tunc aliæ coniecturæ tendũt ad coadiutãdam illam perfectam, non ad perficiendam. & ibi Dec. dicit, qui adducit multa iura pro coniecturis. Vide deciſ. Rot. Seraph. 978. licet non loquatur de probationibus imperfectis, ſed de pluribus præſumptionibus à iure approbatis, vt ex illis reſultet plena probatio in cauſa matrimoniali. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 36. num. 3. & q. 38. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ob cuius ſæuitiam fit ſeparatio thori, an puniatur aliqua pœna.*

2 *Marito licet leuiter caſtigare vxorem, non atrociter.*

QVÆSTIO 695.

De marito, ob cuius ſæuitiam fit ſeparatio thori, an poſſit puniri aliqua pœna vltra ſeparationem.

1 QVæſtio eſt practicabilis, an maritus propter ſæuitiam in vxorem, vltra ſeparationem thori, poſsit ab Epiſcopo condemnari ad aliud. dicendum quod ſic.
2 nam licet viro ſit permiſſum leuiter caſtigare vxorem, ſicut magiſtro diſcipulum. l. 1. C. de emendat. propinquorum. non autem atrociter, quia tunc punitur verſus vxorem in quarta parte ſuæ propriæ ſubſtantiæ. l. iubemus. verſ. ſi vero. & verſ. ſi igitur. C. de repudijs. Nihilominus præſtabit iuramentum, vel cautionem idoneam, quod non lædet in futurum, iuxta l. præſenti. §. ſanè. C. de his qui ad eccleſiam cõfugiunt. c. litteras. de reſtit. ſpoliat. & punitur etiam quantum ad rempub. iuxta not. in tit. de pace iuramento firmanda, in princ. & ita tenet Roland. conſ. 27. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Arrhæ pro ſponſalibus, an hodie ſint ſublatæ.*

2 *Pœna non poteſt imponi vt contrahatur matrimonium.*

3 *Arrhæ pro ſponſalibus quare non ſint prohibita ſicut pœna.*

4 *Ratio naturalis facit recedere à verbis legis.*

QVAESTIO 696.

Arrhæ pro ſponſalibus an de iure canonico ſint ſublatæ.

1 QVæſtio eſt notabilis, an arrhæ pro ſponſalibus ſiue matrimonio, de iure canonico permittantur, prout de iure ciuili. l. fin. C. de ſponſal. Et videtur, quod à iure canonico fuerint ſublatæ. per tex. in cap. gemma. de ſponſal. in quo prohibetur pœnę impoſitio, ſi non ſequatur matrimonium. & non vi-
2 detur ratio diuerſitatis inter pœnã & arrham. nam ſi ille qui tradidit arrhas, vult recedere à ſponſalibus, debet eas reddere duplicatas, vel quadruplicatas, iuxta d. l. fi. & ſic ſoluendo arrhas duplicatas, ſoluit pœnã. Inſuper timore arrharum inducitur ad matrimonium contrahendum, quemadmodum metu pœnæ, & tollitur libertas matrimonij. ergo habet locũ tex. in d. c. gẽma. vt matrimonia ſint libera. nihilominus Bart. & communis in l. Titia. ff. de verb. obl. tenent nõ eſſe prohibitas arrhas, ſed tamẽ pœnã. afferunt plures rationes. principalis eſt

illa, quod pœna conſiſtit in ſola promiſſione, & facilius promittitur quã datur. l. ſed ſi ego. ff. ad Velleian. Vnde de facili quis promittit magnam pœnam quæ conſiſtit in ſolo verbo, ſed non de facili dat magnas arrhas. & ideo non ſic de facili impeditur libertas matrimonij per ipſas arrhas. nam cum pœna faciliter promittatur, ideo faciliter in pœnã magnam incideret, ſi matrimonium nõ ſequeretur, ſed non ita faciliter erit arrhis. ita Cyn. in d. l. ſi. Sed hæc ratio non videtur concludere. ſiquidem timore amiſſionis arrhæ poſſet impediri libertas matrimonij, & induci coactio, arguẽdo à ſimili de matrimonio ſpirituali, vt in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regular. c. 16. vbi nulla renunciatio facta à regulari valet, ſi non ſequatur profeſſio. Iaſ. refert quatuor alias rationes differentiæ in d. l. Titia. poſtea inquit, tene quam vis, quia nulla cõcludens ratio diuerſitatis, ſed tãtum perſuaſiua aſſignari poteſt. Couar. etiam in 4. decretal. 2. par. c. 3. §. 7. nu. 7. tenet, arrhas non eſſe prohibitas. Mihi vero placet opinio Io. Andr. in d. c. gẽma. etenim attenta ratione, ne libertas matrimonij conſtringatur, concludit differentiam eſſe nominum. & dicit non referre an promittatur quid nomine pœnæ, vel augmenti, vel arrharum, ſi eſt tanta quantitas, quæ inſpecta qualitate perſonarum, nõ cogat ad matrimonium contrahendum, & tunc poteſt fieri, alias non. quod totum conſiſtit in arbitrio iudicis, habita conſideratione qualitatis perſonarum, & quantitatis arrharum. quem ſequitur Bald. in d. l. fin. ſequitur Abb. in d. c. gemma. vbi dicit ſibi multum placere opin. Io. Andr. quia per rationem naturalem legis debemus recedere à verbis legis, & ſeruare ſententiam, iuxta notat. in l. non dubium. C. de legib. & in reg. fin. de reg. iur. in 6. Et mihi videtur verius, quod arrharum interpoſitio ſi eſt in quantitate notabili quæ poſſet retrahere, ſit prohibita. per tex. in c. quod à te. de cler. coniug. vbi in forriori caſu, ſi clericus facit donationem eccleſiç ſui beneficij, & poſtea contrahat matrimonium, recuperat omnia quæ donauit eccleſiç, ne impediatur libertas matrimonij. & tamen in illo textu erat facta donatio ſimpliciter, & eccleſiæ, & reuocatur, & plus eſt donare, quam arrhas trahere, quæ ſunt pignora, tanto magis poſt Conc. Trident. quod ſummopere deſiderat libertatem in matrimonio, vt in cap. 1. cap. 6. & cap. 9. de reformat. matr. & in d. cap. 9. prohibetur coactio quouis modo, directè vel indirectè.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Delegati Summi Pontificis in cauſa matrimoniali, an retractetur per confeſſionem partis.*

2 *Licet in cauſa matrimoniali, venire contra propriam confeſſionem.*

3 *Quilibet de populo auditur contra matrimonium male ſeparatum.*

4 *Ordinarius an cognoſcat de nullitate ſententia matrimonialis, lata à Delegato.*

QVÆSTIO 697.

Sententia Delegati Summi Pontificis in cauſa matrimoniali, an retractetur per confeſſionem partium.

1 DVbiũ eſt graue, facta eſt ſeparatio matrimonij quo ad vinculum à Delegato Summi Pontificis propter conſanguinitatem contracto, deinde ſecundò matrimonio vir in ſe reuerſus confitetur primum matrimonium fuiſſe validũ, an ſit audiendus contra ſententiam Delegati Apoſtolici. & videtur negatiue reſpondendum, quaſi dicta ſeparatio ſit facta à Summo Pontif. quem repræſentat Delegatus. c. ſanè. de off. deleg. In contrarium eſt veritas, ſiquidem in cauſa matrimoniali lici-
2 tum eſt victori venire contra propriam confeſſionem, etiam iuratam, licet ſententia eſſet promulgata, ex quo agitur de periculo animæ. Ang. conſ. 208. ego Ang. Et ſententia lata in cauſa matrimoniali non tranſit in rem iudicatam. c. lator. de ſent. & re iud. Et quan-
3 do matrimonium eſt male ſeparatum, quilibet de populo auditur ad illud reſtaurãdum. Hoſt. & Abb. in d. cap. lator. Felin. in cap. 2. de maiorit. & obien. nu. 13. Et maxime quando ſeparatum fuit ex depoſitionibus falſorum teſtium, ſeu corruptorum. nam iſto caſu etiam ſi ſeparati tranſiuiſſent ad ſecunda vota, iſta ſecunda debent ſeparari, & reſtaurari matrimonia priora. gl. pen. in cap. ſicut. de teſt. vbi Abb. & Felin. Nec obſtat aſſertio Iudicis delegati in ſua ſententia aſſerentis, narrata, & ſupplicata eſſe vera. nam ſuæ aſſertioni non eſt ſtandum. cap. cum à nobis. de teſtibus. Abb. & alij in c. quondam contra. de probat. Nec dici poteſt, quod præſumendum ſit pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam. l. res iudicata. ff. de reb. dub. nam in cauſa matrimoniali id non procedit. nec debet eſſe in conſideratione timor ſcandali, quia potius debet

debet tolerari ſcandalum, quam veritas re-
linqui. c. cum ſcandalizauerit. de reg. iur. &
ita pluribus tenet latiſſimè comprobat Pariſ.
conſ. 51. vol. 4. Sed an poſſit Ordinarius, apud
quem eſt facta noua querela, cognoſcere de
nullit. Dicen. quod poteſt incidẽter agnoſce-
4 re de nullit. ſententiæ. & non latę à ſuperiore.
pulchre Crot. conſ. 204. lib. 2. poſt Bal. in c. ſi
aduerſus. C. ſi aduerſ. rem iud. Peruſ. in c. di-
lecto. in 28. quem & in 2. limitatur. de appell.
faciunt not. per Abb. in c. cum veniſſet, de iud.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium præſumptum, non ſufficit ad ſepa-
rationem matrimonij quo ad thorum.*
2 *Iuuenis ſi reperiatur ſolus in cubiculo cum
muliere, an probetur adulterium.*
3 *In pœnalibus non fit extenſio ad præambula,
& præparatoria.*

QVAESTIO 698.

De ſeparatione thori, an poſſit fieri ob adulterium præſumptum.

1 QVæritur, an poſſit peti ſeparatio thori,
& mulier dote priuari, iuxta c. plerun-
que. de donat. int. vir. & vx. ſi adul-
terium non fuit probatum vere, nec præſum-
ptione violenta illa, quod nudus cum nuda
repertus fuerit, iuxta c. litteris. de probat. ſed
probetur alijs coniecturis, & præſumptioni-
bus, ita quod iſta probatio præſumptiua ſuffi-
ciat ad priuationem dotis, nempe ſi fuerit vi-
ſus iuuenis ſolus cum ſola, ſi adſit mala fama
mulieris, & ſimiles præſumptiones, ſed reali-
ter adulterium non probetur. Et dicẽdum eſt,
quod ad amiſſionem dotis, non ſufficit adul-
terium præſumptiue probari. ita tenẽt paſſim
DD. quos recẽſet Rimin. iun. conſ. 260. n. 45.
& conſ. 261. n. 69. vol. 3. Burſat. conſ. 435. vol.
4. vbi teſtatur de cõmuni, & latiſſime id pro-
bat. quinimo voluit Bald. conſ. 445. lib. 2. non
2 probari adulterium ex eo quia fuerit inuẽtus
iuuenis in camera cũ caligis diſſolutis, & mu-
lier oſtium cameræ clauſum teneret, negando
ibi ipſum iuuenem adeſſe. quod conſ. Bald. re-
fert, & ſequitur Crauet. conſ. 205. n. 22. lib. 2.
quia poſſet ibi iuuenis eſſe, ignorãte muliere.
ſequitur Burſat. loco cit. vbi diſcurrit per mul-
tas præſumptiones, quæ facile occurrunt in
praxi. De fama clarum eſt, quod in his quæſt.
magni præiudicij non probat. Bar. in l. de mi-
nore. §. tormẽta. ff. de quæſt. De oſculo, ſi eſt in
in loco publico non apto ad coeundum, nec
præſumi facit adulterium. c. abſit. 11. q. 1. ad
not. per Ang. in l. ſed ſi qui. C. de adult. & di-
cit Grat. conſ. 50. n. 33. vol. 2. quod diſpoſitio
c. litteris. de præſumpt. de nudo cum nuda, &
ſolo cum ſola, procedere attenta hora, & loci
commoditate. ſubdens, Abb. id affirmare in d.
c. litteris. Et pro hac opinione, quod nõ ſuffi-
ciant pręſumptiones, eſt tex. in §. ſi de adulte-
rio. ibi. accuſatio. vera eſſe oſtendetur. in auth.
vt liceat matri, & auiæ. per quem tex. cõſuluit
Bal. d. conſ. 445. & Anchar. conſ. 408. quod
pœna impoſita vero & reali adultero per d. c.
plerumque. non debet extendi ad adulterium
præſumptum, ſeu ad præambula, & præpara-
toria tãtum, & ideo non poteſt à viro peti ſe-
paratio thori, & applicatio dotis ſibi. Socin.
Iun. conſ. 32. vol. 1. Rolan. conſ. 5. vbi id ex-
tendit ad alimenta ad quæ tenetur maritus,
ſi ſua culpa diſceſſerit vxor. late id cõprobat
Rim. Iun. cõſ. 374. n. 74. & 75. vol. 3. Quinimo
voluit Gigas in apoſtil. ad Abb. in d. c. plerũ-
que. dum loquitur de vero adulterio, nõ com-
prehendere præſumptum propter oſculũ, vel
aliud præambulum, & præparatorium. quia ſi
Summus Pont. voluiſſet eamdem pœnam im-
ponere præparatorijs, id expreſſiſſet. c. ad au-
3 dientiam. de decim. & in pœnalibus à propria
ſignificatione verborum non eſt recedẽdum,
& hanc eſſe communem opin. tradit Bero. in
rubr. de iudic. n. 22. Clar. in §. adulteriũ. verſ.
ſuas autem. Burſ. loc. cit. dicit eſſe magis com-
munem. Non obſtat dictum Bal. in c. tua. de
procur. de vaſſallo, quia priuatur feudo pro-
pter inhoneſtas iniurias Domino illatas. c. 1.
§. 1. quib. mod. feud. amitt. nam reſpondet Al-
ciat. in l. 2. ſub nu. 2. ff. ſol. matr. quod eſt dif-
ferentia inter vaſſallum, & vxorem. & poteſt
ratio aſſignari. nã in vaſſallo tractatur de eum
priuando lucro cõſequuto à domino, propter
iniurias inhoneſtas, ſecus in dote, quæ eſt pa-
trimonium mulieris. l. Pomponius. ff. familiæ
erciſc. & eã marito tradidit pro oneribus ma-
trimonij, & ex diuerſis non poteſt fieri illatio.
Hæc itaque notanda ſunt, quę in praxi occur-
runt. eſt verum, quod Burſ. in caſu per eũ rela-
to tandẽ ſententiauit contra mulierem, poſt-
quam ex teſtibus & confeſſione partis conſta-
bat manifeſtè de amplexibus, blãditijs, oſcu-
lis cum diuerſis, & ſignanter de cohabitatio-
ne de præſenti tempore litis cum nobili viro,
qui eam publicè pro concubina in domo re-
tinebat, qui ſæpiſsime coram iudice compa-
rebat ad illius defenſionem, & quod ſæpe
cum eo inceſſit. ſed fuit motus principaliter

ex eo quod ipſa publice cum concubinario viuebat. An autem ex præſumptione tantum poſſit fieri ſeparatio thori, abſque priuatione dotis, vide in quæſtione ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Separatio matrimonij, quo ad thorum, an fiat ex pernoctatione vxoris extra domum viri.*

2 *Separatio thori, an fiat ex ſuſpicione.*

QVÆSTIO 699.

De ſeparatione matrimonij, an poſſit fieri ob ſolam pernoctationem vxoris contra voluntatem viri.

1 QVæſtio eſt pulchra, an ex ſola pernoctatione vxoris extra domum viri contra eius voluntatem, poſſit peti ſeparatio thori non probata aliter fornicatione. breuiter dicendum, quod ſic nam ſuſpicio
2 adulterij ſufficit ad ſeparationem. l. conſenſu. C. de repud. gl. in c. non oportet. diſt. 81. & in l. fin. verſ. commune lauacrũ. C. de repud. Burſ. cõſ. 228. n. 12. vol. 2. qui alios allegat. Sed prędicta mihi videntur intelligẽda, quando ignoratur quò vxor iuerit, vel ſi ad locum ſuſpectum acceſſerit, vt ad balneũ. iux. gl. in d. c. non oportet. poterit enim eſſe quòd ex rixa habita cum viro ſe contulerit ad domum parentum, vel fratrum, aut aliorum conſanguineorum non ſuſpectorum. iudex ergo arbitrabitur. e contra, etiam ſi vir acceſſerit ad balneum mulierum, vel cum mulieribus iuerit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi non certificata de morte viri contraxit cum alio, an ſtatim ſeparabitur ſecundum matrimonium.*

2 *c. dominus. de ſecund. nupt. quomodo procedat.*

QVAESTIO 700.

De muliere, quę non certificata de morte viri contraxit matrimonium cum ſecundo, an ſtatim ſit ſeparanda, vel fiſco incumbat onus probandi mortem viri antequam fiat ſéparatio.

1 MVlier non certificata de morte viri cõtraxit matrimonium cum ſecundo, an ſit ſeparanda à ſecundo viro, vel incumbat fiſco onus probandi mortem primi viri? & videtur, quod non ſit ſeparandum ſecundum ma-
2 trimonium. per tex. in c. dominus. de ſecundis nuptijs. vbi habetur mulierem eſſe puniẽdam, ſed non eſſe ſeparandum matrimonium. ipſa vero non poſſet exigere debitũ, ſed teneri reddere. Reſolutio eſt iſta, quod ille tex. non procedit, quando notoriũ eſt in loco viri illũ eſſe viuum. Anch. conſ. 401. latiſſime probat Burſ. conſ. 367. lib. 4. alias ſemper contrahentes aſſererent ſe dubitaſſe de morte cõiugis, & euitarent pęnas à Canone inflictas, ſed procedit quando adeſt aliqua veriſimilitudo. poteſt enim & mors coniugis per veriſimilitudines probari, quæ pro certitudine habeantur iuxta veriorẽ opinionẽ de qua teſtatur Pet. Barboſ. conſ. 25. inter matrimonialiã. n. 2. Lud. deciſ. Peruſ. 30. q. 2. 1. p. Incumbet itaque probatio mortis viri vxori in caſu q. propoſitę, non fiſco & annullabitur matrimonium cum non adſit aliquod dubium probabile, quo caſu procedit. cap. dominus.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio Summi Pontificis ſuper matrimonio inter conſanguineos contracto, liberat à pœna temporali.*

2 *Diſpenſatio Summi Pontificis ſuper radice matrimonij, omnia conualidat.*

QVAESTIO 701.

De diſpenſatione Summi Pontificis, an liberet a pœna temporali, conſanguineos qui contraxerunt.

1 AN diſpenſatio Summi Pontificis ſuper matrimonio inter conſanguineos contracto, liberet à pœna temporali ſi erant contracti propter inceſtum. in Luſitania fuit iudicatum, quod liberet à pęna. ita Gemma deciſ. 180. quicquid in contrarium videatur tenere Bald. in auth. ex complexa. C. de inceſt. nupt. Caſſ. conſ. 43. vol. 1. Anchar. 406. Abb. in c. tuæ. de procurat. Facit, quod quando Papa di-
2 ſpenſat in radice matrimonij, omnia conualidantur etiam pro præterito. iux. communem in c. per venerabilem. qui filij ſint legitimi.

SVMMARIVM.

1 *Parentes an admittantur in teſtes in cauſa matrimoniali, ſtante paritate conditionis ſi copula eſt ſequuta.*

2 *Parentes & conſanguinei, non admittuntur in teſtes in cauſa matrimoniali pro filijs, quando adeſt cauſa ſuſpicionis.*

QVAE-

QVAESTIO 702.

An parentes & conſanguinei admittantur in teſtes in cauſa matrimoniali, ſtante puritate conditionis, ſi copula eſt ſubſequuta.

1 AN parentes, & conſanguinei admittantur in teſtes in cauſa matrimoniali ſtante puritate conditionis, ſi copula eſt ſubſequuta. iuxta c. videtur. qui matrim. accuſare poſſunt. & cap. ſuper eo. il 2. de teſtib. Et videtur, quod ſi eſt ſubſequuta copula, admittantur. per text. in cap. videtur. 35. q. 6. vbi Gratian. loquitur quando copula eſt ſequuta. In contrarium facit, quando ſequuta copula agitur de illorum iniuria, & dedecore, & ideo idonei teſtes non ſunt cenſendi. Et banc eſſe omnium receptam ſententiam inquit Alciat. reg. 1. præſumpt. 2. n. 4. Soc. Sen. conſ. 17. vol..... Soc. iun. conſ. 86. num. 20. vol. 2. Alex. conſ. 24 num. 25. vol. 2. Pariſ. conſ. 55. num. 32. conſ. 58. num. 15. vol. 1. Gabr. de teſtib. concl. 6. num. 22. eſt enim diſpoſitio cap. videtur. qui matrim. accuſare poſſunt exorbitans, & ideo non procedit vbl in facto qualitas concurrit, quæ teſtem aliqua via ſuſpectum reddit. Felin. in d. cap. ſuper eo. Socin. iun. conſ. 13. num. 21. & conſ. 18. num. 4. vol. 1. Rim. conſ. 68. vol. 1. Burſat. conſ. 358. num. 49. vol. 4. vbi dicit ita fuiſſe deciſum in Rota coram Card. Palæot. deciſ. 444. Ad tex. Gratiani fuit dictum eſſe paleam, & non facere fidem.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an poſſit expelli à viro ob dotem non ſolutam.*

3 *Cap. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. quomodo intelligatur.*

QVAESTIO 703.

De vxore an poſſit expelli à marito ob dotem non ſolutam, ſine iudicio Eccleſiæ.

1 QVæritur, an maritus poſſit expellere vxorem ob dotem ſibi promiſſam non ſolutam, ſine iudicio Eccleſiæ. Sciendum, quod ſi dos fuit promiſſa, ſecundum DD. poteſt maritus expellere, ſecus ſi nulla dos fuit conſtituta. l. fin. vbi Bald. C. ad Velleianum. l. donaturus. §. 1. ff. de condit. ob cauſam. cap. per veſtras. & ibi Abb. nu. 4. de donat. inter vir. & vxor. Aret. in l. rei indicatæ. S. ſocerum. num. 7. ff. ſolut. matrim. Salic. in l. quod in vxore. C. negoc. geſtis. Paul. de Caſtr. in l. ſi cum dotem. S. ſin autem in ſæuiſſimo. num. 4. & in l. in inſulam. S. vſuras. num. 2. ff. ſolut. matrim. poſt gloſ. notab. in §. fin. in auth. de non eligendo ſecundo nuben. & alij, quos allegat & ſequitur Cardin. Mantic. de tac. & ambig. lib. 12. tit. 17. per totum. vbi dicit in caſu prædicto poſſe vxorem expelli à viro abſque iudicio Eccleſiæ: per tex. in d. cap. per veſtras. cuius verba ſunt (cum ſatis poſſet viro credi modicum dotis, cui creditum eſt corpus vxoris, faciat eidem dotem ſub ea, quam poteſt cautione præſtari, vel eam alicui mercatori videtur mitti, vt de parte honeſti lucri maritus poſſit onera matrimonij ſuſtentare, ne occaſione dotis detentæ vxor à viro dimiſſa, ſeu vir, qui dimiſit vxorem, adulterij reatum incurrant) ex quibus verbis inquit Mantic. apparet, quod maritus vxorem dimiſſam propter dotem non ſolutam, non cogitur recipere niſi dos ei ſoluatur, præſtita idonea cautione de ea reſtituenda, in caſu quo debeat reſtitui, vel apud idoneum mercatorem deponatur, vt ex parte honeſti lucri poſſit onera matrimonij ſuſtinere. hæc Mant. quod ſi tanta ſit viri ſæuitia, vt mulieri trepidanti non poſſit ſecuritas ſufficiens præſtari, non ſolum non debet ei reſtitui, ſed ab eo potius amoueri. cap. litteras. de reſtit. ſpoliat. Contrariam opinionem 2
tenet Couarr. in epitome. lib. 4. decret. p. 2. cap. 7. in princ. §. 2. quod ſine auctoritate Eccleſiæ propter periculum adulterij, ſeparari non debet. ex cap. porro. de diuortio. & quia iure naturali & diuino debet cum vxore cohabitare, propter dotem non ſolutam non poteſt ab hac obligatione liberari, ſed iudex curare debet vt dos promiſſa omnino ſoluatur. Neque dicit obſtare tex. in l. fin. C. ad Velleianum. inquit enim ex eo non probari virum non ſoluta ſibi dote; vxorem poſſe à thoro coniugali expellere. nam perfunctoriè enunciatur vxorem ob dotem non ſolutam à viro forſitan expelli; quod ſi contingat debet intelligi de facto, non de iure fieri poſſe. & reſponſio eſt facilis, quod ius ciuile non poteſt tollere ius diuinum. cap. cum inferior. de maioritate & obedient. inſtit. de iur. natural. & ciuil. S. fin. & nos lege Dei, non autem lege huius ſeculi viuere debemus. c. filius. de

teſtam. Neque obſtat gloſ. in auth. de non eligendo, quia ſolum dicit iniquum videri, quod vxor alatur à viro non ſoluta dote, ſed non ex hoc inquit Couar. ſequitur, vxorem poſſe expelli. Neque obſtat. cap. per veſtras. quia ſecundum Couar. non indiget reſponſione. ſed Card. Manr. reſpondet præcipuè rationi adductæ per Couar. quod matrimoniū etiam quo ad ſeparationem thori, ſine iudicio eccleſiæ diuidi non poſſit. d. capit. porro. quia hoc eſt intelligendum de perpetua ſeparatione thori. vt ille tex. loquitur. & ita Decian. intelligit conſil. 33. num. 2. lib. 4. non autem de ſeparatione temporali, vt in caſu propoſito, quo vxor non ſoluta dote illico ad thorum debet reſtitui. ſicut in ſimili, quando mulier diſceſſit propter ſæuitiam viri, fuit dictū. nam non debet reſtitui ſi non poteſt cautione prouideri, etiam quod abſque iudicio eccleſiæ diſceſſerit. Neque obſtat, quod ius diuinum non poſſit tolli à iure humano, quia nihilominus poteſt declarari, & diſtingui, vt colligitur ex d. cap. litteras. & cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. Fel. late in cap. quæ in eccleſiarum. col. 2. & 3. de conſtitut. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 9. Quid dicendum? Mihi verior videtur opinio, quod requiratur eccleſiæ iudicium. ex d. cap. porro. vbi etiam in caſu notorio requiritur. ratio eſt ſecundum Abb. ibi num. 2. quia nulla dicuntur notoria, quæ non ſunt. cap. conſuluit. de appell. & non debet tamen Sacramentum reſcindi ex ſola coniugum opinione. Præterea periculū adulterij procedit tam in perpetua, quam in corporali ſeparatione, vt clarum eſt. Et non videtur bona reſponſio ad cap. porro. quod procedit ſolum in perpetua ſeparatione non in temporali, cum ſit eadem ratio. eſt hæc opinio tritior ad euitandas multas ſeparationes, quæ ſub ficto colore dotis non ſolutæ, quotidie fieri poſſent. Non obſtat tex. in cap. per veſtras. nam ſi conſideretur loquitur in caſu grauiſſimæ paupertatis viri, qui nec cautionem poterat niſi iuratoriam præſtare, & conſequenter non habebat vnde ſe, & vxorem aleret, & ſic loquitur in caſu irreparabili extremæ neceſſitatis, vt in ſimili de ſæuitia viri. iux. d. cap. litteras. & hoc caſu poteſt forte procedere opinio Card. Manr. quod non affirmo.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an dicatur inuenire ſibi parem ſi eſt nobilis, & inuenit ignobilem diuitem.*

2 *Nobilitas conſideratur ex genere, & moribus non ex diuitijs.*

3 *Comitiſſa magna nubens Doctori non dicitur nubere viro indigno.*

QVÆSTIO 704.

Mulier nobilis cui conceſſa eſt diſpenſatio vt nubat conſanguineo, cum ſibi parem inuenire non poſſit in loco, ſi inueniat ignobilem diuitem, an poſſit vti diſpenſatione.

1 Conceditur diſpenſatio mulieri nobili, vt nubat conſanguineo ob dotis incōparantiam cum qua ſibi parem inuenire non poſſet, ſi in loco adſunt ignobiles diuites qui illam ducerent, an poſſit vti diſpenſatione, quaſi parē non inuenerit. breuiter dicendum,
2 quod poteſt, quia paritas debet conſiderari ex genere, & moribus, non ex diuitijs. tex. eſt ſing. in l. iudice. C. de nupt. vbi lex inter pares magis defert generi, & moribus, quam diuitijs. & ibi notat Bal. inferens ad alia. Fallit ſi eſt doctor & diues, ex notabili doctrina Salic. in l. prouidendum. C. de poſtulando. vbi dicit,
3 quod Comitiſſa magna nubens doctori non dicitur nubere viro indigno. quem refert Campeg. de dote in 1. par. q. 3. Io. Lup. in c. per veſtras. §. 8. num. 12. recompenſatur enim qualitas virtutis cum diuitijs, & nobilitate Comitiſſæ, ſed videtur etiam attendenda conſuetudo locorum.

SVMMARIVM.

1 *Monitiones ad excommunicandum, an debeant eſſe iudiciales.*

QVAESTIO 705.

De monitionibus ad finem excommunicandi, an debeant eſſe iudiciales.

1 Epiſcopus monuit pluries aliquē extraiudicialiter ſub pœna excommunicationis, ne tale quid agat, poſtea illum inobedientem excommunicat, an talis excommunicatio ſit iniuſta, ex eo quod monitiones non fuerint factæ in iudicio, & in ſcriptis. breuiter dicendum validam eſſe excommunicationem, dummodo probentur monitiones ſaltem per teſtes

teſtes. doctrina eſt aurea Innoc.in c.ex parte. il primo. de verb. ſignif. per cap. certum. 11. quæſt.3. quam extollit Abb. in cap. qua fronte. de appell. & mihi videtur bene probari in cap. ſacro. de ſenten. excomm. vbi requiritur, quod monitio fiat coram teſtibus vt poſſit probari. ibi, perſonis præſentibus idoneis, & notant DD. in d.cap.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata ſine vlla monitione, an ſit nulla, vel iniuſta.*

2 *Ignorantia iuris quando non eſt probabilis non excuſat ab excommunicatione.*

QVAESTIO 706.

De excommunicatione lata ſine vlla monitione, an ſit iuſta, vel nulla.

1 AN excommunicatio lata ſine vlla monitione, ſit nulla vel iniuſta. & de excommunicatione lata ſine trina monitione, vel vnica, non eſt dubium quod ſit iniuſta, ita quod taliter excommunicatus debet recurrere ad ſuperiorem, qui abſoluat. gloſ. notab. communiter recepta in cap. Romana in verbo iniuſtas. de ſent. excomm. in 6. & in c. ſacro. extra eodem. probatur in cap. medicinalis. cap. conſtitutionem. de ſent. excommun. in 6. Abb. in cap. qua fronte. de appellat. & dicit Couar. in cap. alma mater. 1. par. §.9. num.7. de ſent. excomm. & multos etiam Theologos, & Canoniſtas recenſet Gutierez. lib.2. canon. q. cap.16. Sed difficultas eſt, quando nulla præceſſit monitio. Sot. in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 2. dicit excommunicationem eſſe iniuſtam, quando deficit trina monitio, vel vnica, ſed quando nulla præceſſit dicit eſſe nullam ex Euangelio, quod mandat eccleſiæ vt excommunicet qui eam non audierit, ſed nullus dicitur non auditor, qui non fuit præmonitus. Eandem opinionem tenet Gutierez. vbi ſupra num. 18. poſt victoriam, quæ allegat in ſumma tit. de excommun. verſ. non dubito. Card. de Aracæli in comp. Theolog. inſtitut. de Sacramento ordinis fol.120. allegat etiam Bart. Aledeſ. in 4. ſententiarum tit. de Sacramento pœnitentiæ. Ant. Gabr. lib.2. de citatione conſ. 1. num. 153. pro qua Gutier. inquit facere, quod excommunicatio non fertur niſi ob contumaciam pro peccato mortali. cap. nullus. cap. nemo. 11. quæſt. 1. & non dicitur contumax, qui non citatur, nec monetur. adducit etiam deciſ. Caſſad. 12. de reſcrip. quod monitio debet eſſe perſonalis. Quid dicendum? teneo opin. quod ſi peccatum eſt aliàs à lege prohibitum, & perſeuerantia, ſi feratur excommunicatio ſine vlla monitione non ſit nulla, ſed iniuſta. non credo fatuos fuiſſe DD. gloſſantes, & tot Canoniſtas, qui nulla facta diſtinctione, an præceſſerit ſaltem vnica monitio, concluſerant excommunicationem latam iuris ordine prætermiſſo contra formam cap. ſacro. & cap.1. de ſent. excomm. in 6. & ſine ſcriptura, & trina monitione, eſſe iniuſtam, non nullam. Pro qua opinione facit quod D. Ambroſ. Theodoſ. Imperatorem non monitum excommunicauit. c. bene quidem. 96. diſtinct. nec me monet, quod non poſſit dici contumax, nec poſſit dicit non auditori, quia non fuit monitus. ſatis enim dicitur monitus qui facit factum damnatum à ſacris Canonibus, qui Canones ſemper monent. l. Arianus. C. de hæreticis. & Canones contra omnia peccata minantur excommunicationem. vt habetur in cap. nouit de iudicijs. vbi omnes DD. Facit quod in d.cap. Romana. Gl. & DD. dicunt, quod in excommunicatione lata per ſtatutum non requiritur monitio.

2 Item eſt clarum, quod ignorantia iuris, quando non eſt probabilis non excuſat ab excommunicatione. cap.2. vbi DD. de conſtit. in 6. Hæc tamen adduxi ad probandum non eſſe verum quod deſit monitio, non autem quod excommunicatio nõ ſit iniuſta. Facit pro hac opinione quod in facto damnato notorio non ſit ſeruanda forma d. cap. ſacro. de ſentent. excomm. tenet ibi Felin. alios allegans. hanc etiam ſententiam tenet Gaetan. in 2.2. quæſt. 69. art.2. ad ſecundum. de quo miratur Sot. & ſic concludo, quod in facto alias damnato à ſacris Canonibus, ſeu peccatis mortalibus excommunicatio lata ſine vlla monitione ſit iniuſta, ſed non nulla. non obſtat dec. Caſſad. de citatione perſonali, quia loquuntur in citatione ad dicendum, quare non debet excommunicari.

SVMMARIVM.

1 *Monialis an incurrat excommunicationes latas à iure.*

2 *Cartuſini, an incurrant in cenſuras latas à iure.*

QVAE-

QVÆSTIO 707.

De monialibus, an incurrant in excommunicationes latas à iure.

1 AN moniales incurrāt in excommunicationes latas à iure, vt ſi committat ſimoniam, vel ſimilia. dicendum quod non, quia non poteſt exire de loco, & conſulere peritiores ex notabili doctrina Hoſt. in c. quoniam. de ſimonia. vbi dicit, quod religioſus non excuſatur ab ignorantia iuris, niſi ſint monachi, qui nunquam exeunt. ſequitur Felin.
2 conſ. 38. qui loquitur in Cartuſienſi, vbi dicit de hoc ſtandum eſſe dicto ſuo in conſcientia, & etiam extra ſi per coniecturas excuſatur, ſecundum Card. in Clem. 1. in princ. quæſt. 39. de priuil. Remittitur igitur arbitrio Epiſcopi, an cenſura ſit omnibus nota, vel ne ſi etiam Abbatiſſa, quæ poteſt conſulere Aduocatos monaſterij, vel aliæ ſint coniecturæ. ſed vide Felin. in d. cap. quoniam. de ſimonia.

SVMMARIVM.

1 *Citatio perſonalis requiritur ad excommunicandum, fallit in aliquibus caſibus.*
2 *Citatio perſonalis non requiritur in ſententia declaratoria excommunicationis.*
3 *Solemnitas quæ requiritur in actu conficiendo, non adhibetur in eius declaratione.*

QVÆSTIO 708.

De citatione perſonali, quod non requiratur in ſententia declaratoria excommunicationis.

1 DOctrina eſt Innoc. communiter recepta in cap. fin. de eo qui mittitur in poſſeſſionem, quod ad excommunicandū aliquem requiritur citatio perſonalis. quam limitat in aliquibus caſibus Felin. in cap. cum ſit Romana. de appell. vt ſi excommunicandus dolo latitet, vel ſubterfugiat citationem perſonalem, vel abſentia ſit malitioſa, vel citatio facta ad domum peruenit ad notitiam excommunicandi, vel quando quis fuit malè abſolutus ab excommunicatione, & tractatur de eo reducendo in eam. vt late per Felin. quem ſequitur Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 9. de ſentent. excomm. in 6. Sed ego do tibi aliam notabilem limitationem, vt non requiratur citatio perſonalis, quando non ſumus
2 in excommunicatione, ſed in ſententia declaratoria excommunicationis. ita ſingulariter Rom. conſ. 482. & ibi Mandoſ. quia declaratio excommunicationis non inducit nouum titulum. capit. paſtoralis. §. verùm. de appell. & regula eſt, quod declaratio nihil noui tribuit. l. hæredes palam. ff. de teſtam. ſequitur Dec. in d. cap. §. verum notabili. Tertio facit, quod generaliter in ſimplici declaratione
3 non requiritur ſolemnitas quæ adhibetur quando actus de nouo conficitur, vt pluribus exemplis probat Bal. in d. cap. hæredes palam. & alij relati per Dec. loc. cit. idem Soc. inter conſ. Curt. Sen. 20. ſæpe numero poſt nu. 16. quod non requiratur citatio perſonalis in declaratoria excommunicationis. idem Dec. in auth. caſſa, & irrita. C. de ſacroſan. eccl.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, qui ſatisfecit, an teneatur præſtare idoneam cautionem de parendo mandatis Eccleſiæ, vel ſufficiat iuratoria.*

QVÆSTIO 709.

De excommunicato qui ſatisfecit, an teneatur præſtare cautionem idoneam de parendo in futurum mandatis Eccleſiæ, vel ſufficiat iuratoria.

1 AN excommunicatus, qui iam ſatisfecit parti, & paruit eccleſiæ, teneatur præſtare idoneam cautionem de parendo in futurum mandatis eccleſiæ, vel ſatis ſit iurare. dicendum, quod regulariter ſufficit iuratoria cautio. cap. cum deſideres. vbi gl. in verb. ad cautelam. & in verb. niſi formam, & ibi Abb. de ſent. excomm. cap. ex tenore. cap. de cætero eodem Dec. in cap. quæſtione. de appell. Nihilominus requiritur aliqua cautio idonea. Primo ſi ſatisfactio excommunicati habet tractum ſucceſſiuum, & longum, & futurum tempus reſpicit. puta eccleſia, vel capellam ædificare, ire ad terram ſanctam, vel ſimilia, tunc requiritur cautio idonea de adimplendo. Abb. in d. cap. quæſtione. num. 9. per illum tex. de appell. & in c. fin. de ſepult. per tex. in cap. ſignificauit. de off. ord. Secundo requiritur cautio idonea, quando adeſt ſuſpicio, ne quis iterum in crimen relabatur. Franch. in cap. qua fronte. num. 20. de appell. Abb. in d. cap. quæſtione. num. 11. Card. in Clem. 1. q. 17. de ſent. excommun. Tertio, quando res
de

Digitized by Google

de ſui natura requirit cautionem idoneam in futurum. l. harum. l. egi vbi DD. ff. ſi ſeruitus vindicetur. Bar. in l. ſi prius. ff. de oper, nou. nunc. quamuis aliqui teneant, nec in poſſeſſorio retinendę requiri idoneam cautionem, quos recenſet Menoch. de retinenda remed. 3. nu. 812. & 816. vel poteſt poni exemplum in genere in caſibus in quibus à lege requiritur idonea cautio in futurum, his ceſſantibus ſufficit iuratoria cautio. vt latè probat Burſat. conſ. 405. volum. 4. vbi defendit quemdam Abbatem, qui fuerat excommunicatus ab Epiſcopo ob pręrenſam exemptionem à iuriſdictione Epiſcopi, qui tandem paruit, & concludit non eſſe obligatum in futurum præſtare idoneam cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatis ob manifeſtam contumaciam, an ſit abſoluendus ſub iuratoria cautione, vel debeat præſtare idoneam.*

2 *Res periculoſi exempli euitari debet.*

QVAESTIO 710.

De excommunicato ob manifeſtam contumaciam, quod non ſit abſoluendus cum iuratoria cautione.

1 QVæritur an ſemper excommunicatus ob manifeſtam offenſam, vel contumaciam, teneatur prius ſatisfacere, vel præſtare idoneam cautionem. iux. cap. ex parte. de verb. ſignif. ſciendum quod Dec. in cap. qua fronte. de appellat. fuit in opinione ſingulari, conſtituens differentiam inter manifeſtam offenſam, & manifeſtam cōtumaciam. dicens, primo caſu ante abſolutionem requiri realem ſatisfactionem, & idoneā cautionem. Secundo caſu, quando contumacia eſt manifeſta, ſatis ſit iuramento promittere ſe mandata adimpleturum. Cōmunis opinio eſt cōtra Dec. vt etiam quando contumacia eſt manifeſta requiratur ſatisfactio. quā tenet Burr. in cap. 1. num. 15. de iudic. per cap. venerabilibus. de ſent. excomm. in 6. Milis in repert. in verb. excommunicatus pro manifeſta contumacia. late defendit Couar. in cap. alma mater. cap. 11. num. 15. & communem eſſe dicit Burſat. conſ. 405. num. 7. vol. 4. Fallit tamen regula in articulo mortis, & in oppreſſo læthali, & graui Infirmitate, quia etiam vbi offenſa eſt manifeſta ſufficit iuratoria. Abb. in cap. in litteris. per illum text. de raptoribus. vbi teſtatur de communi. & d. c. fin. de ſepult. Dec. in d. cap. qua fronte. num. 9. de appellat. Sufficit etiam iuratoria cautio in eo, qui nec actu ſatisfacere, nec pignora nec fideiuſſores dare poteſt. Couar. & Butr. loc. cit. alias eſſet
2 res periculoſi exempli, quæ euitanda eſt. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. ibi: res peſſimi exempli.

SVMMARIVM.

1 *Reuelans vigore monitorialium, ſed obſcure an incurrat excommunicationem.*

2 *Reſpondere ad interrogationem non dicitur, qui non reſpondet ad propoſitum.*

3 *Reuelans oretenus vigore monitorialium, non ſatisfacit.*

QVÆSTIO 711.

De reuelante vigore monitorialium obſcure, & confuſe, an incurrat excommunicationem.

1 FErtur monitorium contra retinentes bona aliena, vel ſcientes, aliquis reuelat in ſcriptis, quod fieri poteſt. iuxta Neuizzanum in ſylua nuptiali in verb. monitorie. vel oretenus. ita tamē obſcure, & confuſe, quod veritas percipi non poteſt, an ſatisfecerit monitorio. breuiter dicendum: quòd non, quia
2 qui non reſpondet ad interrogationem ad propoſitum, non dicitur reſpondiſſe. l. de ætate. §. quod autem. ff. de interrog. actionibus. ita ſingulariter Rimin. Iun. conſ. 357. num. 17. volum. 4. & quod ſupradictum eſſe reuelante oretenus, intellige quando ſcribitur reuelatio à Notario Curiæ, ſed confuſe fit, vt non ſatiſfaciat. quia ſi reuelans nollet reuelationem
3 ſcribi, etiam ſi explicite reuelaret non ſatisfaceret, quia is cuius intereſt non poteſt vti reuelatione. vt per Nauar. in conſ. de furtis. idē tenet Bertran, conſ. 163. vol. 6. vbi dicit non ſatisfacere monitorio contra eos qui furati ſunt animalia, illos qui reuelauerunt vidiſſe carnes vendi, ſed non deponunt de qualitate, numero, quantitate animalium, cum non poſſit impetrans experiri contra culpabiles, & conſequi ius ſuum, & iſta reuelatio generica non prodeſt. nam non reuelare, vel imperfecte & non ſufficienter reuelare, ad paria iudicantur. l. 1. §. quod ſi nemo. & ibi gl. ff. cuiuſque vniuerſitatis. l. quoties. §. qui ſatiſdare cogentur.

tur. quare concludit non obſtante reuelatione inſufficienter facta, eſſe procedendum ad fulminationem excommunicationis, nec poſſe illam impediri.

SVMMARIVM.

1 *Inſordeſcens in excommunicatione per annum an antequam incurrat pœnas inſordeſcentis debeat prius moneri vt reſipiſcat.*

2 *Eccleſia matris vbera ſunt plena dulcedine, & miſericordia.*

QVÆSTIO 712.

De inſordeſcente in excommunicatione per annum, an debeat prius moneri, antequam pœnas inſordeſcentis incurrat.

1 QVæritur an inſordeſcens per annum in excommunicatione, vt puniatur pœnis inſordeſcentis, debeat iterum moneri, an velit reſipiſcere. dicendum quod ſic, per tex. in cap. grauem de pœnis. vbi Papa mandat moneri comitem, qui per duos annos in excommunicatione perſtiterat, vt clare colligitur ex littera illius tex. iuncto caſu poſito per Abb. ſaltem debuerat procedere aliqua monitio poſt excommunicationem, & maiorem partem anni. idem expreſſe videtur probari in Conc. Trident. in c. 3. ſeſſ. 25. quod innouat c. grauem. dum dicit, excommunicatus quicunque ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit. vnde requirit monitiones poſt excommunicationem ad reſipiſcendum. iuxta d. c. grauem. & littera videtur clara, alias dixiſſet, ſi poſt legitimas monitiones excommunicatus reſipuerit. ſed cōcilium requirit monitiones ad reſipiſcēdum, & præſupponit excommunicationem fuiſſe legitimam. nec mirū. id enim operantur vbera
2 matris eccleſiæ dulcedine referta. extrauag. vnica, de ſent. excommun. quæ in Conc. Trid. cap. 1. ſeſſ. 15. de reformat. præcipit Epiſcopis, vt hortando, & monendo potius à vitijs deterreant, & antequam ad pœnas deueniāt, iuxta Apoſtoli dictum, arguant, obſecrent, increpent, & in omni bonitate, & patientia, & cum virga opus fuerit, cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lænitate ſeueritas adhibeatur. & in c. penult. 11. quæſt. 3. dicitur eccleſiam habere multitudinem miſericordiæ. circa hanc materiam inſordeſcentiæ, quomodo ſit procedendum. vide bonam deciſ. Rotæ Card. Seraph. 1185. & Dominus Steph. Gratian. multa vtilia notat in diſcept. forenſ. cap. 119. tom. 1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, an ſit ſtatim priuatus fructibus beneficij, ſi in ſententia non fuerit expreſſum.*

2 *Eleemoſyna, an poſſit fieri excommunicato.*

3 *Suſpenſo, quando debeantur alimenta.*

QVAESTIO 713.

De excommunicato, an ſit ſtatim priuatus fructibus beneficij ſi in ſententia non fuit expreſſum.

1 QVæritur vtiliter, an excommunicatus ſit priuatus perceptione fructuum beneficij, ſi in ſententia id non exprimatur. gloſ. in cap. paſtoralis. §. verum. de appellat. tenet quod debet exprimi in ſententia ſubtractio fructuum. Contraria opinio videtur verior duplici ratione. Prima, quia vt dicit ead. gloſ. qui extra eccleſiam eſt, nihil debet poſſidere nomine eccleſiæ. quæ ratio militat etiam ſi in ſententia nihil fuerit dictum. Secunda, quia in d. §. verum. fuit tamen appellatum à ſententia excommunicationis, vt dicitur, quod ex quo non ſuſpenditur excōmunicatio per appellationē, non dicit ſuſpendi actus omnino acceſſorios ad ipſam excōmunicationem, vt eſt diminutio, & ſubtractio redditaum. Si enim ſubtractio fructuum non ſequeretur neceſſario ex ſententia excommunicationis, ſed oporteret eam exprimere in ſententia, tunc per appellationem ſequentem ſuſpenderetur. quare tot eſſent ſententiæ, quot ſunt articuli. l. etiam. ff. de minor. & hanc opinionem tenent Ant. de Butr. & Abb. in d. §. verum. Nihil ergo percipiet excommu-
2 nicatus ex redditibus beneficij, niſi fame periret, tunc deberet ei ſubueniri, quia poterit ad eccleſiam redire. iuxta gloſ. in d. §. verum in fine. ſecus vbi tanta non eſſet neceſſitas, quia tunc, nec eleemoſyna ei fieri dicit, cum poſſit ſatisfaciendo impetrare abſolutionem. multi enim de cibo ſecuri iuſtitiam negligūt. cap. omnis. 5. quæſt. 5. ſuſpenſo autem dantur alimenta. iuxta ſupradictam gloſ. etiam com-
3 munem. quod eſt intelligendum, quando fuit lata ſuſpenſio in pœnā ne in opprobrium cleri

coga-

cogatus ſuſpenſus mendicare, ſecus ſi propter contumaciam, cum poſſit ſibi proſpicere ſatisfaciendo. Abb. pulchre loc.cit.

SVMMARIVM.

1 *Obligari an poſſit quis apud alienum Epiſcopum, vt poſſit ab eo excommunicari ſine conſenſu ſui Epiſcopi.*

2 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit ad correctionem iurium.*

QVAESTIO 714.

An quis poſſit ſe obligare apud alienum Epiſcopum, vt poſſit ab eo excommunicari, ſiue ſit Clericus ſiue laicus, ſine conſenſu ſui Epiſcopi.

1 Non eſt dubium, quod clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine conſenſu ſui Epiſcopi. cap. ſignificaſti. de foro competenti. & ſic non poterit ſe obligare vt poſſit excommunicari. ſed de laico eſt dubium. Innoc. in c. B. & G. de off. deleg. negat. quia non poteſt quis ligari, vel abſolui per alienum iudicem. c. omnis. de pœnitentijs. & remiſſionibus. idem Hoſt. & Abb. Ant. de Butr. ibi diſtinguit, quod aut ſpecifice vult ſe ſubmittere quo ad poteſtatē excommunicandi, & non poteſt, ſecus ſi acceſſorie. puta quia prorogauit iuriſdictionem quo ad certam cauſam, & tunc poterit iſte excommunicari. Abb. Panormit. in loc. cit. tenet contrarium. vt ſimpliciter poſſit ſe obligare ad excommunicationem. per textum apertum à contrario ſenſu in cap. P. & G. vbi in ſpecie ſe obligauit vt poſſit excommunicari, niſi debitum ſolucrit in termino, & ſic non veniebat poteſtas acceſſoriæ, & Papa declarat ſententiam nullam, quia iuriſdictio delegata non poteſt prorogari. ergo à contrario ſenſu, ſi fuiſſet prorogata ordinaria, valuiſſet cēſura. & cum Papa approbet hanc prorogationem, videtur ſatis reſponſum ad obiectum Innoc. Sed videtur obſtare, quod argumen-
2 tum à contrario ſenſu non procedit quando ſequeretur iurium correctio. l. 2. de condit. inſert. Abb. Felin. in c. nobis. il ſecondo. de ſent. excomm. Io. Andr. in cap. publicato declarat quetend. late in loco à contrario ſenſu, & corrigeretur, quod nemo poſſit à non ſuo iudice ligari d. cap. omnis. & tex. not. in cap. nullus. de parochijs. vbi neque clericus, neque laicus poteſt ab alieno Epiſcopo iudicari. & ibi dicit Abb. nota argumentum, quod laici non poſſunt in ſpiritualibus prorogare iuriſdictionem alieni iudicis. Tu cogita, quia paſſus eſt pulcher & ſolet occurrere.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias an poſſit de iure canonico diſponere de bonis, in quibus pater habet vſumfructum.*

2 *Iuramentum validat diſpoſitionem filijfamilias bonorum in quibus pater habet vſumfructum.*

QVÆSTIO 715.

An in foro Eccleſiæ admittatur, quod filiusfamilias poſſit diſponere de proprietate bonorum aduentitiorum, in quibus patri quæritur vſusfructus.

1 Quæritur an in foro eccleſiæ, in quo præcipuè ſeruatur ius canonicum, filiusfamilias poſſit donare, vel alio modo diſponere de proprietate bonorum aduentitiorum, in quibus patri quæritur vſusfructus. ſciendum quod de iure ciuili non poteſt. l. fin. §. filiusfamilias. C. de bonis quæ liberis, adeo quod non valet alienatio etiam quo ad proprietatem, & præiudicium ipſius filij. Bald. ibi. Alber. in l. & hæredi. §. filia. ff. de pactis. & ibi Paul. quia alias deciſio d. §. filiusfamilias nō erat neceſſaria reſpectu vſusfructus, quia iam erat prouiſum quod proprietarius poſſet alienare proprietatē, etiam inuito vſufructuario ſine eius præiudicio quo ad vſumfructum. l. locum. §. proprietatis. ff. de vſufructu. & dicit Bald. quod illa prohibitio, facta eſt ad refrenandum cupiditatem iuuenilem, ne ſuum diſpergāt patrimonium. Curt. Iun. conſ. 155. 2. col. Crauett. conſ. 39.
2 n. 10. Nihilominus de iure canonico iuramentum validat alienationem quo ad proprietatem. Imol. in cap. cum contingat. de iureiur. Com. in d. §. filiusfamilias. & in auth. Sacramenta puber. C. ſi aduerſus venditionem.

SVMMARIVM.

1 *In foro Eccleſiaſtico, probatio veriſimilis concludit.*

QVAE-

QVAESTIO 716.

De probatione veriſimili, an probet in foro Eccleſiæ.

1 IN foro eccleſiaſtico, in quo æquitas Canonica ſeruatur, in cap. potuit. de locato. cap. ſuam. de pœnis. in cap. 1. de dolo, & contumacia. cap. fin. 17. q. 4. ibi gl. cum ſimilibus vt latius diximus. ſequitur quod licet alias de iure probatio veriſimilis non concludat, tamen concludit, quando proceditur de æquitate, ſecundum Bald. in l. ſolam. in fin. C. de teſtibus. quem refert, & ſequitur Aret. conſil. 126. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non tenetur præſtare cautionem de ſtando iuri.*

2 *Clericus tenetur præſtare cautionem de ſatiſfactione expenſarum, quando eſt actor.*

QVAESTIO 717.

Clericus non tenetur præſtare cautionem de ſtando iuri.

1 QVæſtio eſt occurrens in praxi, an clericus teneatur præſtare cautionem de iudicio ſiſti. dicendum quod non regulariter. vt in auth. de ſanctiſs. Epiſcopis. §. ſi quis autem. gl. in l. cum clericus. C. de Epiſc. & Cler. id tamen limitatur, quando præſumptio eſt contra clericum. vt ſi ſit contumax, & infra annum velit recuperare poſſeſſionem, debet præſtare cautionem de iudicio ſiſti, vt probat text. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs vt lite non conteſtata, qui loquitur generaliter, & ideo clericos comprehendit. arg. cap. 1. de conſtit. probatur etiam in cap. 1. & 2. de eo qui mittitur in poſſeſſionem. Cum enim per eius cōtumaciam ſit deuētum ad miſſionem in poſſeſſionem, eſt certa præſumptio contra ipſum. ex reg. ſemel malus. de reg. iur. in 6. & ideo debet præſtare cautionem. Si vero clericus eſt actor, an
2 teneatur præſtare cautionem de proſequenda lite, & ſatisfactione expenſarum, in caſu quo ſuccubuerit. iuxta forma auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cler. gl. ibi tenet quod ſic. quia ius antiquum non reperitur immutatum quando eſt actor. ita ſingulariter Abb. in d. §. in alijs. quod notā quia occurrit in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio Canonica, an indicatur propter infamiam ortam ex dicto ſocij criminis.*

QVAESTIO 718.

Purgatio Canonica, an ſit indicenda propter infamiam ortam ex dicto ſocij criminis, vel debeat eſſe orta aliunde.

1 SOcius criminis nō facit indicium ad torturam ſine alijs adminiculis. cap. 1. vbi DD. de confeſſ. ſed an ſaltem ſufficiat ad indicendum purgationem canonicam. tex. in d. cap. 1. dicit quod ſi adeſt infamia indicetur purgatio cum trina manu ſui ordinis, ſed ſi infamia deeſſet, dicit ibi gl. non indicetur. Sed quæritur, an ſufficiat quod infamia ſit orta ab illo ſocio, vel debeat eſſe orta aliunde. Io. Andr. tenet quod debeat procedere aliunde quam ex dicto ſocij criminis, poſtea dicit, quod etiam ex eo orta ſufficit cum etiam infamia orta ex calumnioſo dicto ſufficiat ad purgationem. gloſ. in cap. qualiter & quando. il ſecondo. in verb. à maleuolis. de accuſat. Abb. in d. c. 1. inquit, quod ſi infamia orta à criminoſis eſt tanta, quæ generet ſcandalum in mentibus aliorum, tunc propter ſcandalum vitandum indicenda eſt purgatio. vt in cap. inter. de exceſſibus Prælatorum. vt tradit gloſ. in d. c. qualiter & quandò. aut non generat ſcandalum, tunc ſecus, nam de tali infamia non eſt curandum, quia vanę voces populi, ex quo non habuit ortum ex probabilibus coniecturis. allegat nor. per Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionibus. facit c. Oſius. de electio. & ſic intelligitur gl. in c. cum dilectus. de purgat. canonica. Facit cap. cum iuuentute. de præſumpt. Card. Zabar. in d. cap. 1. de confeſſis. dicit, quod ex dicto ſocij criminis indicitur purgatio, ſi infamia peruenit ad graues perſonas, ſecus ſi non peruenit ad graues. Hæc ſunt dicta ſatis notabilia in praxi, & procedunt quando ſumus in ſolo dicto ſocij criminis, & in delictis non exceptis. iuxta dict. capit. 1. de confeſſis. Arbitrio igitur iudicis remittetur an ſit ortum ſcandalum, vel ne & ſi apud perſonas graues.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Clericus degradatus actualiter, an poſſit ab Epiſcopo reſtitui.*
2. *Clericus degradatus actualiter ſine cauſa à ſolo Papa reſtituitur.*

QVAESTIO 719.

De Clerico degradato actualiter, an poſſit ab Epiſcopo reſtitui.

1 QVæſtio eſt notabilis. clericus fuit actualiter degradatus ab Epiſcopo, an poſſit ab eodem Epiſcopo reſtitui. gl. in cap. ideo. 2. quæſt. 6. in verb. ac reſtitutionibus. dicit, quod ſi fuit ſolemniter degradatus, ſolus Papa poteſt eum reſtituere, ſecus ſi ſit verbo ſolo depoſitus. gl. in cap. Epiſcopus. 15. quæſt. 3. tenet quod Epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum, quando allegatur depoſitio nulla, quia per falſos teſtes, vel alio modo. Abb. concordando opiniones in cap. ex tuæ. de cler. non reſid. notabiliter diſtinguit, quod aut depoſitio fuit verbalis, & poteſt Epiſcopus diſpenſare in caſibus in quibus à iure ſibi conceditur diſpenſatio. iuxta capit. ſi clerici. §. de adulterijs. de iudicijs. Si verò depoſitio fuit actualis, tunc aut allegatur cauſa legiti-
2 ma, vt puta per falſos teſtes facta, & poteſt Epiſcopus reſtituere, & ita proprie loquitur textus in d. cap. Epiſcopus. aut non allegatur cauſa talis, vel ſimilis, ſed petitur reſtitutio ex ſola gratia, tunc non poterit Epiſcopus diſpenſare, ſed pertinet ad Papam, quia degradatus actualiter, eſt exutus omni priuilegio clericali, & relictus iudicio iudicis ſecularis. vt in cap. degradatio. de pœnis. lib. 6. quæ ſunt noranda in praxi, & nihil videtur addendum.

SVMMARIVM.

1. *Sacerdos victus, non debet condemnari in expenſis.*
2. *Perſona valde religioſa & honeſta, non debet condemnari in expenſis.*
3. *Religioſi non præſumuntur iniuſtam litem promouere.*
4. *Sacerdotis officium eſt omnibus prodeſſe, & alijs nolle nocere, nec in opinione.*
5. *Sacerdoti quare prohibetur officium Aduocati, pulchra ratio.*
6. *Multa conceduntur ratione excellentiæ, & probitatis perſonæ.*

QVÆSTIO 720.

De Sacerdote victo non condemnando in expenſis.

1 QVæritur in praxi, an Sacerdos victus in iudicio, debeat cōdemnari ad expenſas. & videtur negatiuè reſpondendum propter qualitatē perſonæ, cum Sacerdotis officium ſit omnibus prodeſſe, & nemini velle nocere. c. fin. de poſtulando. & ideo præſumi debet quod non temere litigauerit, ſed ex aliqua probabili cauſa. Facit in ſpecie quia perſona valde religioſa, & honeſta, ex-
2 cuſatur ab expenſis. non enim eſt veriſimile quod iniuſte petiſſet. ita Hoſt. Io. Andr. Abb. in c. finem litibus. de dolo, & contumacia. per tex. in cap. 2. de nou. oper. nunc. vbi gl. dicit nota pro monachis, quod ſemper præſumuntur iuſtam litem promouere, cum ipſi ſua dimiſerint propter Deum. vnde non eſt præſu-
3 mendum quod appetant aliena. & dicit Io. de Imol. in c. cum re. de off. deleg. quod licet frater, vel conſanguineus, quando producitur in teſtem pro fratre vel conſanguineo, ſit ſuſpectus, tamē ſi talis frater ſit clericus, multum notæ, & ſpectatæ fidei, vel eſſet religioſus S. Mariæ Oliueti, nihil ſibi diminueretur de fide. quem ſequitur Iaſ. in auth. iubemus. C. de iudic. vbi ſingulatiter præ cæteris enumerat multa ſpecialia, quæ oriuntur ex præſumptione alicuius honeſtæ perſonæ. Et præ-
4 dicta multo magis videntur procedere in Sacerdote, cuius officium eſt alijs non nocere, nec in opinione, licet rem iuſtam aget. vt probatur in d. c. fin. de poſtulando. vbi prohibetur Sacerdoti officium Aduocati, quod in ſe non eſt malum. & Aduocatus propriè nō nocet, imò defendit ius publicum, & priuatum, & conſequitur multa priuilegia, ac dicitur miles. vt in l. Aduocati. C. de Aduocatis. diuerſorum iudic. ſed dicitur Aduocatus no-
5 cere in opinione, quia pars aduerſa arbitratur illum ſibi nocere. ſed quia Sacerdos non debet alteri nocere, neque in veritate, neque in opinione, ideò prohibetur illi tale officium, vt ſingulariter tradit Abb. in dicto capit. finali. de poſtulando. & Cardin. Zabarell. Et ibi etiam gloſſ. dicit, quod quamuis quilibet Chriſtianus teneatur ad hoc

hoc, vt velit nulli nocere tamen ſacerdos nulli tenetur, qui debet omnibus velle prodeſſe. & ex his patet quod ſacerdos non debet condemnari in expenſis, cum magna ſit præſumptio pro ipſo ratione officij, &
6 deberet gaudere omnibus enumeratis per Iaſ. in dicta authentica iubemus. quæ ſpecialiter conceduntur ratione excellentiæ, & qualitatis perſonæ, ad quem remitto lectorem.

XXV. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Clericus interficiens conſanguineam adulterantem, debet puniri ac ſi interfeciſſet extraneam.*

2 *Eccleſia reprobat leges ciuiles permittentes mulieres adulteras interfici.*

QVAESTIO 721.

De Clerico interficiente conſanguineam adulteram, qua pœna ſit puniendus.

1 CLERICVS interficit conſanguineam adulteram honoris gratia, vel homicidio conſilium præſtitit, qua pœna ſit puniendus? dicendum, quod debet puniri. ac ſi extraneam interfeciſſet. nam omnis licentia interficiendi adulteras de iure ciuili, eſt correcta de iure canonico. per text. in cap. inter hæc 33. quæſt. 2. vbi Nicolaus Papa inquit ſancta Dei Eccleſia mundanis nunquam conſtringitur legibus. gladium habet, qui non occidit, ſed viuificat. & etiam in
2 foro ſeculari non excuſabitur interficiens in terris eccleſiæ. Archid. in d. cap. inter hæc 33. quæſt. 2. Io. de Anan. in cap. interficit. de homicidio. Imol. in l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de leg. 1. Felin. in cap. ſi vero. de ſent. excommun. Et tales interfectores honoris cauſa dicuntur colere diabolum & leges eius, non enim ita præcipit lex Chriſti. vt tradit Nauarr. in conſ. de homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Plus petens, de iure canonico non condemnatur ad pœnam tripli, ſed ad expenſas.*

2 *Expenſæ poſt ſententiam, an poſſint principaliter de nouo peti.*

3 *Expenſæ debitæ à ſtatuto poſſunt peti principaliter poſt ſententiam.*

QVAESTIO 722.

De plus petente, in foro Eccleſiaſtico non condemnando ad pœnam tripli.

1 CLarum eſt, quod contra plus petentem habeat locum de iure ciuili pœna tripli. inſtit. de action. §. tripli. ſed an dicta pœna habeat locum de iure canonico. gl. in cap. vnico. de plus petitionibus in verb. amplius tenet quod ſic. Contrarium communiter tenetur per illum textum, qui non facit mentionem de pœna tripli, ſed tantum de condemnatione ad expenſas. Innoc. Abb. Card. & alij. Sed ſi opponatur. ſi pœna tripli eſt ſublata, ad quid prouidet dicta decretalis, cum per alia iura ſit prouiſum de condemnatione expenſarum reſpectu temere litigantium. cap. calumniam. de pœnis. cap. finem. de dolo, & contumacia. Reſpondet Abb. quod in dicta decret. condemnatio ad expenſas venit principaliter non acceſſoriæ, ita quod poſt ſententiam poſſunt expenſæ de nouo
2 peti conditione ex d. decret. ſed ſi acceſſoriæ ſecus l. terminato. C. de fruct. & litis expenſ. Facit quod notat Bart. in l. 3. §. ſi rem. ff. de leg. 3. vbi dicit, quod ſi ſtatuto cauetur, quod victus victori condemnetur in
3 expenſis, poterit etiam poſt ſententiam peti condemnatio expenſarum, quia poſſunt principaliter peti ex conditione ſtatuti, vt ſic ſtatutum aliquid conferat ad ius commune. quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Vendens ad menſuram deceptus, an poſſit agere poſt triginta annos.*

QVÆSTIO 723.

An in foro Eccleſiæ vendens ad menſuram, ſi fuit deceptus, poſſit portionem ſuperfluam repetere poſt triginta annos.

An

1 AN de iure canonico, vendens ad menſuram, ſi fuit deceptus, poſſit portionem ſuperfluam repetere poſt triginta annos. Abb. Imol. in cap. per tuas, de donat. tenent non poſſe poſt dictum tempus, obſtante longiſſimi temporis præſcriptione. idem Socin. Sen. conſilio vltimo. columna prima. libro 3. Dec. conſil. 347. ad finem. Natt. conſil. 569. viſo. numero 10. Pariſ. conſil. 64. num. 30. & conſil. 81. in fine. libro 1. Socin. conſil. 42. in fine. libro ſecundo. Contrarium, quod poſſit agi ſemper ob malam fidem, tenet Hoſtienſ. in dicto cap. per tuas. quando in venditione nihil fuit dictum de menſuratione, quæ ſequitur ſiue in reali ſiue in perſonali, iuxta communem. Alex. & Iaſ. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquiren. poſſeſſ. Doctores in cap. fin. de præſcript. Dicendum nihilominus, quod opinio Hoſtienſis eſt intelligenda in venditore qui veriſimiliter ſcire poteſt menſuram prædij ſui, quanta ſit, iuxta l. quiſquis. C. de reſcindend. vendit. & non tradendo integrum prædium abſque dubio eſt in mala fide, alias ſecus. ita tradit Berous conſil. 133. num. 42. lib. 2. allegat Ioan. Annam id tenentem conſil. 98. & in terminis dicit conſuluiſſe Natta conſil. 569. Notanda eſt tamen declaratio Abb. & Imol. ad dictum Hoſtienſ. nempe illud procedere quando deceptio interceſſit ex propoſito, non autem re ipſa. Pariſ. d. conſ. 64. num. 41. pulchre Dec. loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non conuentum, an debeatur de iure canonico.*

2 *Salarium de iure ciuili non debetur, niſi ſit conuentum.*

QVÆSTIO 724.

An in foro Eccleſiaſtico debeatur ſalarium non conuentum, procuratori vel famulo.

1 QVæritur, an de iure canonico debeatur ſalarium procuratori vel famulo, etiamſi non ſit promiſſum. ſciendum quod de iure ciuili non debetur, niſi ſit promiſſum, exceptis perſonis nominatis in l. aduocato, & alijs litterarum profeſſoribus. l. 1. §. aduocatus. & ibi Bart. hoc notat. ff. de varijs & extraor. cognit. & loquitur de procuratore, vt nullum ſalarium poſſit petere,
2 niſi ſibi fuerit conſtitutum. quem ſequuntur Bald. & Fulgoſ. in l. ſalarium. ff. mandati. Feder. loquens de famulo conſilio 318. Alex. conſilio 109. volum. 1. colum. 6. Rebuff. de priuileg. ſcholarium. priuileg. 176. Dec. conſil. 132. in fin. Natt. conſ. 376. Riminal. Sen. conſilio 349. & 358. numero decimonono. latiſſime Riminald. Iun. conſil. 478. libro 4. vbi poſt Bart. in dict. l. prima. §. aduocatus. declarat quando Dominus eſſet ſolitus alijs præſtare ſalarium, & ſeruiens eſſet ſolitus operas ſuas locare, vt late per eum. & defendit quemdam ſollicitatorem, qui laborauerat multum in litibus magnis cuiuſdam domini. Contrahentium enim conſuetudo debet attendi ad conſequendum ſalarium. Socinus conſil. 196. Rebuff. loco citato, maxime ſi id erat conſuetum in loco. nam ita videtur contractum, ſicut eſt conſuetum in loco. l. licet. l. excepto. C. locati. l. Domini prædiorum. C. de agricolis & cenſitis. libro vndecimo. l. quod ſi nolit. S. quia aſſidue vbi vero. ff. edilit. edicto. Nihilominus his prætermiſſis de iure canonico, & etiam diuino, nulli dubium ſalarium deberi, etiam ſi non ſit conuentum. eſt enim dignus mercenarius mercede ſua. cap. quicumque ſuffragio. 12. quæſt. 2. cap. cum ſecundum. de præbend. & Paul. ad Corinth. 2. dicit: *Mercedem ſuam quiſque recipiet ſecundum ſuum laborem.* ita tenet Soc. dicto conſilio 196. volumine ſecundo. vbi notat illa verba Pauli, ſuum laborem, quia non dicit laborem conuentum, ſed ſuum. ſequitur Riminald. d. conſ. 478. quod eſt valde notandum.

SVMMARIVM.

1 *Edere inſtrumenta contra ſe, an quilibet teneatur de æquitate canonica.*

2 *Edere ſcripturas contra ſe, quis tenetur in curia mercatorum.*

3 *Aequitas canonica non præfertur rigori ſcripto.*

4 *Edere tenetur arma contra ſe ratione peccati vitandi.*

QVAESTIO 725.

An de æquitate Canonica debeat fieri editio inſtrumentorum ad fundandam intentionem actoris.

1 Regula eſt, quod nemo tenetur edere arma contra ſe. cap. 1. de probat. vbi latè DD. præcipue Dec. qui ponunt nonnullas limitationes, ad quem te remitto. Non omitto, quod inueni nouam limitationem in deciſ. Rotæ Rom. 230. Card. Seraph. quam propter auctoritatem Sacræ Rotæ recenſendam eſſe putaui. inquit enim quod de æquitate canonica ſunt edendæ ſcripturæ ad fundandam intentionem actoris, non obſtante tranſactione. & licet nihil alleget, eius auctoritas eſt magna. pro qua videtur facere limitatio tradita ad dictam regulam, quod in curia mercatorum, in qua ſeruatur æquitas, fit talis editio, vt per Bart. in l. fideiuſſor. §. quædam. ff. mandati. & Bald. in l. ſi pro ea, C. de probation. Felin. in d. cap. 1. num. 13. ius autem canonicum maxima innititur æquitate, vt apparet in nonnullis iuribus. capit. ſuam. de pœnis. capit. potuit. de locato. cap. 1. de dolo & contumac. cap. fin. 17. quæſt. 4. & ibi gloſ. in verb. iure poli. cap. fraternitas. 12. quæſt. 2. cap. diſciplina. 45. diſtin. Sed videtur obſtare tex. in cap. fin. de tranſact. vbi æquitas canonica ſeruanda eſt, quando rigor non eſt ſcriptus. quare videtur melius facere quod principalis intentio iuris canonici, eſt dirigere in viam ſalutis æternæ. cap. canon. cap. regula. diſt. 34. & ſæpe ex retentione ſcripturarum, poſſet retinens permanere in peccato mortali. Quo caſu intrat alia limitatio ad dictam regulam, quam ponit Ant. de Butr. in d. cap. 1. de probat. vt ratione peccati, de quo quis argueretur ex retentione inſtrumenti poſſit compelli ad edendum. nam cum agatur de ſalute animæ, videtur materia fauorabilis, quo caſu debet fieri editio, iuxta communem in d. cap. 1. ſequitur Ant. Dec. ibi nu. 161. poſt Innocentium, Abbatem, & alios. Roman. conſil. 398. vbi dicit facere, quia in foro conſcientiæ non attenditur rigor iuris ciuilis, ſed veritas ipſa conſideratur, iuxta notata per Innocent. & alios in capit. quia plerique. de immunit. eccleſ. Ex quibus poteſt dici, quod in foro canonico poſſit ad inſtantiam intereſſe prætendentium, ſub pœna excommunicationis compelli retinentes ſcripturas ad ipſas edendum, ſi ex retentione permanent in peccato mortali. Faciunt ſecundum Antonium ea quæ habentur cap. nouit. de iudicijs. quod per denunciationem euangelicam poteſt quis compelli vt exeat à peccato mortali.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Epiſcopi conſtitutus ſine conceſſione caſuum reſeruatorum, an abſoluat à reſeruatis prout poterat Vicarius prædeceſſor.*

2 *Quæ ſunt facultatis, non inducunt conſuetudinem.*

QVAESTIO 726.

De Vicario conſtituto ab Epiſcopo abſque commiſſione in ſcriptis, an abſoluat à reſeruatis Epiſcopo, & diſpenſet prout Vicarius prædeceſſor, qui habebat commiſſionem in genere & in ſpecie circa caſus Epiſcopo reſeruatos.

1 Epiſcopus conſtituit Vicarium ſine commiſſione in ſcriptis, ſed verbo tantum dixit, conſtituo te Vicarium, ſine conceſſione aliquorum caſuum; an poſsit Vicarius ſe intromittere de reſeruatis Epiſcopo requirentibus ſpeciale mandatum, ſi Vicario prædeceſſori fuerint conceſſi. Et quod poſſit facit text. notabilis in c. tranſlationem. de officio legati. qui eſt valde ſingularis ſecundum Abbat. facit l. fin. C. de fideiuſſorib. vbi dicitur, quod ſi aliqua conſueuerunt exprimi inter contrahentes, ſi poſtea in aliquo contractu ſpecialiter non exprimantur, habentur pro expreſsis. In contrarium facit, quod quæ ſunt faculta-
2 tis, & gratuito conceduntur, non inducunt conſuetudinem, etiam per mille annos. exemplum de eo qui millies hoſpitatus fuit apud amicum ad prandium, non ex hoc eſt inducta conſuetudo. Abb. in d. cap. quod translationem. poſt Innoc. tenet ex iterata conceſsione facta legato, vt in d. cap. non tranſiuiſſe poteſtatem abſoluendi à violenta manuum iniectione in Clericos, ſed ex approbatione Romanæ Eccleſiæ, niſi forte fieret conceſſio per tantum tempus, de cuius initio non ſit memoria. Vnde ſequendo hanc opinionem, dicerem, quod Vicarius poteſt ex illa generali commiſſione cognoſcere de cauſis criminalibus, licet requirerent ſpeciale mandatum. capit. 2. de officio Vicarij. in 6. quia omnes Epiſcopi à tempore immemorabili id Vicarijs concedunt. & idem de ſimilib. De abſolutione vero pœnitentiali à caſibus reſeruatis Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo, vel diſpenſationibus, quę non ſemper conceduntur, puto contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus tantum, an appellet de iure canonico.*

2 *Hæres an appellet aduerſus confeſſionem defuncti.*

QVÆSTIO 727.

Confeſſus tantum, & non conuictus, an appellet de iure canonico.

1 AN confeſſus tantum, & non conuictus poſſit appellare, ita vt ſit deferendum appellationi, & videtur quod non. ex c. cum ſpeciali. §. porro. de appel. & c. Romana. §. niſi autem. eodem in 6. Ant. in d. §. porro. dicit, quod ſi eſt conuictus & confeſſus, non auditur, neque in criminali neque in ciuili. per not. in l. 2. & l. abſtinendum. C. quorum appellat. non recip. ſi vero eſt tantum confeſſus, tunc dicit quod de iure ciuili auditur appellans, ſed de iure canonico non tenetur iudex deferre. vt in dicto §. porro. niſi excuſet confeſſionem. Abb. tenet, quod ſi confeſſus fuit aliquis tantum, nec in appellatione exprimit aliquam cauſam offuſcatiuam confeſſionis ſuæ, neutro iure iudex debet deferre, quia iſta confeſſio non excuſata inducit notorium. quod ſatis placet. Hæres autem non poteſt appellare ſi ex confeſſione defuncti contra ipſum agatur. vt ibi notat. Abb. referens quæſt. Ioan. Andr. de illo qui veniens ad mortem, confeſſus fuit ſe habuiſſe mille per rapinam, & promiſit reſtituere his quibus debebatur. Ad mandatum Ordinarij comparuit quidam petens centum occaſione rapinæ per defunctũ factæ. Ordinarius receptis indicijs & argumentis, ac delato iuramento petitori, declarauit cẽtum ſibi deberi, & mandauit hæredi vt ſolueret. hæres vero appellauit, quia ſine libello, & litis conteſtatione, & plena probatione proceſſit. concludit non eſſe admittendam appellationem, quia non requirebatur ordo iuris, ex quo conſtabat de certa quantitate per confeſſionem defuncti. vnde ſolum exigitur declaratio creditoris, & quantitatis. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi vel Abbates, vocati ad degradationem presbyteri, an debeant audire cauſam, & dare votum, vel tantum aſſiſtere.*

QVAESTIO 728.

De degradatione Clericorum, an Epiſcopi vel Abbates, vocati aſſiſtentes debeant dare votum, vel tantum aſſiſtere.

1 SOlet fieri degradatio Sacerdotum in qua vocantur Epiſcopi vel Abbates, quæritur an iſti debeant vna cum Epiſcopo iudice cauſæ, iudicare & dare votum, vel ſatis ſit aſſiſtere tantum degradationi. Quidam dixerunt requiri tãtum aſſiſtentiam. Contraria opinio eſt communis, vt omnes ſint loco iudicis ordinarij, & debeant dare votum. ita Innoc. Hoſtien. Ioan. Andr. in cap. graue. de præb. Archid. in ſumm. 3. quæſt. 8. gl. in capit. non poteſt. de ſenten. & re iudic. per illum textum, ibi, concors Sacerdotum ſententia. ſed dicit ſufficere maiorem partem. tenet ibi Abb. idem vt Epiſcopus debeat audire cauſam cum omnibus, & habito ipſorum conſenſu, & præſentia, in definitione cauſæ ipſe poterit dictare depoſitionis ſententiam, nomine ſuæ perſonæ. per cap. ſi autem. 15. quæſt. 7. & cap. 2. de pœnis in 6. Et hæc opinio de iure eſt verior, verum Concil. Trident. cap. 4. ſeſſ. 13. de reformat. concedit Epiſcopo, vt poſſit per ſe ipſum ſine Epiſcopis à canonibus requiſitis, deponere & degradare, adhibitis tamẽ Abbatibus, vel alijs perſonis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graues, & iuris ſcientia commendabiles exiſtant. non tamen determinat, an iſti debeant vna cum Epiſcopo cauſam audire, vel decidere. ſed ſi conſideretur quod in eis requirit iuris ſcientiam, nec aliud in contrarium decidit, ſed tantum loco Epiſcoporum, qui non de facili poſſunt congregari, alios ſubſtituit, vt iuris correctio euitetur. l. præcipimus. Cod. de appellation. cum ſimilibus. non videtur recedendum à communi opinione fundata in iure communi. capit. non poteſt. de re iudic.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicans iniuſte, qualiter ſit puniendus.*
2 *Excommunicatio iniuſta, quare liget.*
3 *Excommunicans iniuſte, committit ſacrilegium.*
4 *Excommunicans iniuſte, tenetur actione iniuriarum.*
5 *Excommunicatio an poſſit ferri pro contumacia in re leui.*
6 *Excommunicatio quando poſſit ferri in cauſa ciuili.*
7 *Excommunicari poteſt non comparens in cauſa matrimoniali.*

Q V AE S T I O 729.

De pœna, ſine maturitate & male excommunicantis.

1 QVæritur, qua pœna ſit puniendus in-
iuſte, nulliter, vel ſine maturitate ex-
communicans. Sciendum, quod
quamuis eccleſia voluerit, ſententiam excõ-
municationis etiam iniuſtam eſſe timendam,
vt homo creſceret per obedientiæ meritum
parens iniuſtę ſentẽtiæ, vel ea ratione vt cla-
2 uis eccleſiæ in maiori reuerentia habeatur
dum timent fideles etiam iniuſtas ſententias.
vt tradit Archid. in cap. quid ergo. 11. q. 3.
nihilominus non debent iudices ſententiam
excommunicationis ſine maturitate proferre
alias vltra cõdemnationem ad damna, & ex-
penſas, & ſuſpenſionẽ, ſunt grauiter puniendi
vt pœna docente diſcãt, quam graue ſit ſen-
tentias excommunicationum ſine maturitate
proferre. vt dicit notabiliter tex. in c. 1. in fin.
de ſent. excomm. in 6. Facit c. ſacro extra eo-
dem. Quinimò excommunicans iniuſte, ſacri-
legium committit. cap. non in perpetuum. 24.
3 q. 3. quod crimen eſt depoſitione dignum.
c. Apoſtolus. 81. diſt. & rationem reddit Ar-
chid. in d. c. in perpetuum. quod committit
ſacrilegium, quia violat ſacrum, ideſt corpus
eccleſiæ à quo euellit membrum ſuum iniu-
ſte, & contra Deum. 11. q. 3. ſi Epiſcopus. &
cap. Epiſcopi. & c. temerarium. Item tenetur
4 actione iniuriarum. gl. in d. c. non in perpetuũ.
per d. c. temerarium. Bar. Veronen. conſ. 7. vbi
defendit quemdam Vicarium ab actione in-
iuriarum, eo quod abſque dolo declarauerat
excommunicatum in ſua diœceſi quemdam,
qui vere non fuerat alibi excommunicatus,
ſed aderat tantum fama de excommunica-
5 tione. Hic quæritur an poſſit ferri ſententia
excommunicationis pro contumacia in re le-
ui. gl. in c. duo ſunt. 96. diſt. dicit, quod pro
contumacia quæ ex parua re inſurgit, poteſt
quis excommunicari. In cõtrarium facit tex.
in cap. nullus. 11. q. 3. vbi pro leuibus culpis
excommunicatio fieri non debet. Abb. in c. 1.
de iudicijs. diſtinguit, quod aut contumacia
conſiſtit in non comparendo, & tunc omnis
contumacia eſt excommunicatione digna,
aut in non parendo, & tunc non debet infli-
gi. Quare excõmunicatio contra eos qui fur-
tum fecerint, non includit eos qui non pecca-
uerunt mortaliter. nec ferri debet pro ſatisfa-
ctione in re leui, ſed qui non comparet in iu-
dicio contemnit iudicẽ, & quanto magis fuit
vocatus pro re leui, & effectus contumax, tan-
to magis videtur contemnere, imò peccat du-
pliciter. Et quãuis Aret. impugnet hanc Ab-
batis opinionem, verior eſt Abb. opinio. quã
late defendit Dec. in d. c. 1. de iud. Item pro
contumacia in cauſa ciuili poteſt quis excõ-
6 municari ſi non comparet, per ſe vel per pro-
curatorem, quando non poteſt fieri miſſio ex
primo decreto. cap. tuæ. vt lite non conteſta-
7 ta. Item non comparens in cauſa matrimo-
niali poteſt excommunicari. cap. tranſmiſſæ.
qui fil. ſint legitimi.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa ciuilis clericorũ, poteſt committi laicis.*
2 *Laicus poteſt eſſe arbitrator in cauſa Eccleſiaſtica inter clericos, non arbiter, niſi adiuncto clerico.*

Q V AE S T I O 730.

De cauſa ciuili Clericorum, an poſſit committi laico.

1 QVæritur an Epiſcopus poſſit delegare cauſam ciuilem clericorum laico. gl. in c. decernimus. de iudicijs. affirmat, quãdo cauſa eſt mere ciuilis pecuniaria. quam ſequuntur Abb. Fel. Dec. & alij cõmuniter, quicquid dicat Andr. Sicul. cui optime reſpondet Dec. Intelligunt tamen Doctores communem opinionem, dummodo non

non adſint Clerici idonei, & non fiat com-
miſſio generalis ad omnes cauſas ciuiles, ſed
ad aliquam cauſam in ſpecie, nec committa-
tur cauſa ſpiritualis, aut criminalis. Et hæc
annotanda cenſui, quia laici ſolent eſſe ma-
gis periti in cauſis ciuilibus, vt cauſa alicuius
momenti committatur laico perito pro maio-
ri cultu iuſtitiæ. Poteſt tamen compromitti
2 cauſa ſpiritualis in laicum tanquam in arbi-
tratorem. Hoſt. Io. Andr. in cap. fin. de rerum
permut. Speculat. de arbitris. §. veſtra. & eſt
communis in d. cap. decernimus. ſed non tan-
quam in arbitrium, niſi adiungatur Clericus.
cap. contingit. & cap. per tuas. de arbitris. non
tamen poſſet committi cauſa ſpiritualis laico,
& Clerico, quia delegatio dat iuriſdictionem.
vt per DD. in locis citatis.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatus ad factum, an compellatur præ-
ciſè.*
2 *Promiſſa, ſunt opere complenda de iure ca-
nonico.*

QVAESTIO 731.

An de iure Canonico tenetur quis præ-ciſè ad factum.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, an de iure canoni-
co compellatur quis præciſè ad factum,
ſi poteſt adimplere, vel teneatur tantum ad
intereſſe, iuxta regulam, quod in obligationi-
bus facti nemo compellitur præciſè, ſed ſuc-
cedit obligatio ad intereſſe. l. ſtipulationes
non diuiduntur. ff. de verbor. oblig. Et videtur
non eſſe recedendum à dicta regula iuris ciui-
lis, cum non reperiatur expreſſe deciſum con-
trarium de iure canonico. cap. 1. & 2. de oper.
nou. nunciat. cap. cum expediat. de elect. in 6.
& ita tenet Ant. de Butr. in cap. veniens. de
iureiur. Contraria opinio, quod de iure cano-
nico compellatur quis præciſè ad factum, vi-
detur verior, per tex. in cap. qualiter. de pa-
ctis. vbi canon expreſſe mandat promiſſa
2 opere compleri. ergo debet compelli quis ad
promiſſionem ſeruandam ſi poteſt. Præterea
inter ſimplicem loquelam, & iuramentum
Deus non conſtituit differentiam. cap. iura-
menti. 22. q. 5. Sed vbi in obligatione facti
adeſt iuramentum, cogitur quis præciſè, iuxta
gloſ. ſingularem in l. ſi pecuniam. ff. de condit.
ob cauſam. vbi Iaſ. late, & in loco ſupracitato.
Sed prima ratio videtur concludens ex d. cap.
qualiter. & in eo videtur expreſſum, promiſſa
eſſe adimplenda opere & cum effectu, vt ibi
gloſ. notat. quod non eſſet, ſi obligatus præ-
ſtando intereſſe liberaretur. Et hanc opinio-
nem tenet Abb. in cap. veniens. col. penult. &
vlt. de iureiur. & in cap. per tuas. de arbitris.
Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. num.
33. in fine. quod nota.

S V M M A R I V M.

1 *Speciale de iure ciuili continens æquitatem, an
ſit generale de iure canonico.*
2 *Incertum genere & ſpecie promiſſum, de iure
ciuili non poteſt peti, ſecus de iure canonico.*
3 *Aduocato debetur ſalarium incertum etiam
de iure ciuili.*

QVÆSTIO 732.

An id quod eſt ſpeciale de iure ciuili, ſit generale, & debeat obſeruari pro regula de iure canonico.

1 INquit Archid. in cap. ſunt nonnulli. 1. q. 1.
quod de iure ciuili, ſi eſt promiſſum in-
certum in genere, & ſpecie, non poteſt peti in
iudicio. l. cum mutuam. §. ſalarium. ff. manda-
2 ti. ſecus ſi ſit certum genere, ſed ſpecie incer-
tum, tunc poteſt peti. arg. ff. ſi locati. l. ſi in le-
gem. fallit in Aduocato, quia lex vult quod
3 poſſit petere ſalarium incertum. l. 1. §. in ho-
norarijs. ff. de varijs & extraordinarijs cogni-
tionibus. Dicit tamen Archid. quod de æqui-
tate canonica in vtroque caſu, quando pro-
mittitur incertum in ſpecie & genere, poteſt
peti promiſſum, vt arbitrio boni viri conſti-
tuatur quid debeatur. ſequitur Alex. in l. ita
ſtipulatus. ff. de verb. obligat. & nonnulli alij,
atque nos ſubnectimus quæſtionem particu-
larem. Nunc redeundo ad quæſtionem, quia
illud quod eſt ſpeciale in Aduocato de iure
ciuili, dicit Archid. generaliter eſſe ſeruan-
dum de æquitate canonica, infert quidam
Doctor nomine Decanus Senenſis in cap. 1.
de conſtitut. in 4. quæſito. num. 23. quod id
quod eſt ſpeciale de iure ciuili, de iure cano-
nico obſeruatur pro regula. De quo videtur
dubitandum, cum non ſit conſtituenda diffe-
rentia inter ius ciuile & canonicum, niſi in
expreſſis, iuxta notata in cap. 1. & 2. de oper.
nou. nunciat. Sed certe eius dictum poteſt
ſubſtineri eo caſu quo loquitur Archid. nem-

pe

Digitized by Google

pe quando caſus ſpecialis de iure ciuili contінet æquitatem. dicit enim de æquitate canonica aliud eſſe. an autem æquitas canonica præferatur rigori ſcripto iuris ciuilis, vide in ſequenti quæſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Aequitas canonica non ſcripta, an præferatur rigori ſcripto iuris ciuilis.*

2 *Canones, rei factum & veritatem requirunt, reiectis ſubtilitatibus.*

3 *Aequitas eſt ratio naturalis.*

QVÆSTIO 733.

An æquitas canonica non ſcripta, præferatur rigori iuris ciuilis ſcripto.

1 QVæſtio iſta eſt ſingularis, nam habemus regulam, quod æquitas non ſcripta, non præfertur rigori ſcripto, ſecus ſi æquitas etiam ſit ſcripta. l. placet. vbi omnes. C. de iudicijs. Quæritur modo an id procedat in æquitate canonica non ſcripta, vt præferatur rigori iuris ciuilis ſcripto. & videtur non eſſe præferendum, cum leges ciuiles ſint approbatæ à ſacris canonibus, niſi quatenus reperiatur expreſſum contrarium in iure canonico. cap. 1. & 2. de oper. noui. nunciat. Secundo facit tex. notabilis in cap. fi. de tranſact. vbi expreſſe dicitur ſeruandam eſſe æquitatem canonicam, vbi non reperitur ius ſcriptum in contrarium. quod videtur etiam
2 procedere quo ad rigorē iuris ciuilis ſcriptum ex præcedenti ratione. In contrarium facit tex. in cap. dilecti. de iudicijs. vbi habetur, quod non obſtante diſpoſitione iuris ciuilis, quod nomen actionis proponatur, procedatur ſimpliciter abſque quod proponatur nomē actionis, & purè factum ipſum & rei veritas, ſecundum formam canonum, & Sanctorum Patrum inſtituta inueſtigetur. ex quo textu clarè colligitur, quod æquitas canonica
3 præfertur rigori ſcripto iuris ciuilis. Eſt enim æquitas, in qua circumſcriptis regulis iuris proceditur ex dictamine rationis naturalis. Bald. in l. 1. ff. de iuſtitia & iure. & in l. 2. C. de dotis promiſ. inquit, quod æquitas nihil aliud eſt, quam naturalis ratio. l. ſcire oportet. ff. de excuſ. tutor. Præterea de iure ciuili non admittitur purgatio moræ in emphyteuſi. l. 2. C. de iure emphyt. ſed admittitur de iure canonico ex æquitate. cap. potuit. de locato. & licet poſſit dici, quod dicta æquitas canonica ſit etiam ſcripta, tamen quando Papa id mandault, erat ius ciuile antea ſcriptum, & mandauit ſeruari æquitatem, & præferri rigori ſcripto. Inſuper facit gl. notab. in cap. fin. 17. q. 4. vbi inquit, quod Auguſtinus mandauit reſtitui bona filijs teſtatoris, qui Eccleſiam inſtituerat, & filios exhæredauerat, non iure fori, quia non tenebatur, ſed iure poli. & ibi gloſſ. dicit, iure poli, ideſt ex quadam naturali æquitate. ergo præcipitur ibi ſeruari æquitatem, & præferri iuris ſcripti rigori. Poſtremo adducitur doctrina ſingularis Archid. in cap. ſunt nonnulli. 1. q. 1. vbi inquit, quod de iure ciuili ſi promittatur aliquid incertum genere & ſpecie, non debetur. l. cum mutuam. §. ſalarium. ff. mandati. tamen de æquitate canonica debetur, & debet reduci certitudo ad arbitrium boni viri. cuius Archid. dictum magis communiter DD. ſequuntur in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat. & nos fecimus particularem quæſtionem. & ſucceſſiuè cum iſta æquitas adducta ab Archid. non reperiatur ſcripta in aliquo Canone, ex ſupradictorum DD. opinione, præcipue Archid. famoſiſſimi Canoniſtæ, æquitas canonica non ſcripta, præfertur rigori iuris ciuilis ſcripto. & hanc opinionem cenſeo veriorem ex ſupradictis. Non obſtant adducta in contrarium. & primo quod ſunt ſeruandæ leges ciuiles ſcriptæ, ſi non reperitur deciſum contrarium. quia talis doctrina eſt vera, ſed non procedit contra æquitatem canonicam. vt in d. cap. dilecti. & ex alijs ſupra allegatis. Non obſtat tex. qui videtur vrgere in cap. fin. de tranſact. quia eſt intelligendus quando contra æquitatem eſſet rigor iuris canonici ſcriptus, non rigor iuris ciuilis, quod videtur probari ibi in illis verbis, præcedentibus à ſeueritate canonica circa illud recedere non licebit, & poſtea ſubdit tex. quod in his ſuper quibus ius non reperitur expreſſum, procedatur æquitate ſeruata ſemper in humaniorem partem declinando. Pro his etiam facit, quod Canones quaſi in omnibus negocijs ſumma æquitate vtuntur, vt in pœnis pecuniarijs exigendis vltra intereſſe contra ius ciuile ſcriptum. cap. ſuam. de pœnis. & in alijs, vt pluries diximus.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum nutu factum, valet de benignitate canonica, etiam ad non pias*

QVÆSTIO 734.

An de æquitate Canonica valeat teſtamentum nutu factum.

1 PVlchra eſt iſta opinio, & videtur negatiue reſpondendum, cum nomen hæredis debeat exprimi, alias non dicitur quis decedere teſtatus. l. iubemus. §. quod ſi non fuerit obſeruatum. C. de teſtam. & non eſt conſtituenda differentia inter ius ciuile & canonicum. cap. 1. & 2. de oper. nou. nunciat. cum ibi notatis. In contrarium facit, quod æquitas canonica attendit veritatem, & voluntatem, & nutu deprehenditur voluntas. 16. q. 6. cap. qui decedunt. & legata etiam fiunt nutu. & hanc opinionem tenet gl. in cap. cum tibi. in verbo, diſpoſitionem. ibi, ſic nutu de æquitate canonica fit teſtamentum. quam ſequitur Ant. de Butr. ibi, quod de benignitate canonica poteſt procedere dictum gl. Sed de rigore procedit contrarium, quia nomen hæredis exprimi debet, & in infirmitate quis de facili reſpondet ad omnia. ſequitur etiam Abb. in d. cap. cum tibi. etſi teſtamentum non eſſet ad pias cauſas, dummodo conſtet de voluntate. argum. tex. in d. c. cum tibi. & cap. apud. de ſponſalibus. in teſtamento ad pias cauſas, non eſt dubium. Bald. in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. & ibi Aret. Abb. in loco citato. Anchar. Im. in cap. 2. de teſtamentis. Titaq. qui nonnullos refert de priuil. piæ cauſæ. priuil. 8. ad quem te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur dotare filiam, quæ contraxit matrimonium ſine eius conſenſu, etiam ſi nullam dotem promiſerit.*

2 *Pater an teneatur dotare filiam, quæ nupſit indigno.*

3 *Opinio fauorabilis matrimonio, ſequenda eſt in dubio.*

QVÆSTIO 735.

Pater an poſſit denegare dotem filiæ, quæ nupſit indigno in fraudem libertatis matrimonij.

1 CLara eſt DD. concluſio, quod de iure canonico non poteſt fi[illegible] æreda[illegible] neque dot[illegible] alimentis [illegible] quo cui nupſerit ſine conſenſu patris. Hoſt. Abb. in cap. 1. de diſpenſat. impub. Felin. Dec. qui teſtatur de communi in cap. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit. Ripa in l. 1. nu. 56. ff. ſolut. matrim. & alij. idque procedit etiam ſi filia nupſerit abſque promiſſione dotis. Ang. Bald. Paul. Iaſ. in auth. res quæ. C. communia de legat. Ripa loco citato. Bald. Nouell. de dote. 6. par. priuil. 16. Couar. de ſponſal. 2. par. c. 3. §. 8. nu. 7. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius. de teſtamentis. in verbo, dotem. nu. 42. Difficultas eſt, ſi id procedat quando filia nupſit indigno. Prima opinio eſt affirmatiua, quod etiam in hoc caſu non poſſit filia dote priuari. Cum enim filia libere ex iuris canonici diſpoſitione abſque conſenſu parentis, etiam indigno nubere poſſit, & matrimonium ſit validum, conſequens eſt vt actui ex ſe licito pœna adijci non valeat, neque ex ea matrimonij libertas impediri. Ita tenent Alex. in l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 33. Iaſ. in auth. ſed ſi poſt. C. de inoff. teſtam. Dec. in l. nuptias. ff. de regulis iuris. num. 13. Palat. Ruin. in cap. per veſtras. notab. 3. §. 10. & ſingulariter Imol. in cap. accedens. de procurator. vbi tamen dicit, quod poterit præſtari minor dos, ſeu alimenta ex mariti indignitate. quod etiam tenet Alex. in loco citato. Contrariam opinionem veriorem eſſe dicunt Præpoſ. in cap. 1. de ſponſal. Pariſ. conſ. 34. lib. 3. Clarus in pract. crimin. q. 82. Ripa vero in d. l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 59. diſtinguit, quod ſi aliunde habeat mulier, vel maritus vnde ſe alant, non ſint à parentibus dotandi, vel alendi. iniquiſſimum namque
2 videtur compellere parentem ad dotandam, vel alendam filiam diuitem, quæ ex turpi matrimonio familiam denigrauit. ſi vero non habeant filia, nec maritus vnde ſe alant, tunc tenetur pater illam alere, vel dotare, attenta ipſius filiæ, & mariti qualitate ne fame pereat. & hanc diſtinctionem Ripæ ſequuntur Couar. d. §. 8. n. 7. ſequitur etiam Ludou. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 16. num. 8. Mihi videtur verior opinio Imol. & aliorum pro
3 prima parte relatorum, tanquam magis fauorabilis matrimonio, ne tollatur libertas. dummodo conſtituatur dos competens qualitati, ſeu conditioni viri, ſiue habeant vnde ſe alant, ſiue non. debemus enim in dubijs ſequi illam opinionem, quæ matrimonio fauorabilis eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio appoſita in legato facto mulieri, ſi Titio nupſerit, an ſit contra libertatem matrimonij.*

2 *Pramij ſpe poteſt quis allici ad matrimonium, nec tollitur libertas, licet reſtringatur.*

3 *Conditio poſita in legato contrahendi cum certa perſona, ſi honeſtè adimpleri non poteſt, reijcitur.*

4 *Conditio contrahendi cum conſanguineo, appoſita in legato, tanquam impoſſibilis reijciatur, ſi non fiat mentio diſpenſationis Summi Pontificis.*

QVÆSTIO 736.

An ſit contra libertatem matrimonij conditio appoſita in legato relicto mulieri, ſi Titio nupſerit.

1 VIdetur in hac quæſtione affirmatiue reſpondendum. nam mulier forte metu amiſſionis legati non libere cum alijs contraheret. arg. cap. Gemma. de ſponſal. Contraria opinio eſt verior, quod licet metu pœnæ non poſſit quis obſtringi ad matrimonium contrahendum. d. cap. gemma. & l. Titia. ff. ſol. matr. tamen ſpe præmij poteſt ad matrimonium allici atq. inuitari. l. Titio centum. §. Titio centum. il 1. ff. de condit. & demonſtr. Et hæc eſt communis opinio, quod valeat conditio contrahendi in certo genere perſonarum. quia ex hoc non cenſetur adempta facultas contrahendi, licet ex parte reſtringatur. ita ex illo textu. §. Titio centum. tradit Bart. & reliqui ſcribentes. Oldrad. conſ. 16. q. 1. Felin. in cap. 1. de ſponſal. Emanuel à Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. ff. de condit. & demonſtr. limit. 6. Alciatus in d. l. Titia. Couar. ſuper quarto. p. 2. cap. 3. §. 3. nu. 6. Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. & alij. Facit Geneſ. cap. 28. vbi Iſaac præcepit Iacob filio ſuo, vt acciperet vxorem de filiabus Laban. Et ſupradicta concluſio procedit non ſolum in præcepto contrahendi cum certa perſona per viam conditionis adiecto, ſed etiam in eo quod per viam modi adiectum eſt. Oldrad. & Couar. in locis citatis. Aret. in l. cum ita ſtipulatus fuero. te ſiſti §. ſi tibi nupſero. ff. de verb. oblig. Palat. in cap. per veſtras. de donat. inter virum, & vxorem. 3. notab. §. 21. num. 3. Limitant tamen ſupradicta vt ſint intelligenda, dummodo præceptum hoc honeſte impleri poſſit, alias conditio ipſa impoſſibilis de iure, atque inhoneſta eſſe iudicatur. l. cum ita legatum. §. videamus. ff. de condit. & demonſtr. vbi conditio iſta reijcitur, ſicut illa quæ ad perpetuam viduitatem aſtringit. imò fortior videtur hæc conditio quam illa qua ſimpliciter non contrahendi præceptum appoſitum eſt, vt conſiderat Iuriſconſultus in d. l. cum ita legatum. & in l. hoc modo. ff. eodem. Oldrad. d. conſ. 16. Et ex hoc aliqui voluerunt non valere conditionem de contrahendo cum conſanguineo intra quartum gradum, quia non poteſt cum eo honeſtè contrahere. & ideo videtur reijcienda. gl. in l. 2. ff. de inſtit. & ſubſtit. Nec videtur obſtare, quod ex diſpenſatione Summi Pontificis purificari poſſit. nam conditio ſecundum tempus præſens accipienda eſt, alias tanquam impoſſibilis de iure reijcitur. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. & ita tenet à Koſta in ſelect. cond. lib. 1. cap. 8. nu. 14. quem refert Mol. loco cit. Sed contraria opinio verior eſt. nam quod conſanguineæ præceptum iniunxit vt conſanguineo nubat, id neceſſario præſupponit vt ad hoc Rom. Pont. diſpenſatio accedat, nec abſque illa matrimonium contrahatur, cum ea conditio à iure ſit, & etiam ex natura actus proueniat. adeo vt etiam ſi omittatur, pro expreſſa habenda ſit. l. 1. & l. conditiones extrinſecus geſtis. ff. de condit. & demonſtr. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Et quod depender à poteſtate Principis, non dicitur impoſſibile quando fieri ſolet. l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. 1. & hanc opinionem tenet Mol. loco citato. qui limitat quando Papa non conſueuit diſpenſare, vt in ſecundo gradu. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 5. Quid autem ſi legatarius ſit paratus contrahere cum muliere deſignata à teſtatore, & illa recuſauerit, & multæ aliæ quæſtiones circa hoc poſſent occurrere. vide ſcribentes in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. & late Molin. loco citato. ad quem te remitto. hæc tantum dicta ſint pro habenda cognitione magis notabilium circa libertatem matrimonij.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium non conficiens, an de iure canonico teneatur vltra vires hæreditarias.*

2 *Ius canonicum ſequitur ſolam iuſtitiam naturalem.*

QVAE-

QVAESTIO 737.

An de iure Canonico non conficiens inuentarium, teneatur vltra vires hæreditarias.

1 CVm ius canonicũ ſumma nitatur æquitate, & ratione naturali. cap. dilecti. de
iudic. cap. fin. 17. q. 4. & ibi gl. in verb. iure poli. Quæritur an dicto iure, hęres non conficiẽs
inuentariũ teneatur vltra vires hæreditarias.
Bald. in l. cum à matre. in fine. C. de rei vendicat. tenet, hæredem de iure canonico non teneri vltra vires, quia de iure canonico ſufficit
ſola iuſtitia naturalis. ſequitur Brunus in verb. inuentarij. Marcabr. conſ. 3. num. 85. In
contrarium facit, quia non recedendum à iure ciuili, quando non repetitur expreſſum
contrarium de iure canonico. cap. 1. & 2. de oper. nou. nunciat. & quia hæres tenetur vltra
vires ob ſuſpicionem ne occupet res hæreditarias, & ideo non confecerit inuentarium.
l. fin. C. de iure delib. quæ ratio militat etiam de iure canonico, quo probationes per præſumptionem admittuntur. toto tit. de præſumpt. Præterea id videtur eſſe ſpeciale in
Eccleſia, quod non teneatur vltra vires, quia ceſſat in ea præſumptio occupationis, vt late
diximus in quæſt. ..... Et hæc opinio videtur verior. nihilominus priorem opinionem cen-
2 ſeo poſſe procedere, vbi liquido & notoriè
conſtaret, teſtatorem nihil aliud habuiſſe in
bonis. arg. not. per Innoc. in cap. quia plerique. de immunit. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur in cauſis minimis de iure canonico.*
2 *Libellus debet dari in cauſis minimis de iure canonico.*
3 *Cauſa minima dicitur quando ſumptus excedunt valorem cauſæ.*
4 *Appellare in minimis non expedit viro probato, maxime eccleſiaſtico.*

QVAESTIO 738.

De iure Canonico an in cauſis minimis poſſit procedi ſine ſcriptis.

1 EX Auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex breuiloquo recit. quæ eſt canonizata,
apparet cauſas minimas eſſe ſine ſcripto proferendas, & etiam cauſas Clericorum, quando litigant coram Epiſcopo. & quidem rationabile videtur ad euitanda odia litium, & ne
impediatur cultus diuinus. & de iure ciuili non appellatur à cauſis minimis. Auth. anteriorum. Sed quia de iure canonico poteſt appellari in cauſis minimis. c. de appellat. de
appellat. etiam pro vna gallina, vt ibi refert Abb. ſequitur, quod debeat interuenire ſcriptura. & ita dicit ibi gloſ. quod in modicis
2 dandus eſt libellus. Et ratio eſt ſecundum Canones, ſubiectum appellationis, quod eſt iniuſtitia, quæ poteſt eſſe in parua re, ſicut in magna. Sed ius ciuile non ſtatuit appellari de rigore contra naturam appellationis. Ius verò
canonicum procedit mitius, vt poſſit à quocunque grauamine appellari, dicta ratione inſpecta. glo. in l. 1. ff. à quibus appell. non licet.
Quæ autem dicantur cauſæ minimæ, & breuiores, tradit gloſ. in d. cap. de appellat. & gloſ.
in dict. cap. niſi breuiores. & communiter ibi concluditur, relinqui arbitrio iudicis. Vna tamen eſt notabilis, quam ponit gloſ. in d. cap.
3 de appellat. quando ſumptus litis iudicialis
excedit valorem cauſæ. ſequitur Abb. pro ſingulari. & dicit Bart. in l. mediterraneæ. C.
de annonis & trib. lib. 10. per illum textum. quem excuſari, ſi non fecit id, ad quod faciendum maior erat ſumptus quam rei agendæ
vtilitas. Eſt autem notandum iuxta Abbatem loc. cit. quod licet licitum ſit petere iuſtitiam
de quocunque grauamine; non autem dicit decretalis illa, vt expediat. vnde dicit Abb.
4 non expedire viro probato appellare in minimis negocijs. argum. tex. in cap. vnico. de ſyndico. ibi, expedit enim pro paruo incommodo à ſtrepitu cauſarum ſeruos Dei eſſe quietos. & ob hanc cauſam Apoſtolus ſuadet pati iniuriam, & fraudem, potius quam in iudicio cum fratre contendere. ita ſingulariter
Abb. loco citato. idq. multo magis expedit viro eccleſiaſtico.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis ſententia, ſi iudex non proferat ore, an ſit ſuſpenſus.*
2 *Excommunicatio an poſſit fieri per litteras.*
3 *Epiſcopus tanquam perſona Illuſtris, recitat ſententiam per alium.*

QVÆSTIO 739.

De ſententia excommunicationis, ſi

cam

cam Iudex Eccleſiaſticus non profe-rat ore, an ſit ſuſpenſus.

1 DIcit tex. in cap. 1. de ſent. excommun. in 6. quod Prælatus ſub pœna ſuſpenſionis, debet in ſcriptis proferre ſententiam excommunicationis. Modo quæritur, quid ſi non proferat ore, ſed faciat legi per Notarium ipſo præſente. Abb. in cap. præterea. nu. 12. de appell. in illa quæſt. an ſi feratur excommunicatio, ſi iudex ſcribat abſenti, Si Titio non ſatisfeceris, cognoſcas te eſſe excommunicatum, tenet Titium eſſe excommunicatum, licet iudex non protulerit ore ſententiam, iuxta l. 2. C. de ſent. ex periculo recit. & cap. fin. de re iudic. in 6. Et dicit ſecundum practicam modernam ſatis dici prolatam in ſcriptis, dum in litteris ſuis eam redigit. Idem in decreto. & ita reſpondet ad d. cap. 1. Facit tex. in cap. nullus. 3. q. 4. vbi innuitur, ſuperiorem poſſe excommunicare per litteras ſuas abſque quod ore ſententiam proferat. & hæc nota, quia vidi dubitari. de Epiſcopo non eſt dubium, quia tanquam perſona illuſtris poteſt per alium recitare ſententiam. d. cap. fin. de re iudic. in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Suſpicionis cauſa, ſi non poteſt allegari ſine ſcandalo, an ſit proponenda.*

2 *Agens actione iniuriarum, tenetur exprimere cauſam, quamuis turpem.*

Q V Æ S T I O 740.

An aliquando de iure Canonico, ſuſpicionis cauſa non ſit proponenda, nec probanda.

1 TV ſcis, quod de iure canonico ſuſpicionis cauſa eſt exprimenda. cap. ſecundo requiris. de appellat. Quid ſi non poteſt exprimi ſine ſcandalo, vt quia pars recuſans, eſt riualis iudicis. dicunt aliqui, quod non tenetur exprimere cauſam, ſed ſtandum eſt iuramento. ſuper legitimitate cauſæ. ſed DD. in d. cap. ſecundo requiris. hoc non admittunt, nam volens agere iniuriarum, tene-
2 tur exprimere cauſam, quantumque ſit turpis. l. prætor edixit. ff. de iniurijs. Sed Abb. in d. cap. ſecundo requiris, dicit, quod illa lex loquitur, quando agitur de magno præiudicio partis: ſed hic de modico præiudicio, & quaſi de nullo. præſertim eo conſiderato, quod de iure ciuili admittitur recuſatio cauſæ, nō ſpecificè allegata. vnde ipſe Abb. valdè æquum putaret, vt ſtetur iuramento ſuo, habito reſpectu ad qualitatem perſonæ, per id quod in ſimili notatur in cap. Nicolao. de appellat. licet hoc iure non probetur. ſed ratio naturalis dictat. argum. d. cap. ſecundo requiris. & optimè facit in argum. cap. ſtatutum. §. cum verò. de reſcript. in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio extraiudicialis, non poteſt fieri ad Archiepiſcopum, & quare.*

2 *Excommunicatus non appellat extraiudicialiter.*

3 *Itineris arreptio quando habeatur pro appellatione.*

4 *Priuilegium cap. vnicò. de Cleric. peregr. quod ſit.*

5 *Carceratus confugiens ad ſuperiorem ſine cauſa, dicitur aufugere.*

QVAESTIO 741.

De appellatione extraiudiciali, quod non poſſit fieri ad Archiepiſcopum, & quid in arreptione itineris.

1 DE appellatione extraiudiciali, & de arreptione itineris ad Papam, ſolent fieri aliqua dubia. propterea pro tyronibus ſciendum, quod vltra appellationem iudicialem, quæ fit à iudice grauante in iudicio, ſolet fieri appellatio extraiudicialis, quando pars aliquem moleſtat in iure ſuo, abſque iudicis authoritate. qui ſentiens ſe grauari, & eijci à poſſeſſione appellat. quæ appellatio eſt magni momenti. nam attentata poſt appellationem extraiudicialem reuocantur. cap. bonæ memoriæ. de appellat. Verum iſta appellatio extraiudicialis, potius querimonia & prouocatio ad cauſam dicitur, quam vera appellatio: & propterea neceſſe eſt, quod interponatur ad iudicem, qui poſſit adiri per viam querelæ, & ſucceſſiuè non poteſt interponi ad Archiepiſcopum, qui non poteſt adiri per viam querelæ, reſpectu ſubditorum Suffraganei. cap. paſtoralis. de off. ordinar. Abb. ſingulariter in c. dilecti filij. de appell. Sequitur etiam, quod excommunicatus non poteſt appellare ex- 2
traiudicialiter, quia eſſet exponere querimoniam, & agere quod illi eſt prohibitum. cap.

cum

cum inter. de exceptíon. vbi Abb. Et quamuis in hoc dubio Innocen. fuerit varius. nam in dicto cap. cum inter. tenuit non poſſe appellare. & contrarium in cap. dilecti. de maiorit. & obedient. tamen ſequendus eſt Ioan. Andr. quem etiam ſequitur Abb. in dicto cap. cum inter. & in cap. bonæ memoriæ. qui ita concordat, quod aut appellatio eſt merè extraiudicialis, & non poteſt excommunicatus appellare, aut non eſt merè extraiudicialis, poteſt poni exemplum in eo, qui appellat ab exequutore volente alicui prouidere de beneficio, qui poteſt vexare, & grauare. & tunc poterit appellare. Sed quid in arreptione itineris, an habeatur pro appellatione, ſi iter arripiatur ad Archiepiſcopum. Sciendum, quod arreptio itineris ad Papam habetur pro appellatione, ſi ſeruentur ea quæ ſeruari debent in appellatione. dict. cap. dilecti filij. de appellation. & ideo ſicut appellans in iudicio, tenetur in ſcriptis appellare, & exprimere aliquando cauſam, ſecundum quod appellatur à diffinitiua, vel ab alio decreto, & petere Apoſtolos, ita qui arripit iter, debet hæc omnia ſeruare, & iudici in ſcriptis ſignificare, & proteſtari, quod propter grauamen iter arripit. & hæc arreptio itineris deuoluit cauſam ad Archiepiſcopum, licet non appellatio extraiudicialis, quando tamen iter arripitur à iudice procedente iudicialiter, vt ſingula riter, & indiſtinctè tenet Abb. in dicto cap. dilecti filij. quæ itineris arreptio defendit etiam nuncios miſſos ab appellantibus. Innocent. In cap. vt debitus. de appellation. Abb. in dicto cap. dilecti. vnde excommunicatio eſſet nulla. Sed pone, quod in arreptione itineris non fuerint ſeruata ſupradicta, prout in appellatione iudiciali, an poſſit iter arripiens aliquo modo defendi. Dicendum, quod poterit defendi, ſi arripiat iter ad Papam, ex priuilegio tituli de peregrinantibus. capit. vnico. vbi euntes ad Papam ſunt ſub eius protectione, & non debent ab aliquo moleſtari. ſed an euntes ſine cauſa, & voluntariè, gaudeant tali priuilegio, variæ ſunt opiniones. Innocen. in dicto cap. vt debitus. de appellation. tenet, quod requiritur, vt quis accedat ex aliqua cauſa neceſſaria, vel probabili, non ex qualibet voluntaria. & tali caſu nihil poſſit innouari per iudicem. quæ opinio non diſplicet Abb. in dicto capit. vnico. dicitur autem cauſa neceſſaria, vt releuetur ab aliqua oppreſſione, vel ſimili. ſed Hoſtienſis tenet, quod dict. cap. vnico. procedit in quolibet accedente ex quacunque cauſa, vt non poſſit procedi contra peregrinantem, niſi fuerit à iudice facta præuentio. & hanc opinionem etiam laudat Abb. cum moderatione tamen, vt reuocetur id, quod eſt grauis præiudicij, & innouatum fuerit poſt iter arreptum. rationabilior videtur opinio Innocen. vt requiratur aliqua cauſa ſaltem probabilis, ne eludantur iudicia Ordinariorum. Facit quod fugiens ex carcere, & confugiens ad ſuperiorem, non dicitur aufugere. l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædilitio edicto. quia itineris arreptio ad ſuperiorem, habet vim appellationis. vt in l. ſed etſi per prætorem. §. finali & ibi Bald. ff. ex quibus cauſis maiores. tamen id procedit, quando aufugit ex iuſta cauſa, nempe ob timorem imminentis periculi in eius perſonam propter Iudicis, vel Cuſtodis ſæuitiam, vel etiam nequitiam, ſecus ſi ſine cauſa, vel cum cauſa, ſed iniuſta, & non colorata. ita Boſſ. de carceratis fideiuſſor. committendis. & alij allegati per Proſperum Farinacium libro primo. quæſtione trigeſima de carceribus & carcerat. num. 74.

SVMMARIVM.

1. *Carceratus poteſt etiam excommunicari.*
2. *Contra contumaces poſſunt intentari plura remedia exequutiua.*
3. *Excommunicatus poteſt iterum excommunicari etiam ex eadem cauſa.*
4. *Suſpenſus bis poteſt excommunicari propter nouam inobedientiam in eadem cauſa.*

QVAESTIO 742.

De Clerico carcerato pro furto, an non obſtante carceratione, poſſit excommunicari ſi non reſtituit.

1 QVidam Clericus furto ſubtraxit bona Eccleſiæ, fuit carceratus, an non obſtante carceratione, poſſit adhuc excommunicari? Dicendum quod ſic, ex textu notab. & ibi hoc notat Bald. & Philipp. in cap. dilectis. de appellation. Ratio eſt, quia carceratus non liberatur à debito, & poteſt contra eum procedi per alia iuris remedia, & eius bona capi, & vendi, vt per Bart. in l. conſentaneum. quomodo & quando Iudex, vt pulchrè per Philipp. quod notandum eſt in

praxi, quia ſi pars intentauit vnum remedium exequutiuum, poteſt adhuc aliud etiam intentare, donec actualiter ſatisfaciat. & dicit Bald. in l. 1. C. de prohib. ſeq. pecun. quod poteſt quis contra contumaces vti miſſione in poſſeſſionē, & ſequeſtratione rerum, & alijs remedijs ſimilibus, donec ſatisfaciat. idem Ang. in l. memorcarderem. C. de exactor. lib. 10. Item ſemel excommunicatus, poteſt iterum, & ob eandem cauſam excommunicari, cap. ita quorundam, de iudæis. vbi gloſ. notab. inquit, iuxta illud, qui in ſordibus eſt, adhuc ſordeſcat. diſtinct. 40. cap. quantum. liber, & operatur duos effectus eijciendi extra Eccleſiam. nam ſecunda excommunicatio tunc incipit habere effectum, cum ligatus abſoluitur à prima, quia remanet excommunicatus per ſecundam, & prima abſolutio non habebit ſuum effectum propter ſecundam excommunicationem, ſed valebit prima abſolutio, & operabitur tamen effectum ſequuta abſolutione prima. gloſſ. ſingularis in cap. ex parte. de offic. ordinar. Item ſuſpenſus etiam bis propter nouam inobedientiam, in eadem cauſa poteſt excommunicari. cap. veritatis, de dolo & contumac. vbi Abb. num. 7. Sicut enim qui eſt in vno peccato, poteſt aliud committere, & plus punitur, ſic qui eſt ligatus, poteſt iterum ligari & plus punitur. gloſ. in d. cap. ita quorundam.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſſit de nouo inquirere contra beneficiatum, in cuius fauorem protulit ſententiam.*
2 *Sententia beneficialis an tranſeat in rem iudicatam.*

QVAESTIO 743.

De Epiſcopo an poſſit de nouo inquirere contra beneficiatum, in cuius fauorem protulit ſententiam.

1 DVbium ſolet frequenter occurrere in viſitatione. Epiſcopus protulit ſententiam in cauſa beneficiati, à qua pars ſuccumbens non appellauit intra decem dies, Epiſcopus vult inquirere contra poſſeſſorem de aliquo defectu, an poſſit? dicendum, quod ſententia in beneficialibus poſt decem dies tranſit in rem iudicatam, in præiudicium volentium contradicere, qui non appellauerunt. quoniam poſſunt ipſi contradictionem omittere ſine peccato, cum ſponte veniant ad contradicendum, ſed non in fauorem beneficiati, quia in eius perſona innititur peccatum, & ideo ſuperior poteſt ſemper ex officio ſuo inquirere. cap. cum dilecti, vbi Abb. ſub num. 5. de electión. ad notat. Innocent. in cap. ad aures, de reſcript. Facit text. in cap. conſtitutus. de appellation. & per gloſ. in cap. ſi forte, de elect. in 6. Secus eſt in matrimonio carnali, quia coniux peccat obſeruando ſententiam contra legem diuinam, vel canonicam latam, vnde non potuit acquieſcere iniuſtæ ſententiæ, merito auditur etiam poſt decretum, ne remaneat in peccato. Abb. pulchre d. cap. cum dilecti, & hoc nota, quia de facili in praxi videtur contrarium. nam beneficiatus qui obtinuit ſententiam, credit ab eodem Epiſcopo non poſſe de nouo inquiri in viſitatione, vel extra.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus infamia facti, an poſſit priuari beneficijs.*
2 *Infamia priuat militem militia, & dignitatique, & an priuet clericum.*

QVÆSTIO 744.

An infamatus infamia facti, poſſit priuari beneficijs.

1 EPiſcopus, in viſitatione vel extra, reperit aliquem grauiter infamia facti infamatum de crimine depoſitione digno, an ex tali infamia vehementi poſſit illum deponere. Innocent. in cap. per inquiſitionem. de elect. dixit, effectum infamiæ facti eſſe, vt non ſolum infamatus repellatur à beneficijs obtinendis, vt in cap. inter dilectos. & l. ſecunda. C. de dignitat. libro duodecimo. ſed etiam vt priuetur beneficijs iam habitis. Abb. verò in dicto capitulo per inquiſitionem. tenet contrarium, quod propter infamiam facti non debet quis priuari beneficijs habitis, ſed debet fieri inquiſitio contra eum. tantum enim præſtat facultatem inquirendi, vt in capitulo qualiter. & quando. il ſecondo. de accuſation. Sed ſi infamia facti eſſet multum vehemens, poſſet interim infamatus ſuſpendi durante inquiſitione. vt in capitulo

inter ſollicitudines. de purgation. canonica. Et ſi per inquiſitionem non poteſt haberi veritas, indicitur purgatio. capit. accedas. de accuſation. ita Abb. loco citato. quod eſt notandum, quia Innocent. eſt magnæ auctoritatis. & ſi caſus occurreret, eſſet dignus maxima conſideratione. Sed an infamia iuris ipſo iure priuet Clericum beneficijs, & dignitatibus. & videtur quod ſic, quia clericus æquiparatur militi armatæ militiæ. gloſ. & Doctores in l. miles. ff. de re iudicata. & infamia ipſo iure priuat militem militia. l. ſecunda. §. miles. ff. de his qui notantur infamia. & priuatur etiam omnibus honoribus, & dignitatibus, vt tradit Abb. in capit. querelam. de iureiuran. & illum textum glo. ibi extendit ad Clericum. Tamen veritas eſt in contrarium, vt non procedat in Clerico, propter diuerſitatem rationis. quia maior eſt connexio inter Prælatum & Eccleſiam, quàm inter militem & militiam. cap. inter canonicos. de electión. & cap. inter corporalia. de translation. Prælator. ita Felin. in dicto capit. querelam. Et non procedit argumentum de milite ad clericum, vbi militat diuerſa ratio. Abb. in capit. 1. de cleric. ægrotante. Doctores in d. l. miles.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ordinaria de iure canonico non debet imponi, quando proceditur per inquiſitionem, niſi inquiſitus ſit confeſſus.*

2 *Excommunicatus vel ſuſpenſus celebrans, poteſt deponi ab ordine, etiamſi procedatur per viam inquiſitionis, & lite non conteſtata.*

QVÆSTIO 745.

An de iure canonico poſſit imponi pœna ordinaria quando proceditur per inquiſitionem.

1 QVæritur, an poſſit imponi pœna ordinaria, quando proceditur per inquiſitionem. Et breuiter reſpondetur, quod non, ſed debet inquiſitus puniri mitiori pœna, ſaltem de iure Canonico. tex. eſt in c. qualiter & quando. il 2. de accuſat. Eſt tamen aduertendum, quod ille text. non procedit quando de crimine conſtat per confeſſionem propriam. quia tunc punitur, ac ſi fuiſſet conuictus, & proceſſum per accuſationem. tex. eſt not. in c. fin. de celebrat. miſſar. & in c. 2. de confeſſis. Abb. notabiliter in d. c. fin. & in c. per inquiſitionem. de elect. Secundo fallit, quando contumax excommunicatus vel ſuſpenſus celebrauit, tunc propter irregularitatem poteſt deponi ab ordine, etiam ſi procedatur per viam inquiſitionis, etiam lite non conteſtata, ſecundum vnam lecturam gl. quæ approbatur in c. veritatis. de dol. & contum. & ibi Abb.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius non reparans Eccleſiam, an poſſit puniri, & deponi tanquam dilapidator.*

2 *Epiſcopus negligens, punitur quando magna eſt negligentia.*

3 *Epiſcopus habens nepotes rixoſos, debet illos eÿcere.*

QVÆSTIO 746.

Eccleſiam non reparans, non ſolum poteſt compelli ad reparandum, ſed etiam poteſt puniri.

1 EPiſcopus in viſitatione reperit beneficiatum non reparaſſe eccleſiam, an poſſit non ſolum compellere ad reparationem, ſed etiam punire. Breuiter dicendum quod ſic, ex not. doctrina Ioan. de Lignano in extrauag. execrabilis. de præbend. quam refert, & ſequitur Fel. in cap. de refragabili. de offic. ordinar. vbi dicit quod Prælatus negligens reparare eccleſiam, punitur tanquam dilapidator, tanto magis rector. ſed intellige quando magna eſt eccleſiæ ruina, ſecus ſi modica. vt dicitur de Prælato nimis negligente, vt poſſit deponi ſi adeſt magna Eccleſiæ pernicies, & negligẽtia ſit magna, & craſſa. gl. in c. cum ad monaſterium, de ſtatu regularium. de qua recitè per Felin. in c. 1. de tregua & pace. ratione enim beneficij & obligationis, negligentia eſt punibilis arbitrio boni viri. vnde pater punitur pro filio hæretico, quia illum non correxit. cap. excommunicatus. §. fin. de hæretic. ſic etiam ſi iudex vidit duos rixantes de feneſtra, debet mittere familiares, quod ſi non facit, debet puniri. Bald. in l. 1. §. qui ſit. ff. de officio præfecti Vrbis Alexand. in l. illicitas. §. veritas, ff. de officio præſidis. vbi, quod poteſt priuari officio. & quod ſi Poteſtas habeat filium rixoſum, ſi non prouideat

SVMMARIVM.

1 *Excommunicans iniuſte, qualiter ſit puniendus.*
2 *Excommunicatio iniuſta, quare liget.*
3 *Excommunicans iniuſte, committit ſacrilegium.*
4 *Excommunicans iniuſte, tenetur actione iniuriarum.*
5 *Excommunicatio an poſſit ferri pro contumacia in re leui.*
6 *Excommunicatio quando poſſit ferri in cauſa ciuili.*
7 *Excommunicari poteſt non comparens in cauſa matrimoniali.*

QVAESTIO 729.

De pœna, ſine maturitate & male excommunicantis.

1 QVæritur, qua pœna ſit puniendus iniuſte, nulliter, vel ſine maturitate excommunicans. Sciendum, quod quamuis eccleſia voluerit, ſententiam excõmunicationis etiam iniuſtam eſſe timendam, vt homo creſceret per obedientiæ meritum parens iniuſtę ſentẽtiæ, vel ea ratione vt cla-
2 uis eccleſiæ in maiori reuerentia habeatur dum timent fideles etiam iniuſtas ſententias. vt tradit Archid. in cap. quid ergo. 11. q. 3. nihilominus non debent iudices ſententiam excommunicationis ſine maturitate proferre alias vltra cõdemnationem ad damna, & expenſas, & ſuſpenſionẽ, ſunt grauiter puniendi vt pœna docente diſcãt, quam graue ſit ſententias excommunicationum ſine maturitate proferre. vt dicit notabiliter tex. in c. 1. in fin. de ſent. excomm. in 6. Facit c. ſacro extra eodem. Quinimò excommunicans iniuſte, ſacrilegium committit. cap. non in perpetuum. 24.
3 q. 3. quod crimen eſt depoſitione dignum. c. Apoſtolus. 81. diſt. & rationem reddit Archid. in d. c. in perpetuum. quod committit ſacrilegium, quia violat ſacrum, id eſt corpus eccleſiæ à quo euellit membrum ſuum iniuſte, & contra Deum. 11. q. 3. ſi Epiſcopus. & cap. Epiſcopi. & c. temerarium. Item tenetur
4 actione iniuriarum. gl. in d. c. non in perpetuũ. per d. c. temerarium. Bar. Veronen. conſ. 7. vbi defendit quemdam Vicarium ab actione iniuriarum, eo quod abſque dolo declarauerat excommunicatum in ſua diœceſi quemdam qui vere non fuerat alibi excommunicatus, ſed aderat tantum fama de excommunica-
5 tione. Hic quæritur an poſſit ferri ſententia excommunicationis pro contumacia in re leui. gl. in c. duo ſunt. 96. diſt. dicit, quod pro contumacia quæ ex parua re inſurgit, poteſt quis excommunicari. In cõtrarium facit tex. in cap. nullus. 11. q. 3. vbi pro leuibus culpis excommunicatio fieri non debet. Abb. in c. 1. de iudicijs. diſtinguit, quod aut contumacia conſiſtit in non comparendo, & tunc omnis contumacia eſt excommunicatione digna, aut in non parendo, & tunc non debet inſligi. Quare excõmunicatio contra eos qui furtum fecerint, non includit eos qui non peccauerunt mortaliter. nec ferri debet pro ſatisfactione in re leui, ſed qui non comparet in iudicio contemnit iudicẽ, & quanto magis fuit vocatus pro re leui, & effectus contumax, tanto magis videtur contemnere, imò peccat dupliciter. Et quãuis Aret. impugnet hanc Abbatis opinionem, verior eſt Abb. opinio, quã late defendit Dec. in d. c. 1. de iud. Item pro contumacia in cauſa ciuili poteſt quis excõ-
6 municari ſi non comparet, per ſe vel per procuratorem, quando non poteſt fieri miſſio ex primo decreto. cap. tuæ. vt lite non conteſta-
7 ta. Item non comparens in cauſa matrimoniali poteſt excommunicari. cap. tranſmiſſæ. qui fil. ſint legitimi.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ciuilis clericorũ, poteſt committi laicis.*
2 *Laicus poteſt eſſe arbitrator in cauſa Eccleſiaſtica inter clericos, non arbiter, niſi adiuncto clerico.*

QVAESTIO 730.

De cauſa ciuili Clericorum, an poſſit committi laico.

1 QVæritur an Epiſcopus poſſit delegare cauſam ciuilem clericorum laico. gl. in c. decernimus. de iudicijs. affirmat, quãdo cauſa eſt mere ciuilis pecuniaria. quam ſequuntur Abb. Fel. Dec. & alij cõmuniter, quicquid dicat Andr. Sicul. cui optime reſpondet Dec. Intelligunt tamen Doctores communem opinionem, dummodo non

non adſint Clerici idonei, & non fiat commiſſio generalis ad omnes cauſas ciuiles, ſed ad aliquam cauſam in ſpecie, nec committatur cauſa ſpiritualis, aut criminalis. Et hæc annotanda cenſui, quia laici ſolent eſſe magis periti in cauſis ciuilibus, vt cauſa alicuius momenti committatur laico perito pro maiori cultu iuſtitiæ. Poteſt tamen compromitti
2 cauſa ſpiritualis in laicum tanquam in arbitratorem. Hoſt. Io. Andr. in cap. fin. de rerum permut. Speculat. de arbitris. §. veſtra. & eſt communis in d. cap. decernimus. ſed non tanquam in arbitrium, niſi adiungatur Clericus. cap. contingit. & cap. per tuas. de arbitris, non tamen poſſet committi cauſa ſpiritualis laico, & Clerico, quia delegatio dat iuriſdictionem. vt per DD. in locis citatis.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatus ad factum, an compellatur præcisè.*
2 *Promiſſa, ſunt opere complenda de iure canonico.*

QVAESTIO 731.

An de iure Canonico tenetur quis præcisè ad factum.

1 PVlchra eſt iſta quæſtio, an de iure canonico compellatur quis præcisè ad factum, ſi poteſt adimplere, vel teneatur tantum ad intereſſe, iuxta regulam, quod in obligationibus facti nemo compellitur præcisè, ſed ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. oblig. Et videtur non eſſe recedendum à dicta regula iuris ciuilis, cum non reperiatur expreſſe deciſum contrarium de iure canonico. cap. 1. & 2. de oper. nou. nunciat. cap. cum expediat. de elect. in 6. & ita tenet Ant. de Butr. in cap. veniens. de iureiur. Contraria opinio, quod de iure canonico compellatur quis præcisè ad factum, videtur verior, per tex. in cap. qualiter. de pactis. vbi canon expreſſe mandat promiſſa
2 opere compleri. ergo debet compelli quis ad promiſſionem ſeruandam ſi poteſt. Præterea inter ſimplicem loquelam, & iuramentum Deus non conſtituit differentiam. cap. iuramenti. 22. q. 5. Sed vbi in obligatione facti adeſt iuramentum, cogitur quis præcisè, iuxta gloſ. ſingularem in l. ſi pecuniam. ff. de condit. ob cauſam. vbi Iaſ. late, & in loco ſupracitato. Sed prima ratio videtur concludens ex d. cap. qualiter. & in eo videtur expreſſum, promiſſa eſſe adimplenda opere & cum effectu, vt ibi gloſ. notat. quod non eſſet, ſi obligatus præſtando intereſſe liberaretur. Et hanc opinionem tenet Abb. in cap. veniens. col. penult. & vlt. de iureiur. & in cap. per tuas. de arbitris. Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. num. 33. in fine. quod nota.

S V M M A R I V M.

1 *Speciale de iure ciuili continens æquitatem, an ſit generale de iure canonico.*
2 *Incertum genere & ſpecie promiſſum, de iure ciuili non poteſt peti, ſecus de iure canonico.*
3 *Aduocato debetur ſalarium incertum etiam de iure ciuili.*

QVÆSTIO 732.

An id quod eſt ſpeciale de iure ciuili, ſit generale, & debeat obſeruari pro regula de iure canonico.

1 INquit Archid. in cap. ſunt nonnulli. 1. q. 1. quod de iure ciuili, ſi eſt promiſſum incertum in genere, & ſpecie; non poteſt peti in iudicio. l. cum mutuam. §. ſalarium. ff. manda-
2 ti. ſecus ſi ſit certum genere, ſed ſpecie incertum, tunc poteſt peti. arg. ff. ſi locati. l. ſi in legem. fallit in Aduocato, quia lex vult quod
3 poſſit petere ſalarium incertum. l. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. Dicit tamen Archid. quod de æquitate canonica in vtroque caſu, quando promittitur incertum in ſpecie & genere, poteſt peti promiſſum, vt arbitrio boni viri conſtituatur quid debeatur. ſequitur Alex. in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat. & nonnulli alij, atque nos ſubnectimus quæſtionem particularem. Nunc redeundo ad quæſtionem, quia illud quod eſt ſpeciale in Aduocato de iure ciuili, dicit Archid. generaliter eſſe ſeruandum de æquitate canonica, infert quidam Doctor nomine Decanus Senenſis in cap. 1. de conſtitut. in 4. quæſito. num. 23. quod id quod eſt ſpeciale de iure ciuili, de iure canonico obſeruatur pro regula. De quo videtur dubitandum, cum non ſit conſtituenda differentia inter ius ciuile & canonicum, niſi in expreſſis, iuxta notata in cap. 1. & 2. de oper. nou. nunciat. Sed certe eius dictum poteſt ſubſtineri eo caſu quo loquitur Archid. nem-

pe

pe quando caſus ſpecialis de iure ciuili continet æquitatem. dicit enim de æquitate canonica aliud eſſe. an autem æquitas canonica præferatur rigori ſcripto iuris ciuilis, vide in ſequenti quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas canonica non ſcripta, an præferatur rigori ſcripto iuris ciuilis.*

2 *Canones, rei factum & veritatem requirunt, reiectis ſubtilitatibus.*

3 *Aequitas eſt ratio naturalis.*

QVÆSTIO 733.

An æquitas canonica non ſcripta, præferatur rigori iuris ciuilis ſcripto.

1 QVæſtio iſta eſt ſingularis, nam habemus regulam, quod æquitas non ſcripta, non præfertur rigori ſcripto, ſecus ſi æquitas etiam ſit ſcripta. l. placet, vbi omnes. C. de iudicijs. Quæritur modo an id procedat in æquitate canonica non ſcripta, vt præferatur rigori iuris ciuilis ſcripto. & videtur non eſſe præferendum, cum leges ciuiles ſint approbatæ à ſacris canonibus, niſi quatenus reperiatur expreſſum contrarium in iure canonico. cap. 1. & 2. de oper. nou. nunciar. Secundo facit tex. notabilis in cap. fi. de tranſact. vbi expreſſe dicitur ſeruandam eſſe æquitatem canonicam, vbi non reperitur ius ſcriptum in contrarium. quod videtur etiam
2 procedere quo ad rigorẽ iuris ciuilis ſcriptum ex præcedenti ratione. In contrarium facit tex. in cap. dilecti. de iudicijs. vbi habetur, quod non obſtante diſpoſitione iuris ciuilis, quod nomen actionis proponatur, procedatur ſimpliciter abſque quod proponatur nomẽ actionis, & purè factum ipſum & rei veritas, ſecundum formam canonum, & Sanctorum Patrum inſtituta inueſtigetur. ex quo textu clarè colligitur, quod æquitas canonica
3 præfertur rigori ſcripto iuris ciuilis. Eſt enim æquitas, in qua circumſcriptis regulis iuris proceditur ex dictamine rationis naturalis. Bald. in l. 1. ff. de iuſtitia & iure. & in l. 2. C. de dotis promiſ. inquit, quod æquitas nihil aliud eſt, quam naturalis ratio. l. ſcire oportet. ff. de excuſ. tutor. Præterea de iure ciuili non admittitur purgatio moræ in emphyteuſi. l. 2. C. de iure emphyt. ſed admittitur de iure canonico ex æquitate. cap. potuit. de locato. & licet poſſit dici, quod dicta æquitas canonica ſit etiam ſcripta, tamen quando Papa id mandauit, erat ius ciuile antea ſcriptum, & mandauit ſeruari æquitatem, & præferri rigori ſcripto. Inſuper facit gl. notab. in cap. fin. 17. q. 4. vbi inquit, quod Auguſtinus mandauit reſtitui bona filijs teſtatoris, qui Eccleſiam inſtituerat, & filios exhæredauerat, non iure fori, quia non tenebatur, ſed iure poli. & ibi gloſſ. dicit, iure poli, ideſt ex quadam naturali æquitate. ergo præcipitur ibi ſeruari æquitatem, & præferri iuris ſcripti rigori. Poſtremo adducitur doctrina ſingularis Archid. in cap. ſunt nonnulli. 1. q. 1. vbi inquit, quod de iure ciuili ſi promittatur aliquid incertum genere & ſpecie, non debetur. l. cum mutuam. §. ſalatium. ff. mandati. tamen de æquitate canonica debetur, & debet reduci certitudo ad arbitrium boni viri. cuius Archid. dictum magis communiter DD. ſequuntur in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat. & nos fecimus particularem quæſtionem. & ſucceſſiuè cum iſta æquitas adducta ab Archid. non reperiatur ſcripta in aliquo Canone, ex ſupradictorum DD. opinione, præcipue Archid. famoſiſſimi Canoniſtæ, æquitas canonica non ſcripta, præfertur rigori iuris ciuilis ſcripto. & hanc opinionem cenſeo veriorem ex ſupradictis. Non obſtant adducta in contrarium. & primo quod ſunt ſeruandæ leges ciuiles ſcriptæ, ſi non reperitur deciſum contrarium. quia talis doctrina eſt vera, ſed non procedit contra æquitatem canonicam, vt in d. cap. dilecti. & ex alijs ſupra allegatis. Non obſtat tex. qui videtur vrgere in cap. fin. de tranſact. quia eſt intelligendus quando contra æquitatem eſſet rigor iuris canonici ſcriptus, non rigor iuris ciuilis, quod videtur probari ibi in illis verbis, præcedentibus à ſeueritate canonica circa illud recedere non licebit, & poſtea ſubdit tex. quod in his ſuper quibus ius non reperitur expreſſum, procedatur æquitate ſeruata ſemper in humaniorem partem declinando. Pro his etiam facit, quod Canones quaſi in omnibus negocijs ſumma æquitate vtuntur, vt in pœnis pecuniarijs exigendis vltra intereſſe contra ius ciuile ſcriptum. cap. ſuam. de pœnis. & in alijs, vt pluries diximus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum nutu factum, valet de benignitate canonica, etiam ad non pias cauſas.*

QVAE-

QVÆSTIO 734.

An de æquitate Canonica valeat teſtamentum nutu factum.

1 PVlchra eſt iſta opinio, & videtur negatiue reſpondendum, cum nomen hæredis debeat exprimi, alias non dicitur quis decedere teſtatus. l.iubemus.§.quod ſi non fuerit obſeruatum. C. de teſtam. & non eſt conſtituenda differentia inter ius ciuile & canonicum.cap.1.& 2.de oper.nou.nunciat. cum ibi notatis. In contrarium facit, quod æquitas canonica attendit veritatem, & voluntatem, & nutu deprehenditur voluntas. 16. q. 6. cap. qui decedunt. & legata etiam fiunt nutu. & hanc opinionem tenet gl.in cap. cum tibi. in verbo, diſpoſitionem. ibi, ſic nutu de æquitate canonica fit teſtamentum, quam ſequitur Ant. de Butr. ibi, quod de benignitate canonica poteſt procedere dictum gl. Sed de rigore procedit contrarium, quia nomen hæredis exprimi debet, & in infirmitate quis de facili reſpondet ad omnia. ſequitur etiam Abb. in d. cap. cum tibi. etſi teſtamentum non eſſet ad pias cauſas, dummodo conſtet de voluntate. argum.tex.in d.c.cum tibi. & cap. apud. de ſponſalibus. in teſtamento ad pias cauſas, non eſt dubium. Bald. in l.1. C. de ſacroſ.eccleſ. & ibi Aret. Abb. in loco citato. Anchar. Im. in cap. 2. de teſtamentis. Tiraq. qui nonnullos refert de priuil. piæ cauſæ. priuil. 8. ad quem te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur dotare filiam, quæ contraxit matrimonium ſine eius conſenſu, etiam ſi nullam dotem promiſerit.*

2 *Pater an teneatur dotare filiam, quæ nupſit indigno.*

3 *Opinio fauorabilis matrimonio, ſequenda eſt in dubio.*

QVÆSTIO 735.

Pater an poſſit denegare dotem filiæ, quæ nupſit indigno in fraudem libertatis matrimonij.

1 CLara eſt DD. concluſio, quod de iure canonico non poteſt filia exhæredari, neque dote, aut alimentis priuari, ex quo alicui nupſerit ſine conſenſu patris. Hoſt. Abb. in cap.1.de diſpenſat.impub. Felin. Dec. qui teſtatur de communi in cap. Eccleſia S.Mariæ. de conſtit. Ripa in l.1.nu.56. ff.ſolut.matrim. & alij. idque procedit etiam ſi filia nupſerit abſque promiſſione dotis. Ang. Bald. Paul. Iaſ.in auth.res quæ. C. communia de legat. Ripa loco citato. Bald. Nouell.de dote.6.par. priuil.16. Couar.de ſponſal.2.par.c.3.§.8.nu. 7.Guliel.de Bened. in cap. Raynutius. de teſtamentis. in verbo, dotem. nu. 42. Difficultas eſt, ſi id procedat quando filia nupſit indigno. Prima opinio eſt affirmatiua, quod etiam in hoc caſu non poſſit filia dote priuari. Cum enim filia libere ex iuris canonici diſpoſitione abſque conſenſu parentis, etiam indigno nubere poſſit, & matrimonium ſit validum, conſequens eſt vt actui ex ſe licito pœna adijci non valeat, neque ex ea matrimonij libertas impediri. Ita tenent Alex.in l.1.ff.ſolut.matrim.num.33.Iaſ.in auth.ſed ſi poſt.C. de inoff.teſtam.Dec.in l.nuptias. ff.de regulis iuris. num.13. Palat.Ruin.in cap.per veſtras. notab.3.§.10.& ſingulariter Imol. in cap.accedens.de procurator. vbi tamen dicit, quod poterit præſtari minor dos, ſeu alimenta ex mariti indignitate. quod etiam tenet Alex.in loco citato. Contrariam opinionem veriorem eſſe dicunt Præpoſ.in cap.1.de ſponſal. Pariſ. conſ.34. lib.3. Clarus in pract.crimin. q.82. Ripa vero in d.l.1.ff. ſolut.matrim. num. 59. diſtinguit, quod ſi aliunde habeat mulier, vel maritus vnde ſe alant, non ſint à parentibus dotandi, vel alendi. Iniquiſſimum namque

2 videtur compellere parentem ad dotandam, vel alendam filiam diuitem, quæ ex turpi matrimonio familiam denigrauit. ſi vero non habeant filia, nec maritus vnde ſe alant, tunc tenetur pater illam alere, vel dotare, attenta ipſius filiæ, & mariti qualitate ne fame pereat. & hanc diſtinctionem Ripæ ſequuntur Couar.d.§.8.n.7. ſequitur etiam Ludou.Molin.de primogen. lib.2. cap.16. num.8. Mihi videtur verior opinio Imol. & aliorum pro

3 prima parte relatorum, tanquam magis fauorabilis matrimonio, ne tollatur libertas. dummodo conſtituatur dos competens qualitati, ſeu conditioni viri, ſiue habeant vnde ſe alant, ſiue non. debemus enim in dubijs ſequi illam opinionem, quæ matrimonio fauorabilis eſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita in legato facto mulieri, ſi Titio nupſerit, an ſit contra libertatem matrimonij.*

2 *Præmij ſpe poteſt quis alliei ad matrimonium, nec tollitur libertas, licet reſtringatur.*

3 *Conditio poſita in legato contrahendi cum certa perſona, ſi honeſtè adimpleri non poteſt, reijcitur.*

4 *Conditio contrahendi cum conſanguineo, appoſita in legato, tanquam impoſſibilis reijciatur, ſi non fiat mentio diſpenſationis Summi Pontificis.*

QVÆSTIO 736.

An ſit contra libertatem matrimonij conditio appoſita in legato relicto mulieri, ſi Titio nupſerit.

1 Videtur in hac quæſtione affirmatiue reſpondendum. nam mulier forte metu amiſſionis legati non libere cum alijs contraheret. arg. cap. Gemma. de ſponſal. Contraria opinio eſt verior, quod licet metu pœnæ non poſſit quis obſtringi ad matrimonium contrahendum. d. cap. gemma. & l. Titia. ff. ſol. matr. tamen ſpe præmij poteſt ad matrimonium allici atq. inuitari. l. Titio centum. §. Titio centum. il 1. ff. de condit. & demonſtr. Et hæc eſt communis opinio, quod valeat conditio contrahendi in certo genere perſonarum. quia ex hoc non cenſetur adempta facultas contrahendi, licet ex parte reſtringatur. ita ex illo textu. §. Titio centum. tradit Bart. & reliqui ſcribentes. Oldrad. conſ. 16. q. 1. Felin. in cap. 1. de ſponſal. Emanuel à Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. ff. de condit. & demonſtr. limit. 6. Alciatus in d. l. Titia. Couar. ſuper quarto. p. 2. cap. 3. §. 3. nu. 6. Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. & alij. Facit Geneſ. cap. 28. vbi Iſaac præcepit Iacob filio ſuo, vt acciperet vxorem de filiabus Laban. Et ſupradicta concluſio procedit non ſolum in præcepto contrahendi cum certa perſona per viam conditionis adiecto, ſed etiam in eo quod per viam modi adiectum eſt. Oldrad. & Couar. in locis citatis. Aret. in l. cum ita ſtipulatus fuero. ze ſiſti §. ſi tibi nupſero. ff. de verb. oblig. Palat. in cap. per veſtras. de donat. inter virum, & vxorem. 3. notab. §. 21. num. 3. Limitant tamen ſupradicta vt ſint intelligenda, dummodo præceptum hoc honeſte impleri poſſit, alias conditio ipſa impoſſibilis de iure, atque inhoneſta eſſe iudicatur. l. cum ita legatum. §. videamus. ff. de condit. & demonſtr. vbi conditio iſta reijcitur, ſicut illa quæ ad perpetuam viduitatem aſtringit. imò fortior videtur hæc conditio quam illa qua ſimpliciter non contrahendi præceptum appoſitum eſt, vt conſiderat Iuriſconſultus in d. l. cum ita legatum. & in l. hoc modo. ff. eodem. Oldrad. d. conſ. 16. Et ex hoc aliqui voluerunt non valere conditionem de contrahendo cum conſanguineo intra quartum gradum, quia non poteſt cum eo honeſtè contrahere. & ideo videtur reijcienda. gl. in l. 2. ff. de inſtit. & ſubſtit. Nec videtur obſtare, quod ex diſpenſatione Summi Pontificis purificari poſſit. nam conditio ſecundum tempus præſens accipienda eſt, alias tanquam impoſſibilis de iure reijcitur. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. & ita tenet à Koſta in ſelect. cond. lib. 1. cap. 8. nu. 14. quem refert Mol. loco cit. Sed contraria opinio verior eſt. nam quod conſanguineæ præceptum iniunxit vt conſanguineo nubat, id neceſſario præſupponit vt ad hoc Rom. Pont. diſpenſatio accedat, nec abſque illa matrimonium contrahatur, cum ea conditio à iure ſit, & etiam ex natura actus proueniat. adeo vt etiam ſi omittatur, pro expreſſa habenda ſit. l. 1. & l. conditiones extrinſecus geſtis. ff. de condit. & demonſtr. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Et quod dependet à poteſtate Principis, non dicitur impoſſibile quando fieri ſolet. l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. 1. & hanc opinionem tenet Mol. loco citato. qui limitat quando Papa non conſueuit diſpenſare, vt in ſecundo gradu. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 5. Quid autem ſi legatarius ſit paratus contrahere cum muliere, deſignata à teſtatore, & illa recuſauerit, & multæ aliæ quæſtiones circa hoc poſſent occurrere. vide ſcribentes in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. & late Molin. loco citato. ad quem te remitto. hæc tantum dicta ſint pro habenda cognitione magis notabilium circa libertatem matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium non conficiens, an de iure canonico teneatur vltra vires hæreditarias.*

2 *Ius canonicum ſequitur ſolam iuſtitiam naturalem.*

QVAE-

QVAESTIO 737.

An de iure Canonico non conficiens inuentarium, teneatur vltra vires hæreditarias.

1 CVm ius canonicũ ſumma nitatur æquitate, & ratione naturali. cap. dilecti.de iudic. cap.fin. 17.q.4.& ibi gl.in verb.iure poli. Quæritur an dicto iure, hęres non conficiēs inuentariũ teneatur vltra vires hæreditarias. Bald.in l.cum à matre.in fine.C.de rei vendicat. tenet, hæredem de iure canonico non teneri vltra vires, quia de iure canonico ſufficit ſola iuſtitia naturalis, ſequitur Brunus in verb. inuentarij. Marcabr. conſ.3.num.85.In contrarium facit, quia non recedendum à iure ciuili, quando non reperitur expreſſum contrarium de iure canonico. cap. 1. & 2. de oper.nou.nunciat. & quia hæres tenetur vltra vires ob ſuſpicionem ne occupet res hæreditarias, & ideo non confecerit inuentarium. l. fin. C.de iure delib. quæ ratio militat etiam de iure canonico, quo probationes per præſumptionem admittuntur. toto tit. de præſumpt. Præterea id videtur eſſe ſpeciale in Eccleſia, quod non teneatur vltra vires, quia ceſſat in ea præſumptio occupationis, vt late diximus in quæſt. ..... Et hæc opinio videtur verior. nihilominus priorem opinionem cen-
2 ſeo poſſe procedere, vbi liquido & notoriè conſtaret, teſtatorem nihil aliud habuiſſe in bonis. arg. not. per Innoc. in cap. quia plerique. de immunit. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur in cauſis minimis de iure canonico.*

2 *Libellus debet dari in cauſis minimis de iure canonico.*

3 *Cauſa minima dicitur quando ſumptus excedunt valorem cauſæ.*

4 *Appellare in minimis non expedit viro probato, maxime eccleſiaſtico.*

QVAESTIO 738.

De iure Canonico an in cauſis minimis poſſit procedi ſine ſcriptis.

1 EX Auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex breuiloquo recit. quæ eſt canonizata, apparet cauſas minimas eſſe ſine ſcripto proferendas, & etiam cauſas Clericorum, quando litigant coram Epiſcopo. & quidem rationabile videtur ad euitanda odia litium, & ne impediatur cultus diuinus. & de iure ciuili non appellatur à cauſis minimis. Auth. anteriorum. Sed quia de iure canonico poteſt appellari in cauſis minimis. c. de appellat. de appellat. etiam pro vna gallina, vt ibi refert Abb. ſequitur, quod debeat interuenire ſcriptura. & ita dicit ibi gloſ. quod in modicis
2 dandus eſt libellus. Et ratio eſt ſecundum Canones, ſubiectum appellationis, quod eſt iniuſtitia, quæ poteſt eſſe in parua re, ſicut in magna. Sed ius ciuile non ſtatuit appellari de rigore contra naturam appellationis. Ius verò canonicum procedit mitius, vt poſſit à quocunque grauamine appellari, dicta ratione inſpecta. glo.in l.1.ff.à quibus appell.non licet. Quæ autem dicantur cauſæ minimæ, & breuiores, tradit gloſ.in d.cap.de appellat.& gloſ. in dict. cap. niſi breuiores. & communiter ibi concluditur, relinqui arbitrio iudicis. Vna tamen eſt notabilis, quam ponit gloſ.in d. cap.
3 de appellat. quando ſumptus litis iudicialis excedit valorem cauſæ. ſequitur Abb. pro ſingulari. & dicit Bart. in l.mediterraneæ.C. de annonis & trib. lib. 10. per illum textum, quem excuſari, ſi non fecit id, ad quod faciendum maior erat ſumptus quam rei agendæ vtilitas. Eſt autem notandum iuxta Abbatem loc. cit. quod licet licitum ſit petere iuſtitiam de quocunque grauamine, non autem dicit decretalis illa, vt expediat. vnde dicit Abb.
4 non expedire viro probato appellare in minimis negocijs. argum.tex.in cap.vnico.de ſyndico. ibi, expedit enim pro paruo incommodo à ſtrepitu cauſarum ſeruos Dei eſſe quietos. & ob hanc cauſam Apoſtolus ſuadet pati iniuriam, & fraudem, potius quam in iudicio cum fratre contendere. ita ſingulariter Abb. loco citato, idq. multo magis expedit viro eccleſiaſtico.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis ſententia, ſi iudex non proferat ore, an ſit ſuſpenſus.*

2 *Excommunicatio an poſſit fieri per litteras.*

3 *Epiſcopus tanquam perſona Illuſtris, recitat ſententiam per alium.*

QVÆSTIO 739.

De ſententia excommunicationis, ſi eam

cam Iudex Eccleſiaſticus non profe-
rat ore, an ſit ſuſpenſus.

1 Dicit tex. in cap. 1. de ſent. excommun. in 6. quod Prælatus ſub pœna ſuſpenſionis, debet in ſcriptis proferre ſententiam excommunicationis. Modo quæritur, quid ſi non proferat ore, ſed faciat legi per Notarium ipſo præſente. Abb. in cap. præterea. nu. 12. de appell. in illa quæſt. an ſi feratur excommunicatio, ſi iudex ſcribat abſenti, Si Titio non ſatisfeceris, cognoſcas te eſſe excommunicatum, tenet Titium eſſe excommunicatum, licet iudex non protulerit ore ſententiam, iuxta l. 1. C. de ſent. ex periculo recit. & cap. fin. de re iudic. in 6. Et dicit ſecundum practicam modernam ſatis dici prolatam in ſcriptis, dum in litteris ſuis eam redigit. Idem in decreto. & ita reſpondet ad d. cap. 1. Facit tex. in cap. nullus. 3. q. 4. vbi innuitur, ſuperiorem poſſe excommunicare per litteras ſuas abſque quod ore ſententiam proferat. & hæc nota, quia vidi dubitari. de Epiſcopo non eſt dubium, quia tanquam perſona illuſtris poteſt per alium recitare ſententiam. d. cap. fin. de re iudic. in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Suſpicionis cauſa, ſi non poteſt allegari ſine ſcandalo, an ſit proponenda.*

2 *Agens actione iniuriarum, tenetur exprimere cauſam, quamuis turpem.*

Q V Æ S T I O 740.

An aliquando de iure Canonico, ſuſpicionis cauſa non ſit proponenda, nec probanda.

1 Tu ſcis, quod de iure canonico ſuſpicionis cauſa eſt exprimenda. cap. ſecundo requiris. de appellat. Quid ſi non poteſt exprimi ſine ſcandalo, vt quia pars recuſans, eſt riualis iudicis. dicunt aliqui, quod non tenetur exprimere cauſam, ſed ſtandum eſt iuramento ſuper legitimitate cauſæ. ſed DD. in d. cap. ſecundo requiris. hoc non admittunt, nam volens agere iniuriarum, tene-
2 tur exprimere cauſam, quantumque ſit turpis. l. prætor edixit. ff. de iniurijs. Sed Abb. in d. cap. ſecundo requiris, dicit, quod illa lex loquitur, quando agitur de magno præiudicio partis. ſed hic de modico præiudicio, & quaſi de nullo. præſertim eo conſiderato, quod de iure ciuili admittitur recuſatio cauſæ, nõ ſpecificè allegata. vnde ipſe Abb. valdè æquum putaret, vt ſtetur iuramento ſuo, habito reſpectu ad qualitatem perſonæ, per id quod in ſimili notatur in cap. Nicolao. de appellat. licet hoc iure non probetur. ſed ratio naturalis dictat. argum. d. cap. ſecundo requiris. & optimè facit in argum. cap. ſtatutum. §. cum verò. de reſcript. in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio extraiudicialis, non poteſt fieri ad Archiepiſcopum, & quare.*

2 *Excommunicatus non appellat extraiudicialiter.*

3 *Itineris arreptio quando habeatur pro appellatione.*

4 *Priuilegium cap. vnico. de Cleric. peregr. quod ſit.*

5 *Carceratus confugiens ad ſuperiorem ſine cauſa, dicitur aufugere.*

QVAESTIO 741.

De appellatione extraiudiciali, quod non poſſit fieri ad Archiepiſcopum, & quid in arreptione itineris.

1 De appellatione extraiudiciali, & de arreptione itineris ad Papam, ſolent fieri aliqua dubia. propterea pro tyronibus ſciendum, quod vltra appellationem iudicialem, quæ fit à iudice grauante in iudicio, ſolet fieri appellatio extraiudicialis, quando pars aliquem moleſtat in iure ſuo, abſque iudicis authoritate, qui ſentiens ſe grauari, & eijci à poſſeſſione appellat. quæ appellatio eſt magni momenti. nam attentata poſt appellationem extraiudicialem reuocantur. cap. bonæ memoriæ. de appellat. Verum iſta appellatio extraiudicialis, potius querimonia & prouocatio ad cauſam dicitur, quam vera appellatio: & propterea neceſſe eſt, quod interponatur ad iudicem, qui poſſit adiri per viam querelæ, & ſucceſſiuè non poteſt interponi ad Archiepiſcopum, qui non poteſt adiri per viam querelæ, reſpectu ſubditorum Suffraganei. cap. paſtoralis. de off. ordinar. Abb. ſingulariter in c. dilecti filij. de appell. Sequitur etiam, quod excommunicatus non poteſt appellare ex- 2
traiudicialiter, quia eſſet exponere quærimoniam, & agere quod illi eſt prohibitum. cap.
cum

cum inter. de exception. vbi Abb. Et quamuis in hoc dubio Innocen. fuerit varius. nam in dicto cap. cum inter. tenuit non poſſe appellare. & contrarium in cap. dilecti. de maiorit. & obedient. tamen ſequendus eſt Ioan. Andr. quem etiam ſequitur Abb. in dicto cap. cum inter. & in cap. bonæ memoriæ. qui ita concordat, quod aut appellatio eſt merè extraiudicialis, & non poteſt excommunicatus appellare, aut non eſt merè extraiudicialis, poteſt poni exemplum in eo, qui appellat ab exequutore volente alicui prouidere de beneficio, qui poteſt vexare, & grauare. & tunc poterit appellare. Sed quid in arreptione itineris, an habeatur pro appellatione, ſi iter arripiatur ad Archiepiſcopum. Sciendum, quod arreptio itineris ad Papam habetur pro appellatione, ſi ſeruentur ea quæ ſeruari debent in appellatione. dict. cap. dilecti filij. de appellation. & ideo ſicut appellans in iudicio, tenetur in ſcriptis appellare, & exprimere aliquando cauſam, ſecundum quod appellatur à diffinitiua, vel ab alio decreto, & petere Apoſtolos, ita qui arripit iter, debet hæc omnia ſeruare, & iudici in ſcriptis ſignificare, & proteſtari, quod propter grauamen iter arripit. & hæc arreptio itineris deuoluit cauſam ad Archiepiſcopum, licet non appellatio extraiudicialis, quando tamen iter arripitur à iudice procedente iudicialiter, vt ſingula riter, & indiſtinctè tenet Abb. in dicto cap. dilecti filij. quæ itineris arreptio defendit etiam nuncios miſſos ab appellantibus: Innocent. in cap. vt debitus. de appellation. Abb. in dicto cap. dilecti. vnde excommunicatio eſſet nulla. Sed pone, quod in arreptione itineris non fuerint ſeruata ſupradicta, prout in appellatione iudiciali, an poſſit iter arripiens aliquo modo defendi. Dicendum, quod poterit defendi, ſi arripiat iter ad Papam, ex priuilegio tituli de peregrinantibus. capit. vnico. vbi euntes ad Papam ſunt ſub eius protectione, & non debent ab aliquo moleſtari. ſed an euntes ſine cauſa, & voluntariè, gaudeant tali priuilegio, variæ ſunt opiniones. Innocen. in dicto cap. vt debitus. de appellation. tenet, quod requiritur, vt quis accedat ex aliqua cauſa neceſſaria, vel probabili, non ex qualibet voluntaria. & tali caſu nihil poſsit innouari per iudicem. quæ opinio non diſplicet Abb. in dicto capit. vnico. dicitur autem cauſa neceſſaria, vt releuetur ab aliqua oppreſſione, vel ſimili. ſed Hoſtienſis tenet, quod dict. cap. vnico. procedit in quolibet accedente ex quacunque cauſa, vt non poſſit procedi contra peregrinantem, niſi fuerit a iudice facta præuentio. & hanc opinionem etiam laudat Abb. cum moderatione tamen, vt reuocetur id, quod eſt grauis præiudicij, & innouatum fuerit poſt iter arreptum. rationabilior videtur opinio Innocen. vt requiratur aliqua cauſa ſaltem probabilis, ne eludantur iudicia Ordinariorum. Facit quod fugiens ex carcere, & confugiens ad ſuperiorem, non dicitur aufugere. l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædilitio edicto. quia itineris arreptio ad ſuperiorem, habet vim appellationis. vt in l. ſed etſi per prætorem. §. finali & ibi Bald. ff. ex quibus cauſis maiores. tamen id procedit, quando aufugit ex iuſta cauſa, nempe ob timorem imminentis periculi in eius perſonam propter Iudicis, vel Cuſtodis ſæuitiam, vel etiam nequitiam, ſecus ſi ſine cauſa, vel cum cauſa, ſed iniuſta, & non colorata. ita Boſſ. de carceratis fideiuſſor. committendis. & alij allegati per Proſperum Farinacium libro primo. quæſtione trigeſima de carceribus & carcerat. num. 174.

S V M M A R I V M.

1 *Carceratus poteſt etiam excommunicari.*
2 *Contra contumaces poſſunt intentari plura remedia exequutiua.*
3 *Excommunicatus poteſt iterum excommunicari etiam ex eadem cauſa.*
4 *Suſpenſus bis poteſt excommunicari propter nouam inobedientiam in eadem cauſa.*

Q V AE S T I O 742.

De Clerico carcerato pro furto, an non obſtante carceratione, poſſit excommunicari ſi non reſtituit.

1 QVidam Clericus furto ſubtraxit bona Eccleſiæ, fuit carceratus, an non obſtante carceratione, poſſit adhuc excommunicari? Dicendum quod ſic, ex textu notab. & ibi hoc notat Bald. & Philipp. in cap. dilectis. de appellation. Ratio eſt, quia carceratus non liberatur à debito, & poteſt contra eum procedi per alia iuris remedia, & eius bona capi, & vendi, vt per Bart. in l. conſentaneum. quomodo & quando Iudex, vt pulchrè per Philipp. quod notandum eſt in

Digitized by Google

praxi, quia ſi pars intentauit vnum remedium exequutiuum, poteſt adhuc aliud etiam intentare, donec actualiter ſatisfaciat. & dicit Bald. in l. 1. C. de prohib. ſeq. pecun. quod poteſt quis contra contumaces vti miſſione in poſſeſſionē, & ſequeſtratione rerum, & alijs remedijs ſimilibus, donec ſatisfaciat. idem Aug. in l. nemo carcerem. C. de exactor. lib. rei. Item ſemel excommunicatus, poteſt iterum, & ob eandem cauſam excommunicari. cap. ita quorundam. de iudæis. vbi gloſ. notab. inquit, iuxta illud, qui in ſordibus eſt, adhuc ſordeſcat. diſtinct. 40. cap. quantumlibet. & operatur duos effectus eijciendi extra Eccleſiam; nam ſecunda excommunicatio tunc incipit habere effectum, cum ligatus abſoluitur à prima, quia remanet excommunicatus per ſecundam. & prima abſolutio non habebit ſuum effectum propter ſecundam excommunicationem; ſed valebit prima abſolutio, & operabitur tamen effectum ſequuta abſolutione prima. gloſſ. ſingularis in cap. ex parte. de offic. ordinar. Item ſuſpenſus etiam bis propter nouam inobedientiam, in eadem cauſa poteſt excommunicari. cap. veritatis, de dolo & contumac. vbi Abb. num. 7. Sicut enim qui eſt in vno peccato, poteſt aliud committere, & plus punitur, ſic qui eſt ligatus, poteſt iterum ligari & plus punitur. gloſ. in d. cap. ita quorundam.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus an poſſit de nouo inquirere contra beneficiatum, in cuius fauorem protulit ſententiam.*

2 *Sententia beneficialis an tranſeat in rem iudicatam.*

Q V AE S T I O 743.

De Epiſcopo an poſſit de nouo inquirere contra beneficiatum, in cuius fauorem protulit ſententiam.

1 DVbium ſolet frequenter occurrere in viſitatione. Epiſcopus protulit ſententiam in cauſa beneficiati, à qua pars ſuccumbens non appellauit intra decem dies, Epiſcopus vult inquirere contra poſſeſſorem de aliquo defectu, an poſſit? dicendum, quod ſententia in beneficialibus poſt decem dies tranſit in rem iudicatam, in præiudicium volentium contradicere, qui non appellauerunt. quoniam poſſunt ipſi contradictionem omittere ſine peccato, cum ſponte veniant ad contradicendum, ſed non in fauorem beneficiati, quia in eius perſona innititur peccatum. & ideo ſuperior poteſt ſemper ex officio ſuo inquirere. cap. cum dilecti, vbi Abb. ſub num. 5. de election. ad notat. Innocent. in cap. ad aures, de reſcript. Facit text. in cap. conſtitutus. de appellation. & per gloſ. in cap. ſi forte, de elect. in 6. Secus eſt in matrimonio carnali, quia coniux peccat obſeruando ſententiam contra legem diuinam, vel canonicam latam, vnde non potuit acquieſcere iniuſtæ ſententiæ, meritò auditur etiam poſt decretum, ne remaneat in peccato. Abb. pulchre d. cap. cum dilecti. & hoc nota, quia de facili in praxi videtur contrarium. nam beneficiatus qui obtinuit ſententiam, credit ab eodem Epiſcopo non poſſe de nouo inquiri in viſitatione, vel extra.

S V M M A R I V M.

1 *Infamatus infamia facti, an poſſit priuari beneficijs.*

2 *Infamia priuat militem militia, & dignitatibus, & an priuet clericum.*

Q V Æ S T I O 744.

An infamatus infamia facti, poſſit priuari beneficijs.

1 EPiſcopus, in viſitatione vel extra, reperit aliquem grauiter infamia facti infamatum de crimine depoſitione digno, an ex tali infamia vehementi poſſit illum deponere. Innocent. in cap. per inquiſitionem. de elect. dixit, effectum infamiæ facti eſſe, vt non ſolum infamatus repellatur à beneficijs obtinendis, vt in cap. inter dilectos. & l. ſecunda. C. de dignitat. libro duodecimo. ſed etiam vt priuetur beneficijs iam habitis. Abb. verò in dicto capitulo per inquiſitionem. tenet contrarium, quod propter infamiam facti non debet quis priuari beneficijs habitis, ſed debet fieri inquiſitio contra eum. tantum enim præſtat facultatem inquirendi, vt in capitulo qualiter & quando. il ſecondo. de accuſation. Sed ſi infamia facti eſſet multum vehemens, poſſet interim infamatus ſuſpendi durante inquiſitione. vt in capitulo

inter

inter ſollicitudines. de purgation. canonica. Et ſi per inquiſitionem non poteſt haberi veritas, indicitur purgatio. capit. accedas. de accuſation. ita Abb. loco citato. quod eſt notandum, quia Innocenr. eſt magnæ auctoritatis. & ſi caſus occurreret, eſſet dignus maxima conſideratione. Sed an infamia iuris ipſo iure priuet Clericum beneficijs, & dignitatibus. & videtur quod ſic, quia clericus æquiparatur militi armatæ militiæ. gloſ. & Doctores in l. miles. ff. de re iudicata. & infamia ipſo iure priuat militem militia. l. ſecunda. §. miles. ff. de his qui notantur infamia. & priuatur etiam omnibus honoribus, & dignitatibus, vt tradit Abb. in capit. querelam. de iureiuran. & illum textum glo. ibi extendit ad Clericum. Tamen veritas eſt in contrarium, vt non procedat in Clerico, propter diuerſitatem rationis. quia maior eſt connexio inter Prælatum & Eccleſiam, quàm inter militem & militiam. cap. inter canonicos. de electiõ. & cap. inter corporalia. de translation. Prælator. ita Felin. in dicto capit. querelam. Et non procedit argumentum de milite ad clericum, vbi militat diuerſa ratio. Abb. in capir. 1. de cleric. ægrotante. Doctores in d. l. miles.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna ordinaria de iure canonico non debet imponi, quando proceditur per inquiſitionem, niſi inquiſitus ſit confeſſus.*

2 *Excommunicatus vel ſuſpenſus celebrans, poteſt deponi ab ordine, etiamſi procedatur per viam inquiſitionis, & lite non conteſtata.*

Q V Æ S T I O 745.

An de iure canonico poſſit imponi pœna ordinaria quando proceditur per inquiſitionem.

1 QVæritur, an poſſit imponi pœna ordinaria, quando procedirur per inquiſitionem. Et breuiter reſpondetur, quod non, ſed debet inquiſitus puniri mitiori pœna, ſaltem de iure Canonico. tex. eſt in c. 2
qualiter & quando. il 2. de accuſat. Eſt tamen aduertendum, quod ille text. non procedit quando de crimine conſtat per confeſſionem propriam. quia tunc punitur, ac ſi fuiſſet conuictus, & proceſſum per accuſationem. tex. eſt not. in c. fin. de celebrat. miſſar. & in c. 2. de confeſſis. Abb. notabiliter in d. c. fin. & in c. per inquiſitionem. de elect. Secundo fallit, quando contumax excommunicatus vel ſuſpenſus celebrauit, tunc propter irregularitatem poteſt deponi ab ordine, etiam ſi procedatur per viam inquiſitionis, etiam lite non conteſtata, ſecundum vnam lecturam gl. quæ approbatur in c. veritatis. de dol. & contum. & ibi Abb.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiarius non reparans Eccleſiam, an poſſit puniri, & deponi tanquam dilapidator.*

2 *Epiſcopus negligens, punitur quando magna eſt negligentia.*

3 *Epiſcopus habens nepotes rixoſos, debet illos eijcere.*

Q V Æ S T I O 746.

Eccleſiam non reparans, non ſolum poteſt compelli ad reparandum, ſed etiam poteſt puniri.

1 EPiſcopus in viſitatione reperit beneficiatum non reparaſſe eccleſiam, an poſſit non ſolum compellere ad reparationem, ſed etiam punire. Breuiter dicendum quod ſic, ex not. doctrina Ioan. de Lignano in extrauag.
2 execrabilis. de præbend. quam refert, & ſequitur Fel. in cap. de refragabili. de offic. ordinar. vbi dicit, quod Prælatus negligens reparare eccleſiam, punitur tanquam dilapidator, tanto magis rector. ſed intellige quando magna eſt eccleſiæ ruina, ſecus ſi modica. vt dicitur de Prælato nimis negligente, vt poſſit deponi ſi adeſt magna Eccleſiæ pernicies, & negligẽtia ſit magna, & craſſa. gl. in c. cum ad monaſterium, de ſtatu regularium. de qua late per Felin. in c. 1. de tregua & pace. ratione enim beneficij & obligationis, negligentia eſt punibilis arbitrio boni viri. vnde pater punitur pro filio hæretico; quia illum non correxit. cap. excommunicatus. §. fin. de hæretic. ſic etiam ſi iudex vidit duos rixantes de feneſtra, debet mittere familiares, quod ſi non
3 facit, debet puniri. Bald. in l. 1. §. qui ſit. ff. de officio præfecti Vrbis Alexand. in l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præſidis. vbi, quod poteſt priuari officio. & quod ſi Poteſtas habeat filium rixoſum, ſi non prouideat

poteſt ab officio remoueri. quod eſt notandum pro nepotibus Epiſcoporum, ſi qui eſſent inſolentes, vt expellantur à Diœceſi. & iudex fingens ſe dubitare, vt euitet onus iudicandi, eſt infamis, & punitur in triginta pondus auri. l. 2. C. de legibus. Sed aliqui dicunt id eſſe verum de iure ciuili, ſed de iure canonico ſufficere pœnam cap. cum æterni. de ſentent. & re iudicat. in 6. Sed quicquid ſit circa prædicta de iudice, tenenda eſt opinio, quod ſi ruina eccleſiæ eſt magna, poteſt beneficiatus puniri tanquam dilapidator. quod eſt notandum, quia ſæpe occurrit in viſitatione. & vbi inueniuntur eccleſiæ collapſæ ex culpa rectorum, & maxime ſi onera Miſſarum, vel alia non ſunt adimpleta, & ipſe fructus exegit per non modicum tempus, deberet beneficio priuari tanquam dilapidator.

SVMMARIVM.

1 *Ius ſuperueniens lite pendente, & etiam de præterito poſt litem conteſtatam, an validet iudicium in foro eccleſiaſtico.*

QVÆSTIO 747.

An in foro eccleſiaſtico ius ſuperueniens lite pendente, ex cauſa de præterito poſt litem conteſtatam, validet iudicium.

1 AN ius ſuperueniens lite pendente ex cauſa de præterito poſt litem conteſtatam, validet iudicium ſuper illo iure ſuperuenienti. Dicendum quod non de iure ciuili. l. non poteſt. ff. de re iudic. & ibi Bart. & alij. quod patitur multas limitationes, & ampliationes. ſed de iure canonico eſt verum indiſtincte, quod quando actum eſt generaliter, aliqua cauſa non expreſſa vel expreſſa, proxima & non remota, tunc ſatis eſt ſuperuenire pendente iudicio ex cauſa de futuro. ita probat in capit. Abbate ſane. de re iudicat. in 6. Bart. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de except. rei iudic. Marian. in capit. 2. de libelli oblation. Gabriel. de iudicijs. concluſ. 3. qui multos adducit. Limitat tamen, quando fuiſſet expreſſa cauſa proxima & remota. & quando aliquæ clauſulæ adiectæ eſſent, iuxta Marian. in d. cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *Libellus alternatiuus, de iure canonico admittitur.*

QVÆSTIO 748.

An in foro eccleſiaſtico admittatur libellus alternatiuus, quando plures actiones competunt.

1 AN de iure canonico admittatur libellus alternatiuus, quando plures actiones competunt. & dicendum, quod licet de iure ciuili non admittatur, ſed detur electio. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributor. tamen de iure canonico admittitur. per text. in capit. Abbate ſane. de re iudicat. in 6. vbi Archid. cap. conſtitutus. de reſtitut. in integrum. Gabr. de actio. concl. 1. qui alia dicit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi brachium prius eſt implorandum à iudice delegato, quam ſeculare.*

QVAESTIO 749.

De iudice delegato, quod non poſſit implorare brachium ſeculare, niſi prius requiſierit Epiſcopum.

1 QVæritur, an iudex delegatus poſſit implorare brachium ſeculare, non requiſito prius Ordinario. Dicendum, quod prius tenetur requirere Ordinarium loci, ſiue Epiſcopum, cuius auxilium ſi non erit ſufficiens, tunc implorabit auxilium ſeculare, ſed ſi ſufficeret, non poterit inuocare brachium ſeculare. ita ſingulariter tradit Card. in Clem. 1. quæſt. 10. de offic. deleg. vbi dicit ita intelligenda eſſe c. ſi quando. c. ſane. c. paſtoralis. extra eodem. ſequitur Dec. in cap. poſtulaſti. eod. tit. de offic. deleg. Roland. conſ. 37. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Epiſcoporum an dicantur ius ciuile, vel pratorium.*
2 *Actiones deſcendentes ex ſtatutis Epiſcoporum quanto tempore durent.*
3 *Statuta Epiſcoporum, confirmata à Summo Pontifice, dicuntur ius ciuile.*

QVAE-

QVAESTIO 750.

De ſtatutis Epiſcoporum, an iudicentur ius ciuile, vel prætorium.

1 QVæritur notabiliter, an ſtatuta Epiſcoporum, dicantur ius ciuile vel prætorium. vtilitas eſt magna; quia ſi iudicantur ius ciuile, actiones durant perpetuò; ſed ſi ius prætorium finiuntur anno. & breuiter dicendum eſt, eſſe iudicandum ius prætorium, non ciuile. Alexan. in l. more maiorum. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. poſt Bald. in L.... communis. in §. ſed iſte. Roland. conſil. 86. vol. 1. Limitatur tamen hæc Concluſio, quando ſtatutum Epiſcopi eſſet confirmatum in ſpecie, ſiue ex certa ſcientia à Summo Pontifice, tunc iudicaretur ius ciuile, quia noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur. l. 2. C. de veter. iur. enucl. ita
1 ſingulariter Roland. loco citato. Facit gloſ. in cap. ex frequentibus. de inſtitut. quæ vult, quod inferior non poſſit abſoluere excommunicatum confirmatum à Papa. & dicit Dominic. in cap. præſenti. de offic. Ordinat. in 6. quod ſi propterea confirmat monacho prioratum, Abbas non poteſt illum remouere. confirmatio enim ſuperioris operatur, quod illud quod eſt temporale, efficiatur perpetuum. Anchar. in Clemen. quia regulares. de ſupplend. negligent. prælator. Archid. in dicto cap. præſenti. Bald. in cap. illud. de maiorit. & obedient. Abb. in cap. ad audientiam. de confirmat. vtili vel inutili. Supradicta opinio, quod ius canonicum æquiparetur iuri prætorio,
2 non videtur verior, quia prætor habebat officium annale, ſed Epiſcopi ſtatuta ſunt perpetua, donec reuocentur à ſucceſſore. Card. in Clem. cauſam. de elect. omnes in cap. fin. de officio legati.

XXVI. CAPVT TRICENARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Summi Pontificis, an poſſit ſubdelegare cauſas prophanas laicis.*

2 *Cap. ſtatutum. de reſcriptis. in 6. an procedat in cauſis eccleſiaſticis tantum, vel etiam in prophanis.*

QVAESTIO 751.

De Delegato Summi Pontificis, an poſſit ſubdelegare cauſas prophanas laicis, & non perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis.

1 QVAERITVR notabiliter, an delegatus Sum. Pontificis poſſit committere cauſas prophanas laicis, & non perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, iuxta cap. ſtatutum. de reſcript. in 6. Dicendum quod text. in d. cap. ſtatutum, loquitur in cauſis eccleſiaſticis, non in prophanis. & proinde poterunt committi laicis, vt ibi dicit Dominic. & habetur per Ant. & alios communiter in cap. ſua nobis. de appellat. & de communi teſtatur Bero. conſ. 109. nu. 13. in fin. vol. 3. quod vtile eſt ſcire, quia DD. laici ſolent magis eſſe periti in cauſis prophanis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata generaliter contra participantes cum excommunicatis, an ſit valida.*

2 *Excommunicari an poſſint generaliter participantes cum excommunicatis à iure, vel ab alio Epiſcopo.*

QVAESTIO 752.

De excommunicatione lata contra participantes cum excommunicatis.

1 AN excommunicatio lata generaliter contra participantes cum excommunicatis valeat. & dicendum, de iure eſſe nullum. ex cap. ſtatuimus. iuncto cap. conſtitutionem. de ſentent. excommunic. in 6. Felin. in cap. cum ſit Romana. num. 15. de appell. Sotus in 4. diſtin. 22. art. 2. Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 4. quod intelligitur quando quis excommunicat participantes cum excommunicato ab ipſo, ſecus ſi ab alio. tunc enim excommunicatio ſine monitione nominatim facta, licet videretur iniuſta, non eſſet nulla. ita Ioan. Andr. Domin. Franch. in dicto cap. ſtatuimus. Abb. Peruſ. in capitulo peruenit.

de appellat. per tex. in d. cap. ſtatuimus. de ſentent. excommun. in 6. in verbo. ab eo. Nauarr. vbi ſupra. Sed quo ad primum dictum tenet Hoſt. in d. cap. ſtatuimus, quod ſufficiat monitio generalis, quoties in genere ferenda eſt excommunicatio contra participãtes cum excommunicatis. quem ſequitur Abb. in d. c. peruenit. quamuis gloſ. in d. capit. conſtitutionem, contrarium teneat. Et hanc opinionem Hoſt. eſſe in praxi receptam teſtatur Couar. in cap. alma mater. in 1. par. relect. §. 3. nu. 6. & Nauarr. vbi ſupra. Nihilominus non recedendum ab opinione gloſ. contra Hoſt. vt requiratur monitio ſpecialis nominatim facta. fuit enim illa conſtitutio cap. ſtatuimus lata, vt ibi dicit gloſ. ad refrenandum motus excommunicantium, qui ad relationem aliquorum faciliimè mouebantur ad excommunicandum participantes cum excommunicatis, & fuit ſatis æqua. cum enim multi participent cum excommunicatis ex neceſſitate, & in alijs caſibus à iure permiſſis, de facili poſſet inuolui tota Ciuitas cenſuris, & infiniti proceſſus formari. maxime quod participatio non eſt graue delictum. & quando participatur in crimine, iam eſt lata excommunicatio contra tales à iure. cap. ſi concubinæ. de ſentent. excomm. & d. cap. ſtatuimus. & dicit Nauarr. vbi ſupra. quod ſi iudices ſunt in poſſeſſione ferendi excommunicationem ſine monitione nominatim facta, ſunt etiam ſubditi in poſſeſſione non parendi. & excommunicationem eſſe nullam, non obſtante praxi latè probat Gutier. lib. 1. q. canon. cap. 4. Quo verò ad ſecundum dictum, quod lata contra excommunicatos ab alijs non ſit nulla, non videtur verum, cum nulla ratio diuerſitatis aſſignari poſſit, ſed ratio fuit ad refrenandum motus excommunicantium, qui poſſent infinitos ex leui cauſa, & cum ſcandalo excommunicare. non enim ſe fundat Canon, an quis ſit excommunicatus ab eodem, vel ab alio.

SVMMARIVM.

1 *Petenti reſtitutionem vxoris, an poſſit opponi probatio conſanguinitatis in promptu.*

QVÆSTIO 753.

De petente reſtitutionem vxoris, cui opponitur nullitas matrimonij, ob conſanguinitatem, & offertur probatio in continenti.

1 AN contra petentem reſtitutionem vxoris, dentur aliquæ exceptiones. Gabr. de reſtit. ſpoliat. concl. 1. num. 150. & Ripa in §. nihil commune. num. 85. ponunt ſex exceptiones. & in ſpecie ſi opponitur matrimonium eſſe nullum, quia coniuges ſunt in gradu prohibito, & probationes in continenti offerrentur, tunc non ſolum ſuſpenditur, ſed omninò tollitur poſſeſſorium propter periculum animarum, vt ex multis tradit Gabr. d. conſ. 150. de reſtit. ſpoliat. quod notandum cenſui, quia occurrit in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Recedi poteſt de iure Canonico à perſona non declarante cuius arbitrio res commiſſa eſt, & reduci ad arbitrium boni viri.*

QVAESTIO 754.

Recedi an poſſit de iure canonico à perſona non declarante, cuius arbitrio res commiſſa eſt.

1 QVæritur, an in foro eccleſiaſtico, in quo ſeruatur præcipue ius canonicum, poſſit recedi à perſona non declarante, cuius arbitrio res commiſſa eſt, iuxta l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Dicendum magnam eſſe controuerſiam inter DD. quando contractus ad arbitrium alicuius confertur, ſi ille noluerit declarare, vel non potuerit; an, & quando ad arbitrium boni viri recurrendum ſit, vt in l. ſi quis arbitratur. ff. de verb. oblig. Verum nulla eſt controuerſia, quod de æquitate Canonica poteſt recedi à perſona non declarante, & recurri ad arbitrium boni viri. ita Soc. in d. l. ſi quis arbitratur. nu. 28. Pariſ. conſ. 132. vol. 4. Ruin. conſ. 142. vol. 4. Coraſ. in l. qui liberos. nu. 183. ff. de ritu nupt. Menoch. de arbitrarijs. libro 1. quæſt. 68. Rimin. iun. conſ. 275. n. 125. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſubiecta fideicommiſſo, an poſſint alienari pro redimendo filio grauato, condemnato ex delicto.*

2 *In foro eccleſiaſtico abſque dubio alienantur bona ſubiecta fideicommiſſo, pro redimendo hærede grauato, condemnato ex delicto.*

QVAE-

QVAESTIO 755.

An in foro Canonico bona ſubiecta fideicommiſſo poſſint alienari à filio grauato, condemnato ex delicto pro ſe redimendo in præiudicium fideicommiſſarij.

1 IN hac quæſt. multi negant. Bal. in auth. contra rogatos. C. ad Trebellian. Ang. Rom. Imol. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. eod. Iaſ. qui teſtatur de communi in authent. res quæ. C. communia. delegat. & ibi Curt. Iun. nu. 33. Couar. lib. 2. variar. reſol c. 10. Tiraq. de legib. connub. gl. 6. ad fin. Contrariam opinionem, quod poſſit fieri alienatio in præiudicium fideicommiſſarij tenent Fulgoſ. in d. auth. res quæ. Barbat. ibi in addit. ad Bal. Alex. in l. quamuis. ff. ſolut. matrim. & in d. §. res quæ. Et hanc opinionem dicit veriorem, atque defendit Crot. l. filiusfamilias. §. diui. num. 66. ff. de leg. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 65. Quæ opinio præcipuè fundatur in veriſimili mente patris, & communi voto parentum. l. iſti quidem. in fin. ff. quod metus cauſa. & eſt opinio humanior, & ideò ſequenda. l. vtilitatem. l. in confirmando. ff. de confirmando tutore. Et hanc opinionem latè defendit contra aliam rigoroſam. Rim. Iun. conſ. 381. num. 86. tradunt etiam DD. opinionem æquam & benigniorem, præferri communi rigoroſæ. Purpur. in l. admonendi. num. 55. ff. de iureiuran. & in l. cum quid. num. 84. ff. ſi certum petatur. Neuiz. in ſylua nuptial. lib. 3. num. 68. Grat. reſp. 2. num. 68. vol. 1. Mandoſ. in reg. Cancellariæ. de ſubrogandis. quæſt. 10. Port. conſ. 42. n. 3. Cephal. conſ. 93. nu. 6. & conſil. 166. n. 7. Rimin. loc. cit. Mant. conſ. 121. vol. 2. Et abſque dubio in foro canonico hæc opinio ſeruanda eſt, in
2 quo æquitas præcipuè attenditur. ac etiam pro redimendis carceratis condemnatis ex delicto alienantur res eccleſiæ, quæ dicuntur patrimonium Crucifixi. gl. in cap. ſacrorum. 12. quæſt. 2. Felin. in cap. ſignificauit. de Iudæis. & alij, & diximus ſupra in quæſtione particulari.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, an ſit valida ſi non fuit reſeruata vigeſima pars pro facultate teſtandi.*

2 *Quantitas reſeruanda in donatione omnium bonorum pro facultate teſtandi, qualis eſſe debeat.*

QVAESTIO 756.

An in foro Canonico donatio omnium bonorum, præſentium & futurorum, cum iuramento, ſit valida ſi non fuerit reſeruata vigeſima pars patrimonij.

1 QVæritur an iuramentum validet donationem omnium bonorum, præſentiũ & futurorum, ſi donator non reſeruauit ſibi facultatem teſtandi ſaltem de vigeſima parte patrimonij. Clar. in §. donatio. quæſt. 19. num. 8. tenet eſſe reſeruandam ſaltem vigeſimam partem, & ſi minus, donationem eſſe nullam. Menoch. conſ. 184. num. 40. Ceph. conſ. 488. num. 133. Nec iuramento firmari poteſt multos tradit idem Clar. q. 20. Contrariam opinionem, quod iſtud de vigeſima parte nullo iure probetur, & ſatis eſſe quod donator ob ſummam retentam poſſit inuenire hæredem, tenet Pancir. conſ. 123. col. 4. ex deductis per Cagnol. in l. fin. C. de pact. num. 242. quod iudicis arbitrio committitur. vt concludit Soc. Iun. in l. ſtipulatio hoc modo. nu. 92. ff. de verb. oblig. Cephal. conſ. 485. Clarum etiam damnat Bertaz. conſ. 72. dicens, Clarum malè dicere, & contra communem, & quod nihil adducit pro his quæ ſcribit. quem refert, & ſequitur Rimin. Iun. conſ. 155. num. 8. vol. 5. Quæ poſterior opinio eſt verior, & tanto magis procedit de iure canonico propter iuramentũ, quod ſine interitu ſalutis æternæ non ſeruari non poteſt, c. mulieres. de iureiur. & pactum nudum parit
2 actionem. cap. 1. de pact. vnde cum non reperiatur expreſſa quantitas reſeruanda, ſufficit quod teſtator poſſit inuenire hæredem.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum an ſit validum de iure Canonico, ſi filio aliquid relinquatur ſed non iure inſtitutionis.*

2 *Intellectus c. Raynutius. de teſtam.*

QVÆSTIO 757.

An in foro Canonico teſtamentum ſit vali-

vali-

validum, ſi relinquatur aliquid filio, ſed non iure inſtitutionis.

1 QVæritur ſingulariter, an in foro canonico, vel de iure canonico, teſtamentum reputetur validum, ſi relinquatur aliquid filio, ſed non iure inſtitutionis. iſta quæſtio dependet ab intellectu. tex. in c. Raynutius. de teſtam. vbi pater condidit teſtamentum, & reliquit filiæ, & nulla ibi fit mentio hæredis inſtitutionis, quare gl. in verbo ei relinquens ſuppler, quod iure inſtitutionis alias teſtamentum non valuiſſet. per §. aliud quoque in auth. vt cum de appellatione cognoſcitur, & eſſe ſupplendum tenent multi Alex. conſ. 70. lib. 2. Iaſ. in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. Franch. & alij. Sed quia in littera non fit talis ſuppletio, & præſupponi-
2 tur teſtamentum validum propterea fuerunt variæ opiniones. Alij dicunt, quod requiratur hæredis inſtitutio, quando teſtator voluit ſolenniter teſtari in ſcriptis, ſecus ſi nuncupatiuè. Sed iſta opinio eſt contra text. in d. §. aliud quoque. qui loquitur indiſtinctè. Alij dicunt, quod teſtator in d. c. Raynutius, voluit codicillari, non teſtari, & tunc ſufficit relinquere quoquo titulo. Sed iſta opinio non eſt bona, quia in d. cap. fuit conditum teſtamentum, ibi, condidit teſtamentum. Alij dicunt, quod quando teſtamentum fit inter liberos tantum, ſufficit relinquere filio quouis titulo, ſecus ſi inter liberos, & extraneos. Sed iſta opinio eſt etiam contra tex. in d. §. aliud. qui loquitur indiſtinctè. Quarta fuit opinio, quod aut loquimur de iure ciuili, & tunc fit neceſſe, quod relinquatur aliquid iure inſtitutionis, & ſic procedat. §. aliud quoque. aut quærimus de iure canonico, & æquitate canonica, & tūc ſufficit relinquere aliquid filio ſimpliciter, licet non relinquatur expreſsè iure inſtitutionis. & hic videtur caſus d. c. Raynutius, non diuinando, nec violando litteram. vt facit gl. Et hanc opinionem tenuit Hoſt. & Abb. vt euitetur ſcrupuloſa ſubtilitas. videtur etiam ſequi Bal. in l. fin. C. famil. erciſcun. Et hæc opinio videtur æquior, & ſeruanda in foro canonico, & de æquitate canonica, quæ conſiderat magis veritatem, quam verba. cap. dilecti. de iudicijs. tanto magis, quod vulgares communiter neſciunt vti alio verbo, quam relinquo. & poſterior lex tollit priorem, etiamſi non dicatur. & non eſt nouum. ff. de legib. Iſern. in prælud. feud. nu. 4. Eandem opinionem communem eſſe dicit Guliel. de Benedict. in d. cap. Raynutius in verbo eodem teſtamento relinquens. nu. 10. vt circa hoc ſit differentia inter ius ciuile, & canonicum. ſequitur etiam Vaſq. de ſucceſſ. reſol. lib. 2. §. 12. num. 19.

S V M M A R I V M.

1 *Pœnitentia an ſit locus de iure canonico in contractibus innominatis re integra.*
2 *Ius canonicum ſequitur æquitatem naturalem iuriſgentium, vt promiſſa ſeruentur.*

QVAESTIO 758.

Pœnitentia in contractibus innominatis, an ſit admittenda in foro Canonico.

1 QVæritur an in foro eccleſiaſtico ſit admittenda pœnitentia re integra in contractibus innominatis, prout de iure ciuili admittitur. l. ſi pecuniam. ff. de condit. cauſa data. l. ſi cum fundum ff. de pactis. vel aliud ſit de iure canonico. Rom. in d. l. ſi pecuniam. tenet, nullam eſſe differentiam, cum non appareat de expreſſa contraria determinatione iuris canonici. cap. cum expediat. de elect. in 6. idem tenet Bero. conſ. 184. lib. 1. Contrariam opinionem, ac veriorem tenent Bald. in rubr. C. de rer. permutat. & in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignorant. Alex. in d. l. ſi pecuniam. ff. de condit. ob cauſam. Gabaul. in rubr. de verb. nu. 84. Card. Mant. diffusè. de tac. & ambig. lib. 1. tit. 8. num. 18. Pro qua opinione facit, quia de iure canonico ex nudo pacto oritur actio ſicut ex ſtipulatione, iuxta frequentiorem opinionem DD. in cap. 1. de pact. Sed ſi in contractibus innominatis interceſſit ſtipulatio, non eſt locus pœnitentiæ. l. ex placito. C. de rer. permutat. ergo &c. Item facit, quod olim de iure gentium, contractus innominati ſuum ſortiebantur effectum, & pœnitentiæ locus non erat, fides enim debebat ſeruari. l. 1. ff. de pact. Idem eſt dicendum de iure canonico, quod ſequi-
1 tur naturalem æquitatem iuriſgentium, quæ
2 vult fidem promiſſam ſeruari. & ideò ſufficit ante implementum naturalem oriri obligationem. iux. gl. communiter receptam in l. petens. C. de pact. Igitur in foro eccleſiaſtico in quo ius canonicum præcipuè ſeruatur, in contractibus innominatis etiam re integra non erit admittenda pœnitentia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro homicidio proditorio, an debeat degradari.*

2 *Tex. in cap. 1. de homicidio. quomodo intelligatur.*

QVÆSTIO 759.

An Clericus pro homicidio proditorio debet tradi Curiæ ſeculari, & mori.

1 QVæſtio eſt practicabilis, & vtilis, an Clericus pro homicidio proditorio debeat tradi Curiæ ſeculari, vt moriatur. Abb. in c. at ſi clerici. in fin. de iudicijs reſpondet affirmatiuè in homicidio qualificatio, prout eſt proditorium. per tex. in cap. 1. de homicidio. vbi dicitur, ſi quis per induſtriam proximum ſuum occiderit, & per inſidias ab altari meo euellat, vt moriatur. & inſidias intelligunt DD. ſi fiat proditoriè. facit tex. in cap. nouimus. de verb. ſignif. vbi loquens de crimine falſi dicit, quod ſi quis propter hoc crimen, vel aliud flagitium graue, non ſolum damnabile ſed etiam damnoſum, fuerit degradatus, ſeculari foro tradatur. cum itaque in crimine falſi non requiratur incorrigibilitas, & illud crimen, & aliud graue, & damnabile iudicentur à pari, ſequitur quod idem ſit iudicandum de proditorio, quod eſt grauiſſimum, cum æquiparatorum idem ſit iudiciũ. l. 1. vbi omnes. ff. de legat. 1. Et hanc opinionem Abb. tenent Anchar. conſ. 158. Alciat. in cap. cum non ab homine. de iudic. nu. 22. Guliel. de Benedict. in q. de homicid. dicit eſſe magis communem, quem refert Rim. Iun. conſ. 605. num. 28. lib. 6. & aliquando fuiſſe ſeruatum in praxi dicit Dec. in d. cap. at ſi clerici. Clar. in §. fin. quæſt. 36. n. 40. Et hanc opinionem veriorem credit Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. in præfatione 1. lib. Videtur etiam in eandem inclinare Præſes de Franch. deciſ. 463. & 561. vbi allegat Apoſtillam ad Dec. in c. ſi clericum. de iudic. Contra hanc Abb. opinionem facit tex. in c. cum non ab homine. vbi in quibuſcunque criminibus, ſi depoſitus fuerit incorrigibilis, traditur Curiæ ſeculari, ita quod ei deputetur exilium. & dictio quibuſcunque comprehendit omnem ſignificationem verbi, etiamſi ſit impropriiſſima. Bald. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. & in l. 1. q. 34. de rer. diuiſ. Dec. conſil. 559. Et cum pœna exilij non ſit mors, dum ſubdit, vel alia legitima pœna, debet intelligi citra mortem. & de ſimili gloſ. in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. Oldrad. conſ. 8. Dec. conſil. 55. Item facit doctrina Abb. in cap. perpendimus. de ſent. excomm. vbi loquens de clerico primæ tonſuræ inquit, quod ſi habitum dimiſit, & ſe immiſcuit enormitatibus, non per hoc perdit priuilegium clericale, niſi ſit incorrigibilis, aut inueteratus in huiuſmodi aggreſſionibus, & enormitatibus. Et hanc opinionem contra Abb. tenet Aret. in d. cap. cum non ab homine. Dec. in d. cap. at ſi clerici. Bero. ibi. ſub num. 181. Ditz. in praxi cap. 90. Albertin. in cap. 1. de hæret. quæſt. 11. nu. 55. Petr. à Plaza in epitome. lib. 1. cap. 21. nu. 13. Couar. var. reſol. lib. 2. num. 7. cap. 20. vbi dicit, quod opinio Abb. maximam habet dubitationem. per tex. in c. tuæ. & cap. clerici. de exceſſib. Prælator. vbi ob crimen Sodomiæ, quod ſine dubio eſt grauiſſimũ, clericus poſt degradationem detruditur in monaſterium, nec iudici ſeculari traditur. Et hanc opinionem dicit eſſe communiter receptam, & eam latiſſimè defendit Rim. Iun. loc. cit. dicens, quod cum vtraque opinio aſſeratur communis; ea opinio eſt amplectenda quæ fauet reo, & habenti pro ſe regulam iuris. vt per Matheſil. in tract. de elect. veræ opinionis. Neuiz. in ſylu. nupt. Aret. Dec. & Bero. in locis cit. reſpondent iuribus adductis per Abb. Verior igitur, & æquior videtur opinio, quòd pro homicidio proditorio non ſit degradandus clericus vt moriatur, cũ non reperiatur expreſſum in iure ſecundum DD. vltimo loco adductos. Quid dicendum? tota difficultas videtur conſiſtere in illis verbis c. 1. de homicid. an intelligantur de morte naturali, vel de excommunicatione, quæ in ſacris Canonibus venit appellatione mortis. cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. prout ita tex. in d. cap. 1. intelligit Dec. Et mihi videtur dicendum, illa verba eſſe intelligenda de morte naturali, nam fuerũt verba Moyſis poſita in ſacris Canonibus, & Moyſes intellexit de morte naturali. vnde legimus, quod Salomon mandauit interfici Ioab, qui proditoriè Abner & Amaram interfecerat, & ad altare confugerat, ex dictis verbis Moyſis. quæ verba cum fuerint integraliter tranſlata, nec aliquid ſuperadditum à ſacris Canonibus, videtur ſimpliciter intelligenda de morte naturali. Et ex hac conſideratione poſterior opinio redditur dubia. Nihilominus ſi rectè conſideretur tex. in d. cap. 1. prout fuerunt conſi-

derata

Digitized by Google

detata verba à Moyſe, loquitur de immunitate eccleſiæ, vt non debeat illa gaudere homicida proditorius. neque illa verba, euelles poſſunt intelligi de degradatione, quæ non legitur fuiſſe in vſu apud Moyſen. Nec obſtat conſideratio Abb. quod euellere ab altaris debet intelligi de clerico qui ſeruit altari, non de laico qui remotus ab altari ſtare debet, cap. 1. de vit. & honeſt. cler. quia Moyſes non intellexit ſpecialiter de clericis, ſed generaliter de omnibus confugientibus ad altare, vt non gauderent immunitate in illo caſu, quamuis dicta verba poterant intelligi etiam de ſacerdotibus: vt ibi per Nicol. de Lyra. & ita intelligit tex. in d. c. 1. gl. fin. vt loquatur de immunitate non obtinenda. ſed ſecundum Canones omnes tex. tractantes de immunitate, loquuntur de laicis tantum. vt per Abb. in c. inter alia. de immunit. eccl. Et ita etiam fuit iſte tex. intellectus à Gregorio XIV. in Bulla. de immunit. eccl. qui excipit proditorium homicidium, & loquitur de laicis, & non de clericis. & hodie ſecundum Canones clericus non poteſt degradari, niſi in caſibus expreſſis à iure. & non debet induci in hoc caſu degradatio ex tex. qui poteſt habere varios intellectus. ad Bart. in l. in ambiguis. ff. de reb. dub. Et ſecundum veram litteram loquitur de confugientibus ad altare pro immunitate, & fuit intellectus de laicis à Gregorio XIV. ſic non obſtat ille text. Quare non debet mori clericus niſi in caſibus expreſſis à iure. Sed obijcies; quod ſi Summus Pontifex intellexiſſet tex. de immunitate, ille tex. fuiſſet collocatus in tit. de immunit. eccl. non in tit. de homicidio. Sed non eſt inconueniens, quod etiam in tit. de homicid. fuerint poſita verba Moyſis, ad oſtendendum hanc etiam eſſe pœnam homicidij, vt immunitate eccleſiaſtica non gaudeat: ad diuerſos enim effectus ſolet idem Canon poni ſub diuerſis titulis. vnde tex. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut. ad alium finem ponitur ſub tit. vt lite pendente.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum ad preces Principis, eſt validum.*

2 *Princeps præſumitur ſecundum leges operari.*

QVAESTIO 760.

De matrimonio contracto ad preces Principis.

1 AN matrimonium ad preces Principis contractum, ſit validum. & videtur quod non, nam rogitus Principis habetur pro imperio, & proinde infirmatur libertas integerrima, quæ in matrimonio requiritur. l. Titia ff. de verb. oblig. Contrarium verius creditur, vt non infirmentur matrimonia, quæ quotidie rogitu Principis celebrantur. quia, vnde iura naſcuntur, iniuriarum occaſio præſumi non debet. l. meminerint. l. vnde vi. &
2 quia Princeps ſemper præſumitur ſecundum leges operari. l. ex imperfecto. C. de teſtam. l. ſi hæredum. C. de inoff. teſtam. l. Papinianus. §. Imperator. ff. eod. §. fin. inſtit. quibus modis teſtamenta infirmentur. & ita etiam tenet Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 26. n. 55.

SVMMARIVM.

1. *Præſcriptio viginti annorum in delictis, non currit ad fauorem Clerici in foro Canonico.*

QVÆSTIO 761.

De præſcriptione viginti annorum in delictis, quod non currat contra Clericum.

1 QVæritur, an præſcriptio viginti annorum iux. l. querelam. C. de falſis. currat ad fauorem clerici in delictis, vt non poſſit contra illum procedi? dicendum, quod non currit de iure canonico, ſed poteſt procedi non obſtante curſu viginti annorum, ita tradit ſingulariter Abb. in c. fin. in 1. notab. de purgatione canonica. ſequitur Ioan. Baptiſta Ferret. conſ. 366. num. 19. quod eſt notandum.

SVMMARIVM.

1. *Excommunicatus occultus quod poſſit repelli à iudicio.*

QVAESTIO 762.

De excommunicato occulto repellendo in iudicio abſque ſententia declaratoria.

1 AN excommunicatus occultus abſque ſententia declaratoria, poſſit repelli à iudicio. iux. cap. pia. de ſent. excomm. in 6.

Et

Et videtur quod nõ, ex extrauag. Mart. V. ad euitanda ſcandala, vbi non tenemur vitare excommunicatum non declaratum. In contrarium facit tex. in d. cap. pia. qui loquitur de excommunicato occulto, in quo de declaratoria nulla fit mentio. & ita tenent Archid. Ioan. Andr. Philipp. Franch. Et gloſ. in eod. §. fin. dicit, nullam eſſe differentiam inter occultum, & publicè excommunicatum repellendi à iudicio, niſi quantum ad officium iudicis, qui tenetur repellere declaratum, & publicatum, etiam reo non excipiente, imò inuito. vt probatur in d. §. fin. & not. Philip. ſed occultum non tenetur repellere, niſi reo excipiente. pulchrè Io. Bapt. Ferret. conſil. 351. qui multa adducit. Nec obſtat extrauagans. Dantur autem plures reſponſiones, ſed illa eſt verior, quod extrauagans noluit ſuffragari excommunicato, ſed participantibus cum eo. vt latè per Ferret. loco citato, & alias.

SVMMARIVM.

1 *Pater in ſpiritualibus, an admittatur pro filio ſine mandato.*

QVÆSTIO 763.

An pater in ſpiritualibus admittatur pro filio ſine mandato tanquam coniuncta perſona.

1 AN Pater in ſpiritualibus admittatur pro filio ſine mandato tanquam coniuncta perſona. dicendum quod non. cap. fin. §. fin. de iudic. in 6. vbi Domin. & Franch. nam in his cauſis filius, maior tamen 14. annis, habet legitimam perſonam. vt ibi. & notat. gloſ. in cap. qui ad agendum. de procurat. in 6. quæ loquitur in cauſa matrimonij. quãuis in cauſa matrimoniali non requiratur mandatum ſpeciale, ſed ſufficit generale. vt tradit. Franch. ſuper gloſ. pen. Quæ concluſio quod in cauſis ſpiritualibus pater pro filio non admittitur abſque mandato, procedit etiam ſi pater vellet cauere de rato. ita Speculat. & Io. Andr. in tit. de leg. perſona circa fin. verſ. Item quod eſt cauſa ſpiritualis. & ibi Ioan. Andr. in verbo quia nos. & ſic limitatur l. ſed & hæ. ff. de procurat. & l. 1. C. eodem. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. ſequitur Felin. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij. colum. 17. in 8. fallent. de reſcript. Ferrett. conſ. 343. Nec videtur obſtare, quod poſſet agi de intereſſe, & honore patris, cum ſpiritualia non recipiunt æſtimationem. Item intereſſe eſſet ſecundarium, quod de iure non eſt in conſideratione. vt not. per Imol. in l. ſi filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. & per Bart. in l. diem. ff. de aqua pluuia arcend. Paul. & Alex. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. Felin. latè in cap. exhibita. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Infanti de iure Canonico poteſt dari curator ad litem.*

2 *Curator ad litem datur petenti, an procedat in infante de iure Canonico.*

QVAESTIO 764.

An in foro Canonico poſſit dari curator infanti, cum non detur de iure Ciuili.

1 VTrum de iure canonico poſſit dari curator infanti ad litem in ſpiritualibus. ſciendum, quod de iure ciuili non poteſt. l. 3. §. ſi pupillus. in fin. ibi. itaque non poteſt dari. ff. de tutelis. vbi gloſ. in verbo infanti allegat rationem, tamen de iure canonico poteſt dari infanti. per tex. in cap. fin. §. ſi vero. de iudic. in 6. quem text. notat ibi Philipp. in vlt. notab. vbi allegat Ang. in l. 1. C. qui petunt tutor. qui dicit. Item aduerte, quod licet infanti de iure ciuili non poſſit dari curator, de iure canonico in ſpiritualibus dari poteſt. per tex. in dicto §. ſi vero. vbi Domin. 4. notab. dicit, quod licet minor ſeptennio, & ſic infans, nõ poſſit eligere ex defectu conſenſus. l. 1. C. de falſa moneta. tamen iudex ſupplet, & deputat curatorem dicto infanti etiam non citato. Non obſtat tex. l. 1. C. qui petunt tutor. vbi debet moneri minor, quod
2 petat curatorem ad litem, quod ſi non petierit, iudex ex officio de curatore prouidebit. nam loquitur in pubere, qui poteſt ſibi eligere. quæ ratio militat etiam in impubere maiore ſeptennio, qui poteſt etiam ipſe eligere. vt dicit Gemin. in 4. notab. ſecus in infante. Eſt igitur de iure canonico correctus tex. in d. §. ſi pupillus. tex. vt pulchrè poſt ſupradictos tradit Ioan. Baptiſta Ferret. conſ. 107. lib. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Delegatio debitoris ſine ſtipulatione, an inducat nouationem de iure canonico.*

QVAESTIO 765.

An in foro Canonico, delegatio debitoris inducat nouationem abſque ſtipulatione.

1 CLarum eſt de iure ciuili, vt delegatio debitoris inducat nouationem requiri ſtipulationem. l. delegare. C. de nouation. Sed an id procedat de iure canonico. Breuiter dicendum, quod non requiritur ſtipulatio ex communi opinione in cap. 1. & 5. de pact. quod pactum nudum producit actionem de iure canonico. & idem notat Ioan. Baptiſta Ferrett. conſ. 129. lib. 1. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia ſtatuti in facto damnato, an excuſet à pœna ipſius ſtatuti.*
2 *In delictis an inſpiciatur euentus vel principale propoſitum. & nu. 3.*
4 *In foro eccleſiaſtico ignorantia ſtatuti excuſat à pœna, etiam in facto damnato.*

QVÆSTIO 766.

An in foro Canonico, ignorantia ſtatuti in facto damnato à iure communi, excuſet à pœna ſtatuti.

1 MAgna eſt controuerſia, an ignorantia ſtatuti excuſet à pœna ipſius, quando quis committit factum, alias à iure communi damnatum. Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fid. Cathol. tenet, ignorantiam in facto alias damnato, non excuſare à pœna ſtatuti. & hæc eſt communis opinio Legiſtarum. Contrariam opinionem tenet Ioan. And. in c. 2. de conſtit. lib. 6. reprehendens Legiſtas. per tex. in d. cap. 2. in princ. vbi habetur, ſtatuta quorūcunque Ordinariorum non ligare ignorantes, niſi ignorantia eſſet craſſa, vel ſupina. ſequitur Gemin. & Franch. Felin. late in c. 2. extra. de conſtitut. & multi alij. Nihilominus Legiſtæ reſpondent ad tex. in d. c. 2. Primo quod loquitur, quando ſtatutum imponit pœnam non in facto alias à iure damnato. Secundo reſpondent procedere in pœnis ſpiritualibus, non in temporalibus. & Couar. in cap. alma mater. de ſentent. excommunic. in 6. §. 10. num. 7. dicit, eſſe pudendam oſcitantiam tenere contra opinio-
2 nem Legiſtarum. Adducunt, quod in delictis inſpicitur euentus, non autem principale propoſitum. l. fin. ff. de crimine expilatæ hæreditatis. cap. fin. de homicid. in 6. l. vulgaris. §. ſi quis æs. ff. de furtis. Præſes de Franch. deciſ. 521. tractat quæſtionem diffuſe in contingentia facti. nam de iure communi fur non punitur pœna mortis naturalis, niſi fuerit famoſus. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. ſed ex banno Proregis Neapolitani, fuerat ſtatuta pœna mortis contra committentes furta de nocte in Ciuitate Neap. etiam infra vnciam. & furtum commiſerat quidam Siculus, qui ſe defendebat ignorantia banni tanquam exterus. & diſcuſſis opinionibus DD. dicit fuiſſe iudicatum ſecundum opinionem Legiſtarum. dicit etiam nonnullos Canoniſtas cogitare de opinione Io. Andr. tex. in d. cap. 2. habere varios intellectus, & ideo non poſſe allegari ad deciſionem cauſarum. Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dubijs. Nihilominus opinionem Ioann. Andr. Lucernæ Iuris Canonici Doctoris oculatiſſimi, & purgatiſſimi ingenij, cenſeo veriorem, & æquiorem, per tex. apertum in d. cap. 2. Non obſtant reſponſiones datæ à Legiſtis. Prima, quod loquitur in ſtatuto edito in facto alias à iure non damnato. quia hæc reſponſio eſt diuinatiua. tex. enim loquitur generaliter de ſtatutis quorumcunque Ordinariorum, qui poſſunt ſtatuere, vel addendo pœnam pro obſeruantia iuris communis, vel ſtatuendo præter ius commune, iuxta latè tradita per Felin. in c. cum inferior. de maior. & obed. & ideo nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. ff. de publiciana. Non obſtat ſecunda reſponſio, quod loquitur in pœnis ſpiritualibus, idque colligatur ibi, vt animarum periculis. ſiquidem, vt benè reſpondet Imol. in d. cap. 2. extra de conſtitut. text. in d. cap. 2. fundat ſe in probabili ignorantia, non in cogitata pœna. Ratio autem legis eſt illa quæ regulat, & attendi debet. l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. Præterea eſſet alleganda ratio ſpecialitatis. l. item veniunt. vbi Paulus & alij. ff. de petit. hæred. Quæ non apparet. quinimò excommunicatio vocatur mors de iure Canonico. cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. Et pro iſta opinione etiam de iure ciuili facit text. in l. eum qui. §. penult. ff. de iniurijs.

tijs. vbi habetur, quod ſi quis iniuriam facit alicui, quem ignorat eſſe filiumfamilias, & putat eſſe ſui iuris, oritur ſolum actio iniuriarum ipſi filio, non autem patri. & ſic in delictis non fit extenſio vltra propoſitum ad diuerſam rem, vel perſonam. Præterea de iure quis tenetur ſcire leges communes. l. quod te. ff. ſi certum petatur. Et ſtatuta particularia non tenetur ſtatim exterus ſcire, nec præſumitur, niſi aliquod temporis ſpacium iudicis arbitrio interceſſerit. vt per omnes, præcipuè per Felin. in d. cap. 2. extra. de conſtitut. & videtur nimis durum, quod quis debeat puniri pœna ſtatuti quod non tenetur ſtatim ſcire, nec præſumitur ex breuitate temporis. Et hæc opinio videtur æquior. Imo. loc. cit. dicit, opinionem legiſtarum poſſe ſeruari in foro ſeculari, & opinionem Io. Andr. in foro eccleſiaſtico. ſed poſtea inquit, quod cum non habeamus text. expreſſum de iure ciuili; nam iura ſupra allegata vario modo loquuntur, nec in ſpecie de ſtatutis, & habeamus text. expreſſum de iure canonico, debeat opinio Io. Andr. ſeruari etiam in foro ciuili, & debeat ſtari deciſioni iuris canonici.. per not. in cap. licet. de foro competenti. in cap. Raynutius. de teſtam. & in d. cap. per venerabilem. Nec videtur poſſe dici, illum tex. habere varios intellectus, quia re verà intellectus ſunt contra litteram manifeſtam tex. Et hæc opinio videtur mihi ſaltem in foro eccleſiaſtico omninò tenenda. Nõ omitto, quod in deciſ. ſacri Conſ. fuit etiam conſiderata frequentia delicti, quæ trahit ſecum rigoroſam pœnam. l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. l. 3. C. de Epiſcopali audientia.

SVMMARIVM.

1 *Minor effectus maior, qui per quinquennium tacuit, an reuocet alienationem antea factam in foro Eccleſiaſtico.*

2 *Præſcriptio cum mala fide, nec currit in foro laicali.*

QVÆSTIO 767.

An in foro Eccleſiaſtico minor effectus maior, qui per quinquennium tacuit, poſſit alienationem ante factam reuocare.

1 Clarum eſt, quod alienatio inualida per minorem facta retractari non poteſt, ſi maior factus intra quinquennium non fuerit conqueſtus. l. fin. C. ſi maior factus alien. & ibi omnes. Quæritur modo, an id procedat de iure canonico. Et breuiter negatiuè reſponden-
2 dum, propter malam fidem illius qui ſcit contractum non valere. ita Ant. de Butr. conſ. 45. verſ. non obſtat Ruin. conſ. 41. vol. 1. quos refert, & ſequitur Ant. de Gabr. de minoribus. concl. 4. n. 13. Et quia agitur de materia peccati propter malam fidem, videtur quod hodie etiam in foro laicali idem ſit ſeruandum. iuxta not. in c. fin. de præſcript.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta abſente parte, non probat plenè, fallit in multis caſibus remiſſiuè.*

2 *Confeſſio facta abſente parte, de æquitate Canonica probat plenè.*

3 *Confeſſio facta in vltima voluntate, an probet de æquitate Canonica, & hæres non poſſit illi contrauenire.*

QVAESTIO 768.

An confeſſio facta abſente parte, in foro Eccleſiaſtico plenè probet.

1 Regula eſt, quod confeſſio facta parte abſente, non plenè probet. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſis. gl. in c. fin. eod. tit. extra eod. quæ regula patitur nonnullas limitationes, quas ponit Felin. in c. ſi cautio. de fide inſtrum. Ant. Gabr. de confeſſ. concl. 1. vbi latiſſimè hanc materiam pertractat. Eſt tamen controuerſia inter DD. an ſaltem de æquitate canonica in foro eccleſiaſtico confeſſio facta abſente parte probet. & multi negatiuè reſpõderunt. Abb. in d. c. fin. de confeſſ. & d. c. ſi cautio. Paul. de Caſtr. conſ. 155. vol. 2. Affl. deciſ. 164. Alex. conſ. 180. vol. 2. & 155. vol. 5. Con-
2 traria opinio, vt de æquitate Canonica cõfeſſio facta abſente parte probet, eſt magis communis, quam tenent grauiſsimi DD. Domin. §. de his. 3. q. 9. Fel. in d. c. ſi cautio. in 2. limit. Aret. conſ. 60. & conſ. 64. Soc. reg. 63. fall. 10. Dec. conſ. 163. Iaſ. in l. idem in duobus. §. fin. ff. de pact. Pariſ. conſ. 210. vol. 1. Grat. conſ. 2. & 58. Hippol. de Marſil. in ſing. 202. & 128. Alex. conſ. 9. vol. 4. Curt. Iun. cõſ. 168. & multi alij, quos refert & ſequitur, dicens eſſe communem opinionẽ, Ant. Gabr. de confeſſ. concl. 1. n. 46. Pro qua etiam adducit, quod confeſ-
3 ſio facta in vltima volũtate, operatur de æquitate

tate canonica, vt hæres non poteſt illi contrauenire. Bal.in l.generaliter.q.10. C.de non numerata pecunia. Felin.in c.cum olim.de reſcript. de cuius veritate habetur per Canoniſtas.in cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſt. Hæc tamen communis concluſio limitatur quando confeſſio contineret aliquid enunciatiuè prolatum propter aliud. Alex. conſ.155.vol.5. Secundo limitatur in delictis, quando ageretur de imponenda pœna ordinaria. Rota in nou. deciſ.180.Gabr.loc.cit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus degradatus pro delicto pro quo ſecundum Canones non veniebat puniendus pœna mortis, an poſſit puniri pœna mortis.*

2 *Clericus hæreticus damnatus ad perpetuum carcerem, debet actualiter degradari.*

QVAESTIO 769.

De Clerico tradito Curiæ ſeculari pro delicto de quo ſecundum Canones non veniebat puniendus pœna mortis, an poſſit à Iudice laico puniri pęna mortis.

1 HAec quæſtio eſt pulchra, & alias accidit,& poteſt poni exemplum in clerico tradito curię ſeculari, & actualiter degradato pro magno furto, pro quo non punitur pœna mortis.c.tuæ.de pœnis. Et videbatur nō poſſe pęna mortis puniri. ſiquidē in pœnis imponēdis, attenditur ſtatus in quo quis reperitur tēpore delicti.l.1.ff.de pęn.Præterea videtur apertè probari in c.cū non ab homine. de iudicijs. vbi habetur,clericum incorrigibilem iudici ſeculari traditum, eſſe puniendum pœna exilij, vel alia legitima pœna. & dictio, alia, debet intelligi de ſimili.l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugit. cum ſimilibus. Contrarium fuit deciſum in Conſ. Neap.vt teſtatur Vinc.de Franch deciſ. 571. ea præcipuè ratione, quia eccleſia tradendo illum Curiæ ſeculari, & intercedendo per eo ne puniatur pœna mortis, iudicauit illum morte dignum.Zabar.in cap.nouimus.de verb. ſignif. in fin. vbi quod qualiſcunque ſit color quo traditur clericus iudici ſeculari,eccleſia ad hunc finem facit vt occidatur, ſed quod non debet eſſe hæc intentio iudicis eccleſiaſtici. Et pro hac opinione adducuntur Ant.& Abb. in d.c.cum non ab homine. & in ſpecie Anch.in vlt.notab. Et quod tex.in d.c. cum non ab homine, non obſtat. quia vt reſpondet Dec.ibi col.antepen.ille tex.loquitur quando quis traditur iudici ſeculari,quo caſu eccleſia ſolet intercedere ne moriatur. & iſto reſpectu ille tex. loquitur de exilio, vt excludat mortem, quæ tamen interceſſio non obligat iudicē ſecularem.Ant.Abb.ibi. Neq; obſtat l.1. ff.de pœn. ſiquidem cum iudex eccleſiaſticus iudicauerit clericum morte dignum, nec ſufficere pœnā c.tuæ.non poterat dici non fuiſſe ſecundum ſtatum clericalem iudicatum. Quid dicendum? Hæc quæſtio eſt difficilis, & eius ſolutio videtur dependere à veritate huius puncti, an degradatio actualis ſemper cēſeatur facta ad finē vt degradatus moriatur, licet eccleſia intercedat per eo. & videtur negatiuè reſpondendum.nam clericus hęreticus ad carcerem perpetuū damnatus, debet prius degradari. cap. 1. de hæret. in 6. & definiuit Vrban.VI.vt refert Franc.Pegna in Direct.inquiſ.ſchol.65.vbi ponit verba reſcripti, quod talis degradatio debet eſſe actualis.vt habetur in d. Direct.in 3.par.in 10. modo termin.proceſſ.Albert.in c.quoniam.de hęret.in 6.Campeg. Zanch. in tract. de hæret.c.26.quicquid voluerit Abb.in c.excōmunicamus. de hæret. quod tex.in d.c.1.de hæret.in 6. eſſet intelligendus de verbali degradatione, ſeu depoſitione.Cū itaque actualis degradatio non ſupponat neceſſariam ſententiam mortis, videtur attendendus ſtatus delicti tempore clericatus, & quod eccleſia ipſum tradiderit Curiæ ſeculari,vt timore mortis caueat à ſimilibus in futurum. nam ei tāquam laico imponetur pęna mortis.Præterea in c.cū non ab homine.nulla fuit facta degradatio,ſed Canon clericum incorrigibilem pro quocunq;delicto eximit priuilegio clericali, & reliquit iudici ſeculari puniendum pęna exilij, vel alia.& non eſt veriſimile voluiſſe pro quouis delicto puniri pœna mortis, ſed quod videns ſe laicū timeat in futurum.vt dicit Abb. & in d.tex.cler. non erat in manibus Curiæ eccleſiaſticæ,ſed fugitiuus, vt optimè etiam declarat Abb. ibi. & propterea valde dubitandum de allegata doctr.Dec. eum nulla præceſſerit traditio. ſed cogitandum propter auctoritatem Conſ. Neapolit.

SVMMARIVM.

1 *Animæ fauore, in exorbitantibus, & correctorijs, fit extenſio, ex maioritate vel identitate rationis.*

2 *Ius canonicum intendit principaliter ſalutem animarum.*

Pœna

3 *Pœna contrauentione partis, de iure canonico non committitur in totum, etiamſi eſſet pœna legalis.*

QVAESTIO 770.

An in exorbitantibus & correctorijs, fauore animæ fiat extenſio, ex identitate, vel maioritate rationis.

1 VTilis eſt iſta quæſtio, pro pluribus materijs iuris canonici, cum ius canonicum principaliter intendat ſalutem animatum. c. ius canonicum. 4. diſt. Eſt enim regula
2 clara, quod in exorbitantibus à iure communi, vel correctorijs non fit extenſio. l. ſi vero. §. de viro. & ibi Imo. late. ff. ſolut. matrim. cum ſimilibus. In contrarium tamen eſt veritas, vbi agitur de fauore animarum, vt etiam in exorbitantibus & correctorij, fiat extenſio, ex identitate, vel maioritate rationis. ita tradit Gl. in l. omnes dies in verb. Apoſtolica. C. de ferijs. Bart. in auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionẽ in verſ. quæro vtrum. hæc auth. habeat locum in contractibus. Imo. quem refert, & ſequitur Alex. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. vbi etiam Alex. allegat Anr. de Butr. in cap. fin. de conſuet. & infert con-
3 cluſionem DD. quod contrauentione partis pœna conuentionalis, non committatur in totum de iure canonico, ſed pro parte, tamen procedere etiam in pœna legali fauore animæ, licet ſimus in correctorijs & exorbitantibus. & ex his poteſt inferri ad plures quæſtiones.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio de ſententia nulla, de iure canonico valet vt tranſactio.*
2 *Ius canonicum in materia pacti nudi, vt producat actionem, non ſeruatur inter Hebræos.*

QVÆSTIO 771.

An ratificatio de actu nullo, vel ſententia, operetur quod valeat vt tranſactio de iure Canonico, abſque ſtipulatione.

1 QVæritur, an ratificatio de actu nullo, vel ſententia, operetur quod valeat vt tranſactio. dicendum quod ſic, dummodo interueniat conſenſus ſimultaneus, & ſtipulatione vllatenus. Calder. conſ. 8. de re iudic. Abb. conſ. 92. vol. 2. Bald. in c. cum cauſam. col. fin. de teſtib. Soc. conſ. 220. vol. 2. Dec. 475. Felin. in c. ſignificaſti. col. 5. de foro competenti. Et hoc de iure ciuili. ſed de iure canonico ſufficeret pactum nudum. Abb. in c. dilecti. ad finem. de arbitr. per c. 1. de pact. Rimin. conſ. 281. n. 78. lib. 3. vbi ſub-
2 limitat notabiliter inter Hebræos, quia ius canonicum in materia pacti nudi, cum reſpiciat animam, & peccatum. Fel. in d. c. 1. non attenditur inter Hebræos, ſicut nec in materia iuramenti. vt per Rom. in terminis laudi conſ. 125. ad finem. quæ ſunt notanda.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quod maritus non recedat à patria vxoris, & vxorem non transferat ad alium locum, an valeat.*
2 *Adſcriptitius colonus, qui non poſſit recedere à fundo, poteſt quis fieri de iure ciuili & canonico.*
3 *Pactum morandi in certo loco, quando ſit ab habente aliquod ius, valet.*
4 *Iuramentum obligat præciſè ad factum.*
5 *Maritus ob caſum nouum ſuperuenientis inimicitiæ, vel ſimilem, poteſt recedere à pacto habitandi in loco vxoris.*

QVÆSTIO 772.

An valeat pactum in contractu matrimoniali appoſitum, quod vir teneatur perpetuo habitare in domicilio vxoris, nec poſſit eam ad alium domicilium transferre.

1 PRacticabilis eſt iſta quæſtio, quod tale pactum non valeat, ad hoc vt maritus cogatur præciſè illud obſeruare, ſed tantum quo ad intereſſe facit, quia tale pactum videtur ſpecies ſeruitutis, & ideo valere non debet. l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de cond. & demonſtr. Præterea ad factum nemo præciſè tenetur, ſed ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de verb. oblig. & hanc opinionem tenet Couar. de ſponſ. per cap. 7. in initio. num. 5. Gomeſ. variar. reſol. tom. 2. cap. 10. num. 24. & quidã alij. Cõtraria opinio eſt verior, quia in traditione rei ſuæ, quilibet poteſt apponere pactum quod vult. l. 1. C. de pact. conuent. cap. verum. de condict. appoſ. ergo mulier.

dum tradit ſe ipſam viro, poteſt apponere tale pactum. Secundo facit, quod poteſt quis effici colonus adſcriptitius, & ſe obligare per-
2 petuo glebæ, & culturæ fundi inſiſtere, à quo non licet recedere. l. cum ſcimus. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Quod procedit etiam de iure canonico. vt eſt tex. not. in cap. 3. de immun. eccl. Item poteſt quis ſe facere curialem, qui non poteſt à Ciuitate diſcedere. l. ſi quis decurio. l. curiales. l. quidam. C. de decur. lib. 10. l. vnica. c. ſi curialis relicta ciui. eod. lib. Item facit, quod tale pactum non eſt contra libertatem matrimonij, ergo valere debet. c. gemma. de ſponſ. à contrario ſenſu. Præterea tale pactum, non ponitur ad obligandum maritũ, vt perpetuo habitet in certo loco, ſed ne mulier cogatur dimittere Ciuitatem in qua fuit nata, & educata, & ne ſeparetur à parentibus, & conſanguineis ſuis, quæ ſeparatio eſt nimis dura. l. liberorum. ff. de verb. ſignif. & ita conſiderat Alex. de Neu. in c. 1. qui matrimonium
3 accuſare poſſunt. Item valet pactum habitandi in certo loco, quando fit à perſona quæ habet aliquod ius in perſonam alterius. vt tradit Rom. in l. ſtipulationes non diuiduntur. n. 66. ff. de verb. oblig. idque probatur in d. l. Titio centum. §. Titio centum. il ſecondo. l. merito. ff. de manumiſſ. teſtam. ſed vxor habet ius in maritum c. 1. & ibi Gloſ. de coniug. lepro. Et hanc opin. tenent Hoſt. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Abb. qui dicit eſſe communem Card. Alex. Anchar. Alex. de Neu. in c. 1. qui matrimonium accuſare poſſunt. Card. Zabar. in c. 2, d. tit. Tho. loco cit. n. 66. Capic. deciſ. 111. Nauarr. in manuali. c. 14. n. 22. Cappella Tholoſ. deciſ. 77. Palatius Rubeus in rubr. de donationibus inter virum & vxorem. §. 2. nu. 3. & multi alij. Non obſtant adducta in contrarium, vt tale pactum videtur cõtinere ſpeciem ſeruitutis, quia ex ſupradictis patet reſponſio. nã maritus non obligatur ipſe principaliter ad morandum in certo loco, ſed ne vxorem transferat ad alium locum, & ſeparet à conſanguineis. Præterea etiam ſi contineret ſpeciem ſeruitutis, valet ſi fiet ab habente aliquod ius, vt fuit dictum ex Rom. Inſuper vt dicit Odofred. in d. l. Titio centum, ille tex. procedit in legato, ſecus in pacto. & ibi etiam Alex. in apo. ad Bart. Vnde ſupra fuit dictum, poſſe quem effici curialem, & ſeruum adſcriptitium, etiam de iure canonico. Secundo non obſtat quo ad factum nemo præciſè tenetur. quia de iure canonico, quod in cauſis matrimonialibus ſeruare debetur, c. 1. de cenſur. & affin. factum præciſè obligat ſecundum veriorem opinionem. Abb. in cap. per tuas. de arbitris. per tex. in c. 1. c. qualiter. de pactis. & in cap. veniens. de iureiurando. idem Couar. in cap. quamuis pactum. de pactis. in 6. par. 1. §. 4. num. 6. in fin. Dec. in cap. 1. num. 18. de iud. Alciat. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 84. limit. 1. & nos dicimus in alia quæſtione. Et tanto magis,
4 quod in pactis ſolet apponi iuramentum, quod abſque dubio præciſè obligat. c. finali. vbi Ant. Abb. & alij. ne Prælati vices ſuas. Alex. Iaſ. & alij in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. Præterea, etiam de iure ciuili, cum paciſcentis intereſt factum præciſè adimpleri, & non ſatisfit ſuæ intentioni ſolutione pecuniæ, cogitur obligatus vt præciſè factum præſtet. Bald. in l. cum precibus. C. de rerum permutatione. Alex. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. num. 27. intereſt autem vxoris ne ſeparetur à Ciuitate in qua eſt nata, & educata, & à parentibus, & à conſanguineis, quæ ſeparatio eſt dura, vt fuit dictum, nec poteſt pecunia compenſari. Verior igitur eſt communis opinio, quod tale pactum valeat. Quæ tamen limitatur, ſi aliquis nouus caſus euenerit propter quam maritus cogatur ad alium domicilium ſe transferre, vt ſi incidiſſet in capitales inimicitias, vel in corporis infirmitatem, vel orta eſſet in loco vxoris aeris intemperies. tunc ſuccedit regula, quod propter caſum ſuperuenientem receditur à pacto. ita concludunt Hoſt. Ioan. Andr. Ant. Abb. Cardin. Alexandr. Cardin. Zabarell. & omnes ſupra citati pro communi opinione. Et hæc nota, quia aliqui DD. ſequentes opinionem Couar. faciunt apponi in capitulis matrimonialibus pactum videlicet, quod mulier conſtituit dotem ducatorum decem mille, & caſu quo maritus voluerit diſcedere à patria mulieris & alibi habitare, intelligatur conſtituta dos ducatorum mille &c.

S V M M A R I V M.

1 *Promiſſio pœnæ in contractu matrimoniali, ſi maritus repetat conſuetudinem concubinæ, an ſit valida.*

2 *Promiſſio ne maleficium fiat, eſt inualida, & quomodo procedat.*

3 *Promiſſio donandi mille mulieri, ſi matrimonium contrahat, an ſit valida.*

4 *Mulier poteſt inuitari ad matrimonium præmio, & quomodo procedat.*

Pre-

5 *Promiſſio donandi aliquid mulieri ſi matri-
monium contrahat, ex iuſta cauſa valet, &
quid ſi ſit iuramenta firmata.*
6 *Donatio facta vxori poſt diuortium, vt re-
deat ad virum, an ſit valida.*

QVÆSTIO 773.

De aliquibus pœnis apponi permiſſis, vel prohibitis in contractu matrimoniali.

1 CLarum eſt eſſe prohibitum pœnas in
contractu matrimoniali imponi, ne
reſtringatur libertas cõtrahendi. debent enim
matrimonia eſſe libera. in c. Gemma. de ſpon-
ſalibus. nunc vero dicendum eſt de aliquibus
caſibus, in quibus pœnæ impoſitio eſt licita,
vel prohibita, qui poſſunt occurrere. Et pri-
mo quæritur, an vxor tempore matrimonij
poſſit ſtipulari à marito mille, vel aliam
quantitatem, ſi maritus concubinæ conſuetu-
dinem repetat. & conſiderata ratione, quod
matrimonia debent eſſe libera, non videtur
prohibita talis pœnæ ſtipulatio, cum non re-
ſtringatur libertas matrimonij. ſed poteſt ob-
ſtare illa ratio, quia lex promiſſionem. ne
2 maleficium fiat improbat. l. iuriſgentium. §. ſi
ob maleficium. ff. de pactis. Et talis videtur
caſus quæſtionis, vt pœna ſoluatur, ne pec-
catum committatur. Contrarium deciditur in
l. ex ea. §. mulier. ff. de verb. obligat. vbi
expreſsè dicitur, talem pœnæ impoſitionem
valere. Non obſtat tex. in d. §. ſi ob malefi-
cium. quia procedit quando aliquid promit-
titur in præmium, ne committatur delictum,
cum quilibet ſponte, & gratis debeat à deli-
ctis abſtinere. ſecus eſt in pœna, quam ex de-
licto tendente in iniuriam alterius, quēlibet
ſubire æquum eſt. Videtur enim hæc pœna
eſſe compenſatio iniuriæ quæ fit vxori, igitur
valida. ita Bart. Alciat. & alij in d. l. ex eo.
Poterit igitur imponi pœna, vel fieri ex pa-
cto diminutio dotis, in pœnam mariti, ſi con-
cubinæ conſuetudinem repetat &c. Alia eſt
quæſtio, ſi mihi nupſeris promitto dare mil-
3 le, an talis promiſſio ſubſiſtat. & videtur
quod promiſſio valeat. ſiquidem poteſt mu-
lier præmio inuitari ad matrimonium. l. Titio.
§. 1. ff. de cond. & demonſtr. nec ex tali pro-
miſſione impeditur libertas matrimonij. præ-
terea videtur tex. expreſſus in cap. de illis. de
condit. appoſ. vbi promiſſio iuramento firma-
ta, facta mulieri de accipiendo eam in vxorem
ſi centum ſibi donauerit, valet & eſt honeſta,
alias non ſuſpendiſſet matrimonium futurũ,
vt ibi dicit tex. ſed haberetur pro non adie-
cta. iux. c. fin. eod. tit. In contrarium eſt tex. in
l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. ſi tibi nupſe-
4 ro. ff. de verb. obligat. vbi talis promiſſio inter
futuros coniuges collata in tempus matrimo-
nij, nõ valet. ratio affertur à DD. Prima, quod
non debent cõiuges ſe inuitare ad matrimo-
nium cauſa lucri, quia promiſſio præſumere-
tur fieri ex cauſa improbabili, ſcilicet libidi-
nis, & ſic eſſet contra bonos mores. arg. l. fin.
§. fin. ff. de act. & oblig. Secunda ratio, quia
matrimonium redderetur quod eſſet venale,
quod eſſe non debet. l. 1. ff. de donat. inter vi-
rum, & vxorem. ita Bar. Iaſ. Alc. & communis
in d. §. ſi tibi nupſero. Qui tamē limitant quã-
do promiſſio fieret ex cauſa licita, puta vt vi-
lis perſona habeat nobilem in vxorem. quia
poteſt ex hac cauſa promittere in recompen-
ſationem nobilitatis. Gl. in l. ſi voluntate. &
ibi Bar. C. de dotis promiſſione. vel quando
talis promiſſio fieret ex cauſa pacis. cap. 2. de
deſponſ. in pub. Secundo limitatur, quando
promiſſio fieret à tertia perſona, quia eſt vali-
da, & ita procedit d. l. Titio. §. 1. Non obſtat
tex. in c. de illis. quia vt dicit ibi Abb. debet
intelligi ſecundum ſupradicta, quãdo ſubeſ-
ſet iuxta cauſa, puta dotis pro ſupportandis
oneribus, vel alia iuſta cauſa pacis, vel in re-
compenſationem nobilitatis, vel ſi eſt dona-
tio propter nuptias. ita poſt Abb. tenēt Aret.
Iaſ. Alc. in d. §. ſi tibi nupſero. Inſuper notan-
dum, quod talis promiſſio ſine iuſta cauſa ſe-
cundum Alc. loc. cit. valet ſi iuramento fir-
5 metur. cum recepta ſit ſententia, inter virum
& vxorem donationes iuramento confirmari
iux. DD. in l. pacta quæ contra. C. de pact. de
quo valde dubito, propter rationē ne matri-
monia reddantur venalia cõtra bonos mores,
ad reg. non eſt obligatorium. de reg. iur. Item
promiſſio valebit non pecuniæ, ſed alicuius
veſtis pretioſæ, monilium, armillarum. cum id
ad honorem quoque matrimonij pertineat,
& ſic ſubeſt iuſta cauſa. l. ſi vſusfructus. ff. ad
leg. falc. ita Alc. loc. cit. Sed an ſit iuſta cauſa
promittendi, vel donandi aliquid vxori ſepa-
ratę à viro ob diuortium, vt reconcilietur ma-
trimonium, & vxor reuertatur ad virum, tex.
eſt notab. in l. vir mulieri. ff. de donat. inter vi-
rum & vxorem. Vbi donatio facta mulieri vt
redeat in matrimonium valet. qui tex. vide-
tur contra tex. in d. §. ſi tibi nupſero. Gloſ.
ibi reſpondet quod in §. ſi tibi nupſero, pro-

miſſio conſerebatur in tempus futuri matrimonij, ſed ibi ſtatim fiebat traditio, & ſic incontinenti transferebatur dominium.l.dotis.§.fin.ff.de iure dotium, vel quia ſecũdum Raphael.in d.l.vir, mulieri cauſa, vt in matrimonium rediret non fuit expreſſa ſed in d.§.ſi tibi nupſero fuit expreſſa. Verior mihi videtur reſponſio, quod facto diuortio, nõ ſecundũ leges ciuiles, ſed ſecundũ canones quo ad thorum & habitationem, dum mulier prætendit inſtam cauſam diuortij, videtur potius donari in vim tranſactionis, & ex cauſa pacis, & remittendæ iniuriæ vxori illatæ, quam vt matrimonium ſit venale & ſic adeſt alia iuſta cauſa, & tex. in l. fin. Cod. de tranſact. tranſactionis cauſa; ad hoc vt matrimonium concilietur, poſſe coniugem coniugi pecuniam donare, cum tranſactione titulus lucratiuus non ſit. & conſiderat Alciat. caſum tranſactionis in loco citato. quæ ſunt menti tenenda &c.

6

S V M M A R I V M.

1 *Dos ciuilis an detur de iure canonico.*
2 *Dos triplex eſt.*
3 *Dos ficta non habet priuilegium Prælationis.*

QVÆSTIO 774.

Dos ciuilis an detur de iure Canonico, & ſit admittenda in foro Eccleſiaſtico.

1 AN de iure Canonico reperiatur dos ciuilis. dicendum, quod dos diuiditur in tres ſpecies, alia eſt naturalis, alia ciuilis, alia ciuilis coniuncta cum naturali. naturalis quando traditio, ſeu numeratio, ſine ſtipulatione intercedit. ciuilis quando confeſſio dotis receptæ à marito facta eſt abſque numeratione, & lapſa ſunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis. ciuilis & naturalis, quando cum ſtipulatione, vera numeratio interceſſit, vel cum confeſſionis chirographum procedit, & poſtea numeratio ſequitur. ita Bald. in l. 1. num. 9. ff. ſolut. matr. in conſ. 146. n. 2. & 3. lib. 2. Nihilominus idem Bal. in d. l. 1. n. 9. ex æquitate iuris canonici non putat reperiri dotem ciuilem tantum, quę ex confeſſione fingitur contra naturalẽ æquitatem. quia exceptio non numeratæ dotis biennio non excluditur, cum quis ſcit pecuniam ſe nõ numeraſſe. etenim malæ fidei poſ-

2

ſeſſor nullo tempore præſcribit reg. rerũ poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Dec. in c. locupletari. in fi. ff. eod. tit. & in quantum per confeſſionem, vel inſtrumentum apparet dotem non fuiſſe numeratam, & tanquam ficta nunquam habebit priuilegium Prælationis. ſequitur Card. 3 Mant. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 7. n. 11.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſus an poſſit compelli ad contrahendum matrimonium, ſi ſponſa erat diues, & poſtea incidat in paupertatem.*

QVÆSTIO 775.

De ſponſa diuite effecta paupere, an ſit iuſta cauſa non compellendi ſponſum, ad contrahendum matrimoniũ.

1 QVæritur, ſi ſponſa ſit diues & poſtea incidat in paupertatem, an poſſit compelli ſponſus ad contrahendum matrimonium. dicendum quod ſic. non enim hæc eſt rationabilis cauſa non contrahendi quia dotem promiſerit, quam modò præſtare non poteſt. ita colligitur ex c. de illis. de cond. appoſ. Io. Andr. Ant. & alij in c. quemadmodum. de iureiur. Couar. in epitome lib. 4. decret. par. 1. cap. 5. Mant. de tac. & ambig. lib. 3. tit. 17. n. 14. Menoch. conſ. 386. n. 9. quod occurrit in praxi.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor in foro Eccleſiaſtico, an obligetur nudo pacto abſque ſtipulatione.*
2 *Nudum pactum de iure canonico, an producat actionem, quando quis promiſit pro alio, non pro ſe, & proprio nomine.*

QVÆSTIO 776.

An in foro Eccleſiaſtico fideiuſſor nudo pacto abſque ſtipulatione obligetur.

1 QVæritur notabiliter, an fideiuſſor nudo pacto abſque ſtipulatione iure canonico obligetur, cum de iure ciuili ſtipulatio requiratur. l. 1. §. ſatis accepto. & ibi Bar. ff. de verb. oblig. l. Blãditus. C. de fideiuſſ. & videtur de iure canonico non requiri ſtipulationem, cũ ex nudo pacto tali iure oriatur actio. c. 1. & ibi omnes, de pactis. Contrarium tenent multi, quia pactum nudum de iure canonico producit actionem, quando quis

quis proprio nomine & principaliter promiſit, fideiuſſor autem pro alio promittit, & acceſſorie obligatur, quo caſu ius ciuile non videtur ſpecialiter correctum à iure canonico, ita Bald. in d. cap. 1. num. 9. de pact. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. 1. ff. de pact. num. 5. & in l. lecta. ff. ſi cert. petat. & in dict. §. ſatis accepto. Dec. conſ. 33. verſ. ſimiliter. Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 16. tit. 5. n. 6. Qui dicit, quod licet aliqui diſſentiant, tamen in praxi, ab hac communi opinione non videtur recedendum, vt ſcribit Lancell. Gallia. in rubr. de verbor. obligat. num. 87. communem etiam dicit Io. Grot. in l. ſciendum num. 5. verſ. vltimo fallit. eod. tit. Quid dicendum? verior mihi videtur opinio contra Bald. fundatur enim ius canonicum in d. cap. 1. in naturali æquitate, vt ſeruentur promiſſa: nec tex. in d. cap. 1. diſtin-
2 guit, an promiſſio fiat pro ſe, vel pro alio. Fel. etiam in d. cap. 1. hæſitat. poſtea reperi Zanrettinum in tract. differentia vtriuſque iur. n. 97. idem ſentientem, vt nulla ſit conſtituenda differentia, an quis promittat pro ſe, vel pro alio.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non poſſit fieri pro peccato præterito, quando actus eſt irretractabilis.*
2 *Ambroſius excommunicauit Theodoſium Imperatorem.*

QVÆSTIO 777.

Contraueniens præcepto ſibi facto, ſub pœna excommunicationis ferendæ, an poſſit excommunicari, ſi factum eſt irretractabile.

1 Vicarius præcipit ſubdito ne aliquid faciat, ſub pœna excommunicationis, non tamen latæ ſententiæ. Clericus contrauenit, & factum eſt irretractabile, an poſſit excommunicari. & videtur negatiue reſpondendum. cum excommunicatio non feratur pro culpis præteritis, niſi mora in ſatisfaciendo præceſſerit. cap. Romana. §. caueant, de ſent. excomm. in 6. quæ fieri non poteſt, cum actus ſit irretractabilis. In contrarium eſt veritas, nam poterit excommunicari vt ſatisfaciat Eccleſiæ, cum culpa præceſſerit, vt dicit Glo. in d. §. caueant. in verb. culpa. vbi inquit, quod ſi Clerici fuerint negligentes in diuinis officijs dicendis, poterit iudex dicere, excommunico omnes, qui non interfuerint horis canonicis. dicebat enim in textu, quod pro præteritis culpis, non poſſit ferri excommunicatio, niſi mora, culpa, vel offenſa præceſſerint, vt in d. §. caueant. Facit quod Diuus
2 Ambroſius excommunicauit Theodoſium Imperatorem vt ſatisfaceret Eccleſiæ pro culpis præteritis, cum multos innocentes, in Theſſalonica interfici mandaſſet, vt habetur in cap. bene quidem. diſt. 96.

SVMMARIVM.

1 *Probatio dubia impedimenti matrimonialis, non eſt admittenda.*
2 *Argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnalem, eſt validum.*
3 *Probatio non concludens, ſi opponatur electo, non eſt admittenda.*

QVAESTIO 778.

De probatione impedimenti matrimonialis obſcura, non admittenda.

1 Fiunt monitiones in parochia pro matrimonio contrahendo, reuelatur impedimentum quarti gradus conſanguinitatis, verum teſtes in numeratione primi gradus, dicunt tales, nempe Petrum, & Franciſcum fuiſſe conſanguineos, ſed non exprimunt in quo gradu, ſi in primo, vel ſecundo. quod multum refert, quia in primo probatur impedimentum quarti gradus. ſi in ſecundo eſſemus, in quinto gradu, & nullum eſſet impedimentum. Quæritur, an ob tale dubium, probationem
2 non concludentem ſit impediendum matrimonium, quaſi quod tutior via ſit eligenda. cap. iuuenis. de ſponſalibus. & arguendo à matrimonio ſpirituali ad carnalem, à quo validum eſt argumentum c. quoniam frequenter. §. porro, de lite non conteſtata. cap. inter corporalia, de tranſlat. Prælat. Ioan. Andr. in reg. ſine culpa, de regul. iur. in 6. Euerard. in loco à matrimonio ſpirituali ad carnale, dicendum, ob talem dubiam probationem, non eſſe impediendum matrimonium, iuxta l. in præſentia, de probat. inquit enim ſingulariter Inn. in cap. dudum, de elect. quod in ma-
3 trimonio ſpirituali electionis Prælati, ſi contra producatur probatio non concludenter, debet fieri interpretatio pro electo. ſequitur Abb. in d. c. dudum. vbi multa ad id probandum adducit. ad quem te remitto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Scriptura vbi ex pacto, lege, vel conſuetudine requiritur, de æquitate canonica non excluditur probationem per teſtes, ſi ita iudici videbitur.*

2 *Scripturæ deperditæ tenor poteſt probari per teſtes, etiam quod probatio deberet fieri per ſcripturam.*

QVAESTIO 779.

Reſtringens ſe ad probationem per ſcripturam tantum, an in foro eccleſiaſtico poſſit probare per teſtes.

1 QVæritur, an in foro eccleſiaſtico conſuetudo, pactum, lex, reſtringens facultatem probandi ad certam ſpeciem, nempe per ſcripturam, excludat in totum aliam probationem, nempe per teſtes. Dicendum; quod de æquitate canonica non excludit in totum probationem per teſtes, ſed eſt arbitrium iudicis, ex qualitate teſtium productorum, vtrum ſint admittendi. ita ſingulariter Ant. Abb. in cap. 2. de probat. facit,
2 quia vbi ad validitatem actus requiritur ſcriptura, ſi illa eſt deperdita, poteſt tenor probari per teſtes. l. teſtium. C. de teſtibus. & ibi Doctores cap. cum olim eſſemus, de priuil.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus an poſſit fieri præceptum ſub pœna pecuniaria, ſuſpenſionis, excommunicationis, & depoſitionis in eiſdem litteris, ſi non comparuerint ad deponendum.*

2 *Iudex poteſt incipere ab illa pœna, quæ magis timetur.*

3 *Omnis contumacia eſt excommunicatione digna.*

4 *Teſtes ſi impediantur de facto deponere contra inquiſitum, an habeantur pro productis contra ipſum.*

5 *Impedientes teſtes ne deponant in foro eccleſiaſtico, poſſunt excommunicari, etiam in genere.*

QVAESTIO 780.

Teſtibus an poſſit fieri præceptum, vt compareant ad deponendum, ſub pœna pecuniaria, ſuſpenſionis, excommunicationis, & depoſitionis in eiſdem litteris.

1 QVæritur notabiliter, an poſſit iudex eccleſiaſticus facere præceptum teſtibus eccleſiaſticis, maxime abſentibus, quod in tali termino cõpareant ad perhibendum teſtimoniũ veritatis, nẽpe infra triduum, ſub pœna pecuniaria, & ſi in alio triduo, neq; comparuerint, ſub pęna excommunicationis, & ſi in alio termino, adhuc non comparuerint ſub pęna depoſitionis, idq. poſſit præcipi non in diuerſis, ſed in eiſdem litteris. Breuiter dicendum ſecundum canones, id fieri poſſe, per tex. notab. in c. 2. de teſtib. cogen. vbi hãc practicam ponunt Ant. Abb. & alij. & ex illo tex.
2 aliqui dicunt prius eſſe incipiẽdum à ſuſpenſione. vt ibi per Ant. ſed Abb. dicit hoc eſſe arbitrarium, licet ſit honeſtũ. quia iudex poteſt incipere ab illa pœna, quę magis timetur. c. quoniam, vt lite non conteſtata. c. 1. de iud. vbi pro prima contumacia fuit lata excõmunicatio. Et dicit gl. in c. duo ſunt. diſt. 96. quod
3 omnis contumacia eſt excommunicatione digna. hodie vero per ſacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform. excommunicatio eſt ferenda in ſubſidium. & prius incipiendũ eſt ab exequutione reali, vel perſonali. An autẽ ſacr. Conc. Trid. obſtet ſupradictæ practicæ. & videtur nõ obſtare, ſi fuit facta exequutio nec adhuc paritum. cum in litteris excommunicatio ſit impoſita in ſubſidium. hæc autem fieri non debent, niſi facti celeritas aliud requirat. arg. c. cõſtitutionem, de ſent. excom. in 6. vbi monitiones tres præcedẽtes excommunicationem, debent eſſe ſeparatæ per dierum interuallum, niſi facti neceſſitas aliud ſuaſerit. & ibi gl. ponit exemplum. Poſſent etiam prædicta fieri, quãdo teſtes sũt abſentes, vt in d. c. 2. & multo magis poſſunt fieri cõtra principalẽ non comparentem, ſed in delictis grauibus, nõ paſſim.
4 Hic obiter quæritur, pone quod aliquis de facto impediat teſtes, ne deponãt contra inquiſitum, an ſint habendi pro productis contra ipſum inquiſitum. gl. ſingularis in c. cum cauſa. de teſtib. in verbo, cõpellas. tenet quod ſic. Hoſt. dicit, quod ſi principalis, vel alius eo mãdante, hoc faciat, habentur teſtes pro productis, idq. ſi fiat per aliquem amicũ inquiſiti, ipſo tacente, & diſſimulante. Abb. diſtinguit, inter cauſam ciuilem & criminalem, quos vide. Vnum eſt menti tenendũ, quod impedien-
5 tes teſtes deponere in curia eccleſiaſtica, poſſunt etiam in genere excommunicari. tex. eſt in c. tam litteris, & ibi notat Abb. & d. c. eum cauſam, de teſtib. & in c. conſtitutis. il 1. eodẽ mandat Summus Pont. ferri excommunica-

tionem

tionem in genere contra impedientes teſtes deponere. ibi enim conſanguinei Epiſcopi Surrentini impediebant teſtes, ne contra ipſum deponerent.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatio an extendatur ad ſucceſſorem in dignitate, vel officio.*

2 *Succeſſor in dignitate, debet ſuccedere in onere.*

3 *Succeſſor excommunicati, fouẽs factum damnatũ, ſtatim incidit in excommunicationem.*

Q V AE S T I O 781.

An excommunicatio extendatur ad ſucceſſorem in officio, vel dignitate.

1 RECtor Collegij, vel alicuius loci, non vult obedire Eccleſię in quibus tenentur, excõmunicantur, & excommunicationem ſubſtinent vſque ad tempus finiti officij, poſtea dicit non poſſe ſatisfacere, quia bona collegij, & regimen ad alios peruenit, an debeat abſolui. Dicendum, quod debet ſatisfacere de ſuo. c. aduerſus. de immun. eccl. ex quo id clare colligit Abb. dum tex. poſt finitum officium obligat ad ſatisfactionem. & ſucceſſor in di-
2 gnitate, etiam tenetur poſt monitionem. quia debet in onere ſuccedere, qui conſtituitur in honore. vt in d. c. aduerſus. ibi etiam Hoſt. clare loquitur, quod quicunque ſuccedit excommunicato, & fouet factum damnatũ, propter quod prædeceſſor excommunicatus fuit, eandem ſententiam incurrit. quod eſt valde notandum. & ſubdit Abb. quod vbi ſucceſſor expreſſe fouet factum damnatũ, ſtatim, alio tempore nõ expectato, eſt excommunicatus. quæ omnia ſunt notanda, quia quotidie occurrunt in praxi. Quid autem, ſi Rector vniuerſitatis fecit quod potuit, & vniuerſitas non vult ſatisfacere. & quid in conſiliarijs, an teneantur dimittere officia, vide Petr. de Anchar. Abb. & alios in d. cap. aduerſus. Inn. in c. nouerint, de ſent. excommun.

S V M M A R I V M.

1 *Licitum de iure canonico in foro contentioſo, an ſemper ſit licitum in foro conſcientiæ.*

2 *Decipiens citra dimidiam iuſti pretij, an ſit tutus in foro conſcientiæ.*

3 *Canones dicuntur conditi inſtinctu Spiritus ſancti.*

4 *Coniux excommunicatus vt reddat debitum, ſi ſciat impedimentum matrimonij de iure diuino, an teneatur reddere.*

5 *Eccleſia non iudicat de occultis.*

6 *Lex humana datur populo, in quo ſolent eſſe multi imperfecti, & ideo multa tolerat non puniendo, ſed non permittit.*

7 *Lex fundata in præſumptione, non obligat in foro conſcientiæ.*

Q V AE S T I O 782.

An quod eſt licitum de iure canonico in foro exteriori, ſit ſemper licitum in foro conſcientiæ.

1 SIngularis eſt iſta quæſtio, an quod eſt licitum de iure canonico in foro contentioſo, ſit etiam licitum in foro conſcientiæ. nam aliquando DD. faciunt differentiam inter forum conſcientiæ, & contentioſum, etiam de iure canonico, vt in c. cum dilecti, de empt. & vend. vbi non datur actio pro læſione citra dimidiã iuſti pretij. nihilominus DD. ibi dicunt
2 decipientem citra dimidiam, non excuſari in foro conſcientiæ à reſtitutione. Idem videtur probari in c. inquiſitioni, de ſent. excomm. vbi iuſte excommunicatus auctoritate canonis, ſi ſciat in conſcientia eſſe peccatum, non debet illud committere, ſed patienter ſuſtinere excommunicationem. Nihilominus videtur ſtatuenda cõcluſio, quod omne quod eſt licitum in foro cõtentioſo de iure canonico, ſit etiam licitum in foro conſcientiæ, niſi manifeſtè appareat contrarium. Ratio eſt, quia ius canonicum nũquam alicui inijcit vinculum. c. de viduis. 27. q. 1. nec defendit ſcienter in peccato. c. litteras, de reſtit. ſpol. & auctoritate canonis
3 peccatum non committitur. c. qui peccat. 23. q. 4. & ſacratiſſimi Canones dicuntur conditi inſtinctu Spiritus ſancti. c. violatores. & Canones pręcipuè in legibus & conſtitutionibus iuſtitiam & honeſtatem amant. c. erit autem lex. 4. diſt. & ita tenet Philip. Franch. Inn. Dec. in c. conſtitutis. de appellat. Ant. de Butr. in c. inquiſitionem. Euerar. in loco à vi comparatiui. Gomeſ. in reg. cancell. de trien. q. 42. Hæc tamen concluſio videtur limitanda, vt nõ procedat quando violaretur Ius diuinum. c. ſunt quidam. 15. q. 1. quia tunc canon aliud ſtatuens, debet intelligi vt procedat in foro contentioſo ob publicam quietem, non in foro conſcientiæ. arg. l. quoties. ff. de reb. dub. vt in exemplis ſupra relatis de decipiẽte in pretio, nam facit contra præceptum Decalogi, *Non furtum facies.* & de coniuge, qui ſcit impedimentum matrimonij, quod probare non poteſt,

Digitized by Google

teſt, qui ſi excommunicaretur vt reddat de-
4 bitum &c. nam potius debet patienter ſuſtinere excommunicationem, quam committere peccatum carnis contra ius diuinum. Eccle-
5 ſia enim nõ iudicat de occultis. Et pro clariori intelligentia dicendum eſt cum S.Tho.2.2.q. 77.art.1.in illa q.an quis licitè poſſit vendere rem pluſquam valeat.inquit enim in reſponſ.
6 ad primum, quod lex humana populo datur, in quo ſunt multi à virtute deficientes, nõ autem datur ſolũ virtuoſis; & ideo lex humana non potuit prohibere quicquid eſt contrà virtutem, ſed ei ſufficit vt prohibeat ea quæ deſtruũt hominũ conuictum, alia vero habeat quaſi licita, non quare ea approbet, ſed quare eam non punit. Sic ergo habet quaſi licitam pœnam, non inducens ſi abſque fraude venditor rem ſuam ſuperuendat, aut emptor vilius emat, niſi ſit nimius exceſſus. quare tunc etiam lex humana cogit ad reſtituendum. puta ſi aliquis ſit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij quantitatem. ſed lex diuina nihil impunitum relinquit quod ſit virtuti contrarium. vnde ſecundum diuinam legem, illicitum reputatur, ſi emptione & venditione non ſit æqualitas iuſtitiæ obſeruata. hæc ſunt verba D. Thomæ. ex quibus non poſſum vehementer non admirari de Ludou. Gomeſio in loco citato, qui dicit, deceptionẽ citra dimidiam, iuxta d. cap. cum dilecti. procedere etiam in foro poli. ſecundum D. Tho. imò totum contrarium colligitur ex verbis D. Tho. quamuis addat quo ad deceptionem vltra iuſtum pretium, eſſe conſiderandam latitudinem iuſti pretij. non enim modica additio, vel diminutio tollit æqualitatem iuſtitiæ, & iuſti pretij, & ideo debet eſſe læſio notabilis, quæ excedat latitudinem iuſti pretij. imò expreſſe tenet contrarium. Secundo poteſt limitari concluſio, quando canon fundatur in præ-
7 ſumptione, quia tunc aliud eſt in foro conſcientiæ, in quo attenditur veritas, iuxta Inn. & commun. in cap. quia plerique. de immun. eccleſ. Sed dices, quomodo tutus præſcriptione, erit etiam ſecurus in foro conſcientię, iuxta comm. opin. DD. in c. fin. de præſcrip. poteſt reſponderi, quod præſcriptio fuit introducta bono publico, in odium ſiue pœnã negligentium, qui ex eorum culpa litibus turbarent Remp. vnde potuit iuſtè præſcriptio in vtroque foro procedere. nam & præceptum Domini habemus de non occidendo. & tamen poteſt occidi ex cauſa, & in pœnam, ab habente auctoritatem. Remanet igitur firma concluſio ſupradicta. ex qua poteſt inferri ad plures quæſt. à DD. in diuerſis locis relatas.

SVMMARIVM.

1. Stipulari alteri, an quis poſſit de iure canonico.
2. Stipulatio alteri facta cum iuramento, valet de æquitate canonica.

QVÆSTIO 785.

An de iure Canonico poſſit quis alteri ſtipulari.

1 AN de iure canonico poſsit quis alteri ſtipulari, cum non liceat regulariter de iure ciuili l.ſtipulatio iſta. §.alteri. ff.de verb. oblig. & quod poſsit ex iure Pontificio, etiam agi, ſicut ex pacto nudo, iuxta c.1. de pactis. multi DD. tenẽt. Gl. videtur ſentire in c. quotiens cordis oculus. 1.q.4. Ang. In d.l.ſtipulatio. §.ſi quis inſula.n.5. Alex. qui alios cumulat in d.§.alteri. Bellam. conſ.8.n.4. latè hanc opin. defendit Fortun. Gatia. in l.1.n.13. ff.de pactis. Contrarium tenent Rom. conſ.441.n. 7. & 8. Abb. in procemio decretalium. in 2. part.nu.25.in cap.dudum. nu.10. de conuerſat. coniug. Fel. in d. proœm. nu. 27. Iaſ. in d.§. alteri. num.5. & hanc opinion. etiam eſſe commun. dicit Brunus conſ.116.nu.16. Tertia eſt opin. concordans, vt hæc poſterior ſententia locum habeat quando verba ſtipulantis obligatiua, & exequutiua, ad alium dirigantur, tunc enim eius reſpectu nullus eſt conſenſus. & ideo nec naturalis obligatio naſcitur. ſed ſi verba obligatiua ad ſtipulantẽ referantur, eius conſenſus interceſſit vt ſibi acquiratur obligatio, & ideo ſaltem oritur naturalis, quę ſufficit, vt ex iure canonico agi poſsit, iuxta communem. ita Alex. Iaſ. in d.§.alteri. Riminal. conſ.525.n.10. & nouiſsime Card. Mant. de tac. & ambig. lib.14. tit.28.n.51. Verum ſi intercedat iuramentum, videtur ſimpliciter tenendum, quod ſtipulatio alteri facta, valet. Ant. in procem. decret. Caccialup. in tract. de pact. q. 12. pulchre Beriſeus conſ.82. vol.1. vbi dicit procedere de æquitate Canonica.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM ET MATERIARVM.

A

ABBATISSA admittitur ad iurandum in litem coutra procuratorem monaſterij contumacem, qui adminiſtrauerat tempore Abbatiſſæ praecedentis. quaeſt.451.n.3. 366

Abbatiſſa eſt capax iuriſdictionis, & collationis beneficiorum ex priuilegio.q.641.n.2. 470

Abſolutio à iuramento, an poſſit impetrari à vaſſallo qui fecit contra formam fidelitatis.q.49.n.1. 53

Abſolutio à iuramento an petatur ab eccleſia quando venit contra contractum.q.146.n.1. 139

Accuſatores maledici, qui alijs ſolent detrahere, torquentur de iure canonico. q.683.n.5. 494

Actio ad intereſſe datur contra Prælatum negligentem acquirere eccleſiæ.q.58.n.2. 61

Actio reſciſſoria, & iudicium reſcindens, non ſolent ſimul concurrere.q.406.n.1. 332

Actio reſciſſoria poſt obtentam reſtitutionem in integrum, debet intentari infra annum.n.2. ibid.

Actiones deſcendentes ex ſtatutis Epiſcoporum, quanto tempore durent.q.750.n.2. 533

Adiuncti ratione, multa conceduntur.q.635.n.2. 466

Adminiſtrator pupilli, poteſt emere res illius palam & publicè.q.222.n.1. 200

Adminiſtratores eccleſiarum & hoſpitalium, ditati poſt adminiſtrationem, præſumuntur ditati de bonis eccleſiæ, etiam ſi ſint parati reddere rationes. q.523.n.2. 406

Adulterium præſumptum, non ſufficit ad ſeparationem matrimonij quo ad thorum.q.698.n.1. 507

Aduocato debetur ſalarium incertum, etiam de iure ciuili.q.732.n.3. 523

Aedificia magna facientes ſuper fundis, vt auertant dominos à vendicatione ſub prætextu melioramentorum maioris quantitatis, falluntur. & ſi fundus eſt eccleſiæ, ſint excommunicati.q.69.n.4. ibid.

Aedificia priuata deſtruuntur pro conſtructione publici ædificij.q.241.n.4. 212

Aedificiorum deſtructio prohibetur, ne ciuitas deformetur, & quando permittatur.q.69.n.2. 74

Aequitas ſeruanda in emphyteuſi & feudo eccleſiæ. q.102.n.3. 107

Aequitas in cauſis eccleſiarum, an præferatur rigori ſcripto. q.176.n.1. 164

Aequitas iuris ciuilis, præfertur rigori ſcripto Canonum.q.176.n.3. ibid.

Aequitas in genere ſcripta, an & quando præferatur rigori ſcripto in ſpecie. q.176.n.5. ibid.

Aequitas cum perſonis eccleſiaſticis, ſeruanda eſt quemadmodum cum eccleſijs, circumſcripto rigore. q.176.n.6. 165

